1
2
55
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE · FIRENZE ·

EX BIBLIOTHECA
DOMINICANORUM
MONTIS POLITIANI
1786.

1 2. 55

5

1. 2. 55

BIBLIOTHECAE DOMINICANAE

AB ADMODVM R. P. M.

F. AMBROSIO DE ALTAMVRA

Accuratis Collectionibus, Primò ab Ordinis Conſtitutione, vſque ad Annum 1600. productæ hoc Seculari Apparatu

INCREMENTVM, AC PROSECVTIO.

AD

Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum

FR. IO: THOMAM DE ROCABERTI,

Valentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, necnon totius Prædicatorum Ordinis Generalem Magiſtrum.



ROMAE, M. DC. LXXVII.

Typis, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij.

SVPERIORVM PERMISSV.

Vtitur fr Thomas Ferrarinus Ord: Præd. Emit Romę 10 Julij . 1688

Imprimatur;

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſucchius Sacri Palatij Apoſtolici Mag. Ord. Prædicatorum.

ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME PRÆSVL.

DEcet, Illuſtriſſime Præſul, quæ iuſſu tuo Typographico munere, litteratorum Pabuli exemplar in Dominicanæ huiuſmodi Bibliothecę incrementum erant proditura, ad Te inde, ſic impreſſa deuinctiſſimè reuertantur; vt inclyti Tui Nominis gloria, quam Beatiſſimi Innocentij XI. Summi Pontificis præſtantiſſima Munificentia ad Valentini Archiepiſcopatus regimen, necnon ad Generalatus Ordinis proſecutionem, dignitatum conſortio, euectam decreuit, & qua item texturam Operis, laudabilium Virorum tot repleti laboribus, inſignitam oſtendunt, in obſequij apparatum, virtuali ditione tibi grates reducant; fluminum non oblito diſceſſu: quo è mari egreſſa, ad mare redeunt, in mare reſoluuntur. Opus ideò, quod plurimas adhuc magiſtralium Dominicani Ordinis congerit partes; quod effulgentes Guſmani Syderis ſcientiarum lumine continet radios; quod Auctore defuncto, tui Prouidentiæ nutum exoptauit Benefactorem, vtpotè publicitati commiſſum, iam è Typis extractum, humiliter nunc Tibi reddo. Immò veluti rem fortuitam, mihi caſu expoſitam, hoc idem tibi ſacrare penitus vereor; nobiliſſima tui Cordis humilitate conſcius, quę cum Te habeat inter cæteros, tùm conſilio, tùm opere litterariæ rei, crebris perpenſionibus vndique productorem, hac poſtmodum producta, gaudet alterum, licet me inſtar immeritum, in illius receptorem hilari pace ſuſcipere. Fortius id modò ratum exiſtimo, dum Infulam Valentinæ Eccleſiæ eximijs tui Animi dignitatibus vltimò adiunctam, Paſtorali canone, Epiſcopali nitòre vndequaque benignam, ipſa ſequitur clementia, conſequitur humanitate. Ad te ergo, ò Generale decus Dominicanæ familiæ Sapientum tantæ Religionis Bibliotheca ſe dirigit, & ego obſequentiſſimè ad Te ſub iſta confugio; vt quemadmodum in hac, meritorum tuorum ſub ſcientiarum materijs emicant Imagines, ita in mei ſolatium ingenita de Roccaberti Proſapiæ toti Mundo clariſſimæ Protectionis tuæ mihi eluceat magnanimitas, & diù vale.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Dominationis Tuæ

Humillimus, & Obſequentiſſimus famulus
Nicolaus Angelus Tinaſſius.

LITTERARIO LECTORI
Nicolaus Angelus Tinaſſius F.

DOminicanum Ordinem Sanctorum Copijs, necnon ſcientiarum Vbertatibus meritò Illuſtrem; adhuc ferè innumeros omnigenæ rei Litterariæ Præſides, ità Orbis excitantem conſpexit, vt Iure Athæneum ſanctitatis, ac doctrinæ Sacrarium, Tubicine Famâ, venerari fas eſt. Huic eccleſiaſtico ſplendori intendens admodum R. P. Magiſter Ambroſius de Altamura, vltròque conſiderans, præ iam editis Operibus quamplurimorum Auctorum Ordinis Indicem exoptari, quo & tituli in materijs, & nomina in ſcriptoribus cæteris vbiq; ſtudioſis paterent, horumque laudabilium laborum cognitio in Dominici filiorum decus cederet; his per eum peculiari idiomate in volumine collectis, Dominicanæ Bibliothecæ vocabulo, id totū diligenti Inquiſitione complexus eſt, quod euulgatum iam ſciuit ab Ordinis Inſtituto vſque ad annum 1600. *Obitu autem P. Ambroſij, tali interrupta Congerie, ac in Otio deperdita, ex quo dignum exemplar ſuſceptore defecit, in productum perierat, ni optimè conſulens Reuerendiſſimus Pater Ioannes Thomas de Rocaberti Prædicatorum Ordinis Generalis Magiſter, è Tenebris obliteratorum ſuſtuliſſet, vt lucidæ publicitati in alterius Imitationis exordium niteret, digno intuitu, vt cuicumque extaret occaſio, tùm ſibi, Auctorique, tùm item Religioni reliquas adeundi Gloriæ partes, quibus in præterito per ſuperadditos ſcriptores talis Bibliotheca Incrementum ſuſcepit, ac in futurum (ſpes fouet) maiori auctione nobiliorem expectat felicitatem. Munere igitur eiuſmodi Reuerendiſſimi Patris, doctiſſime Lector, è Typis meis Veterum Sapientum Dominicanæ familiæ concinnitates emergunt; vt quiſque ad illas poſteriorum ſcribentium ingenij feracitatem referre valeat, materias adnotet, nomina apponat, ac Ordinis Prædicatorum plauſu, mineralem doctrinam miro fœdere illi inſitam, ſectantium methodo opportunè commendet. Vale.*

B I-

BIBLIOTHECA ORDINIS PRÆDICATORVM.

CENTVRIA I.

Anno 1216. & 17.

SACRATISSIMO Prędicatorum Ordine hoc anno Mundi redēpti 1216. vndecimo Kalen. Ianuarij Romæ apud S. Sabinā ab Honorio Papa III. in craſtino S. Thomæ Apoſtoli confirmato, ſtatim PP. Dominicani ad Eccleſiam reparandam velociter accurrerunt. Varijs rimis ob tot in Orbe hæreſes, & errores, (atteſtante Summo Pontifice) murus hic fatiſcebat. Ex primis reparatoribus aduolauit Vincētius de Caſali, Italus, vir grauis, & cum in Philoſophicis, tum in Theologicis inſigniter verſatus. Religioſus pręterea par feliciſſimo ſæculo illi, quo à Sanctiſſimi Patriarchæ Dominici, adhuc viuente clariſſimo, ac limpidiſſimo fōte puros obſeruantiæ latices cæteri hauriebant. Nomen ſuum Vincentius vt apud poſteros redderet ſatis notum, compoſuit.

De Conceptione Virginis Immaculatæ Mariæ.

Auctor *ſupplem. Chronic.* Ordinis noſtri, quo teſte, claruit anno gratiæ reparatæ 1217. Antonius Senenſis *in Bibliotheca*. Cæterùm Plodius *p. 2. lib. 3.* haud floruiſſe hoc tempore arbitratur.

Anno 1218.

HOc Anno à noſtra redemptione 1218. Bononiæ Magiſter Rolandus Cremonēſis ſummus Philoſophus, & Theologus dedit nomen noſtræ Religioni. Hic primus ex noſtris legit Sacram Theologiam Pariſijs, primuſque ibidem lauream meruit. Præter doctrinam, fuit in effugandis Dęmonijs miræ virtutis, & noſtrates, præſertim Martyrologium Dominicanum, hunc inter Beatos Ordinis noſtri repoſuere. Vt pro Eccleſia peruigil excubaret armatus, anno 1244. ab Innocentio Papa IV. Commiſſarius Apoſtolicus in Ezelinum tyrannum, clauiumque Eccleſiæ contemptorem, atque Italicæ pacis inquietum perturbatorem creatur. Rolandus igitur ſolers excubitor iudiciariam contra eum Inquiſitionem inſtituit; illumque in locum quendam vicinum, & ſecurum coram magna populi multitudine in iudicium accerſit, citat, arguit, caſtigat, ac animo damnat infracto. Bzouius *in Annal. ad annum 1232. num. 2.*

Præterea Placentiæ Inquiſitor, plurimis mulctatis Hæreticis, dum in nobiliori loco contra eorum errores diſſereret, è ſuggeſtu ab illis deiectus, grauem capitis, ac membrorum colliſionem accepit. Valetudine deinde recuperata, ardentiori zelo quòad vixit, in eos infatigabili ſtudio inuehens decertauit. Caſtillus *p. 1. lib. 3. cap. 12.* Plodius *de viris Illuſtr. Ord. lib. 1.* Fontana *in Theatro p. 3. cap. 1. tit. 3. nu. 18.* Et Chronicon *breue in Conſtitut. noſtris.*

Summam Sacræ Theologiæ glorioſiſſimam compilauit. Ita Chronicon allegatum, cuius verba: *Hoc anno magni, & litterati viri, Archidiaconi, Decani, Abbates, Priores, Doctores omnium facultatum Ordinem intrauerunt. Inter quos Bononiæ fuit Magiſter Rolandus Cremonenſis ſummus Philoſophus, qui primus Pariſiis ex fratribus in Theologia rexit, & ſummam glorioſam compilauit.* Hæc ibi. Taegius *p. 1.* Plodius *p. 2. lib. 1.*

Huius praeclariſſimi viri conuerſionem, copiam doctrinarum, feruorem, ac ſanctitatem lege apud noſtrates.

Anno 1219.

BEATVS P. F. CLARVS SEXTVS Bononienſis, cum eſſet adhuc puerulus, pluries concentus Angelorum in loco, vbi poſtea ędificatus fuit Conuentus S. Dominici de Bononia audiuit. Hic, vt pro Eccleſia feruentiùs excubaret, Philoſophiæ ſtuduit primùm; deinde iuri canonico, & ciuili, in quibus euaſit eminentiſſimè doctus. S. Dominici ſacris concionibus allectus, à Beato Reginaldo, remittens ſæculo nuncium, Ordini noſtro Florentiæ coaptatur. Breui non tyro, ſed veteranus ſe mancipauit virtuti. Quare ab Honorio III. Pontifice Maximo circa annum 1225. Romæ creatus eſt Capellanus, ac Pænitentiarius. Alij referunt eum Bononiæ anno 1219. à B. Reginaldo Arelatenſi habitum recepiſſe.

Defuncto Honorio III. anno 1227. die 18. Martij ſtatim redijt Clarus ad Clauſtra. At non potuit ardentiſſima hæc lucerna ſub modio diu latere; ſed integerrimus vita, & doctrina ſatis conſpicuus in Prouincia Romana Prouincialis eligitur meritiſſimus. Fuit primus Lector Sacræ Theologiæ in noſtro Ordine in Italia, primùſque in eadem Religione, ac in Italia Scriptor operum, & Librorum. Multa erexit cænobia; complures ad noſtrum Ordinem traxit. Tandem relicto ſanctioris vitæ odore, in cælum circa annum 1250. feliciter euolauit. Caſtillus *p. 1. lib. 1. cap. 53.* Plodius *p. 1. lib. 1.* Chronicon *breue noſtrarum Conſtitutionum*, Fontana *in Theatro part. 2. cap. 4. tit. 5. nu. 1.* & alibi, Malluenda *in Annalibus Ordin. ann. 1219.* Antonius Senenſis *in Bibliotheca*, & alij.

Plura (diximus) ſcripſit; ſed quæ fuerint, Authores noſtri non produnt. Fernandez, Fontana *de Prou. Rom. cap. 6.* & alij aſſerunt edidiſſe:

Spirituales Tractatus.

Eius vitam admirabilem, prodigijſque refertiſſimam deſcripſit Gregorius Lombardellus Senenſis, eumque dicit Senenſem. Plodius *p. 1. lib. 1.* id negat. Fuit quidem nomine Clarus; at clariſſimus ſanctimonia, & doctrina.

Anno 1221.

DOMINICVS GVSMANVS noſtri Sacri Prædicatorum Ordinis inclytus Inſtitutor, & Patriarcha, Hiſpanus, ex nobiliſſima Guſmanorum familia, patre Felice, matre Ioanna de Aza ex antiqua Britanniæ Ducum progenie anno 1170. ad felicitatem Orbis exoritur. Lefeburè *in Manuali hiſtorico eodem anno.* Vir equidem admirandæ, ac notiſſimæ ſanctitatis, magnanimus Fidei Catholicæ zelator, Eccleſiæ ſtabiliſſima ad animas in Domino cõfirmandas columna, exitioſæ Albigenſium ſectæ in partibus Toloſanis præcipuus expugnator, Mariani Roſarij quoad quindecim myſteria, gaudioſa, doloroſa, & glorioſa. (Vt hodie à Chriſti fidelibus in Eccleſia frequentatur) ipſius Deiparæ monitu, atque eruditione, innumeris Pontificibus hoc teſtantibus, Author indubitatus, eiuſdemque Confraternitatis, ac Sodalitij primus inſtitutor, cui ſupparem nullum ſuo tempore Diuini Verbi declamatione Orbis audiuit.

Anno 1203. cum Didaco Oxomenſi Epiſcopo inualeſcentem impiam Albigen-

genſium hæreſim profligaturus Toloſam venit. Illic vnà cum Ciſtercienſibus Abbatibus ab Innocentio III. Pontifice Max. miſſis Albigenſes reductum adfidem, totus eorum conuerſioni addicitur; Ibi ergo quà ſacra prædicatione,quà inculpatæ vitæ exemplo mirum in modum vberrima catholicæ Eccleſiæ fructuum protulit incrementa.

Poſt hæc Didaco in ſuam Eccleſiam, Abbatibuſque ad propria reuertentibus, glorioſus Chriſti athleta Dominicus, ancipiti gladio ſpiritus, & doctrinæ duodecim circiter annos in eoſdem Albigenſes infatigabili ſtudio, pluribus eorum hæreſes abiurantibus, dimicauit. At de his Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1215. Paramus *lib.* 2. *de Origine inquiſitionis tit.* 1. *cap.* 2. Caſtill. *lib.* 1. *hiſt. S.Dominici*, Maluenda *in Annal. Ord. Præd.*

Inter alia inſignis virtutis, & ſapientiæ trophæa, ſcripſit (vt in ſuo Roſario, ex quibuſdam refert Ioannes Mauburnus.)

Salutationes ad Virgineorum membrorum Benedictionem.

Item de Roſario ſacratiſſimæ Virginis Matris, & de Salutatione Angelica ſermones plures.

Horum aliqui extant apud Beatum Alanum Rupenſem Rediuiuum, opera Ioannis Andreæ Coppenſtein Mandalenſis noſtri Ordinis Theologi, nuper Coloniæ editum, ac Neapoli rurſus typis Secundini recuſum. Marraccius *in Bibl. Marian.*

Scripſit *præterea libros duos contra Albigenſium hæreſes.* S. Antoninus 3. *p. tit.* 19. *cap.* 1. Bellouacenſis *in ſpeculo hiſt. c.* 30. Item:

De Laudibus Beatiſſimæ Virginis Matris.

Fertur compoſuiſſe librum de corpore Chriſti contra eoſdem, de quo dicit Vincenrius ter in ignem proiectum, ter reſiluiſſe illæſum. At de hoc lege Ioannem de Turrecremata *de Conceptione p.* 13. *cap.* 2.

Ferunt inſuper quidam (vt narrat F. Thomas de S. Germano Brixianus (eiuſdem noſtri inſtituti) Sanctiſſimum Patriarcham, dum Sacri Palatij Doctor haberetur,

Commentaria ſuper Matthæum, & in epiſtolas Pauli paraphraſim, edidiſſe. Fernandez *in Concertatione Prædic.* Lucarinus *in Adnotationibus ad indicem Libr. Prohibitor.* Caſtillus, Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Antonius Senenſis *in Biblioth.*

Separatim etiam ſcripſit ſuper illud Matthæi cap. 8.

Abeunte Ieſu in nauiculam.

Lucarinus, & Fontana.

Edidit prætereà Bononiæ Poſtillas in Pſalmos,& ſuper reliquas epiſtolas Canonicas. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1: Fontana *de Romana Prou. cap.* 6. Lucarinus.

Cum virtutum, & ſanctitatis noſtri Beatiſſimi Patris fama per omnes Chriſtiani Orbis partes volitaret, quarumdam Eccleſiarum Capitula, ad quæ Epiſcopi electio tunc temporis attinebat, eumdem Beatiſſimum Patrem ſibi paſtorem, vt peregerunt, eligere ſtatuère. Cæterum ſanctiſſimus vir in paupertate, quam profitebatur, cupidiſſimus moriendi, omnes ſibi oblatas eccleſiaſticas dignitates, inter quas tres erant Epiſcopales, conſtantiſſimè recuſauit. Ita refert S. Antoninus 3. *p. hiſt. tit.* 23. *cap.* 1. & 4. Vnam ex his Tarraconenſem Eccleſiam in Aragonia extitiſſe, affirmant Luſitanus *in Chron. in principio §. Paſtorum ſedes eximia*, Fontana *in Theatro par.* 1. *cap.* 4. *tit.* 99. *num.* 1. ac alij.

Interfuit Sanctiſſimus Patriarcha magno Concilio Lateranenſi, quod celebratum eſt in Vrbe ab Innocentio Papa III. in Baſilica Lateranenſi, à qua ſumpſit nomen. In hoc Concilium Maximum, quod anno Domini 1215. celebrarunt, ex quatuor Orbis Patriarchis duo, Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus videlicet, conuenere. Antiochenus enim ægritudine præpeditus, Legatos ſuos tranſmiſit. Alexandrinus ſub Saracenorum dominio conſtitutus, fecit quod potuit; proprio, ac Eccleſiæ ſuæ nomine illuc deſtinauit Germanum ſuum. Interfuere prætereà cætui ſacro Archiepiſcopi ſeptuaginta vnus, Epiſcopi quadringenti, & duodecim, Monachorum Abbates decem, & ſeptem, ſacrorumq; cænobiorũ Præſules octin-

genti. Aſtitere quoque in eo Oratores Romanorum Regis Friderici II. atque Henrici Græcorum Auguſti, necnon Regum omnium, Catholicorumque Principum, ſcilicet Regis Hieroſolymorum Ioannis Comitis Brennæ, Philippi Auguſti Regis Gallorum, Alphonſi IX. Regis Caſtellæ, ac Legati Alphonſi II. Regis Luſitani, Ioannis Angliæ, Hugonis Regis Cypri, Regumque Boemiæ, Hungariæ, ac Daniæ. Concilio autem Innocentius Pontifex Maximus ipſemet præſidebat. Abbas Vrſpergenſis, Maluenda *in Annal. Ord.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1215. Caranza *in Summa Conciliorum, noſtra Chronologia eodem anno, & alij plures.*

Cum Fulcone Antiſtite Toloſano venit in Vrbem Sanctiſſimus Patriarcha, vt huius auctoritati; ac gratiæ innixus ſui Ordinis confirmationem ab Innocentio Summo Pontifice impetraret, & quæ hactenus in Albigenſes feliciter compleuerat, in Concilio Summo Pontifici aperiret. Poſtremò Romam ingreſſus, Concilio, & Pontifici, in Albigenſes patrata, narrauit: In eodem Sacro Concilio noſter Sanctiſſimus Pater contra Ioachini Abbatis Florenſis errores, qui peſſimè in Petrum Lombardum Sententiarum Magiſtrum de Vnitate, ſeu de Eſſentia Trinitatis ſcripſerat, perorauit. Præterea contra deliramenta Almerici Carnotenſis Lutetiæ Pariſiorum, impietatis Doctoris, pergraui, ac faeundiſſimo ore coram eiſdem Patribus diſputauit. Tandem, vt Epiſcopi contra hæreticos inquirerent, egit. Sacra Synodo abſoluta, Toloſam cum Fulcone viro doctiſſimo, & ſanctiſſimo repetiuit. Bzouius *in Annal. Eccleſ. anno* 1215. Fernandez *in Concert. Præd. eodem ann.* Humberti *Chronicon manuſcript. & alij plures.*

Cæpit ergo Sanctiſſimus Patriarcha Eccleſiam, quę propè collabebatur, cum ſuis à principio reparare. Ipſum enim fuiſſe in Catholica Eccleſia re, & nomine primum Inquiſitorem affirmát Bernardus Guidonis Inquiſitor Toloſanus, Epiſcopuſque Ludouenſis in Gallia, Nicolaus Eymericus, Camillus Campegius Nepeſinus, atque Sutrinus Epiſcopus *in Additionibus ad Zanchinum*, Maluenda *in Annal. Ord.* & Alphonſus Fernandez *in Concert. Præd.* ex noſtris; ex alienis verò Io: Antonius Gabutius Nouarien. Congregat. Clericorum Regularium S. Pauli, Sebaſtianus Salelles Ieſuita *Libro de materijs tribunalium S. Inquiſitionis Prolegomen.* 3. Platina, Prateolus, Ioannes Azorius *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſt.* 1. Gualterius, Famianus Strada *de Bello Belgico dec.* 1. *lib.* 1: *verſ. Vna omnium maximè.* Dantes Algerius *cant.* 12. Paradiſi iuxta interpretationem Chriſtophori Landini, Nicolaus Bertrandus *in Hiſtor. Toloſana*, Franciſcus Penia *in* 3. *part. Directorii Inquiſitorum comment.* 32. Ignatius Lopez de Salzedo *in pract. crimin. canonica c.* 114. Paramus *de Origine Inquiſitionis lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 1. & demum Sixtus V. *in Conſtitutione data Romæ* 1586.

Bononiæ, glorioſè tot laboribus feliciter exantlatis, obijt Vir Sanctiſſimus, in noſtra Prædicatoria familia, atque in vniuerſo terrarum Orbe æternum victurus, Anno partus Virginei 1221. 8. Idus Auguſti.

Exteri, & noſtrates ſcripſere de illo innumera: Lege noſtrum Panagion. *p.* 1. *elog.* 12. *& p.* 2. *elogio* 1.

Anno 1222.

BEATVS MONETA Cremonenſis vir in tota Italia, imò, & Orbe notiſſimus, ſęcularis legerat Bononiæ publicè artes, deinde noſtris, illum diuina gratia efficaciter commouente, adſcriptus, ſanctitate conſpicuus breui euaſit, ſacra doctrina politiſſimus, egregius fidei pugil, ac maximis fulſit miraculis, & innumeris. Tandem aſſiduitate ſtudij, & lacrymis, quas emittebat cauſa deuotionis, frequentibus, veluti alter Didymus factus eſt cæcus. Diutinam ægritudinem in omni patientiæ, ac ſanctitatis exemplo hilariter ad experimentum virtutis ferendo, Bononiæ volauit ad ſuperos. Tanta is fuit admirabili ſanctitate, vt Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus, cum veſtimentis Monetæ in eius cubiculo (carebat cella, ac lecto) voluerit vita defungi, & animam magnam reddere Creatori.

A Bea-

A Beato Reginaldo habitu noſtræ Religionis Moneta indutus, induit odium in hæreticos, in quos vſque ad mortem inuehens ſcripſit,& diſputauit:

Edidit enim contra Catharos, & Vualdenſes volumen maximum, quæ ſumma Moneta Cremonenſis vocatur contra Hæreticos,

Cuius archetypus adhuc in noſtra Bibliotheca Bononienſi conſpicitur, incipit hæc ſumma:

Tempus faciendi Domine, &c.

Habetur etiam Neapoli manuſcripta in Conuentu S. Dominici.

Item totam Logicam dilucidè propter minus eruditos breui compendio tradidit.

Antonius Senenſis, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Maluenda *anno* 1220. *cap*.5. Grauina *Pro ſacro depoſito cap*.22. *num*.3.

Scripſere de tanto viro Humbertus *lib*. 4. *de Vitis Fratrum cap*. 10. Theodoricus *lib*. 3. *c*.3. S. Antoninus 3. *part. Hiſtor. tit*.23. *c*.5. §.2. Leander *lib*.5. *in Moneta*, Flaminius *lib*.2. *Vita S. Dominici*, Antonius Senenſis *in Chronico Ordinis, & in Bibliotheca*, Ferdinandus Caſtillus *lib*.1. *Hiſtor. S. Dominici c*.37. Maluenda *anno* 1219: *cap*.1. *&* 2. *& anno* 1220. *cap*. 5. Chronicon breue noſtrarum Conſtitutionum hæc habet:

Magiſter quoque Moneta Religionem intrauit, famoſiſſimus in toto Orbe terrarum. qui Summam Theologiæ contra hæreticos compilauit. Hæc ibi.

Lege Panagion noſtrum *p*.2. *Elog*.3.

Anno 1224.

FLoruit circa hæc tempora Paulus Hungarus, quem meritò Apoſtolum Hungariæ apud Luſitanũ in Chronico vocauere. Hic celebris Iuris Conſultus publicè interpretabatur leges Bononiæ. Plura ſcripſit; ſed quæ fuerint, non habemus.

Huius meminerunt Caſtillus *par*. 1. *Chron. lib*. 1. *cap*. 55. Antonius Luſitanus *vbi ſupra*, & alij.

Anno 1225.

BARTHOLOMAEVS TRIDENTINVS maximo ingenio vir, cum Religione, tum doctrina illuſtris, ſpirituque deuotionis perferuidus ſcripſit:

Legendarium de Vitis Sanctorum. Ex quo poſtea mutuati ſunt plures alij.

Scripſit quoque, & alia plura.

Claruit circa primordia noſtræ Religionis P. 1. Monum. Ordinis Taegij, Luſitanus *in Bibliotheca*, & Plodius *p*.2. *lib*. 1.

Anno 1226.

IOANNES DE MONTE Sanctiſſimi noſtri Patriarchæ Dominici ſocius amantiſſimus, natione Hiſpanus, vir antiquæ Fidei, & candoris, nec minus doctrinæ præſtantia, quàm vitæ probitate inſignis. Immortalem ſibi apud poſteros peperit gloriam ſcribendo:

De Laudibus B. Mariæ Librum prænotatum *Mariale*.

Luſitanus *in Bibliot*. Plodius *p*.2. *lib*.1.

Claruit anno reparatæ ſalutis 1226. Antonio Senenſi *in Bibliotb. Prædic*.

Hunc Ioannem puto eſſe illum de Nauarra, quem S. Antoninus ait Longobardum fuiſſe, ſed omnes alij conſenſerunt fuiſſe Hiſpanum, nempe Vaſconem, quod & ipſa Nauarræ appellatio ſatis indicat. De quo meminere Bernardus Guido, Flaminius *lib*. 3. *Vita S. Dominici*, Theodoricus *lib*. 2. *cap*. 2. Stephanus Salanachus *in Comment. de rebus Ord*. Maluenda *ad an*. 1217. *& alij*.

Socij enim Sanctiſſimi noſtri Patris Dominici hi fuere; Fr. Matthæus Gallus, Fr. Bertandus de Garriga, Fr. Petrus Scilanus, Fr. Thomas Scilanus, Fr. Mammetus, vel Manes germanus S. Dominici, Fr. Gomezius Suerius, Fr. Michael de Fabra, Fr. Dominicus Hiſpanus, Fr. Ioannes de Nauarra, Fr. Petrus Madricenſis, Fr. Michael de Vſero, vel Vſedo, Fr. Laurentius Anglicus, Fr. Stephanus Metenſis, Fr. Guilielmus Claretti Apamienſis, Fr. Odericus Normannus Conuerſus, de quibus *conſule Maluendam in Annalibus*.

Anno 1227.

ANDREAS A MODOETIA Lõbardus felix ingenio, maximè in vtraque Philoſophia, diuina, ſcilicet ac humana verſatus ſcripſit:

Le-

Lecturam ſuper D.Ioannem, vbi repo. ſuit centum ſexaginta collationes.

Item volumen variorum Sermonum ad Clerum, & ad Populum.

Præterea plura ſuper Logicam, & Philoſophiam.

Floruit circa hęc feliciſſima Religionis exordia, illiuſque meminerunt Luſitanus *in Bibliotheca*, Plodius *p.2.lib.1. & reliqui*.

Anno 1230.

GVILELMVS IORDANVS Anglus diuerſus ab illo, qui floruit anno 1370.vir plane fuit doctiſſimus,& omnigena eruditione inſignis ſcripſit:

Super Libros Sententiarum.

In Epiſtolam ad Romanos.

De clara Dei viſione.

De libera electione ante mortem.

Quaſdam determinationes ſuper varios caſus.

Sermones varios, ac curioſos.

Librum aduerſus ſtadium Monomachũ.

Seraphinus Ractius, Luſitanus *in Bibliot.* Plodius *p.2.lib.4.* Floruit circa hæc tempora; alijs autẽ circa annum 1262.

Anno 1234.

HOc anno Gregorius IX. reponit inter Sanctos Confeſſores Sanctiſſimum noſtrum Patriarcham Dominicum.

P. F. IOANNES DE CASTILLA Hiſpanus vir pius, ac eruditus compoſuit:

Officium Sanctiſſimi Patriarchæ,& accuratè *eiuſdem vitam*.

Duo ex noſtris compoſuerunt dictũ Officium, ſcilicet, P.F. Ioannes de Caſtilla (vt dixi) & Reuerendiſſimus P.F. Conſtantinus Epiſcopus Vrbeuetanus. At quia editum ab Epiſcopo Conſtantino iudicatum fuit à Patribus elegantius, hoc legitur in Eccleſia. Plodius *in Append.* Luſitanus *in Biblioth. & alij. Vide an.1265.*

Anno 1236.

BEATVS IORDANVS TEVTONICVS de Prouincia Saxoniæ, & ipſe natione Saxo de Villa, quæ dicitur Borterfge, Diæceſis Mogũtinæ, verus Iſraelita, Pariſijs 1220.habitũ induit è manibus Matthæi primi Prioris. Primum Lector Pariſienſis,deinde,cum tantũ duos annos,& menſes tres in Ordine trãſegiſſet, Prouincialis(vt dicũt) Lombardiæ renunciatur, ſtatimque poſtea ſecundus Ordinis Magiſter Generalis, qui ferè annis 15. optimè regens Ordinem, mille Fratres, & amplius manu ſua noſtro fertur habitu induiſſe. Fuit Diuini Verbi præco inſignis, proximorum ſalutis zelator vehemens, ac præclaræ ſanctitatis, ſignorumque cæleſtium meritis ſat conſpicuus. Viſus eſt reuera Sanctiſſimo Patriarchæ ſuffectus, nedum in Ordinis moderatione, ſed in prudentia quoque, in doctrina, in charitate, in ſanctitate, in moribus, & prodigijs.

Migrauit ad Dominum anno ab Incarnatione Verbi 1236. Februarij die 12: multis clarus miraculis ſcripſit:

Super Apocalypſim poſtillã gratioſam.

Super Priſcianum minorem:

Quædam grammaticalia delicata.

Librum de Ordinis initijs, qui incipit: *Filijs gratiæ &c.* Sæpè citatur à S. Antonino, à B. Humberto, & ab alijs.

Pro eximio, & ardenti, quo Sanctiſſimam Deiparentem ſtudio, affectuque proſequebatur, compoſuit etiam;

Coronam Virginis Mariæ tot floribus Antiphonarum, Orationum, & Pſalmorum contextam, prima verò Pſalmorum, Antiphonarumque elementa acroſticè Sanctiſſimum Nomen (MARIA)*componunt.*

Placentiæ, poſt varias editiones, typis Io: Bazachij anno 1599.in 12.ſcripſit etiam:

Lecturam in D. Lucam:

Officium S. Dominici, & ſequentiam, quam recitamus eodem die in Miſſa.

Ita Maluenda, Sebaſtianus Olmeda, & alij. *Lege* Trithemium *de Scriptorib. Eccleſiaſtic.* At de hoc officio alibi. Edidit quoque:

Librum concionum ad Populum.

Librum de Tranſlatione S.P.Dominici.

Salutationem ad B. Virginem.

Longam, & pulcherrimam orationem ad Patrem S. Dominicum.

Præterea *ſuper quatuor Libros ſententia-*

tiarum,& primus omnium Ordinis Fratrum legit, & interpretatus eſt ſententias Pariſijs publicè anno 1225.

In Monaſterio S. Agnetis Bononienſis aſſeruatur Liber Epiſtolarum eius ad illas primas Matres Sāctiſſimas,dulcedine,dilectione,ac ſanctitate refertus.

Scripſit etiam plures alias Epiſtolas, ſequentias, & alia.

Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 13. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *Chron. & Biblioth.* S. Antoninus 3. *par. tit.* 23. *Eum vocans ſpeculum ſine macula, & viuum exemplar omnium virtutum.*

Leander *lib.* 1. Borſellus *lib. de General.* Iacobus Suſatus, Marcheſius *in Diario die* 13. *Februarij*, Alphonſus Fernandez *in Concertat.* Iuſtinus Miechouius Polonus *in Litanijs Lauretanis tom.* 1. *diſcur.* 83. *& tom.* 2. *diſcurſ.* 254. Taegius *p.* 1. *cap.* 5. *& p.* 6.

Lege Panagion noſtrum *p.* 2. *Elog.*

Anno 1238.

BEATVS BROCARDVS, cuius meminit Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *c.* 1. *Chron.* Fuit pius, ac religioſiſſimus vir, patria Argentinenſis ciuitatis Epiſcopalis in Alemania ſub Moguntina Metropolitana. Quæ Cathedralis ſanctiſſima, reiecta Religione Catholica, proſtituta fuit à Lutheranis an. 1529. Ita Gallia Chriſtiana *tom.* 2.

Confectis in Italia ſtudijs, optimus Theologus, & Canoniſta inſignis in Syriam ad Apoſtolicam miſſionem proceſsit. Diutiùs ibi manſit, vbi fuit ex primis fundatoribus noſtræ Religionis. Ab eius pijſsimo calamo habemus à nomine ſuo vocatam:

Summam F. Brocardi.

Deſcriptionem Terrę Sanctæ.

Ita Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *c.* 1. *Chron.* Taegius *p.* 4. Luſitanus *in Bibl.* Lombardellus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Morabatur Brocardus in Terra Sancta an. 1227. Receptus fuit ad Ordinem à B. Reginaldo an. 1218.

Hunc Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibliotheca Sanctæ* appellat *Burgardum*, & ſubdit eius librū *De ſitu Terræ Sanctæ.* ad topographiam Sanctorum voluminum eſſe perutilem. Chriſtianus, Adricomius,& Baronius hanc exactiſsimam deſcriptionem magnifaciunt. Prodijt in lucem Coloniæ Agrippinæ 1614.

IOANNES DE S. AEGIDIO S.Theologiæ Magiſter doctiſsimus,qui poſteris tradidit:

Commentaria ſuper quatuor Libros Sententiarum.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. florebat eodem anno.

ROBERTVS RIBVERBIVS Anglus, qui ante noſtræ Religionis ingreſſum in Pariſienſi vniuerſitate Lector celeberrimus extitit Metaphyſicæ, à Beato Reginaldo Aurelianenſi exceptus in Ordinem, Theologus euaſit ſupremus. Ad gradum licentiarum ibi promotus, repetijt Angliam. Illic noſtri Ordinis moderator. Impigrè quidem, & cum maxima laude prudentiæ, ac exactæ Religionis functus eſt officio ſuo. Vir quidem eximiæ famæ, ac nominis ſpectatiſsimi, ſiue illius vitę regularis obſeruantiam, ſiue in ſacris litteris exercitium, ſiue multiplicem rerum omnium cognitionem perpendas, fuit. Edidit Librum:

De Differentia Spiritus, & Animæ.

Super Librum Cauſarum.

Super epiſtolas Pauli ad Corinthios, & ad Romanos.

Librum de diuiſione Sacræ Scripturæ.

Tractatum de Inſtantibus.

Deuexo in ſenium ęuo circa hæc tē. pora abiuit ad meliores. Albertus Venetus, Taegius *part.* 4. Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Antonius Luſitanus *in Bibliot. & part.* 4. *Monum. Ord.*

Anno 1239.

GVILLELMVS RIMGISCHIN Anglus, vir quà diſciplinarū vſu, qua in proximos charitate domi,foriſq; fructuoſiſsimus, Theologus celeberrimus, ſcripſit circa hæc tempora:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Fortaſſe hic alter eſt à Guillelmo Rimigiſchinenſi Anglo, quem ponemus an. 1262. Lege ibi.

ROBERTVS CASTRICO Anglus, qui dans Religioni noſtræ hoc feliciſsimo ſæculo nomen,adeò ſe ſtudio addixit,

xit, vt nihil deeſſet viro eruditiſsimo cunctarum ſcientiarum. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.2. lib.* 1. Effulſit hoc anno.

Anno 1240.

IOANNES CHRISTOPHORI de Minda Germanus, qui proloquio cõmuni magnus illeTheologus,& Philoſophus dicebatur, in ſcripturis longo tempore exercitatus, & in ſæculari Philoſophia nobiliter doctus, facultate,& Sermone Scholaſticus præſtantiſſimus ſcripſit:

Librum de Viris Illuſtribus.
Poſtillam Scholaſticam ſuper quatuor Euangeliſtas.
Super omnes epiſtolas Pauli.
Super Epiſtolas Canonicas.
Super Librum Elenchorum Ariſt.
In Libros de Anima.
Super quatuor Libros Sententiarum.
Et plura alia.

Caſtillus 1. *p. Chron. lib.2. cap.69.*

Aliqui aſſerunt Ioannem hunc floruiſſe hoc anno. Ita Sixtus Senenſis *in Bibliotheca ſancta*. Trithemius hunc ponit an. 1260. Caſtillus an. 1277. & Supplementum Chronicorũ an. 1283. Plodius *p.2. lib.* 1. Luſitanus *in Bibliot.* putant toto hoc tempore celebre nomen eius duraſſe.

Anno 1241.

IOANNES VVILDESHEMENSIS Teutonicus, natione Vveſtphalus Bremenſis diœceſis, iuris vtriuſq; laurea adeptus in ſæculo, dum ſtudiorum fructum demetere, perorandis in foro cauſis intenderet, afflante ad meliora aura, obuertere viſus eſt puppim, & malum. Matura ætate remittens nuncium ſæculo, noſtris eſt coaptatus, & ſolemnia profeſsionis verba pronunciauit: Moderator, ſiue (vt dicunt) Prouincialis in Hungaria cum eſſet, à Gregorio IX. Boſnenſi Eccleſiæ in Hungaria ſub Metropoli Colocenſi, præficitur inuitus Epiſcopus. Hanc igitur Eccleſiam Apoſtolicis mandatis adſtrictus tandem ſuſcepit, illamque omnium virtutum exemplo ouibus ſibi creditis dato, ſanctiſsimè duobus circiter annis tantùm rexit. In hac Epiſcopali Sede conſtitutus, tamquam lucerna ſuper candelabrum cunctis præluxit. Octo millia marcarum argenti. (Tot enim erant illius Eccleſiæ redditus Epiſcopales) quotidie, retentis tantùm ſibi ijs, quæ neceſſaria ad ſui frugalem ſuſtentationem ſufficerent, pia liberalitate in pauperes effundebat. Sæcularis faſtus contemptor ſeuerus, nonniſi vnico aſello in ſuæ diœceſis viſitatione, qui libros, & ornamenta Epiſcopalia deferebat, vtebatur. Ipſe autem pedeſter incedens ſibi creditas oues, humiliter viſitabat. Tandem dimiſſo Epiſcopali onere,nulla ſibi prouiſione retenta, pauperrimus quàm lætiſsimè reuerſus eſt ad clauſtra Religionis. Paulò poſt Prouincialis Lombardiæ eligitur; poſtremò an. 1241. ex Prouinciali in Generalem Magiſtrum. Tandem vir Deo plenus, ac in omni virtute conſpicuus XII. annos cum dimidio Ordinem moderatus, virtutibus, & miraculis tam in vita, quàm in morte clariſsimus Argentinæ obijt, pridie nonas Nouembris anno Domini MCCLIII. Fuit in Latina, Græca, Germanica, & Hungarica lingua verſatus. Scripſit:

Multas epiſtolas digniſſimas ad vniuerſum Ordinem, doctrina, zelo, ac ſanctitate refertas.

S. Antoninus 3. *part.* Leander *lib.* 1. Borſellus *lib. General.* Caſtill. *p.* 1. Iacobus Suſarus, Ambroſius Taegius *p.6.* Luſitan. *in Chron. & in Biblioth.* Bzou. *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1253. *num.VII.* Ferrar. *de Reb. Hungar. Prou. part.* 3. *lib.*1. *c.*5. Plodius *p.*2. *lib.*1. Fontana *in Theatro p.*1. *c.*9. *tit.*99. *num.*1.

B. TANCREDVS TANCREDI Italus, patria Senenſis, nobili familia ortus eſt anno 1185. ſtuduit Bononiæ, deinde expleto anno decimo Lutetiæ Pariſiorum ſapientiæ adeptus eſt laureã. Doctor reuerſus ad patriam,ſuæ ciuitatis nomine, ad Federicum II. Imperatorem laudabiliter obiuit legationem. A Cæſare inter equites cooptatus ad patriam redijt an. 1215. illac cum S. Dominicus pertranſiret, il-

lum

lumTancredus audiuit concionantem, ad cuius aures Virginem Dei Matrem vidit immurmurare. Deſcendente Dominico à ſuggeſtu, piiſsima Mater Dei Tancredo Sanctiſsimum Patriarcham digito oſtendendo, dicebat, *Tancrede, hunc ſequere*. Ergo noſtri Prædicatorum Ordinis ſignis, ſanctiſsimæ Virginis monitu, nauiter, ſtrenuèque militauit. Vir ſingulari ingenio, doctrina eximia, neque his dotibus impari virtute cæpit conciones habere ad Vrbes; Linguarum dono à Deo donatus, innumeros conuertit ad illum, hæreticos, turcas, ſaracenos, hebræos. Auribus prædicantis non rarò viſa eſt Mater Dei aſsiſtere, nonnumquam Angeli, & ſæpiſsimè columba etiam candidiſsima. Eius mirabilem vitam lege apud Gregorium Lombardellum, Plodium *p.1. lib.1. & p.2. lib.1. & alios*.

Religioſas Eccleſiæ ducens excubias, pro militantibus edidit:

Centuriam concionum Panegyricarum de Sanctiſſima Virginis Dei Genitricis encomiis.

Ita refert Hyacinthus Choquetius *in libro de viſceribus maternis cap. vltimo*.

Fuit Prior in Conuentu S. Sixti in Vrbe; vbi plura patrauit miracula. Anno 1222. creatus fuit Vicarius Generalis in Terra Sancta.

Poſteà ibidem Moderator, vbi nunc Prioris, nunc Prouincialis officio fungens annis decem, & octo, plures conuentus fundauit.

Aeterna beatitudine ſtrenuus miles Chriſti donatus eſt anno Domini 1241. die 8. Septembris. Cui inſtante mortis hora, apparuit Regina Cœlorum Maria, eique dixit: *Veni dilecte mi, veni in hortum meum, veni, coronaberis à filio meo*, & ille ridendo, ad circũſtantes conuerſus, dixit: *Gaudete viſcera mea, gaudete; quia lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi. In domum Domini ibimus*; & ita poſuit animam. Scripſit:

Super Libros quatuor Sententiarum.

In Danielem, in Hieremiam.

In Cantica.

Super epiſtolas Pauli.

Quoſdam Tractatus de Miſericordia, Potentia. Præſcientia, Prædeſtinatione, & Scientia Dei.

Librum de Vtilitate credendi:

Sermones Quadrageſimales.

Sermones infra Annum, Aduentus, ac Sanctorum.

Sermones funebres.

Super Libros Poſteriorum.

In Phyſicam, Animam, Metaphyſicam.

In Libros de Generatione, & Corruptione.

Ethicam, Politicam, & Oeconomicam.

De Cauſis.

Decem Libros de varijs Quæſtionibus:

Super Libros de Natura.

Plodius *p.2. lib.1.* Gregorius Lombardellus, Hyacinthus Coquetius *in lib. de viſcer. matern. cap. vlt.* Lucarinus, & Fontana *de Rom. Prou. cap.6.*

Anno 1242.

IVSTINVS ignotus patria, & cognomine, vir eruditus, politioriſque litteraturæ peritus ex commiſsione Capiruli Generalis hoc anno Bononiæ celebrati, ſcripſit:

Vitam noſtri S. Patris Dominici.

Leander *lib.4.* Plodius *p.2. lib.1.* Antoniuſque Senenſis *in Bibliotheca*.

Anno 1244.

IOANNES DE S. GEMINIANO Prouinciæ Romanæ, quæ tunc vna erat cum noſtris Prouincijs Regni, aureum verè eloquentiæ flumen, & dulciſsima Euangelij tuba, pietatis, doctrinæq; titulis decoratus, & in primis plurimarũ rerum notitia illuſtris, in Theologia Scholaſtica, & in ſacris literis non mediocriter eruditus, in Philoſophicis, ac legibus admirabilis. Venit Neapolim cum B. Thoma Agni Leontino, illuc à Gregorio IX. ad extinguendas hęreſes per Fridericum II. Imperatorem diſſeminatas miſſo. Huius ſanctitate, ac eloquentia S. Thomas Aquinas, cum daret ibi operam literis, illectus, ſæculum abdicauit, & noſtræ Religioni voluit cooptari. S. Thomam, qui à Matre, ac Fratribus in arce caſtri S. Ioannis detinebatur, pluries inuiſens adinnit, eiq; de libris, atque veſtibus benigniſsimè in carcere prouidebat. Inſuper curauit obnixè, vt Or-

dini reſtitueretur, illumque feliciter Neapolim emiſſum è dicto caſtro per feneſtram, reduxit.

Inter multa præclara volumina, quibus ſe & præſentibus tunc vtilem, & poſteris memorabilem reddidit, reliquit:

Sermones perpulchros de tempore, dominicales, & quadrageſimales.

Item ſermones de Sanctis.

Pro defunctis ad omnem ſtatum.

Lugduni 1510. in 4.

Summam inſignem de ſimilitudinibus, & exemplis in decem libros diuiſam.

Venetijs per Ioannem, & Gregorium de Gregorijs 1497. in 4. & alibi pluries.

Opus variarum rerum; ſeu collationes varias.

Opus de Operibus ſex dierum.

Dialogum in Vigilia Paſchatis.

Dialogum in Paſſione Chriſti inter Latronem, & Chriſtum.

Alium inter Cain, & Abel.

Claruit anno ſalutiferæ reparationis currente; 1244.

Hi dialogi circumferuntur annexi ſermonibus Fratris Goſcaldi Ordinis Eremitarum.

De eo ſcripſerunt S. Antoninus *3. p. hiſt. tit.22. cap.7. §.3.* Antonius Senenſis *in Bibl. Pradic.* Plodius *part.2. lib.1.* Caſtillus *centur.2. lib. 1. cap. 31.* Valle *in Compendio part. 1.*

Anno 1245.

SIMON DE S. QVINTINO vir pius, æquè ac doctus.

Anno 1245. cum alijs tribus ex noſtris ad tartaros ex Concilio Lugdunenſi ab Innocentio IV. miſſus fuit: ſcripſit.

Hiſtoriam Tartarorum.

Vincentius Bellouacenſis *lib.31. Speculi hiſtorialis* Maluenda *Annal. Pradic. ad an.1245. cap.3. & ſequentibus;* Ptolomæus Lucenſis *in Hiſtoria ſcholaſtica lib. 22. cap. 4.* S. Antoninus *3. p. hiſt. tit.19. c.5. §.3. 4. 5.* Nauclerus *generatione 42.* Paulus Aemilius *lib.7. rerum Francicarum,* Genebrardus *lib.5. Chronograph. pag. 633.* Antonius Senenſis *in Chronico pag. 59.* Ferdinandus Caſtillus *p.1. lib. 2. Hiſtoria Prad. cap. 27.* Matthias Michouienſis *lib. 1. de Sarmatia c. 5. & lib. 3. rerum Polonicarum c.44.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum 1245. num. 13. & alij.*

Eodem hoc anno Innocentius Papa IV. circa feſtum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli conuocat Concilium Generale Lugdunenſe I. aduerſus Imperatorem Fridericum II. cui toties diris deuoto; ex communi Patrum voto, imperium abrogauit. Bzouius *in Annalibus,* Vincentius Bellouacenſis, *& alij apud noſtram Chronologiam anno 1245.*

Aſtiterunt huic S. Synodo, in templo Max. eiuſdem Ciuitatis Lugdunenſis habitæ viri clariſſimi, inter quos Balduinus II. Orientis Imperator, complures S.R.E. Cardinales; Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus; centum quadraginta Archiepiſcopi, & Epiſcopi; nec non diuerſorum Sac. Ordinum Abbates complures. Bzouius *in Annal. Eccleſ. an.1245. num. 1. 5. & 6.* Spondanus *in Annalibus num. 11. dicti anni.*

1. Adfuere & ex noſtris Prędicatoribus Hugo de S. Charo Archiepiſcopus Lugdunenſis, de quo anno *1261.*

2. Raymundus de Fulgario Archiepiſcopus Toloſanus ex caſtro de Miramonte, qui à prima ætate Ordinem ingreſſus, S.P.D. diſcipulus extitit, à quo tamquam à puriſſimo fonte omnium incrementa ſuxit virtutum. Breui temporis interuallo, interioribus Præfecturis peractis, datus fuit in Priorem Prouincialem Prouinciæ. Ex eo munere cathedram Toloſanam aſcendit anno 1231. Effulſit in tanto Antiſtite ſumma agendarum rerum peritia; Et propter in negotio pacis inter S. Ludouicum Galliæ Regem, & Comitem Toloſanum pro extirpatione hæreticorum anno 1233. quos quoad vixit, verbo, calamo, ferro, & igne inſequi non deſtitit, arbiter fuit. Ab Apoſtolico Legato ad Concilium inuitatus, cum eodem in Italiam venit. In conficienda pace inter Angliæ, & Galliæ Reges plurimùm inſudauit: tandé produxit illam ad finem. Die 19. Octobris an. 1280. pertexit ad Chriſtum.

Scri-

Scripſere de illo Gallia Chriſtiana *tom.* 1. Ferrarius *de Rebus Vnghar. Prouinc. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5.

3. Stephanus Archiepiſcopus Turritanus. Hic Natione Hiſpanus vir fuit doctrina, & pietate conſpicuus; & cum eſſet Prouincialis Lombardiæ, à Gregorio IX. Pont. Max. Turritanum Archiepiſcopatum in Sardinia conſequutus eſt circa annum 1237. in quo pluribus annis, ouibus ſuis optimum exemplum relinquens, ſanctiſſimè vixit. Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Fernandez *in Catal.* Taegius *p.* 1. & Fontana *in Theatro p. p. cap.* 4. *num.* 1.

4. Dauid Archiepiſcopus Carſellenſis in Hibernia. Dauid Mac-Kellis Hibernus cum Carſellenſis Eccleſiæ decanatus dignitate potiretur, ſpretis mundi honoribus, ſæculique diuitijs, quibus affluebar, nudum Chriſtum in Dominicana Religione ſequi delegit. Archiepiſcopus Carſellenſis à Clero electus, à Gregorio IX. anno 1237. confirmatus fuit. Tandem quieuit in Chriſto anno 1253. Vghellus in Manuſcrip.

5. Gregorius Fauentinus à Clero electus Epiſcopus Fanenſis Eccleſiæ in Vmbria Senonen. & à Gregorio IX. confirmatus anno 1240. Huius meminerunt S. Antoninus 3. *p. hiſt.* Vghellus *tom.* 1. *Italia ſacra.*

6. Vgolinus de Arimino ob ſcientiæ, morumq; excellentiam fuit patriæ ſuæ Ariminenſis creatus Epiſcopus à Gregorio IX. circa annum 1232. In hac igitur dignitate conſtitutus, tamquam S. Patris Dominici, quem in terris coluerat, nobilis filius, virtutumque æmulator, ouibus ſibi creditis, ſe normam ſanctitatis, exemplarque pietatis exhibuit. E viuis exceſſit anno 1249. Olmeda *in vita F. Io. Teut. Mag. Ordinis*, Vghellus *tom.* 2. *Italia ſacra.*

7. Petrus Centelles Epiſcopus Barcinonenſis in Catalunia. Hic cum eſſet Barcinonenſis Epiſcopus, ex fructu, quem in vinea domini faciebant Fratres noſtri, permotus, Ordinis habitum petijt. At illum ob impedimentum paſtoralis curæ, non potuit conſequi. Quare ipſe ad Gregorij IX. pedes, Eccleſiam ſibi commiſſam dimiſſurus acceſſit. Cæterùm non licuit ei id facere per Gregorium, cui ſatis erat perſpecta Antiſtitis ſanctimonia. In hoc tamen Centelles factus eſt voti compos, quod Gregorius ei indulſit, vt retenta Barcinonen. Eccleſia, aſſumeret habitum Ordinis. Vixit igitur Paſtor optimus ſub habitu Ordinis noſtri vſque ad annum 1252. quo die 28. Martij functus eſt vita. Lopez *p.* 5. *lib.* 2. *cap.* 8.

In hoc Concilio Hugo de S. Theodotico Archiepiſcopus Lugdunenſis vir præſtantiſsimus errores, ac hæreſes Petri de Vineis Capuani, auctoritati Summi Pontificis aduerſantes, ſtrenuè impugnauit, & ibidem fuit ad Cardinalitiam dignitatem primus ex Ordine noſtro aſſumptus. At de hoc ad annum 1262. Conſule Bzouium *in Annalibus ad annum* 1245. *num.* 1. Fernandez *in Concert. Prædic. ad eundem annum.*

In eodem Concilio Patres ad Tartaros mittendos fore PP. Prædicatores, ac Minores pro illorum conuerſione conſtituère. Delegati ergo fuere quatuor Fratres ex noſtris, ſcilicet Anzelinus, vel Anzelmus (variè proferunt nomen eius) F. Alexander Albertus, vel Albericus, & Frater Simon de S. Quintino, quibus F. Guichardum Cremonenſem eiuſdem Ordinis adiunxerunt. Miſsi quoque ex Ordine Minorum, F. Ioannes de Planocarpio, & Fr. Benedictus Polonus fuere. Hanc legationem peculiaribus libellis expoſuere F. Simon, & F. Ioannes de Planocarpio, duo ex Legatis, ille ex Ordine noſtro, hic verò ex Minoritis: in quibus multa de gente Tartarorum, eorumque feris moribus tradidere. Peruenerunt tandem in Perſidem, vbi plurimas pro Euangelica prædicatione perpeſsi calamitates, peracta legatione, ad Pontificem redierunt. Vincentius Bellouacenſis *lib.* 31. *Speculi hiſtoriarum*, Maluenda *in Annal. Prædicat. ad an.* 1245. *c.* 3. *& ſequent.* Ptolomæus Lucenſis, & alij.

Neſcio, an verum ſit, quod Taegius *in Monument. Ord.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1245. *num.* 13. & Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 4. aſ-

ferunt B. Anſelmum, Ioannem, & Benedictum ſanguine ſuo Chriſtianam diſciplinam ſanxiſſe; cum oppoſitum dicat Vincentius illius temporis Scriptor, qui loquutus eſt cum Simone vno ex ipſis Legatis.

Nec prætereundum eſt; quod Taegius adnotauit *in Monumentis Ordin.* Scripſerat Innocentius Pontifex Summus Priori Prouinciali Franciæ Ordinis noſtri, vt Fratres aliquos ſuos, tanto miniſterio dignos ad Tartaros deſtinaret. Quid autem lectis Apoſtolicis litteris euenerit, his verbis exprimit Taegius: *Recitatum eſt mandatum Concilij, & Pont. in Capitulo, & ecce tot Fratres ſe obtulerunt, quòd mirabilis fletus totum illud Capitulum repleuit. nimirum alijs cum lacrymis petentibus huiuſmodi obedientiam, alijs flentibus pro tam charis, & dilectis Fratribus ſe ad labores inæſtimabiles, & certam mortem ingerentibus. Flebant alij præ gaudio, quia licentiam obtinuerant. Flebant alij, quia licentiam obtinere non poterant.* Hæc ille. Tam magna erat,& ardens illorum Patrum noſtrorum in proximum charitas, tam flagrantiſsimus ſalutis animarum zelus, tamque vehemens dilatationis fidei Catholicæ deſiderium.

Quod ſpectat ad tempus Concilij: Platina, Aemilius, Gaguinus, Tillius,Genebrardus,& alij Francici Scriptores anno 1246. celebratum eſſe affirmant. Matthæus Palmerius, *Chronica Hirſaugientia*, Onuphrius, & alij anno ſuperiori 1244. At Vincentius Bellouacenſis, Albertus Stadenſis,qui hoc tempore viuebant, Maluenda *in Annal. Prædic.* ad ann. 1245. & plures alij præſenti anno 1245. eius celebrationem conſignant, quos nos meritò ſequimur. Conſule noſtram Chronologiam ann. 1245.

Terminato Concilio, Innocentius Pont. Maximus fecit de Friderici depoſitione ab Imperio Magiſtrum Generalem noſtrum F. Io. Teutonicum certiorem, illique mandauit, & noſtri Ordinis fratribus, vt in publicis colloquijs, & prædicationibus illam populis intrepidè nunciarent;quod fideliter perfecerunt. Id tamen maximè fuit noſtris afflictioni. Etenim ira percitus Fridericus, innumera mala intulit Ordini: inter cætera, fuſtigatos coegit fratres noſtris ex conuentibus pluribus exulare. At ibant illi gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro defenſione Apoſtolicæ Sedis contumeliam pati. Olmeda *in vita Ioannis Teutonici Magiſtri Ord.* E cœnobijs exeuntes, læti Symbolum Apoſtolicum, & *Salue Regina* alta voce cantabant. S. Antoninus *3. p. hiſt. tit. 23. c. 10.* Luſitanus *in Chronico pag. 60.* Et planè nullos aptiores, magiſque fidos Miniſtros ad publicandam per Orbem Chriſtianum contra Fridericum ſententiam reperit Innocentius, ac Fratres Prædicatores. Hi quidem perdifficilem, & periculoſam Prouinciam alacriter, & ſtrenuè ſuſcipientes ſuſtinuere. Hæc ſunt glorioſa Ordinis noſtri trophæa, hæ palmares noſtræ coronæ, hæ tandem Apoſtolico iudicio celebratæ, ac in omne æuum victuræ. Ita prædictus Pontifex celebrauit in litteris Apoſtolicis dat. Lugduni XII. Kal. Ianuarij, quæ incipiunt: Humiles habitu &c. vbi habetur: *Humiles habitu, & affectu dilecti filij Fratres de Ordine Prædicatorum, ſe cæleſtis amoris patria ſic indiſſolubili vinculo adſtrinxerunt, vt hoc ſolum pro delicijs habeant, quòd per ſanctitatis opera, grati oculis diuinæ Maieſtatis accurrant. De huiuſmodi quidem vinculi virtute procedit, vt ipſi circa ea, in quibus diuini gloria nominis, & honor continetur Eccleſiæ, ac robur Eccleſiaſticæ libertatis, ita promptò, & indefeſſo ducantur ſpiritu, quod eis nulla formido poſſit obſiſtere, quin liberè facienda ſubeant, quæ de Apoſtolicæ Sedis circumſpecta prodeunt voluntate.*

Nos itaque gloriantes in Domino, quod ipſe viris talibus ſuam muniuit Eccleſiam, qui mori pro Chriſto diligunt, & pati pro iuſtitia delectantur, Fratribus eiſdem præuia deliberatione ſolemni, ſub certa forma commiſimus, vt proceſſum contra Fridericum, quondam Imperatorem, per nos in Concilio nuper celebrato Lugduni ſententialiter habitum (prout ſententiæ tenor. quam ſub Bulla noſtra per Orbem terræ tranſmiſimus potenter inſinuat) in locis publicent oportunis, &c.

An-

Anno 1246.

HOc anno 1246. RAYNERVS LOMBARDVS vir doctus, cordatus, & per omnia laudabilis ab Innocentio IV. Maglonenſis Epiſcopus in Gallia creatus eſt. Huic Eccleſiæ, quæ poſtea fuit ad Montem Peſſulanum rranslata, tantùm decem, & octo menſibus præfuit, quibus expletis, Idibus Ianuarij an. 1248. conceſſit fato Gregorius Papa IX. erga Ordinem noſtrum maximopere affectus, in S.R.E. Vicecancellarium ſibi aſſumpſit præfatum P.F. Raynerium, natalium ſplendore, vitæ integritate, doctrina, ac pietate celebrem, anno Pontificatus ſui vndecimo, qui fuit à partu Virginis 1239. Quo in munere Apoſtolicæ Sedi, vſque ad vltimum diem Pontificatus eiuſdem inſeruiuit. Deinde (vt dictum eſt) anno 1246. creatus fuit Epiſcopus Maglonenſis. Scripſit:

Dictionarium varia litteratura refertum.

Taegius, Leander, Gallia Chriſtiana *tom.* 3. Choellinus *de notitia Card. c.* 38. Ciaccon. *in Card. eiuſdem Gregory in fine.* Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 358. *& p.* 2. *cap.* 1. *tit.* Luſitanus *in Chronic. p.* 52. Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Caſtill. *part.* 1.

Anno 1248.

GVILLELMVS Gallus vir inter ſui ſæculi Doctores nemini ſecundus, qui anno 1248. mandante Innocentio IV. Pontifice Maximo, Raynaldi, & Petri Carmelitarum precibus permoto, Regulam vniuerſo Carmelitarum Ordini ab Alberto Patriarcha præſcriptam, vnà cum Hugone Card. S. Sabinæ ex Ordine noſtro aſſumpto, correctam, declaratam, mitigatamque Apoſtolica auctoritate dedit Lugduni eiuſdem Innocentij anno 5. Kalendis Septembris. Fuit Epiſcopus Anteradenſis Eccleſiæ. Ita hanc Eccleſiam nominat Bzouius *in Annal. Eccleſiaſt. ad annum* 1248. *num.* 7. alij noſtri Scriptores appellant Antecanenſem, ſeu Aniacatenſem Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Caſtillus *p.* 1. Luſitanus *in Chron. pag.* 67. Bzouius *vbi ſupra*, Fontana *in Theatro par.* 1. *cap.* 5. *tit.* 38. Ractius.

Peruenit vſque ad annum 1263.

Anno 1249.

PETRVS natione Hiſpanus, antonomaſia communiter nuncupatus Petrus Hiſpanus, non minori obſeruantia dignus ob probatiſſimam vitam, quàm propter eruditionem profundam. Fuit enim æquè pius, ac doctus in primis claritudine celeberrimus. Hic ex induſtria ſumma facilitate compilauit pro tyronibus *ſummulas Logicales*, quibus vſque ad tyrocinium meum an. 1621. lectores communiter prudentiſſimè vtebantur in noſtra Religione. Nam in his maxima facilitate, & clarè recluditur in compedio vniuerſa logicalis doctrina, quã tradiderant Ariſtoteles, Porphyrius, & Gilbertus. Summæ ſapientiæ, ac doctrinæ vir pius profundiſſimam coniunxit humilitatem. Quare in opere tam famoſo cognomen ſuppreſſit, & patriam. Plures interpretati ſunt eum viri doctiſſimi, Verſorius, & innumeri.

Claruit circa hunc annum.

Antonius Luſitanus *in Bibliotheca*; Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Iacobus Bruno à Scigliano *in Breuiario dialectico præludio* 1.

Anno 1250.

FRATRES noſtri hoc anno 1252. edidere doctum tractatum, in quo Græcorum errores refellebant, deteſtabanturque Schiſma. Spondanus *hoc anno num.* 12. Fontana *de Prouincia Romana cap.* 6.

Eodem anno 1250. Guido de Turre, ex Delphinorum Viennenſium ſtirpe, eligitur Claromontenſis Eccleſiæ in Gallia, quæ & Aluerniæ dicitur, epiſcopus, & ab Innocentio IV. hilariter confirmatur. Erat tunc Guido annorum decem, & octo, ſed profundioris ingenij, prudentiæ, ac rectitudinis: quare illum Sanctus Ludouicus Francorum Rex litteris humaniſſimis Claromontenſi Capitulo commendarat. Anno 1254. S. Ludouicum Galliæ Regem

gem ex tranſmarinis partibus redeuntem in Galliam Guido Epiſcopus Claromonten. in ſuo epiſcopali Palatio recepit hoſpitio. Anno verò 1268. à Lugdunenſi capitulo propius Paſtor eligitur, quam electionem non approbauit Clemens IV. ſicuti ex Epiſt. eiuſdem Pontif. maximi Viterbij 15. Kal. Februarij anno 3. ſui Pontificatus eidem Guidoni data apparet; in qua hæc habet verba: *Tene igitur in omni patientia locum tuum; neque à nobis reputes te deſpectum, quem ex toto corde diligimus, & hoc ipſum ad amoris ſpecialis indicium in theſauro cordis tui conſignes, quòd tam ſalubriter famæ tuæ prouidimus, & iuſtitiæ tuæ non detraximus, & noſtræ ſatisfecimus honeſtati.*

Efflauit animam an. Domini 1286. cuius memoria ſequenti epitaphio in Claromontenſi noſtra Eccleſia legitur.

FR. GVIDO DE TVRRE
Epiſcopus Aluerniæ
XV. agens annum puer nobilis genere,
Vtpotè Delphinorum Viennenſium,
Qui contempto mundi faſtu, Ord. Præd.
Eſt ingreſſus. anno vero 18. ætatis ſuæ
Sub Ludou. Pio Rege Franc. prouehitur:
Ad Epiſcopatum Aluerniæ.
In Epiſcopatu ſuo ad honorem Dei, & Matris ſuæ, necnon ad Eccleſiæ Claromontenſis exaltationem librum de Statutis Synodalibus Eccleſiæ Claromontenſis edidit.
Obijt anno Dom. MCCLXXXVI.

Gallia Chriſtiana *tom.* 2. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 184. *num.* 1.

Edidit (vt dictum eſt in Epitaphio) Librum de Statutis Synodalibus Eccleſiæ Claromontenſis.

Anno 1253.

IOANNES SERNIGACII Teutonicus, natione Vveſtphalus Bremenſis diœceſis vir pius, & doctiſſimus. Hic moderator in Hungaria exiſtens, factus Antiſtes Boſinenſis, impetrauit vt Epiſcopatu, nulla ſibi prouiſione retenta, ſe abdicaret. Poſtea effectus moderator Prouinciæ Lombardiæ, anno Domini 1241. poſt renunciationem Sancti Raymundi electus fuit in quartum Magiſtrum Generalem Ordinis noſtri. Cumque renueret, nec vellet acceptare allegans ſui Epiſcopatus exceptiones, è contrario porrecta eſt epiſtola Domini Papæ Gregorij IX. quam propter ipſum, fratres impetrauerant, Setnigacio. Hac Pontifex Maximus illũ totaliter Ordinis obedientiæ ſupponebat. Compulſus igitur Ordinis Magiſtratum ſuſcepit, & tamquam vir Deo plenus, ac omni virtute conſpicuus XII. annos cum dimidio Ordini præfuit. Ab Innocentio IV. in Capellanum, & Pænitentiarium Apoſtolicum aſſumitur: qui eiuſdem Pontificis nutu, lingua, & calamo proprio, ac filiorum ſuorum, circumcellionum hæreſim in Germania renaſcentem, comprimens, populos illos in fide catholica ſtabiliuit. Bzouius *in Annalib. Eccleſiaſt. ad annum* 1249. *num.* 6. Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 4. *tit.* 5. *num.* 2.

Fuit Theologus extra controuerſiã ſummus, vtriuſque iuris doctor, & compilauit.

Summam Ioanninam.

Et ſecundum quoſdam *decretum gloſauit*. Ita magiſter Raphael *lib. de proprio non habendo c.* 3.

Scripſit multos tractatus, quòrum meminerunt Abbas Thritemius, Caſtillus 1. *p. l.* 2. *c.* 20.

Præterea ſuper quatuor libros ſentent. Ex Io: Turrecremata *de Conceptione part.* 6. *cap.* 29.

Virtutibus, & miraculis (Author eſt S. Antoninus 3. *p. hiſtor. tit.* 23. *cap.* 10. & 12.) tam in vita, quàm in morte clariſſimus Pridie nonas Nouembris anno domini 1253. obijt in Teutonia in conuentu noſtro Argentinenſi. vel (vt alijs placet) Baſilienſi. Noſter Seraphinus Razius ſcribit expleuiſſe mortalitatem anno ſequenti die 4. Nouembris. F. Thomas Brabantinus *lib. de Apibus* multa encomia, & miracula refert de hoc Beato.

Anno 1254.

GVILIELMVS Romanus, ex patria ſui cognominis oriundus Vniuerſitatis Pariſienſis Doctor, in Philoſophia naturali, & morali plenè inſtru-

inſtructus, & in Theologia non minus; vitæ ſanctitate illuſtris edidit:

Commentaria ſuper quatuor libros Sententiarum.

Plures ſermones de tempore, & de Sanctis.

Claruit circa annum ſalutis reſtitutę 1254. Alphonſus Fernandez *in Concertat. Prædic.* Luſitanus *in Bibl.* Plod. *p. 2. lib. 1.*

Anno 1255.

IOANNES DE VERDIACO ſolemnis Baccalaureus, Auctor grauiſſimus, & vnus de primis Patribus Ordinis, quem citant Bandellus *in Tractatu de Sanctificatione*, & Cardinalis Turrecremata *ibidem part. 6. cap. 29.* ſatis, ſuperque verſatus fuit in Sacra Scriptura, famoſiſsimus concionator: at pietate in primis ſpectatiſſimus. Scripſit Scholaſtica Commētaria:

In Cantica Canticorum.

Item in plures Libros Sacræ Scripturæ.

Floruit circa hunc annum.

Gozzeus, Luſitanus *in Biblioth.* Bandellus *vbi ſupra*, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 1. & 3.* Seraphinus Ractius, Sixtus Senenſis *lib. 4. Biblioth.*

Anno 1256.

GVILELMVS PERALDVS, alijs Peralt, ſiue de Petra alta, ſeu de Peyranta diœceſis Vienneuſis Gallus vir deuotus, verax, & in omni genere ſcientiarum doctiſsimus & plane admirabilis; Philoſophus moralis inſignis, magnus Theologus, & in lectione Patrum verſatus. Dum quidam Philippus de Sabaudia Archiepiſcopus Lugdunenſis depoſuerat paſtorale onus, atque ex Apoſtolico indulto vxorem duxerat Aleidam Comitiſſam Burgundiæ anno 1268. illi ſucceſsit noſter Petrus de Tarantaſia. Hoc adSedem Tarantaſienſem tranſlato, anno 1272. Peraldus creatus eſt Archiepiſcopos Lugdunenſis, vbi præfuit vſque ad 1275. quo anno ei ſucceſsit Aymarus. Quare errauerunt Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, & Marraccius *in Bibl. Mariana* dicentes Paraldum obijſſe an. 1255. nam Guilelmus circa ann. 1275. exceſsit è viuis Lugduni, & apud noſtros ſepultus fuit. Admiſſus fuit ad habitum à B. Reginaldo ann. 1219. compoſuit vir doctiſsimus, & ſui ſæculi nemini ſecundus;

De regimine Principum.

Summam de vitijs, & virtutibus.

Lugduni apud Antonium Vincentium 1551. in 16. & alibi pluries. Hanc celebris Iacobus de Voragine reduxit in Epitomen:

Sermones notabiles de Sanctis, & de Tempore.

Qui Lugduni fuerunt editi anno 1576

De Proprietatibus rerum.

Super Regulam D. Benedicti Abbatis.

Poſtillas plures, & ſuper quatuor Libros Sententiarum.

Io. de Turrecremata *in Tractatu de Conceptione p. 6. c. 29.* Plodius *p. 2. lib. 1.* Luſitanus *in Bibliotheca*, *& in Decade 1270.* Fernandez *in Catal. Archiepiſc. Gall.* Taegius *in Monum. Ordinis*, Poſſeuinus, Marraccius, Fontana *in Theatro 1. p. c. 4. tit. 56. num. 3.* Trithemius, Geſnerus, Ambroſius Gozzeus.

Anno 1258.

RAYNERIVS SACCONVS Placentinus ex hæreticorum Duce, atque anteſignano, ſeu Epiſcopo ad agnitionem veritatis Catholicæ à Deo vocatus, atque inter Prædicatores admiſſus, eiſdem hoſtibus fidei poſtmodum perpetuum bellum indixit. Mediolani Generalis Inquiſitor Apoſtolica authoritate creatus, caſtrum Gathæ hæreticorum municipium à fundamentis, pluribus eorum igni adiudicatis, deſtruxit. Quibus permori hæretici cum Vbertino Pallauicino eorum fautore S. Inquiſitor ex Mediolanenſi Vrbe eiectus, vt exularet, curarunt. Sicut & contigit anno 1259. in quo exilio quieuit in pace. Fuit æquè maximus Canoniſta, Theologus, & Philoſophus. Scripſit:

Summam aduersùs hæreticos, & alia multa.

Taegius *p. 1.* Luſitanus *in Bibliotheca*, Abraham Bzouius *in Annalibus 1234. num. 24.* Paramus *tit. 2. cap. 30.* Caſtill. *p. 1. lib. 2. cap. 12.* Fernandez *in Concert. Prædic.*

Prædic. ad annum 1259. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *in Theatro p.* 3. *cap.* 1. *in fine*, & Leander.

Anno 1259.

PETRVS HERNANDES, ſiue Ferdinandi vir æquè doctus, & probus, Hiſpanus, legit multos annos in diuerſis Conuentibus Prouinciæ Hiſpaniæ. Scripſit:

Vitam Sanctiſſimi noſtri Patriarchæ Dominici, quæ incipit:

Beatus Dominicus adhuc puerulus.

Item ſcripſit *Chronicon Ordinis* incipiendo à SS. Patre noſtro Dominico vſque ad vitam Generalis Mag. Ord. Humberti. Clarus miraculis volauit ad ſuperos, anno 1259. Caſtillus 1. *p. l.* 2. *c.* 59. Huius meminerunt Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1: *Martyrol. Dominic.*

Anno 1261.

BENEDICTVS TAMACEDO Peruſinus Etruſcus. Vir peracuti ingenij, & celeberrimæ famæ, omniumque virtutum genere ornatiſſimus. Scripſit:

Tractatum contra errores Fraticellorum, quem inſcripſit.

De paupertate Chriſti.

Super quatuor Libros Sententiarum.

Sermones Quadrageſimales.

Sermones de Tempore, ac de Sanctis.

Et quaſdam collationes.

Luſit. *Bibl.* Plod. *p.* 2. *lib.* 1. *& in Appendice.*

GVILELMVS RIMGISCHINENSIS Anglus eodem nomine, patria, ac natione cum illo, quem poſuimus an no 1239. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Poſtillam ſuper Eccleſiaſten.

Sermones de Tempore, & de Sanctis per totum annum.

Quadrageſimale.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Anno 1262.

HVGO DE S. THEODORICO Burgundus Deo, & hominibus (vt habetur ex Epitaphio eius apud Caſtillum) gratioſus, tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, luminare magnum Eccleſiæ, Ordinis Prædicatorum fidus, Pariſijs Doctor Theologiæ egregius, famoſus diuinarum ſcripturarum tractator, & expoſitor luculentus; Verbi Dei Eccleſiaſtes eximius, pietatis oliua, palma iuſtitiæ, ſpecies honeſtatis, Religionis patronus, veritatis præco, pauperum pater, ſolamenque miſerorum. Ex noſtro Ordine primus ad Cardinalitiam dignitatem aſſumptus eſt. Appellatur quoque Charenſis ab oppido Sancti Chari. Fuit planè Vir ingenio, moribus, doctrinaque celeberrimus, cuius ſapientiam ætates omnes, & ſecula mirabuntur. Petri de Tarantaſia, qui culmen Apoſtolicum ſub Innocentij V. nomine tenuit, ac Beati Humberti de Romanis, qui fuit Magiſter Generalis Ordinis V. comes indiuiduus, maximaque amoris viciſſitudine eiſdem adſtrictus. Functus eſt officio Prioris in multis conuentibus, Pariſijs, & alibi pluries, in quibus ſe religioſæ paupertatis, humilitatiſque ſingulare exemplar cunctis ſibi ſubditis exhibebat. Moderator deinde Prouinciæ Franciæ, Bononiæ in Generali capitulo ad Generalatum vna cũ Beato Alberto Magno anno 1238. concurrit; ſed poſtea creatus eſt Generalis Sanctus Raymũdus de Pennafort. Anno 1233. Gregorius IX. anno ſui pontificatus 7. vt Latinorum cum Græcis vnionem in rebus fidei ſtabiliret, duos ex Prædicatorum, totidemque ex Minorum ſacris Ordinibus viros pietate, ac religione conſpicuos, morum honeſtate præclaros, ſacrarumque ſcripturarum notitia peritiſſimos, nempe FF. Hugonem de S. Charo, & Petrum Dominicanos, Aymonem, atq; Rodolphũ Minoritas, ad id perficiendum, quos Apoſtolicos Apocryſarios ad Germanum II. Conſtantinopolitanum Patriarcham, deſtinauit. Bzou. *in Annalib. Eccleſiaſt. an.* 1233. *num.* 1. Fernandez *in Concert. Prædic. ſub eodem anno* 1233. Humbertus Viennenſis V. Generalis Magiſter Ordinis Prædicatorum, Hugonis diſcipulus, & auditor cum ex Academia

ſæcu-

ſæcularium diſciplinarum ad inſtitutū ſuæ Religionis pertraxit. In Concilio Lugdunenſi primo ſub Innocentio IV. Summorum Pontificum iura acerrimè contra Friderici II. tyrannidem,& eius Cancellarij Petri à Vineis Capuani, quantùm illa ſæcula ferebant,eloquentes libros propugnauit.

Ab.Innocentio IV. creatus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis, inſtante primo Concilio Lugdunenſi, ad quod vocatus, Pontificis mandata impleuit. Ob id S.R.E. Cardinalis ſub Tit. S.Sabinæ anno 1245. ibidem creatus, ſacro galero cum cæteris Cardinalibus donatur à Papa. His enim antea pileus ruber nondum conceſſus erat. Dicere ſolebat ſe maluiſſe mori leproſum, quàm cardinalitia purpura decoratum. Eiuſdem Innocentij iuſſu, petentibus Rainaldo, ac Petro Carmelitis, Regulam illis à Patriarcha Alberto præſcriptam, vna cum Guillelmo Epiſcopo Antacadenſi eiuſdem Ordinis Prædicatorum reformauit, declarauit, & mitigauit; quam poſtea idem Pontifex anno 1247. confirmauit.In Germaniam Legatus à Latere ad Guillelmum Regem electum mittitur anno 1251. (defuncto iam Friderico Impetatore) vt ad ſuſcipiendum Regis Romanorū diadema ſe diſponeret, omneſque Eccleſiæ fideles benignè complecteretur. Infideles autem, ac refractarios, circumceliones hæreticos maximè, armis inſequeretur. Ad Principes verò Imperij, vt repudiato Corrado Friderici filio, Guillelmo adhærerent. Bzouius *in Annal.* 1251. *num.* 2. Ciaccon. *inter Cardin.* Plodius, Fernandez *ibid.* & Fontana *in Theatro*. Cum magna illi pecuniæ ſumma eſſet oblata, non vt aliquid contra æquitatem diceret, ſed quod pro æquitate erat,ſileret,eam animo incorrupto reiecit. Obijt apud Vrbemueterem Anno Incarnati Verbi 1262. XIV. Kalendas Aprilis. Ex Caſtillo, & alijs: quamuis Onuphrius Pannuinus ponat hanc mortem anno 1264.

Fuit primus poſtillator totius Sacræ Scripturæ: namque ſuper omnes libros vtriuſque Teſtamenti, veteris, & noui præclariſſima, omniſque Sapientiæ plena edidit Commentaria, videlicet:

Poſtillas ſuper Geneſim.

Super Exodum.

Super Numeros.

Super Leuiticos, & cæteros Libros ſacrorum Bibliorum.

Vt de D. Hieronymo dicitur ſeipſum, ſcribendo epiſtolas, ſuperaſſe, & de Origene quòd cæteros Scriptores omnes etſi ſcribendo vicerit; ſeipſum tamen in ſcribendo ſuper Cantica: ſic Luſitanus protulit de Hugone dicens: *Hugo noſter cum cæteros ſcribendo vicerit, ſeipſum tamen ſcribendo ſuper Eſaiā in Pſalmos, & in Euangelia.* Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Item Compendium Theologiæ.

Librum, quem *Speculum Eccleſiæ* appellauit.

Edidit quoque peregregium, ac laborioſum opus, quod *Concordantia Bibliorum* prænotatur.

Primuſque huius operis admirabilis fuit inuentor. Ita teſtantur D. Antoninus *3. p. hiſtor. tit.* 19. *c.* 5. §. 2. Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Caſtillus *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 61. Sacrum Theatrum Dominicanum *part.* 1. Sixtus Senenſis, & alij. Sunt qui exiſtiment hoc opus ob immenſi temporis, laboriſque diſpendium, cui vnius hominis vita ſatis eſſe non poterat, hortatu, & directione Hugonis iniunctum fuiſſe quingentis ſtudioſis noſtri Ordinis Patribus diuerſorum cœnobiorum, ea ratione, vt ſinguli ſingulas dictiones in alphabeticas claſſes redigerent: ſicque breui tempore multorum ſedulitate perfectum fuiſſe opus. Quod poſteà tam à Græcis, quàm ab Hebræis diligentiſſimè imitatum videmus, opera Rab. Iſaac Nathan Iudæi, qui hæbraicas Bibliorum Concordantias, & Eutalij Rhodij Monachi, qui græcas collegit. Corpus eius in Vrbeueteri apud noſtros conditum fuit ſequenti Elogio eidem conſtituto:

Eclypſim patitur ſapientiæ Sol, ſepelitur
Felici fine, ſancta quoque Cardo Sabinæ
Iſte fuit, per quem patuit doctrina Sophia,
Præco Dei, Doctor fidei, Cithariſta Mariæ.

Hugo ſibi nomen, & Cardo Presbyter omen,
Patria natalis Burgundia, Roma localis.
Soluitur in cineres Hugo, cui ſi foret heres
In terris vnus, minùs eſſet flebile funus.

Deinde eius corpus Lugdunum ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum cũ magna ſolemnitate tranſlatum eſt, & ſepultum cum tali Epitaphio.

In hoc ſepulchro iacet vir laudabilis Hugo
De S. Theodorico, Deo, & hominibus gratioſus
Tit. S. Sabinæ quondam Presbyter Card.
Hic habetur, vt luminare magnum Eccleſiæ,
Ordinis Prædicatorum lucerna,
Pariſius Doctor Theologiæ egregius,
Famoſus diuinarum Scripturarum tractator,
Et expoſitor luculentus,
Verbi Dei Prædicator eximius
Oliua pietatis, Palma iuſtitiæ,
Species honeſtatis, Religionis patronus,
Veritatis præco, Pater pauperum,
Et ſolatium miſerorum,
Qui obijt apud Vrbemueterem
Anno Dom. MCCLXII.
XIV. Kal. Aprilis.

Chronicon breue noſtrarum Conſtitutionum hæc habet: *Tempore Vrbani IV. apud Vrbemueterem vir ſanctitate, & doctrina mirabilis Dominus Hugo Cardinalis ad Dominum migrauit, &c.*

Scripſerunt de tanto viro S. Antoninus *3. p. tit. 23. cap.* 11. Onuphrius Pan. *lib. Cardinalium*, Alphonſus Ciacconius *in vitis Pontificum*, Caſtillus *centur. 1. lib. 2. c. 65.* Hieronymus Borſelli Bononienſis Dominicanus *lib. Generalium*, Leander *lib. 3.* Luſitanus *in Bibliotheca*, Bzouius *in Annalib. Eccleſiaſt. ad ann.* 1262. Ratius *de Viris Illuſtrib. lib. 4.* Bellarmin. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Sacrum Theatrum Dominicanum, Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta lib. 4.* Maſſæus, & alij.

ANTONIVS DE NAZARIO, natione Italus, Patria Vercellenſis, Pedemontanus, vir in Iure Canonico, & in Theologia inſigniter doctus, ac magnus Eccleſiaſtes, Ariſtotelicæ autem Philoſophiæ, & bonarum artium non ignarus, ad Eccleſiam pretioſos lapides apportauit, & inter alios:

Summam ſuper Ius Canonicum, quæ dicitur Lucerna iudicialis.

Sermones Dominicales per Annum, ac de Sanctis.

Item ſcripſit ſuper prædicabilia. Prædicamenta. Topica, Perihermenias. Priora. Poſteriora. Elenchos. Phyſicam. Animam. De Cœlo, & Mundo. Parua naturalia. Metaphyſicam, & alia.

Claruit circa annum ſalutis communis 1262.

Huius meminerunt Antonius Senenſis *in Biblioth. Prædic.* Marrace. *in Bibliotheca Mariana*, Caſtill. *Centuria 1. lib. 3. cap.* 58. Iacobus Sulatus, Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. 2. lib. 1.*

BENEDICTVS Vrbeuetanus, ſiue de Vrbeueteri Italus, fructuoſus, & fœcundus Verbi Dei declamator, necnon doctus, atque eruditus, Theologiæ Profeſſor, illius primæuæ obſeruantiæ vigilantiſſimus cuſtos, ſe præſentibus vtilem, poſteriſque memorabilem fecit ad Eccleſiam portans.

Sermones varios de Tempore, & de Sanctis.

Claruit anno nati Saluatoris 1262. Alphonſus Fernandez *in concert. Præd.* Marraccius *in Biblioth. Mar.* Luſitanus *in Bibliotheca* Plodius *p. 2. lib. 1.* Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

GEORGIVS à Caſcano Mediolanenſis doctus in Chriſtiana, & ſæculari Philoſophia. Scripſit:

Super vniuerſam Philoſophiam Ariſtotelis.

Item ſuper quatuor Libros Sententiarũ. Taegius *p. 1.* Plodius *p. 2. lib. 1.* Luſitanus *in Bibliotheca fol. 87.*

EMANVEL Mediolanenſis Lombardus, eximius concionator, quem exornabat omnium ſcientiarum perfecta Encyclopedia. Dictauit:

Sermonarium.

Albertus Venetus, Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *part. 2. lib. 1.*

IACOBVS Peruſinus Vmbrenſis:

Dictauit: *Sermones prædicabiles.*

Lu-

Luſitanus *in Biblioth.* Plod. *p.* 2. *lib.* 1. Fernandez, Fontana *de Roman. Prou. cap.* 6.

PETRVS ESCALIGERA gente nobiliſſima ortus Veronæ, Italus diuini verbi declamator fructuoſus; ob humanarum, diuinarumque litterarum peritiam non vulgarem, magni apud omnes nominis, & auctoritatis. Creatus eſt Epiſcopus Veronenſis an. 1290. à Nicolao Papa IV. vir fuit ſpectatæ integritatis, ac doctrinæ vnus ex primis noſtri Ordinis alumnis, qui à S. Patre Dominico Bononiæ ad religioſæ conuerſationis habitum fuere recepti. Hic cum eſſet penè capularis ſenex Epiſcopale onus ad quinque annos tantùm adminiſtrauit ea integritate, charitate, ac pietate, quam è Sanctiſſimo patre ſuo ebiberat. Tandem omniũ mœrore ſpiritum reddiditCreatori ſuo anno 1295. Scripſit:

Poſtillam in Matthæum.

Aliam ſuper Ioannem, quæ incipit: Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, &c.

Sermones Sanctorum.

Item Sermones de Tempore, qui repe riuntur Genuę in Bibliotheca Minorũ.

Alias pulcherrimas poſtillas ſuper reliqua Bibliorum.

Taegius *p.* 1. Luſitanus *in Bibliotheca p.* 190. Plodius *pars.* 1. *lib.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. Alphonſus Fernandez *in Concertation. Prædic.* Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.*

MATTHAEVS DE GRITIS Mediolanenſis, vir in ſacris litteris, & in Theologia ſcholaſtica optimè exercitatus inter alia doctrinæ ſuæ ſpecimina edidit:

Sermones de Tempore, & de Sanctis per totum annum.

PP. *Monum. Ord.* Luſitanus *in Biblioth.*

Claruit anno poſt Verbum hominem factum 1262. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

IO: ROMANVS ſtudijs deditiſſimus, & præter Philoſophiam, & ſacram Theologiam in hiſtorijs ſatis peritus.

Scripſit, velut VINCENTIVS BELLOVACENSIS, circa hunc an. 1262.

Speculum hiſtoriale.

Fernandez, Luſitanus *in Biblioth.* & Fontana *de Prou. Rom. c.* 6.

FRANCISCVS GALVANVS Mediolanenſis, Theologus eruditus, magniq; nominis Eccleſiaſtes, ac in litteris politioribus verſatiſſimus. Scripſit:

Chronicon Ordinis Prædicatorum.

Præterea ſermones de tempore, ac de Sanctis.

Claruit anno poſt Verbum incarnatum 1262. *Concertation. Prædic. Biblioth.* Mar. Marracij Albertus Venetus Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Martyrologium Dominicanum.

GVLIELMVS KIMGESHAMENſis, vel Ringeshamẽſis Anglus in diuini Verbi prædicatione eximius, & in omni tàm Philoſophiæ, quàm Theologiæ genere inſigniter doctus reliquit ex ſuis vigilijs.

Super quatuor libros ſententiarum.

Poſtillam ſuper Eccleſiaſten.

Sermones de ſanctis per totum annum.

Item de tempore, & de quadrageſima.

Claruit anno poſt Chriſtum natum 1262. ex Pitſeo. Marrac. *in Bibl.* Mar. Ambroſ. Gozzeo, Plodio *p.* 2. *lib.* 1.

IOANNES LAMPVGNANVS Mediolanenſis eruditione, doctrina, religione ſpectabilis, & Eccleſiaſtes commendatiſſimus. Scripſit:

Conciones de tempore, ac de Sanctis.

Item ſermones Quadrageſimales.

Floruit circa annum Domini 1262. *Concertat. Prædic.* Alphonſi. Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. fol.* 132.

IOANNES DE OPPRENO Mediolanenſis, vir ingenio ſingularis, in diſputatiua Theologia abundè verſatus, & in ſacris euoluendis libris multùm diligens; Euangeliſtes quoque inſignis. Scripſit:

Sermones de tempore per totum annũ.

Item volumen concionum de Sanctis.

Librum ſermonum de Beata Virgine.

Sermones pro Defunctis.

Claruit anno partus Virginei 1262. *Concert. Prædic.* Alphonſi, Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus.

Anno 1263.

PETRVS DE REMS, ſeu Rhemenſis Gallus fuit vir ingenio præcla-

rus, in politioribus litteris, & in ſacris ſcripturis inſignis, atque vita conſpicuus. Priùs in Prouincia Franciæ fuit moderator; ex qua præfectura aſſumptus eſt ad Eccleſiam Aginnenſem in Aquitania ſub Metropolitana Burdegalen. Scripſit:

Super vniuerſum teſtamentum vetus, ac nouum compendiosè.

Carmine quóque complexus eſt Bibliorum ſacrorum Hiſtorias.

Qui liber manuſcriptus exiſtit *in Bibl. S. Dominici de Neapoli.*

Obiuit circa hæc tempora. Ex Caſtillo 1. *p.* Chron. *lib.* 2. *c.* 69. Luſit. *in Biblioth.* Plodio *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *in Theatro p.*1. *c.*5. *tit.* 11. *num.*1. & Taegio *p.*4. *Monum. Ord.* Godefrido Languedoc. *m. s.*

Alius Petrus Gallus etiam fuit prouincialis Prouinciæ Franciæ. Inſignis concionator, ac celebris. Scripſit:

Librum ſermonum de tempore, ac de Sanctis, quibus vſque hodie vtuntur multi. Henricus Gandauenſis *de Scriptoribus Eccl.cap.*41.

Edidit, & alia plura.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice.*

LAVRENTIVS GERVASIVS Gallus ingenio, & doctrina inſignis, qui floruit tempore S. Ludouici IX. Regis Francorum edidit Copulata.

Super ſummam Diui Thomæ.

Luſitanus *in Bibl.* & Plodius *in Appendice.*

PAVLVS CHRISTIANVS hoc anno 1263. die vigeſima Iulij ſub Vrbano IV. Barcinone in domo regia, coram Iacobo Rege Moyſen Gerundenſem Rabbinorum doctiſſimum, ſolemni diſputatione, maxima cum Iudæorum confuſione ſuperauit. Aderant ibi Regiæ Curiæ nobiles, Epiſcopi, Inquiſitorum, ac omnium Religioſorum Patres præſtantiores. Fernandez *in Concert. prædic. ann.* 1263: Diagus *lib.*1. *c.*4. Fontana *in Theatro p.* 3. *c.* 3. *tit.*3. Vincentius Baronius.

PETRVS DE LASCALA. Hic eſt ille, de quo ſupra fol.19. columna prima. Nam quem nos appellamus Petrum Scaligerum, Luſitanus *in Bibliotheca pag.*190. vocat Petrum della Scala. Vide illic.

IACOBVS SCALZA Vrbeuetanus in Tuſcia magnus Eccleſiaſtes, vulgauit, quos recitauerat,

Sermones prædicabiles valde vtiles.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6.

IOANNES AB HERDVCH Germanus vita, & moribus ſinceriſſimis doctrinaque probata edidit:

Commentaria in Geneſim.

Item ſuper plures alios Bibliorum.

Luſitanus *in Biblioth.* Gozzeus Plodius *part.* 2. *lib.* 1.

BERNARDVS HISPANVS vir ſpectatæ famæ, atque religionis, litteris verò philoſophicis, & ſacris valde inſtructus. Scripſit diligentiſſimè:

Super aliquos Libros Sacræ Scripturæ.

Item tria quodlibeta.

Quæſtiones de ſpiritualibus Creaturis.

Præterea De potentia Dei.

Inſuper librum de Anima coniuncta, & ſeparata.

Neſcitur tempus, quo vixerit. Leander *lib.*4. Luſitanus *in Bibl.*

THOMAS patria Cantipatranus ſacræ Theologię Baccalaureus, Brabantinus natione, vel ſecundùm alios Gallus, fuit diſcipulus magni Alberti, cuius doctrinę magnus extititimitator, regularis obſeruantiæ ſtudioſiſſimus, vixitq; in opinione maxima perfectionis. Antonius Senenſis Luſitanus refert fuiſſe Patriarcham Hieroſolymitanum. At in ſerie Patriarcharum ab Abbate Vghello ex Vaticanis regeſtis deprompta, & à Fontana in Sacro Theatro Dominicano nulla fit de Cãtipatrano memoria. Patriarchæ Hieroſolymitani Ordinis noſtri hi ſoli connumerantur: P. F. Thomas Agni de Leontino Siculus, F. Ioannes de Vercellis, Fr. Nicolaus de Anapijs Rhemenſis Gallus, F. Nicolaus de Ancinis, F. Radulphus Burgundus, F. Petrus de Plorca, F. Rymundus Bequinus Toloſanus Epiſcopus Nemauſenſis, F. Petrus de Palude Gallus, natione Burgundus, & F. Guillelmus de Militijs Gallus doctor Pariſinus, qui fuit Vrbano V. à ſacris confeſſionibus.

Natus eſt Thomas nobili genere; habuit S.Thomam Aquinatem amicũ, & condiſcipulum, vterq; enim Alberti Ma-

Magni Coloniæ fuit Auditor, ita ipſe teſtatur *lib.2. cap: vlt. num.* 50. ac demum Antiſtitis Cameracenſis Epiſcopus ſuffraganeus, de quo meritò dubitatur, an magis ſcientia, vel pietate præcelluerit. Inter alia copioſæ eruditionis monumenta, quibus nomen ſuum ſæculorum memoriæ conſecrauit, protulit in apertum *miracula, & exempla plura de Beatiſſima Virgine Maria*, quę annexa Libro *De Bono vniuerſali*, ſeu *de Apibus myſticis*, prodierunt Duaci 1597. 1605. & 1627. in 8. Typis Belleri.

Ad inſtantiam S. Thomæ Aquinatis omnes Libros Naturalis, Moralis Philoſophiæ, ac Metaphyſicæ Ariſtotelis de Græco tranſtulit in Latinum, quæ dicitur Verſio antiqua. Nam poſteà verſa ſunt in Latinum ab Argyrophilo, à Gaza, à Trapezuntio, & ab alijs.

Edidit etiam Librum *de Apibus myſticis*, quem *Bonum vniuerſale* vocauit, ſeu *de Bono vniuerſi*. Ex Martyrologio Dominicano.

Item de Naturis rerum.

Caſtillus 1. *part. Chron. lib.* 2. *cap.* 69. & ipſemet in præfatione libri *de Proprietatibus Apum*. Scripſit quoque *Vitam S. Chriſtinæ*.

Plodius *de Viris Illuſtribus lib.* 4. Hæc vita extat apud Surium, menſe Iunio die 23.

Item vitam S. Ludgardis, quæ extat apud eundem eodem menſe die 16.

Addidit vnum librum ad vitam S. Mariæ de Oegnies.

Scripſerunt de Beato viro Epitom. Geſn. Antonius Senenſis *in Bibliothec.* Bellarmin. *de Scriptor. Eccleſiaſt.* Gallia Chriſtiana *tom.* 1. Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 4. *tit.* 21. *num.* 2. *cap* 5. *tit.* 352. Plodius *part.* 3. *lib.* 1.

Erat Thomas Epiſcopus Luſentinus, ac ſuffraganeus Eccleſiæ Cameracenſis ſub Nicolao de Fontaines Epiſcopo, cuius meminit *lib.* 2. *Apum cap.* 47. Viuis exceſſit anno 1275. ſepultuſque fuit in Cathedrali Cameracenſi. Vide Trithemium, Guil. Eyſengrein, Georg. Coluener.

BONVS-HOMO natione Brito ſcholæ Pariſien. Doctor Regens, vnus fuit ex ijs quos impugnauit maleſanus ille Guillelmus à Sancto amore ſub prætextu nimiæ in Viris Religioſis litteraturæ, quæ magno Doctorum ſæcularium damno, facultati Pariſienſi ſolitudinem inducebat: ſed cur ſuam Soli lucem improperare, radijſque velum obducere? fuit tamen Bonus-homo ex vniuerſitate depulſus; ſed ab Alexandro Papa IV. per Bullam. *Quaſi lignum vitæ*, datam Neapoli 18. Kalend. Maij, Pontificatus anno 1. fuit in priſtinum Magiſterij gradum reſtitutus. Scripſit multa, quæ nunc deſiderantur. Godefridus Languedoc. *in Monument. Prouinciæ Pariſienſis manuſcriptis*, quæ à meo P. Reuerendiſſimo Magiſtro Generali F. Ioanne Thoma de Rocaberti mihi tradita fuerunt, & aſſeruo.

Anno 1264.

VINCENTIVS Epiſcopus Bellouacenſis, Gallus Burgundus, patria Bellouacenſis vir maximæ lectionis, memoriæ incredibilis, raræ doctrinæ, vitæque admirabilis, ac S. Ludouico IX. Regi Gallorum, eiuſque filio Philippo Audaci, qui anno 1270. eidem ſucceſſit in regnum, chariſſimus; nunquam ſtudiorum laboribus fractus, vigilijs feſſus, in diſcendo, docendo, legendo, ſcribendo aſſiduus, omnes omnium penè gentilium, & Chriſtianorum libros diligentia exacta reuoluit. Suppeditabant libros, & ſumptus Pater, & filius, Ludouicus, & Philippus. Ab Innocentio IV. Bellouacenſis Epiſcopus in Gallia ſub Metropol. Remen. creatus fuit anno 1248. Exceſſit ab humanis anno 1264. ex Caſtillo 1. *p. Chron. lib.* 2. *cap.* 69. & non ſecundùm Antonium Senenſem *in Bibliotheca Ord. Prædic. anno* 1256. *neque anno* 1240. Vt malè ſcripſit Garzias. Ex quo ruit argumentum quorumdam aſtruentium ſecundam ſecundæ D. Thomæ deſumptam eſſe ex ſpeculo morali Bellouacenſis. Vide Apologiam Vincentij Baronij *lib.* 1. *ſect.* 2. *art. vlt.* §. 1. Conſtat enim *ex Speculo Hiſtorial. lib.* 33. Bellouacenſem narrare Sanctum Petrum Martyrem ab Innocentio IV. diuorum albo illatum; quod contigit Anno Domini 1253. cū

An-

Anno præcedenti in cœlum euolauerit Martyr.

Ex hoc ruit dictum Garziæ. Idem Vincentius anno 1260. Primogeniti filij defuncti de morte S. Ludouicum afflictum ſolatus fuit epiſtola: ergo non mortuus eſt Vincentius (vt aſſerebat Antonius) anno 1256. Sed peruenit vſque ad annum præſentem 1264. Ruit etiam dictũ Fontanæ dicentis *in Theatro p. 1. cap. 5. tit.* 80. Vincentium obiiſſe anno 1258. Conſule ann. 74. v. S. Thomas.

Quatuor magna, & admirabilia ſpecula, ſcilicet Doctrinale libris decem, & ſeptem diſtinctum.

Iterum recuſum Venetijs 1494. in folio. In hoc agitur de omnibus ſcientijs à Grammatica vſq; ad Sacram Theologiam.

Speculum naturale triginta duobus magnis librum diuiſum, quod idcirco *Speculum naturale* inſcripſit, quod in hoc vno complexus eſſet quicquid ſpeculatione, admiratione, & imitatione dignum inueniri poteſt in his, quæ in mundo viſibili, & inuiſibili ab initio vſque ad finem facta, vel dicta ſunt, ſiue etiam adhuc futura ſunt, annotatis intra ipſas contextus lineas ſingulorum Authorum nominibus, ex quorum ſcriptis hoc opus confarcinauit: Summa autem librorum præſentis voluminis hæc eſt:

De prima Mundi creatione, hoc eſt de Creatore, & de his, quæ ab eo ante omnem diem creata ſunt librum vnum, qui incipit:

Quoniam multitudo Librorum;

De opere prima diei lib. 1.

De opere ſecunda diei libros duos.

De opere tertia diei libros 10.

De opere quarta diei lib. 1.

De opere quinta diei lib. 2.

De opere ſexta diei lib. 11.

De opere ſeptima diei, qua Deus, poſtquam requieuit die ſeptimo operatur vſque modo lib. 4.

Tractat igitur in his de rebus omnibus, de herbis, auibus &c. & in vltimo de locis, & temporibus. Venetijs in folio 1464.

Speculum Morale in tres magnos libros diuiſum. Venetijs 1494. in folio. Et agit de paſſionibus animi, de legibus, de gratia, de vitijs, & virtutibus copioſiſſimè. Nec Bellarminus de hoc opere audiendus.

Speculum hiſtoriale, in quo enunciantur hiſtoriæ ab initio Mundi vſq; ad annum 1244. Aliquis alius noſter Pater poſteà continuauit idem opus vſque ad annum 1294. Vincentius enim in Epilogo teſtatur ſe Speculo Hiſtoriali finem impoſuiſſe anno 1244. Scripſit prætereà:

Libros quatuor de Gratia Dei.

Epiſtolam conſolatoriam ad S. Ludouicum Francorum Regem *ſuper morte ſui primogeniti.*

Libellum de Laudibus Beatiſſimæ Virginis ex dictis Sanctorum concatenatum.

Librum de laudibus S. Io. Euangeliſtæ in eadem forma, & ſtylo.

Plures alias epiſtolas, & tractatus.

Librum de inſtitutione puerorum regalium ad Margaritam Reginã Franciæ. Leander, Sixtus Senenſis *in Biblioth. ſancta lib.* 4. Caſtillus *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fernandez *in Catalogo*, Luſitanus *in Biblioth.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad ann.* 1220. *num.* 14: Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 80. Henricus Gandauenſis *de Script. Eccleſ.* Molanus *in m. ſ. Biblioth.* & Bellarmin. *in Catal.*

STEPHANVS REATINVS in Sabinis, ſicut in Ariſtotelis doctrina doctiſſimus, ita pariter & in alijs, calamo dedit:

Commentaria ſuper Phyſicam Ariſtotelis.

Super totam artem veterem eiuſdem.

Item in Prædicabilia.

Albertus Venetus, Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. pag.* 227.

Anno 1265.

CONSTANTINVS MEDICES Epiſcopus Oropiti Vrbeuetanus, ſiue Herbani in Tuſcia, quem Lombardellus patria facit Senenſem. Vir quidem fuit orationis, pietatis, doctrinæ, ac religionis exemplar. Scripſit vitam S. Patris Dominici, quam Capitulũ Generale ſub Ioanne Vvaldeſulen, ſeu Vvildeshemenſi probauit.

uit. Hunc ſubdunt compoſuiſſe officium S.Patris Dominici iuſſu eiuſdem Ioannis Generalis IV. Alij autem id tribuunt B.Iordano II. Ordinis Generali; communiter autem dicunt Conſtantinum ex mandato Reuerendiſs. P. Generalis, F.Ioannis Vercellenſis, illud compoſuiſſe; eoque nos in noſtra Eccleſia vti. Ex Caſtillo 1. *p. Chron. l.2. c.69.* Plodio *in Append.(lege an.1234.)* Radio, Luſitano *in Biblioth.* Fontana *de Romana Prouincia cap. 6.* & aliis.

In Græcia Legati Apoſtolici fungens munere obijt, cuius oſſa poſteà tranſlata fuere Peruſium. Fontana ex Fernandez.

RICHARDVS CASTRICONENSIS Anglus Magiſter religioſiſſimus, ac doctiſſimus. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Præterea in Apocalypſim moraliter, & ad literam.

Albertus Venetus, Plodius *p.2. lib.* 1. Luſitanus.

BARTHOLOMAEVS Hiſpanus concionator eruditiſſimus. Scripſit:

Summam grammaticalem ad tyrones.

Iacobus Suſatus, Plodius *par.2. lib.* 1. Luſitanus *in Bibliot.*

RICHARDVS PHISAYA Anglus doctrinæ, famæque ſpectabilis in diſceptationibus Scholaſticis diſſoluendis efficax. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Albertus Venetus, & Luſitanus.

Anno 1266.

PINAMONS PEREGRINI à Brembate Bergomenſis cum eſſet diues ciuis, vtriuſque iuris doctor, & ſacrarum litterarum peritiſſimus, Bergomi à S. P. Dominico ad noſtram Religionem admiſſus fuit. Primus Prior fuit Bergomenſis, quòd officium incæpit an.1226. durauitque annos 40. ſcilicet vſque ad an.1266. Fuit etiam primus Inquiſitor ibidem.

Vir planè religioſus, & doctiſſimus, charíſſimuſque S. Thomæ Aquinati. Scripſit maxima puritate ſtyli, ac pietate:

Vitas SS. Alexandri, Grata, Fermi, & Ruſtici ciuium Bergomenſium:

Sanctiſſimè obijt an.currente 1266. Bartholomæus Peregrini Bergomenſis *in vinea Bergomenſi,* Plodius *de vir. illuſtr. p.1. lib.1. num.19.*

GELTRVDIS RINFELDENSIS Virgo Germana Ordinis noſtri ab infantia nomen dedit Religioni, vixitque in illa ſanctiſſime vſque ad ſenectutem. Flagrabat ardentiſſimo deſiderio, vt intelligeret illud Auguſtini: *Omnia membra hominis poſt reſurrectionem fulgebunt, ſicut Sol, in Regno Dei, & ipſius laudes pariter reſonabunt.* Quare cantando cum alijs Monialibus in choro die S. Auguſtini Antiphonam illam: *Adeſt dies celebris, &c.* in extaſim rapta veritatem dicti comprehendit.

Scripſit deuotiſſima Mater plures libros.

Et digitus dexteræ ſuæ, quo ſcribebat, viſus fuit diuinitùs, inſtar Solis, radios diffundere vndequaque. Taegius *part. 3.* Plodius *part. 1. lib. 1. num. 225.*

IO. VITERBIENSIS Theologus eruditus, & acerrimus expugnator hæreticorum. Scripſit:

Tractatum in forma Dialogi contra hæreticos ſui temporis. Vixit ſub Pontificatu Clementis IV. Papæ. Monumenta Conuentus Gradenſis, Fontana *de Rom. Prou. cap.6.*

Anno 1267.

GERARDVS DE FRANCHETO Gallus Lemouicenſis vir eloquentiſſimus, vitæque celeberrimæ ſumpto habitu à B. Reginaldo 1219. dedit Pariſijs Religioni nomen, & ibidem an.1220. vota nuncupauit ſolemnia in manibus B. Iordani. Expletis de more ſtudijs, euaſit conſpicuus. Prædicator facundus, gratioſus, manſuetus, benignus, dulcis, & in conuerſatione, negotijſque pertractandis religioſiſſimus, & ſuauis. Fuit Prior Lemouicenſis, in Montepeſſulano, & Maſſiliæ. Item Prouincialis Prouinciæ, quæ eſt pars Galliæ Narbonenſis, quā annos octo ſumma pace rexit, & æquitate.

Ad petitionem B.Humberti, ſcripſit: *Vitas primorum Patrum Ordinis noſtri,* ab an.1216. vſque ad annum 1260. in

5.par-

5. partes partitas. Ex Caſtillo 1. *part. Chron. lib.* 2. *cap.* 69. ex Plodio *de vir. illuſtr.* ex Martyrologio Dominicano, Luſitano *in Bibliotheca*, & Taegio *p.* 6. Extant Duaci, & alibi editæ. Miræus *in Mantiſſa*.

Vita fungitur anno 1271. in maxima ſeneƈtute Lemoſi in Gallia, ſepultuſque fuit iuxta portam Eccleſiæ cum hoc epitaphio:

Frater Gerarde de Francheto, pie valde
Termis hic a te capitur locus immediatè.
Ordo, genus, vita, diſcretio, lingua polita
Fama, pudor, pietas te laudant pax, amor, ætas.

Conſeruatur Chronicon Gerardi Lemouicenſis manuſcriptum in Conuentu S. Crucis Segobienſis, ita teſtatur Ferdinandus de Caſtillo *in Prologo ad Lectorem*. Item habetur Neapoli. Luſitanus *in Biblioth. fol.* 91.

Anno 1268.

BEATVS BARTHOLOMAEVS DE BRAGANTIIS Vicentinus S. Patris noſtri Dominici dileƈtus diſcipulus, ſanguinis nobilitate, vtpotè ex Dominis Caſtri Bragantis, doƈtrinæ præſtantia, vitæque ſanƈtimonia illuſtris, profeƈto Sanƈtiſſimo Patriarcha in Cœlum, Magiſterium Sacri Palatij tenuit. Deinde Innocentio IV. Nicoſienſem Epiſcopũ in Cypro creauit anno ſalutis 1246. quem idem Põtifex Max. ſuis manibus conſecrauit. Anno verò 1248. illum in Syriam Legatum de Latere ad S. Ludouicum Gall. Regem direxit. Pius Rex Bartholomæi cognita ſanƈtitate, eo in poſterum vſus eſt in rebus ad animæ ſalutem ſpeƈtantibus, apud quem etiam animæ labes in confeſſione deponebat, ac cunƈta ex eius conſilio peragebat. Anno 1254. in Galliam cum eodem Sanƈto Ludouico reuertitur: Quamobrem, naƈta cauſa ab Alexandro IV. Pontifice Maximo ann. 1256. 15. Kalend. Februarij translatus fuit ad Eccleſiam Vicentinam. In ſede ſuæ patriæ conſtitutus probos exemplo firmauit, improbos exhortationibus ſacris ad meliorem frugem reduxit, hæreticoſque, à quibus ſæpiùs inſidijs, impetitus, multa pertulit mala, doƈtrina, & argumentis confudit. Ab Ezelino Lombardiæ tyranno, atque Eccleſiæ hoſte ſæuiſſimo in exilium pulſus, longè à ſua diœceſi vixit ad annum vſque 1260. quo Ezelinus, Pontificijs, & fœderatorum armis profligatus, vulnere tandem accepto, vt par erat demeritis ſuis, interijt. In ſuam Eccleſiam reuerſus Bartholomæus, Vicentinæ Vrbis Princeps à populo, & ciuibus vnanimi conſenſu eligitur. Sanƈtus Præſul ciuitatem illam ſpirituali, atque temporali gladio tanta cum pietate, ſanƈtitate, prudentia, & iuſtitia rexit, vt communi acclamaretur elogio, *Patriæ* Pater. Horum fama permotus Rodulphus Cæſar, eum vnà cum Gregorio de Montelongo Aquileienſi Patriarcha ſuum in Italia Vicarium anno 1262. conſtituit. Poſteà Apoſtolicæ Sedis Nuncius direƈtus, eſt in Angliam, & in Galliam. Eius vitæ ſanƈtimoniam cum S. Ludouicus Rex Galliæ exploratam dudum haberet, vnam ex ſpinis coronæ, qua Chriſtus Dominus in ſua paſſione coronatus fuit, eidem pro magno munere dedit. Hanc Sanƈtus Præſul anno Domini 1260. Vicentiam detulit, vbi in honorem ſacræ Coronæ ſpineæ Eccleſia cum Ordinis Conuentu conſtruƈta, ibi propria manu, publico huiuſmodi donationis inſtrumento confeƈto, repoſuit. Vltimum clauſit diem an. 1268. in eadem noſtra Eccleſia S. Coronæ, vt elegerat, tumulatus. Eius corpus quinquageſimo tertio ab obitu, anno incorruptum repertum, in nobile marmoreum ſepulchrum ſolemni pompa, maximoque ciuitatis concurſu illatum fuit. Eius vita Marcus Antonius Thienæus ſcripſit in Catalogo Sanƈtorum, & Beatorum Vicentinorum ſub die 20. Maij.

Reliquit pijſſimus, & doƈtiſſimus vir pro Eccleſia:

Sermones ſententijs Sacræ Scripturæ, & SS. Patrum refertos.

Commentaria ſuper Sacram Scripturã.

De cæleſti Hierarchia.

Libros D. Dioniſij in Apoſtolico Palatio

latio enodauit, quos doctiſſimis Commentarijs illuſtrauit.

PP. *Monum. Ord.* Vghell. *Ital. Sac. to.* 5. Lefebure *in Manual. hiſtor.* Spond. *in Auctar. Chronol. ad Annal. Baronij.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 423. *& alibi pluries*, Iacobus Marzari *in hiſtoria Vicentina*, Caſtillus *p.* 1. Borſellus, & Scriptores alij Ordinis. Hi libri habentur (teſte Luſitano) *in Biblioth. conuentus noſtri Vicentini.*

Anno 1269.

GVILLELMVS, ſeu Vvillermus, vt alij tradunt, Boderishinenſis natione Anglus, de Prouincia Anglicana Ordinis habitum apud Londinū aſſumpſit. Pariſijs cum F. Petro de Tarantaſia, qui anno 1276. ad Pontificatum ſub nomine Innocentij V. aſcendit, & cum Cardinale Anibaldenſe nauauit operam ſtudijs. Diuerſis in ſua Prouincia Conuentuū obitis præfecturis, Sacri Palatij Magiſterium, procurante Cardinali Anibaldenſe anno 1263. ab Vrbano IV. obtinuit, quod cum ſui nominis, & Ordinis laude plures annos adminiſtrauit. Quieuit in pace circa annum 1260. ereptuſque fuit è viuis, antequam collegæ amantiſſimi ſui Petri de Tarantaſia aſſumptionem ad Summum Pontificatū videret.

Hæc ingenij ſui vaſtiſſimi reliquit præclariſſima monumenta:

Commentaria ſuper Thrænos Hieremiæ Prophetæ.

Super Cantica Canticorum.

Super Pauli epiſtolas ad Romanos.

Fernandez *in Catal. Mag. Sac. Palatij*, Luſitanus *in Biblioth.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Lucarinus, & Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 5. *num.* 4.

Anno 1270.

RICHARDVS PHYSARA, ſeu Phiſaia Anglus Scholaſticus verſatiſſimus, & egregius. Scripſit:

Super quatuor libros Sententiarum.

Albertus Venetus, Luſitanus *Bibl. pag.* 210. & Plodius *part.* 2. *lib.* 1.

Floruit circa hæc tempora.

GERARDVS natione Germanus, Lector Leodienſis fuit egregio ingenio, in diuinis litteris multa lectione exercitatus, atque in ſcholaſtica diſciplina, ac demum profundè doctus, omniūque bonarum artiū peritia vir ſpectatiſſimus in illo ſæculo habebatur. Edidit Librum:

De doctrina cordis ſatis vtilem viris religioſis. Docet enim ſeptem diſpoſitiones faciendas pro corde. Incipit:

Præparate corda veſtra.

Item librum Sermonum de Tempore.

Librum Sermonum de Sanctis.

Claruit *Supplem. Chron.* 1313. Alijs 1270. *Lege* Antonium Luſitanum, Marraccium *in Biblioth.* Plodium *p.* 2. *lib.* 1. & alios.

SIGIFREDVS, ſeu Sifridus de Arena Italus, vir grauiſſimus, ac venerandus pietate, religione, doctrina, necnon ſacrarum litterarum aſſidua lectione. Scripſit:

In tres nocturnos Pſalterij.

Item ſuper Canticum B. Virginis, Magnificat.

Claruit circa hunc annum 1270. Antonius Senenſis *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. & alij.

BEATVS NICOLAVS FORTIGVERRA Italus, patria Senenſis ex Romana Prouincia, nobili genere natus, ſumma doctrina, ac vitæ ſanctitate ſpectabilis. Ortus eſt anno 1180. Adoleſcens ſtuduit Bononiæ, ac Pariſijs. Ad patriam reuerſus vendidit omnia ſua, pretiumque dedit pauperibus. Diuinitus monitus remiſit ſeculo nūcium, & in manibus noſtri Sanctiſſimi Patriarchæ nomen dedit noſtræ Religioni. Huic igitur, neque vetuſtæ maiorum imagines, neque proprium equitis, & Palatini Comitis decus, opeſque, & commoda ſtirpis claritudini reſpondentia tanti fuere, ne chriſtianæ humilitati poſt habenda putaret. Erogato (vt dixi) ad euangelicæ perfectionis præſcriptum, omni in egenos patrimonio, Sanctiſſimi Patriarchæ Dominici amplexus eſt inſtitutum. Ab eiuſdem noſtri inſtitutoris, etiam tunc maximè inter homines agentis manu, religioſi habitus inſignia recepit. Et ne vocabulo tenus in Prædicatorum

Ordinem adſcitus videretur, ingenio ſtatim ad exercendam diuinis in rebus facundiam admoto, ſummè præſtitit in permouendis ad frugem flagitioſorum animis, ipſiſque Iudæorum cordibus ab obſtinato ſuæ impietatis propoſito deterrendis. Miro quippe quodam illapſu, & impetu ſuauiter ineluctabili, eloquentiæ flumen, quod ex eius ore, tamquam è beato fonte manabat, vndas ſalutari vena pretioſas audientium mentibus inuehebat. Cooperabatur non rarò, & ſermonibus eius validiſſimos addebat neruos Dominus per ſigna, atque prodigia, quæ dicentem ſubinde ſequebantur; cum & cæci quamplurimi iucundiſſima lucis vſura, & ſurdi neceſſario aurium beneficio, varioque alio morborum genere vexati optatæ valetudinis gaudijs fruebantur. Nauſtagantes quoque, alijſque vitæ huius periculis exerciti, ſubita incolumitate pluries donabantur. Quibus celebri fama vulgatis, ſecundis Dominicanæ Familiæ ſuffragijs in Italia, Græcia, ac Terra Sancta multorum cænobiorum regimini eſt admotus. Poſt varios ibi pro catholica Eccleſia, atque noſtra Religione exantlatos labores, atque peractas prælaturas, Sardiniam, Corſicamque petijt. Cumque ibi propagando ſui Ordinis Inſtituto intenderet, ab Innocentio IV. Romano Pontifice (vt Faſti Senenſes) vel potius ſecundum alios ab Vrbano IV. cui Nicolai Fortiguerra inculpata vita optimè innotuerat, Alerienſis Epiſcopus in Corſica ſub Metropolitana Piſana creatus fuit. Hoc nuncio concuſſam vehementer Fortiguerra ſuam modeſtiam intelligens, in abditiſſimam continuò ſpeluncam ſe contulit. Opportunius ſuis rationibus ferarum contubernium, quàm vitæ in excelſo agendo ſplendorem exiſtimabat. At obluctantem diuinæ voluntati perſeuerare in eo propoſito paſſa non eſt cognominis eius S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi vox, quam à S. Præſule manifeſto ad oculos ſuos lumine accedente, audiuit. Fortiguerram Myrenſis Sanctus ad eam prouinciam ſine mora ſuſcipiendā adhortabatur. Tāto igitur auſpice, initum munus per omnes religioſiſſimi Epiſcopi partes ſuſtinuit. Acerrimum primò ſe præſtitit Eccleſiaſtici iuris propugnatorem. Amariſſimis quamquam iniurijs laceſſitus in eodem animi habitu ſemper ſtetit impauidus. In ſuæ vrbis pauperes intentiſſima cura ſollicitus, eorum omnium nomina referenda in ephemeridem iuſſerat, vt quotidie ſingulorum miſeriæ remedijs opportunis occurreret. Proprias ædes in peregrinantium hoſpitium adhibuit, quorum pedes ſuis ipſe manibus abluebat. Duobus tantum famulis interim cōtentus, paupertatis incommoda è populo in ſe transferre lætabatur: patientiæ, atque auſteritatis rarum exemplar. Corporibus ab obſeſſis paſſim admoto pedo Dæmones abigebat. Nonagenarius maior diuino repente ſpiritu percitus manifeſtè prædicit, imminere ſibi, quem diu ſuſpirauerat, ad cæleſtem patriam tranſitum, ipſo videlicet die Patroni ſui Nicolai Natali obeundum. Compoſito itaque pridie ſepulchro, vbi condita dies illuxit, venerabile Miſſæ ſacrificium in ejuſdem S. Epiſcopi honorem operatus, inter amantiſſimas lacrymas populi expeditum ad ſuperos iter ſuo Parenti apprecantis, placidiſſimo fine defunctus eſt currente anno 1270. in feſto S. Nicolai VI. Decembris. Scripſit:

Super Iſaiam Prophetam.

Super Hieremiam, Ezechielem, & Danielem.

In Epiſtolas D. Pauli.

In Apocalypſim.

Super quatuor Euangelia.

Sermones Quadrageſimales.

Sermones Dominicales.

Sermones de S. Nicolao.

Sermones de Sanctis per totum annum.

De duabus naturis in Chriſto.

De cælibatu.

Sermones in orationem Dominicam.

De Officio Paſtoris.

Super D. Dionyſium de Diuinis nominibus.

Alphonſus Fernadez *in Concertat. Prædicat.* Gregorius Lombardellus, Plodius *p. 2. lib. 1.* Vghellus *tom. 3. Italiæ Sacra,* Fontana *in Theatro 1. p. cap. 5. tit. 22. num. 2. & de Rom. Prou. cap. 6.* Faſti

ſti Senenſes Academiæ Intronatorum. & alij.

Anno 1271.

GVILLELMVS CORDVBENSIS vir doctiſſimus, grauis, & exactæ religionis, à S. Ludouico Galliæ Rege electus fuit Capellanus Maior. Anno 1270. Sancto Ludouico Rege defuncto, Guillelmus. *Librum de illius vita, & geſtis Sanctiſſimis compilauit*. Myrrhæus *in Bibl.* & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 6. tit. 5. num. 2.*

Anno 1272.

HANNIBALDVS DE ANIBALIS, ſeu Hannibaldenſis de Molaria nobilis Romanus, ſecundus noſtri Ordinis Cardinalis, natalium ſplendore illuſtris, vtpotè ex Senatoria Romana progenie natus, in Conuentu S. Sabinæ Dominicanum induit habitum, ſub quo ſanguinis præſtantiæ pietatem, vitæque ſanctimoniam copulans, & ſcientias, præſtantiſſimi viri in Romana Curia ſibi obtinuit nomen. Pariſios ſtudiorum cauſa miſſus, hæc ibi cum laude abſoluit: Quare Romam reuerſus, in S. Sabinæ Sententias maximo Auditorum interpretatus eſt plauſu. Deinde breui temporis interuallo, vacante Magiſterio Sacri Palatij per aſſumptionem Beati Bartholomæi de Bragantijs Vicentini, Sanctiſſimi Patris noſtri Dominici dilecti diſcipuli ad Nicoſienſem Eccleſiam in Cypro an. 1246. Ab Innocentio IV. Sacri Palatij Magiſter renunciatur. In ea pernobili præfectura, tamquam lucerna ſuper candelabrum poſitus, pietatis, & ſapientiæ radijs illuxit Eccleſiæ. His Vrbanus IV. commotus illum S. R. E. Cardinalem ſub tit. SS. XII. Apoſtolorum anno 1262. creauit. Illum deinde idem Pontifex Maximus vna cum Riccardo de Anibalis agnato ſuo, Ioanne Caetano Vrſino, & Iacobo Sabello Cardinalibus in Siciliã cum poteſtate Legati de Latere, vt Carolum Siciliæ Regem regio diademate coronaret, delegauit.

Fuit Chariſſimus noſtro Doctori Angelico S. Thomæ: quare hic illi ſecundum ſcriptum ſupra quatuor libros ſententiarum dicauit. Maxima quoque inter Hannibaldum, & Fr. Petrum de Tarantaſia, qui poſtea ſub nomine Innocentij V. rexit Eccleſiam, intercedebat neceſſitudo. Scripſit.

Librum Quodlibetorum.

Item in Quatuor libros Sententiarum præclariſſima Commentaria, in quibus D. Thomæ, ac Petri de Tharantaſia doctrinam ſequitur quo ad omnia, adeo vt videatur quaſi eorum ſagax abbreuiator.

Puritatis candorem ita vnicè adamauit, vt potiùs mori voluerit, quàm fœdari, Nam Medicos, qui pro ſalute conſequenda, ei ſuadebant puritatis iacturam, à ſe prorſus indignabundus eiecit. Cardinalis iam inſtitutus primæuum obſeruantiæ rigorem in victu, & veſtitu Religionis numquam attemperauit: Exceſſit è viuis in Vrbe veteri anno labente 1272. ſub Gregorio X. quem ipſe in ſummum Pontificem anno elapſo poſt diuturnam duorum annorum, nouemque menſium Apoſtolicæ ſedis vacationem eligi non modicum inſudando curauerat. Iacet in noſtra Eccleſia S. Dominici eiuſdem Vrbis, in cuius tumba hoc breuiſſimũ Epitaphium legitur.

Vrbs genitrix: *Genus Anibalum, ſors Presbyter, Ordo*
Dominici; fons diuinus, prælatio Cardo;
Quem decorat titulo duodenus Apoſtolorum.

Scripſerunt de hoc noſtræ Religionis maximo ornamento S. Antoninus *3. p. tit. 23. c. 11.* Caſtillus *centuria 1.* Onuphrius Panuin. Alphonſus Ciacconius, Leander *lib. 3.* Seraphinus Razius *de viris illuſtr. Ordinis*, Plodius *de viris illuſtr. Domin. lib. 4. Sacrum Theatrum* Fontanæ *p. p. cap. 2. num. 2.* Fernandez *in Catal. Magiſt. Sacri Palatij*, Taegius *part. 6. in Monum. Ordinis*, Luſitanus *in Bibl. fol. 22.*

Anno 1273.

IACOBVS VITERBIENSIS doctiſſimus poſt varias in Ordine obitas præfecturas, Generalis Procurato-

ris decoratus eſt dignitate, ex qua ad Tarentinam Archiepiſcopalem ſedem anno 1270. aſſumptus eſt gubernandam. Tribus annis optimus Paſtor ſuã Eccleſiam, cuius iura animo ſemper infracto defendit, rexit. Tandem Tarentinis mærẽtibus vniuerſis an. 1273. perrexit ad meliores. Scripſit:

Opuſculum de venditione, quod circa annum 1270. *direxit ad diuum Thomã Aquinatem.*

Ractius, *Chron. Etruriæ*, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Vghellus *Italia Sacra tom.* 9. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 98. *num.* 1. *& libro de Rom. Prou. c.* 6. Fernandez.

PETRVS FVLCONIS ex Regio Lepidi S. Theologiæ doctor eximius, celebriſque Euangelij tuba, iam in ſeculo erat clariſſimus vtriuſque iuris peritus. Adeo memoria viguit, vt in numerato haberet omnia decreta, & decretales. A Gregorio X. minor Pænitentiarius Apoſtolicus datus, conſtituitur poſtea maior. Breui tempore demandatũ ſibi exercuit munus. Nam an. 1273. appoſitus fuit ad Patres. Taegius in monum. *Per idem tempus D. Papa Gregorius aſſumpſit in Pænitentiariũ Curiæ, & tandem fecit Pænitentiarium Maiorem Fr. Petrum Fulconis Reginũ Ord. Prædic. ex Prouincia Lombardiæ.* Scripſit:

Summam, in qua concordauit ius canonicum cum diuino.

Redegit etiam Legem Ciuilem ad certas concluſiones.

Taegius *part.* 2. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

PETRVS DE ALVERNIA Gallus diſcipulus S. Thomæ in doctrina, & in Sanctitate attentiſſimus eius auditor. Scripſit.

Additiones ad Commentaria de Cęlo, & Mundo, quę S. doctor morte præuentus abſoluere non potuerat.

Item ſuper tertium, & quartum librũ ſententiarum.

Commentaria in libros Ariſtotelis de motibus Animalium.

De longitudine, ac breuitate vitæ.

De inſpiratione, & reſpiratione.

De iuuentute, & ſenectute.

Edidit quoque *Commentaria in alios libros Ariſtotelis.*

Floruit his temporibus. Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Vallus *in Compendio de viris illuſtribus p.* 1. Luſitanus *in Bibl. fol.* 192. Vide in Appendice

Anno 1274.

BEATVS HVMBERTVS de Romanis Burgundus Diœceſis Vienneſis olim totius noſtri Ordinis Generalis Magiſter V. Religionis exemplar, & decus, cerimoniarum pater, ac de omnibus bonis diſciplinis optimè meritus. Antequam induiſſet habitum Ordinis, legerat Logicam, & Philoſophiam publicè in vniuerſitate Pariſienſi. Coaptatur Religioni in cõuentu Pariſienſi die 30. Nouembris 1225. fuerat in ſæculo diſcipulus Hugonis de S. Theodorico. Hunc tamen vice verſa deinde Humbertus ad noſtram Religionem induxit. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 47. Antequam electus eſſet Generalis Magiſter Ordinis, legerat Theologiam in pluribus conuentibus, & præſertim Lugduni, vbi etiam fuit Prior. Moderator etiam aliquando Prouinciarum Lombardiæ, ac Gallicæ. Magiſtro Io: Theutonico è vita ſublato, Budæ vno omnium conſenſu Magiſter Generalis eligitur anno ab orbe redempto 1254.

Propter magnam opinionem, quæ habebatur de illo, concurrit adhuc ſimplex Frater cum Innocentio IV. in electione Summi Pontificatus, dignus reuera Orbi vt imperaret. Anno 1263. Londini, vt ſibi ſuſpiratam redderet pacem, totius noſtri Ordinis Magiſterio ſua ſponte ſe abdicauit; ſicque vt ſolitariè viueret, & ſanctiſſimè, Lugdunum retulit pedem. Sub hoc tempore Pontifex Maximus Humberto Patriarchatum Hieroſolymitanum obtulit: at ille conſtantiſſimè oblatæ dignitati renunciauit: maluit enim in paupertate vitam ducere intra clauſtra, quàm præeſſe. Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1274. *num.* 21.

Cum annis 9. (vt dixi) Ordinem laudabiliter gubernaſſet, Magiſtratui ceſſit anno 1263. ſuperuixitque annis 11. obijt plenus bonis operibus hoc anno 1274. die 15. Ianuarij, quadra-

gin-

ginta quinque dies ante obitum Diui Thomæ Aquinatis.

Inter multa doctrinam, & pietatem ſpirantia, poſteritati reliquit:

Sermonum de Fraternitate Roſarij B. Mariæ Virginis librum vnum, quem citat Ioannes Andreas Coppenſteinius *in clauibus prædicandi Roſarium lib.* 2. *cap.* 11.

Totum officium, quo vtitur noſtra Religio ordinauit, quod poſtea Clemens Papa IV. approbans confirmauit. Scripſit:

Super Regulam S. Auguſtini egregium volumen. *Montibus* 1645. *in* 4. Comi, typis Hieronymi Frouæ 1602. in 8. & alibi pluries:

Libellum de VII. gradibus contemplationis.

De tribus votis Religionis eſſentialibus.

De omnibus officijs Ordinis Prædicatorum à Generali vſque ad ianitorem Conuentus. Scripſit etiam;

Super Conſtitutiones Ord. noſtri: At morte præuentus uon perfecit:

Prætereà *Librum de Vitiis Fratrum Ord. noſtri, ſeu Chronicon Ord.*

Item de eruditione Religioſorum, opus verè legendum. Louanij 1575.

Hic liber de eruditione Religioſorum à quibuſdā tribuitur noſtro Guilleimo Peraldo. Ita *in* 4. *part. Monum. Ordin.* quæ Mediolani habentur in Cōuenru noſtro Gratiarum, & Bononiæ in noſtra Bibliotheca. Cæterum Antonius Senenſis, & alij illum Humberto aſcribunt. Scripſit etiam:

Librum de prædicatione Crucis contra Saracenos.

De eruditione Prædicatorum libros duos, in quorum primo de Prædicatorum munere, & ad illud ſpectantibus, formaque, ac arte concionandi tractatur: in altero de modo promptè cudendi ſermones circa omne hominum, & negotiorum genus differitur. Pluries typis datos: nouiſſimè verò Barcinone, ex typographia Sebaſtiani Cormellis anno 1607. in 4. Rurſus

Librum Sermonum pro omni materia in duas diſtributum partes. In prima ponit ſermones ad omnem ſtatum hominum. In altera ſermones de varijs negotijs agendis: vt de Concilijs, de Synodis, de receptione Peregrinorum &c. Venetijs 1603. apud Marcum Antonium Zalterum in 4. Edidit quoque:

Librum de veris, & falſis virtutibus.

Item Epiſtolas plures digniſſimas, quæ omnia ſpirant & ſapiunt grauitatem, dilucidationem, ſanctitatem, & ſpiritum planè diuinum.

Scripſerunt de illo Ferdinandus Caſtillus *Centuria* 1. Taegius *p.* 6. Hieronymus Burſellus *de Generalibus*, Plodius *de viris illuſt. Ord. lib.* 1. Bellarminus *de Scriptor. Eccleſiaſt.* Index Martyrol. Dominicani, Leander, Luſitanus *in Bibl.* Trithem. & Labbe.

ROGERIVS CALCAGNINVS Florentinus diuini Verbi præco fructuoſus, & celeberrimus primus in Tuſcia cenſor fidei, deinde ad Caſtrenſem Eccleſiam in eadem Tuſcia Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectam euectus eſt circa annum 1240. Poſtea Lugdunenſi Concili o ſub Gregorio X. (vt dicemus) celebrato hoc anno 1274. interfuit. Fuit Philippo Regi Galliæ ſummè charus, in cuius gratia edidit:

Librum Etruſco idiomate, cui titulus de vitijs, & virtutibus.

Quieuit in pace Aretij an. 1274. Fernandez *in Concertat. ad ann.* 1238. Leander *lib.* 5. Vghell. *tom.* 1. *Ital. Sac.* Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 148. *& de Rom. Prou. cap.* 5. *tit.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

PAVLVS GVASTAFERRVS Peruſinus eruditus, & facundus concionator, nec minus illuſtris pronunciatione, quàm calamo. Scripſit:

Duo volumina Concionum in Quadrageſima.

Item duo alia de Tempore, ac de Sanctis.

Floruit circa hunc annum.

Luſitanus *in Bibl.* Fernandez, & Fontana *de Romana Prouincia cap.* 6.

Hoc anno Gregorius X. indicit Concilium Generale Lugdunenſe II. Interfuerunt in illo ex noſtris F. Petrus de Tarantaſia Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, S. R. E. Maior Pœnitentiarius, & in eodem Concilio creatus Cardinalis, inter primos locum conſequebatur. Bzouius *in Annal. Eccleſiaſt. ad annum prædictum num.* 5. & Spondan. *ibidem num.* 1. At de hoc anno 1276.

Tri-

Triginta, & tres ex noſtro Ordine adfuere præterea infulati. Caſtillus *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 39.

1. Interfuit illic Raymundus de Fulgario Archiepiſcopus Toloſanus, de quo an. 1245. Hic obijt die 19. Octobris 1280. Gallia Chriſtiana *tom.* 1. Ferrar. *de Rebus Hungar. Prou. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. Fontana *in Theatro par.* 1. *cap.* 4. *tit.* 104.

2. Reginaldus Leontinus Archiepiſcopus Meſſanenſis, Siculus natione. Obtinuerat Sedem Meſſanen. à Clemente IV. an. 1273. ceſſitque fato anno 1287. Pyrrhus *in Sicilia ſacra*, Vghellus *tom.* 8. Fontana, & alij.

3. Robertus Archiepiſc. Cantuarienſis, qui fuit S.R.E. Cardinalis, de quo an. 1276.

4. Laurentius Archiepiſc. Acheruntinus ex Prou. Romana, Cardinalis Anibaldenſis ex Ordine noſtro aſſumpti Capellanus. Hic creatus fuerat à Clemente IV. octauo nonas Aprilis 1268. Archiep. E corpore demigrauit 15. Nouembris 1276. Vghellus *tom.* 7. *Italia Sacra*.

5. Petrus Bernandus Epiſc. Agathen. in Gallia in Volcis Arecomitis ſub Archiepiſcop. Narbonen. obtinuit Sedem ab Innocentio Papa IV. anno 1253. Functus eſt vita an. 1285. Gallia Chriſt. *tom.* 2. Fernandez *in Epiſc. Galliar.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 9.

6. Gregorius Epiſcopus Alatrinus in diſtrictu Vrbis.

7. Herbordus Pannonius in Conuentu S. Stephani Bergomen. ad Ordinem receptus eſt; doctrina, morumque probitate ſingularis, creatur Epiſcopus Bergomenſis anno 1261. in cœlum tranſijt ann. 1275. Vghellus *tom.* 4. *Italia Sacra*, Ferrarius *de rebus Hungar. Prou. lib.* 1. *part.* 3. & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 84.

Cum affuerit Concilio Lugdunenſi II. anno 1274. aberrant dicentes mortuum fuiſſe anno 1272.

8. Serulus Genuenſis Prou. Lombardiæ magnus Theologus, & omni titulo commendandus à Clemente IV. Brugnatenſis creatus Antiſtes an. 1265. Obiuit anno 1280. Taegius *in Monument. Ord.* Vghellus *tom.* 4. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 107.

9. Rogerius Caleagninus Florentinus, de quo an. 1274.

10. Theodoricus Burgundionus Lucenſis eligitur à Capitulo Epiſcopus Ceruienſis in Flammia ſub Mettopoli Rauennaten. anno 1271. fuitque à Gregorio IX. Pontifice confirmatus. Viginti ſeptem annos præfuit Eccleſię ſuæ, obiuitque piè anno 1298.

11. Aldobrandinus è nobili Caualcantium familia, Florentiæ ortus vir pietate, doctrinaque celeberrimus Prior In S. Maria Nouella Florentiæ, Prouincialis Romanus, à Gregorio X. anno 1272. creatur Epiſcopus Vrbeuetanus in Tuſcia. Cumque Summus Pontifex perrecturus erat ad celebrandum Generale Concilium Lugdunenſe in Gallia, Aldobrandinum Vicarium Apoſtolicum in Vrbe, atque in tota Apoſtolica ditione cum ampliſſima poteſtate conſtituit; quo in ſupremo regimine vſque ad eiuſdem Pontificis Max. regreſſum Romam ſatis laudabiliter præfuit. Ipſe hoc munere fungens confirmauit donationem factam Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe noſtrę Religionis à venerandis Monialibus Benedictinis Monaſterij S. Mariæ in Cãpo Martio ſub die 16. Nouembris 1275. Florentiæ perrexit in Cœlum die 30. Auguſti 1279. & ſepultus fuit in Eccleſia S. Mariæ Nouellæ. Vghellus *tom.* 1. *Ital. ſacr.* Fontana *in Theat. p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 647. *num.* 1. Taegius, Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

12. Franciſcus Epiſc. Cæſenaten. Fuit de Prouincia Romana, & Eccleſiam Cæſenatenſem in Romandiola ſub Rauennaten. Metropol. obtinuit ab Vrbano IV. anno ſalutis 1263. Eãque pluribus annis peculiari integritate adminiſtrauit. Plodius *par.* 2. *lib.* 3. Vghell. *tom.* 2. & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 162.

13. Guido de Turre Gallus Epiſcopus Claromonten. de quoad annum 1250.

14. Morandus de Signa Epiſcopus Fanenſis, qui B. Aldobrandini Caualcantis ſocius à Beato Ioanne Salernitano

nitano Priore Conuentus S. Mariæ Nouellæ de Florentia receptus eſt in noſtram Religionem. Veſte Dominicana indutus, eruditione, doctrina, & pietate clarens, celeberrimus diuini verbi præco euaſit, pluresque perditos homines frugem ad meliorem reduxit. Fama eius integritatis per omnium ora volitante, ab Alexandro Papa IV. anno Domini 1259. delectus eſt Epiſcopus Callienſis in Senonia Vmbria ſub Metropoli Vrbinate. Vix Morandus ſuam ſponſam inuiſerat, & factio Ghibellina, quæ partes Manfredi Tarentini, Romanæ Eccleſiæ hoſtis acerrimi ſuſceperat, maiorem in modum Callienſem Vrbem vexauit. Guelphos enim omnes à ſuis eliminauit confinibus. Maxima Vrbanum IV. hoc facinus indignatione affecit: Qua de cauſa rebelles ciues diro excommunicationis fulmine perſtringendo, ciuitatem, atque diœceſim eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. Neque id irato Pontifici ſatis: nam epiſcopali cathedra expolians Callienſes, hanc Sedem tranſportauit ad Eugubinos. Callienſes in ſuo errore, integro vnius anni curriculo perdurarunt. Tandem Morandi flexi hortationibus, Manfredo publicè abiurato, Pontifici Optimo Maximo paruere. Vrbanus, ſepoſita ira, Callienſes, tamquam filios, intercedentibus Peruſinis, benignè admiſit ad pedes, à cenſuris abſoluit, illos priſtina Sede rurſus donauit. Ad ſponſam reuerſus Morandus, non ceſſabat quotidianis hortationibus, vt firmiter in obſequio erga Romanam Eccleſiam perſeuerarent, monere: eoſq; ſuo exemplo ad cuncta pietatis opera inflammare. Denique ſui regiminis anno VI. qui fuit à Natiuitate Domini 1265. Quarto nonas Octobris à Clemente IV. attollitur ad Fanenſem. In hac Sede vndecim poſt annos nempe 1276. vitam commutauit cum morte. Vghellus *tom. 1. & 2. Ital. ſac.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. tom. 13. an. 1225. nu. 12.* Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 121. num. 1. & tit. 241. num. 2.*

15. Paparonus de Paparonis Epiſcop. Fulginatenſis. Hic ex nobiliſſima Romana familia, cuius inſignia in Scoto Paparone in pauimento Liberianæ Baſilicæ conſpiciuntur. D. celebris, necnon Prædicator fuit valde famoſus. Ea propter ex Procuratore Generali in Curia à Clemente IV. 5. Kalendas Iulij 1265. creatur Epiſcopus Eccleſię Fulginatenſis in Vmbria. In ſuæ aſſumptionis primordijs Auguſtinianos Fratres in ſuam ciuitatem, vt vnà cum noſtris Dominicanis Fratribus deprauatos Cleri, populique mores ad meliorem normam reducerent, introduxit. Xenodochium, ac Confraternitatem Presbyterorum diſciplinæ S. Feliciani, cum Eccleſia eidem S. Martyri dicata, anno 1270. conſtruxit. Anno 1273. Seruos B. Virginis in eandem vrbem, eis manſionem aſſignando, recepit. Noſtros Dominicanos extra ciuitatem morantes, intra eiuſdem mœnia & introduxit, & eos eleemoſynis ad noui cœnobij ædificium copioſis adiuuit 12. Kal. Auguſti ann. 1285. cum Honorius IV. ad Spoletanam Eccleſiam eodem clero, & populo enixè petentibus tranſtulit. Epiſcopo Paparone, cum aliquot cuiuſdã Ordinis Religioſi in S. Benedicti Monaſterium Nurſiæ ſuæ diœceſis violenter ſe intruſiſſent, ab Honorio Pont. Max ex eodem eiecti, repreſſi fuere. At cum rurſus non ſine populi ſcandalo inde Monachos deturbaſſent, Paparone apud Cæleſtium V. inſtante, fuere illuc à Papa iterum reſtituti. S. Auguſtini Moniales Montisfalci ex inſtituto edocuit. Cumque annos quinque ſibi creditam rexiſſet Eccleſiam, viam vniuerſæ carnis anno 1294. intrauit. Vghell. *tom. 1. Ital. ſac.* Fontana *in Theat. p. 1. c. 5. tit. 251. num. 1. & tit. 558. num. 1.*

16. Raymundus Gallus Epiſcop. Graſſenſis, de quo an. 1268.

17. Arnulphus Epiſcopus Humanaten. Fuit Arnulphus de Viterbio Theologus maximus à Capitulo Humanaten. electus Epiſcopus, ab Innocentio IV. vltimo ſui Pontificatus anno, qui fuit nati Verbi 1254. 2. Idus Maij confirmatus. Viginti quinque annos in ſua Eccleſia vixit. E viuis tandem ſublatus Viterbij anno 1279. ibidemque in communi S. Mariæ ad Gradus

dus Fratrum noſtrorum oſſuario conditus, vbi hoc legitur Epitaphium:

Venerabilis P. Fr. Arnulphus Epiſcopus Humanus Ord. Prædic.
Hic cum Fratribus ſuis ſepultus iacet,
Qui obijt ann. Dom.
MCCLXXIX. die XX. Auguſti.

Hæc Eccleſia nunc eſt cum Anconitana vnita. Vghell. *tom.* 1. *Ital. Sac.* Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 294.

18. Bartholomæus Varellus Epiſcopus Lipatenſis. Siculus fuit Varellus, Magnus Theologus, & ſatis probatæ vitæ, qui à Capitulo Pactenſi electus Epiſcopus, confirmatus fuit ab Innocentio IV. an. 1252. Erat Liparenſis Eccleſia cum Pactenſi vnita ſub Archiepiſc. Meſſanen. Nunc verò eſt Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecta. A Carolo I. Siciliæ Rege ann. 1265. Iurium ſuæ confirmationem Eccleſiæ impetrauit. Anno 1281. cum P. Bonioanne Marino Ordinis noſtri contra eundem Regem ad Martinum Papam IV. in Vrbem venit. Tandem anno 1282. dies ſuos in ſenectute bona compleuit. Vghellus *in Append. tom.* 2. Pyrrhus *Sicil. Sac.* Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 337. *num.* 1.

19. Thomas Cantipatranus Epiſcopus Luſentinus, de quo anno 1263.

20. Raymundus Coruaſius Epiſcopus Maioricenſis ſub Metropolitana Tarraconen. qui ſub Gregorio Papa X. in Regno Maioricæ plures Mahometanos ad Chriſti fidem conuertit, atque ſacro regenerationis lauacro à maculis emundauit. Propter tot, & tam mirabiles complurium Agarenorum conuerſiones, quas Optimus Paſtor vna cum varijs noſtri Ordinis Patribus conſequebatur, Iacobus Rex Aragoniæ, & Maioricæ anno 1274. Barchinone ſcribens Gubernatori, Prætoribuſque Maioricæ Fratres Prædicatores ſummopere commendauit, quibus & priuilegia plura conceſſit. Fernandez *in Concert: Prædic. an.* 1272. Diagus, Plodius, Fontana *in Theat.* & alij.

21. Ottho de Maliſaxo Epiſcopus Minden. Hic cum in ſæculo militiæ nomen dediſſet, dux ſtrenuus in illa extitit. Deinde bellum tartareis legionibus indicturus, contemptis mundi honoribus ſub paupertatis regula ſeruire Deo conſtituit: induit igitur togam Dominicanam, ſub qua, in regulari obſeruantia, cæteriſque virtutibus maximos fecit progreſſus. Mindenſem Eccleſiam in Alemania regendam ab Vrbano V. in ſui Pontificatus primordijs ſuſcepit. In hac cura, cum SanctiſſimiPaſtoris munere fungeretur dies ſuos vix abſoluto Concilio, terminauit.

Huius meminere Caſtillus *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Taegius *in Monumentis Ord.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 388.

22. Paulus Polonus Epiſc. Poſnanien. in Polonia ab Innocentio IV. circa annum 1250. creatur. Prius functus eſt laudabiliter pluribus annis Inquiſitoris officio. Epiſcopus factus, iurium Eccleſiæ ſuæ inuictiſſimus propugnator, ſuſtinuit calamitates non modicas. Triginta quinque annos creditas ſibi oues ſummo zelo pauit, & rexit. Tandem meritorum redimitus corona perrexit ad Chriſtum circa annum 1285. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Bzouius *de rebus geſt. in Polonia c.* 5. ex Seuer. Cracou. & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5: *tit.* 479: *num.* 1.

23. Iacobus de Vrbeueteri Epiſc. Sulmonenſis, cuius ciuitas eſt Metropolis Pelignorum Eccleſiæ Valuenſi vnita. Harum Eccleſiarum creatus fuerat Iacobus Epiſcopus ab Vrbano IV. anno 1263. nonas Martij. Vixit harum Eccleſiarum doctiſſimus Præſul vſque ad annum 1278. quo debitum mortalitatis perſoluit. Vghellus *tom:* 1. *Italiæ Sacræ*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 567. *num.* 1.

24. Simon de Leontino Siculus, alijs Simonettus nobili loco natus, Alaymi Magiſtri Iuſtitiarij Regni Siciliæ filius, Sacræ Theologiæ profeſſor, Syracuſanus Paſtor à Capitulo electus, à Clemente IV. confirmatus eſt anno 1268. cum Prioris onus in Cænobio Meſſanenſi ſubiret. Vigintiquinque annos creditis ſibi ouibus pio zelo, & ſingulari præfuit charitate. Compleuit curſum mortalitatis anno 1293.

Pyr-

Pyrrhus *Sicilia Sacra lib: 3.* & Fontana 1. *p. c.5. tit.* 770. *num.* 1.

25. Petrus Angelellius Ep. Lucanus in Tuſcia. Petrus Lucenſis fuit in omni ſcientiarum genere verſatus, & Sacræ Theologiæ celebris Laureatus. A Clemente Papa IV. renunciatus fuit Sacri Palatij Magiſter; cumque in Romana curia ſibi docti, ac cordati viri exiſtimationem captaſſet communem, à Gregorio X. Lucenſis Epiſcopus ſelectus eſt die 14. Maij anno 1272. Ab eodem Pontifice Max. ad Lugdunenſe Concilium vocatus, ibidem feliciter mortalitatis ſarcinam poſuit. Fuit conditus apud noſtros. *Ptolemaus* Lucenſis in Annalibus; S. Antoninus 3. *p. hiſtor. tit.* 23. *cap.* 11. Vghellus *Italia Sacra tom.* 1. *in Epiſc. Lucenſes*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 346. *nu.* 1. & alibi pluries.

26. Carbricus Hibernus Epiſcopus Ratbotenſis, qui humilitatis maximæ inſignitus prærogatiua; in Prouincialium aduentu conſuetæ viſitationis cauſa in propriam ciuitatem; ad ordinis conuentum accedebat, & ibi cum alijs Fratribus viſitationi ſe ſubdens, culpam (vt aiunt) dicens, impoſitam ſibi à Prouinciali pænitentiam adimplebat. In eodem Concilio, expleta mortalitate, Vigilia Aſſumptionis ad Chriſtum, promiſſa humilibus præmia recepturus, perrexit. Olmeda in vita Io: de Vercellis Mag. Ord. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 39. Fontana *p.* 1. *c.* 5. *tit.* 5. Plodius *p.* 1. *lib.* 1. *num.* 217. Hieronymus Borſellus *Hiſto. Gener.* Accerſiuit ad hoc Concilium Gregorius X. D. Thomam Aquinatem, iuſſitque illi, vt librum, quem de mandato Vrbani ediderat contra Græcos, afferret. Et cum Neapoli proficiſceretur Lugdunum, apud Foſſam Nouam in Monaſterio Ciſtercienſi in domino Nonis Martij requieuit. B. Albertus Magnus eius præceptor Coloniæ ad menſam cum Fratribus ſedens, flere cæpit, nec lacrymas continere valens, interrogatus de cauſa reſpondit: quia Thomas de Aquino filius meus in Chriſto, lucerna fulgoris Eccleſiæ, hac die ſublatus eſt nobis. Fleuit & illum Gregorius Pontifex, cunctique Concilij Patres. Aſtitit & huic Synodo, iubente Gregorio X. Albertus Magnus, qui dimiſſa iam Ratiſponenſi Eccleſia an. 1263. in Conuentum Colonienſem ſe receperat, ac in Concilio cum Græcis doctoribus iteratis vicibus diſputans, illos conuicit. Olmeda in vita Io: de Vercellis, Caſtillus, & Fernandez.

Adfuit quoque Ioannes de Vercellis Magiſter Generalis cum præſtantiorum virorum Ordinis noſtri nobiliſſima corona: quoniam Gregorij Pontificis voto Patres noſtri facturi ſatis, Capitulum Generale eodem anno Lugduni, vt ex nationibus cunctis ſapientiores Fratres ſelecti, Pontifici, & Concilio Oecumenico præſto eſſent, & inſeruirent, celebrauere. Fernandez Caſtillus *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 39. & Fontana *in Theatro*.

Andreas de Albalate Aragonenſis, Petri Albalatij Tarraconenſis Archiepiſcopi Frater Germanus, in Valentino conuentu ſacro Religionis habitu indutus, vitæ integritate, & ſcientiarum corona ornatus fuit. Anno 1248. ad 2. Nonas Decembris, Valentinis Canonicis diffidentibus, Innocentij IV. Pontificis max. conſenſu, atque indulto, à Tarraconenſi Archiepiſcopo, & Archidiacono, atque Valentino Præcentore, Eccleſiæ Valentinæ renunciatus eſt Paſtor. Hic magnæ religionis Antiſtes cænobium Monachorum Carthuſienſium in agro Valentino conſtruendum curauit, nomenque illi *Porta cæli* affixit. Aragoniæ Regi Iacobo II. vel alijs, Giaimo fuit chariſſimus; quare ab eo Aragonum Regni fuit eodem anno 1248. Magnus Cancellarius inſtitutus. Ad hoc Generale Lugdunenſe Concilium an. 1274. à Gregorio IX. indictum, acceſſit, in quo non modicum pro latinæ cum græca Eccleſia, vnione inſudauit. Biennio poſt deceſſit Viterbij, fuitque in Eccleſia S. Mariæ ad Gradus conditus apud noſtros. Fernandez *in Epiſ. Hiſp.* Lopez *p.* 5. *lib.* 2. *cap.* 16. Bzouius *in Anal. Eccleſ. ad an.* 1248. *num.* 5. Fontana *p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 112. *num.* 2. & *p.* 2. *cap.* 6. *tit.* 3. *num.* 1. Diagus *hiſtor. Aragon.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. In hoc Concilio orauit pro funere S. Bonauenturæ Petrus de Taran-

rantaſia, de quo an. 1276. & Albertus Magnus in morte Regis Romanorum ſumens pro themate: *Ecce mittam eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos*. Plodius *p. 2. lib. 1.*

Manuel Caleca hoc anno veniſſe dicitur ad hoc Concilium Oecumenicum Lugdunenſe II. Philippus Labbe Societatis Ieſu inter Auctores Eccleſiaſticos XIII. Chriſtianæ æræ ſæculo.

S. THOMAS AQVINAS iubar ſplẽdidiſſimum, è nobiliſſimo Comitum Aquinorum genere in finibus Campaniæ, oriundus, de quo Marraccius in *Bibl. Mariana*, Sixtus Senenſis *in Bibil. Sancta lib.* 4. & P. noſter Grauina hæc habent: vir inter Sanctos doctiſſimus, & inter doctos Sanctiſſimus (vt aliquando de eo ſcripſit magnus ille Beſſarion Cardinalis Nicænus, & Conſtãtinopolitanus Patriarcha) qui, Theologiæ ſplendor, Theologorum parens, ingens virtutis, & doctrinæ Theſaurus, Eccleſiæ doctor incomparabilis, cognomento, & merito Angelicus, humanarum mentium lucidiſſimus Sol, flos integer, & illibatus ingenij, medulla ſapientiæ diuinioris interior, verus diuinæ mentis, voluntatiſque interpres, inter Theologos Aquila, paſſim vbique apud omnes audit. Eſt eius ſcribendi genus graue, argutum, ſolidum, purum, acutum, pingue, patens, exquiſitum, & antea inuſitatum, vt mirandum ſit quonam pacto tam breui, quo vixit tempore, tanta percurrere, intelligere, meminiſſe, & tam latè manantia profundere potuerit flumina doctrinarum. Ei ad plenam, abſolutamque totius, tam diuinæ, quàm humanæ eruditionis gloriam ſolus defuit linguarum, & eloquentiæ vſus, quem eruditi illius ſeculi, vtpote ſublimioribus ſtudijs intenti, neglexere. Theologorum fuit, ac Philoſophorum omnium, quos in hanc vſque diem ſcholaſticorum Academia protulit, ſine vlla controuerſia princeps. Quippe qui primus omnium latinorum philoſophorum non minus incredibili, quàm felici auſu omnem Ariſtotelis Philoſophiam commentarijs luciđiſſimis illuſtrauit. In ſacris verò ſincerioris Theologiæ ſtudijs ita ſapientiſſimo inceſſit proximus Auguſtino; atque ita mentem eius, omnes ſenſus reconditos introſpexit, ac hauſit, vt iuxta Pithagoræ Metenpſychoſin communi doctiſſimorum omnium iactetur adagio, *Auguſtini animam migraſſe in Thomam.* In Scholaſticis quoque miſtæ Theologiæ diſputationibus ita cæteris academiarum ducibus antecelluit, vt vniuerſali ſcholarum omnium conſenſu receptum ſit, Thomam, Scholaſticæ Theologię inſtauratorem, quatuor inter ſe implacabiliter pugnantia indiſſolubili pacis fœdere coniunxiſſe; nempe Copiam, Breuitatem, Facilitatem, & ſecuritatem; quas nulli vnquam literarum profeſſori, vel ante, vel poſt eum contigit ſimul connectere potuiſſe. Ac primùm tanta ineſt Aquinati rerum omnium copioſa vbertas, vt nihil ferè ex vniuerſo Theologiæ, ac philoſophiæ ambitu queat deſiderari, quod non ipſe ditiſſimis ſcriptis ſuis fuerit copioſiſſima varietate complexus. Breuitas deinde, cuius exiguis anguſtijs copiæ amplitudo contineri non poteſt, ea eſt, vt quæ tot veteres, ac recentes auctores vix innumeris, & immenſis voluminibus comprehendere potuerunt, hic inter vnius ſtrictæ epitomes, hoc eſt, ſummæ Theologiæ compendium, locupletiſſima breuitate pleniſsimè, ſtrictiſſimeque concluſerit. Breuitati autem, quæ obſcuritatis eſt mater & indiuidua comes, ita facilitatem, omni ſecluſa difficultate, copulauit, vt ordinis diſpoſitione, ſententiarum perſpicuitate, & verborum ſplendida claritate ſcriptores omnes longo poſt ſe reliquerit interuallo. Tandem, quod multo admirabilius eſt, cum in ſcriptis eccleſiaſtis multorum magni nominis patrum cautè, ac ſuſpenſo pede ſit progrediendum legentibus, ne in ſententias quaſdam parum tutas imprudenter impingant: vni Thomæ verè diuino viro tanta aſſertionum, ſententiarumque ſecuritas diuinitus obtigit, vt in lectione eius lector, omni erroris ſuſpicione liber, citra vllam offenſam tutus, & ſecurus expedito gradu, veluti per viam regiam, communi eccleſiaſticorum Patrum inceſſu tritam, lon-

longè à deuijs illis particularium ſectarum ſemitis, ac diuerticulis, quæ ſæpe incautos in ambages inextricabiles, & errores abducunt irremeabiles, poſſit expatiari. Hæc illuOrtus eſt an. 1224. In monte Caſino, & Neapoli Campaniæ puer eſt alitus. Coloniæ in Germania ſub magno profecit Alberto diſcipulus maior. Pariſijs Galliæ eadem die eum S. Bonauentura an. 1255. creatus eſt doctor Theologus, vbi diu maximo omnium ſtupore ac diſcipulorum concurſu de re qualibet diſputauit. Bononiæ quoque, Romæ, Fundis, Fogijs in Apulia, Piſis, in Vrbe veteri palam docuit; demum Neapoli, vbi cæperat, ſtipendio Caroli Regis, reliquum vitæ tempus ſemper phyſicando peregit. Fuit definitor pro Prouincia Romana, quæ eadem tunc cum Regno vtriuſq; Siciliæ erat, in Capitulo Generali celebrato Londini, in quo anno 1263. Beatus Humbertus generalatu ſe abdicauit. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.*

Cum euocatus à Gregorio X. Romano Pontifice ad Concilium Lugdunenſe II. iter in Galliam meditaretur, in Cænobio Foſſænouæ Ordinis Ciſtercienſis prope Amaſenum Campaniæ fluuium ad Deum feliciter emigrauit anno reparationis humanæ 1274. die 7. Martij Aetatis ſuæ anno L. Relatus fuit in Sanctorum numerum Anno MCCCXXIII. Eius corpus, Vrbano VI. Pontifice, delatum fuit Toloſam.

Scripſerunt eius vitam græco ſermone Demetrius Cydonius, Fr. Thomas de S. Germano Brixianus Ordinis noſtri, Prouinciæ Lombardiæ in Epiſtola ad Cardinalem, & Epiſcopum Albanen. D. Oldradum Neapolitanū apud Capreolum editum anno 1589. Vincentius Bellouacenſis *lib.* 26. *Spet. nat. cap.* 74. Thomas Cantipratenſis ipſius ſub Alberto Magno condiſcipulus *lib.* 1. *Apum cap.* 20. §. 10. & vtrique coæuus Henricus Gandauenſis *cap.* 45. *libri, ſeu Appendicis de ſcriptoribus eccleſiaſticis*. Aegidius Columna Archiepiſcopus Bituricenſis, S. Antoninus Florentinus Archiepic. Ioannes Capreolus, Ioannes Trithemius, Sixtus, & Antonius Senenſes, Leander Albertus, Ferdinandus Caſtillus, Hieronymus Vielmius ex Argolicenſi Aemoniæ Epiſcopus, Nicolaus Ianſenius Belga, Hyacinthus Coquetius, Abrahā Bzouius, Henricus Spōdanus, Odoricus, Raynaldus, Poſſeuinus, Bellarminus, Alphōſus Fernandez, Philippus Labbe, Io: Andreas Albertus, & alij.

Multa præclariſſima ſcripſit volumina, quæ (vt S. Hieronymus de Sancto Cypriano teſtatur) ſole ſunt clariora, vt ſuperuacaneum videatur eorum indicem texere) & hoc admirabilius eſt in eo (vt adnotarunt Demetrius Cydonius, Sixtus Senenſis, Alphonſus Fernandez, Philippus Labbe, ac alij) quatuor inter ſe implacabiliter pugnantia indiſſolubili pacis fœdere (vt dictum eſt) copulaſſe; videlicet, copiam, Breuitatem, Facilitatem, & Securitatem. At de his ſatis, ſuperque diximus in elogijs. Conſulantur in Hoplotheca Theophilus, & Baſilius Pontius Legionenſis.

THEOLOGICA.

Summā Theologiæ in 4. diuiſam partes, Primam partem, primam ſecundæ, ſecundam ſecundæ, & tertiam partem, continentes 512. quæſtiones, & bis mille ſexcentos quinquaginta quatuor articulos.

Demetrius Cydonius græcè vertit primam partem, ac ſecundam dictæ ſummæ, & libros quatuor aduerſus Gentes, qui Venetijs in Bibliotheca Marciana ſeruantur. Edidit quoque:

Summam contra Gentiles diuiſam in quatuor libros.

Quæſtiones diſputatas, quæ diuiſæ ſunt in tres partes.

Quodlibeta XI.

Quatuor libros magnos ſuper quatuor libros ſententiarum.

Iterum ſuper quatuor libros ſententiarum breuiter ad Annibaldum Cardinalem noſtræ Religionis, de quo anno 1272.

Rurſus ſuper primum librum ſententiarum, qui diſperſus eſt. Hunc compoſuit Romæ, ac per aliquod temporis aſſeruatus eſt Lucæ in Hetruria. Ita fatetur F. Ptolomæus Epiſcopus Altinenſis prope Venetias in Chronica, qui fuit diſcipulus Sancti Thomæ. De quo anno 1321.

In Sacram ſcripturam.

Dicitur ſcripſiſſe in Geneſim ſcholaſticam quandam Poſtillam, quæ ſub nomine eius inſcripta circumfertur. Et incipit: *Non recedet.* Hanc tamen S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* & alij affirmant editam ab alio quodam Thoma eiuſdem Ordinis, viro quidem erudito, ac pio: ſed neutiquam Thomæ Aquinati ſtyli facilitate, ac ſenſus grauitate comparando. De quo anno 1321. & 1400.

Aliud Geneſis Commentarium typis conſignatum ab Antonio Luſitano Anuerſæ anno 1572. eſt D. Thomæ. Lege Plodium *p.* 2. *lib.* 1. Hocque poſtea recuſum fuit Pariſijs, & Lugduni.

Compoſuit luculentiſſimos, & doctiſſimos in totum librum Iobi iuxta literam commentarios, qui cæteris commentationibus, ab eo in vetus teſtamentum editis, eruditione, germana, ſinceraque hiſtoriæ explanatione præferuntur. Horum initium eſt: *Sicut in rebus.*

Edidit quoque in primos quinquaginta, & vnum Pſalmos, pia & erudita commentaria iuxta literalem, & anagogicam intelligentiam, eodem interpretationis genere, quo in commentarijs in Iob fuerat vſus. Expoſitionem verò in reliquos pſalmos morte præuentus, abſoluere non potuit. Libri exordiū eſt: *In omni opere ſuo,&c.*

Scripſit in CanticaCanticorum Poſtillam, quæ incipit: *Sonet vox tua.*

Poſtillam in Eſaiam, cuius initium eſt: *Scribe viſum, & explana* &c. ob eruditionis inopiam plerique arbitrātur non eſſe ſuam. Lyranus à ſtudioſo quodā ex eius dictis aſſerit concinnatā.

Ita pariter Poſtillam in Ieremiam, & Threnos, cuius initium eſt: *Hic eſt fratrum amator, & populi*, propter doctrinæ ſterilitatem non creditur eſſe Thomæ. Ita Sixtus Senenſis.

Collegit Vrbani Papæ IV. iuſſu ex centonibus Latinorum Patrum, & ex rapſodijs græcorum authorum quas latinè curauerat transferri, nobiliſſimum opus explanationum in quatuor Euangelia; quod *Continuum in quatuor Euangeliſtas* inſcripſit: Recentiores verò *Catenam Auream* vocant, cuius initium eſt: *Sanctiſſimo, & Beatiſſimo,&c.*

Scripſit Lecturam Scholaſticam in Matthæum, quæ incipit: *Matthæus ex Iudæa &c.* Et Lecturam in Ioannem, cuius initium eſt: *Vidi Dominum.* Trithemius aſſerit ſcripſiſſe Sanctum Doctorem etiam in alios duos Euangeliſtas. Aegidius Romanus diſcipulus S. Thomæ *in* 4. *diſtinct.* 45. & Sampaius dicunt illum quoque ſcripſiſſe: *Expoſitionem in libros Machabæorum.*

Edidit quoque in omnes epiſtolas Pauli Lecturam, ſumma eruditione refertam; in qua cæteros ſcholaſticos enarratores longo poſt ſe interuallo reliquit. Huius initium eſt: *Vas electionis.*

Scripſit etiam in omnes ſeptem epiſtolas Canonicas, libros VII. Exordium quarum: *Iacobus &c.*

In Apocalypſim volumen ingens, quod incipit: *Vox Domini, præparantis ceruos &c.*

Aegrotus, & moriturus in cœnobio Giſtercienſi Foſſæ nouæ in Campania ſecundum in Cantica Canticorum *Commentarium ad Monachorum* edidit preces, ſtylo, ac eruditione diuerſum à primo, vtpotè breuius, longeque pium. In hoc Commentario cum ad verba ſexti capitis perueniſſet, quæ illi fuerunt nouiſſima, *Veni dilecte mi, egrediamur in hortum*, erectis in cœlum oculis, repentè ſanctiſſima eius anima de mortali corpore egreſſa, in hortum ſempiternæ felicitatis ad dilectum ſuū anno ætatis ſuæ L. à Chriſti verò natiuitate 1274. peruenit. Exordium operis eſt: *Salomon inſpiratus diuino ſpiritu.* Studioſus quidam expoſitioni Sancti Doctoris impoſuit finem:

LOGICALIA.

Dictauit fallacias in Logica.

Super Porphirium.

Librum Perihermenias, & Poſteriorū: Opuſcula multa, quæ vno magno, & inſigni volumine continentur. Cum Summa totius Logicæ, & tractatu *De Vſuris.* Venerijs 1498. in folio.

PHILOSOPHICA.

In octo libros Phyſicorum.

De Anima.

De

De Cælo, & Mundo.

De Generatione, & Corruptione.

Super Metaphyſicam Ariſtotelis.

Super D. Dionyſium de diuinis nominibus, & de cæleſti hierarchia.

Super Boetium de Trinitate, & de Hebdomadibus.

Officium corporis Chriſti, ad mandatum Vrbani Papæ IV.

Super Oeconomiam Ariſtotelis.

Super Octo libros Politicorum.

In X. libros Ethicorum.

In librum de ſenſu, & ſenſato.

In Meteora.

Librum de memoria, & reminiſcentia.

De ſomno, & vigilia.

In librum de Cauſis.

Sermones Quadrageſimales, & octo libros Concionum.

Et quamuis cauillator, cui ſatis, ſuperque reſponſum eſt poſt Grauinam, à doctiſsimo veritatis vindicatore Fr. Vincentio Batonio noſtri Ord. Præd. ſeptem tantum libros D. Thomæ cum Aegidio agnoſcat legitimos, vel cum Petro Rogerio in Summum Pontificẽ titulo Clementis VI. electo, viginti, ſiuè quinquaginta, & octo cum noſtro D. Antonino, ſiue centum, & viginti octo iuxta calculum eorum, quos editioni Romanæ Theologorum præfecit Pius V. vel centum, & ſeptuaginta, iuxta aliorum partitionem, ſemper verum eſt D. Thomam tot miracula perpetraſſe, quot ſcripſit articulos.

Ex editione Romana, quæ iuſſu Pij V. confecta eſt anno 1570. tomis ſeptemdecim eius opera continentur, videlicet.

Primus tomus complectitur vitam S. Thomæ ex plurimis Auctoribus collecta, & *Commentaria in librum primum Periher menias, & Poſteriorum Analyticorum. Nam ſecundum librum Perihermenias commentatus eſt acutiſſimus Caietanus:*

Secundus tomus continet *Commentaria in libros octo Phyſicorum: in libros quatuor de Cælo, & Mundo* in omnibus ſupradictis eſt translatio antiqua, & Argyropili.

In libros duos de Generatione cum antiqua, & Franciſci Vatabli translatione.

Tertius. *Commentaria in libros quatuor Meteororum: in libros tres de Anima, & in parua naturalia.*

Quartus. *Commentaria in XII. libros Metaphyſicorum: Tractatum de ente, & eſſentia cum Commentarÿs Card. Caetani, & Expoſitionem in librum de Cauſis.*

Quintus. *Comment. in libros X. Ethicorum, & in libros VIII. Politicorum.*

Sextus. *Commentaria in primum, & ſecundum Sententiarum.*

Septimus. *Commentaria in tertium, & quartum Sententiarum.*

Octauus. *Quæſtiones diſputatas de Potentia Dei* num. X.

De malo num. XVI.

Vnica. *De ſpirit. creat.*

Vnica. *de Anima.*

Vnica. *de Vnione Verbi.*

Vnica. *De virtutibus in communi.*

Vnica. *De Charitate.*

Vnica. *De Correctione fraterna.*

Vnica. *De Spe.*

Vnica. *De Virtutibus Cardin.*

De Veritate. XXIX.

Quodlibeta duodecim.

Nonus. *Summam contra Gentiles, cũ Commentarÿs Franciſci Ferrarienſis. Lib. IV.*

Decimus. *Primam Partem Summæ Theologiæ, cum Commentarÿs Card. Caiet. & Expoſitionem S. Dionyſÿ de Diuinis nominibus.*

Vndecimus. *Primam 2. & 2. 2. cum Commens. Caiet.*

Duodecimus. *Tertiam Partem cum Comment. Caiet.*

Tertiuſdecimus. *Commentaria in Iob. In primam quinquagenam Pſalmorum. In Canti. a Canticorum. In Iſaiam. In Hieremiam, & Threnos.*

Quartuſdecimus. *In Matthæum, & Ioannem.*

Commentaria verò, quæ ſcripſit in Lucam, & Marcum perierunt.

Quintuſdecimus. *Catenam Auream.*

Sextuſdecimus. *Commentaria in Epiſtolas Pauli. Sermones de Tempore, & de Sanctis*, quorum originale cuſtoditur in Vaticana.

Decimusſeptimus. *Septuaginta tria Opuſcula, & ſcriptum ſecundum in quatuor libros Sententiarum ad Hannibaldũ noſtri Ordinis Cardinalem.*

Bellarminus tres facit obſeruationes

nes circa opera Sancti Thomæ. Vide illum.

Scripſit etiam Sanctus Doctor *Commentarium aliud in primum ſententiarum*, quod Ptolomæus Lucenſis Epiſcopus Torcellanus S.Thomæ diſcipulus dilectiſsimus teſtatur in ſuis Chronicis ſe manu ſcriptum in Conuentu noſtro Lucenſi vidiſſe. Sed prò incuria! Ab oculis noſtris euanuit!

Caſtillus *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 31. refert Angelicum Præceptorem ſcripſiſſe *Sermones quadrageſimales*.

Item octo libros Concionum, *& quaſdam Collationes*.

At hæc vſque hunc diem haud prodiere in lucem.

Antonius ſenenſis Luſitanus *in Bibl.* dicit D.Thomam etiam ſcripſiſſe *ſuper Apocalypſim Ioannis*.

In Epiſtolam Canonicam Iacobi.

In Canonicam D. Petri.

In Canonicam Ioannis.

In Canonicam Iudæ.

De Commentario illo ſuper Geneſim, an ſit D. Thomæ, vel non, Lege Sixtum Senenſem, Luſitanum, D. Antoninum, & alios.

RESPONSIO AD CENSVRAS.

Opponunt D. Thomam mutuatum eſſe moralia 1. 2. & 2. 2. à noſtro Vincentio Bellouacenſi *in ſpeculo morali*. Probant. Vincentius migrauit è vita anno 1249. vel anno circiter 1256. vt refert Miræus *in notis ad Henricum Gandauenſem*. Ergo S. Thomas, qui obijt an. 1274. profecit ex Vincentio Bellouacenſi, non viciſsim. Ita obiecit cum Criticis Garzias. At his ſatiſfecere Noſtrates, & præſertim Magiſter meus Io: Paulus Nazarius Cremonenſis. Obijt Vincentius non anno 1256. ſed 1264. vt diximus ad annum eundem verbo, *Vincentius*. Ita aſſerunt Fr. Ferdinandus Caſtillus 1. *p. lib.* 3. *cap.* 69. & licet obijſſet decem annis antequam moreretur Sanctiſsimus noſter Præceptor D. Thomas; nihilominus Bellouacenſis optimè, & commodiſsimè poterat è S. Thomæ doctrina, & ſcriptis aliquot Tractatus, quos in ſpeculo motali appoſuit, exhaurire, ac tranſcribere, cum per decem annos, & amplius ante obitum Vincentij Bellouacenſis iam Pariſijs D. Thomas primariam cathedram regeret, atque ſcribendis varijs quæſtionibus operam daret, quas limatas, & politiores poſtea publici fecit iuris. Scimus enim D. Thomam anno 1255. Doctorem Theologum Creatum eſſe Pariſijs, Aetatis ſuæ an. 25. ita ex Breuiarijs Romano, & noſtro: *Viginti quinque annos natus*, *Magiſter eſt appellatus, publiceque Philoſophos, ac Theologos ſumma cum laude eſt interpretatus*. At de his lege Nazarium, Vincentiũ Baronium, Philippum Labbe ad Bellarminum *de Scriptoribus Eccleſ. & alios*.

Fuit per aliàs Vincentius vir eruditiſsimus, de quo Trithemius dixit: poſt ſe nondum habuiſſe parem, ſi eius opera ex multis laborioſè collecta, æqua lance ponderemus. Teſtatur id grande, & admirabile opus Speculorum, quod de omni (vt ita dicere liceat) re ſcibili in multis voluminibus texat orationem.

2. Io: Paulus Nazatius notat Eminentiſsimum Caietanum duabus S. Thomæ Lectionibus ſubiunxiſſe, quod ſupereſt Commentarij in Librum ſecundùm de Interpretatione.

3. D. Thomas explicuit primum, & ſecundum Librum de cælo, & Mundo. Cæterum, vel morte præuentus, vel alijs lucubrationibus implicatus, non abſoluit tertium, & quàrtum. Id enim peregit Fr. Petrus de Aruernia, eius diſcipulus, de quo an. 1273.

4. Ad hæc, ſcripſerat in tres libros Ariſtotelis, qui dicuntur Parua naturalia, nimirum.

De ſenſu, *& ſenſato*.

De memoria, *& reminiſcentia*.

De ſomno, *& vigilia*. *De ſomnijs*, *& de diuinatione per ſomnium*. Reliqua non compleuit. Quam ob rem idem Petrus de Aruernia vltimum colophonem appoſuit ſcribendo Commentaria ſuper libros Ariſtotelis *de motibus Animalium*. Librum *de longitudine, ac breuitate vitæ*.

De reſpiratione, *& inſpiratione*.

De iuuentute, *& ſenectute*.

5. Expoſitionem in Eſaiam quidam tribuunt Thomæ Anglico, ſicut & quædam alia. Ita credidit Sixtus

Se-

Senenſis, cuius verba *lib. 4. Bibl. Sanctæ ſunt; Huius Thomæ Anglici eſſe creduntur Commentaria in Geneſim, in Eſaiam, in Ieremiam, in Epiſtolas Canonicas, in Apocalypſim, & in Boetium de Philoſophica conſolatione, adſcripta D. Thomæ, cum magna eſſet inter Anglicum, & Angelicum vocis ſimilitudo.* Hæc ille.

At ſufficiunt mihi S. Antoninus, Antonius Senenſis Luſitanus, & alij aſſerentes expoſitionem in Ieremiam eſſe Angelici Præceptoris.

Idem cenſendum de Threnis, ſeu de Lamentationibus Ieremiæ.

Expoſitionem in Matthæum, & Ioannem referunt eſſe Petri Scaligeri Dominicani Epiſcopi Veronenſis, de quo anno 1262. Id liquet tum, quia non concordat cum Stylo, ſpiritue, aut diligentia, quæ in ſuis ſcriptionibus adhibet S. Thomas. Ita obſeruat Poſſeuinus. Tum etiam, quia Petri Scaligeri nomine proſtabat Veronæ in Bibliotheca Cænobij S. Anaſtaſiæ, cum Hieronymus Vielmus Venetus Dominicanus Epiſcopus ibi ageret tyrocinium.

At de hoc dicemus an. 1280. quando de Petro Andrienſi diſcipulo S. Thomæ agetur. Hic enim commentaria ſui Sanctiſsimi Præceptoris in Matthæum ex ore dictantis exſcripſit; quæ ab Angelico lecta, ab eodem approbata fuere, vt ſua. Poterat etiam Scaliger eaſdem expoſitiones, dictante S. Thoma, tranſcribere, & apud ſe conſeruare, ſicut plerumque ſolent diſcipuli.

Quicquid obloquitur Petrus de Alua cum ſuo diſcipulo Perez in Catenam Auream Sancti Thomæ, ridiculum eſt, nec curandum. Impudentiſſimè turbas poſt quatuor ferè ſæcula pacificæ poſſeſsionis enixi ſunt cõmouere. Nec puduit eos de manibus ſummi Pontificis Vrbani IV. cui illud aureum opus, atteſtante Vrbe, ac Orbe, nuncupauerat Sanctus doctor, temerariè ſuffurari.

Aliqua dicenda ſunt circa Opuſcula, quæ ſunt numero LXXIII. Circa II. quod eſt *Compendium Theologiæ*, ad Fratrem Reginaldum ſocium ſuum charisſimum.

Compendium Theologiæ, quod incipit: *Aeterni Patris verbum &c.* diuiditur in duas partes, quarum prima complectitur 246. capitula. Secunda verò, quæ imperfecta eſt, & mutila, partitur in capita decem. Eſt D. Thoira Luſitanus *in Bibl. p. 237.*

Ex hoc opuſculo aliquid ſub nomine S. Thomæ dicitur produxiſſe Richardus Armacanus.

Noſter Henricus Kalteiſenius, de quo an. 1465. in Replica ad Vlricum Huſsitam, quæ cum Baſileenſi Concilio edita fuit §. *Reſtat nunc &c.* putat hoc opuſculum non eſſe S. Thomæ, ſed noſtri Vlrici Argentinenſis, de quo anno 1276.

Præterea S. Antoninus reijcit etiam quoddam compendiũ Theologiæ falsò adſcriptum Sancto Doctori. Verùm enim verò non de hoc compendio ambigitur, quod pro conſtante habetur eſſe Angelici Præceptoris, ſed de alio quodam Compendio.

Nonum Opuſculum *de Articulis Tentum, & octo ſumptis ex opere noſtri Petri de Tarantaſia, Reſponſio*, ad Fr: Ioannem Vercellenſem Generalem Magiſtrum Ordinis Prædicatorum. Sunt qui de illo dubitent; ideoque minori charactere excuſſum.

XIX. *Contra impugnantes Dei cultũ, & religionem*, Mendicantiũ Religioſorũ propugnaculũ, turriſque validiſsima. Noſter Petrus Pruxienſis in magni Alberti vita *cap. 30.* allegans Iacobum de Zuzaro veterum Ordinis noſtri Chronologum affirmat librum S. Thomæ contra Guillelmũ de Sancto Amore, qui in opere Opuſculorum S. Thomæ habetur, aliud non eſſe, quam recollectionem eorum, quæ B. Albertus magnus Anagniæ coram ſummo Pontifice diſputans aduerſus temerarium librum Guillelmi protulerat.

XX. *Eſt de Regimine Principum, libri quatuor ad Regem Cypri.* Bellarminus, & Miræus in Scholijs ad Henricum Gandauenſem de Scriptoribus Eccleſiaſtis *c. 45.* hos multis de cauſis ſuſpectos habuerunt. At his fecere ſatis Io: Paulus Nazarius, Sebaſtianus Macius Durantinus libro primo de Hiſtoria Liuiana, & alij.

XXXII. *De natura materiæ, & dimenſionibus interminatis.*

XXXVIII. *De demonſtratione.*

XLI. *De natura accidentis.*

XLII. *De natura Generis.*

XLIII. *De potentijs animæ.*

XLIV. *De tempore.*

XLV. *De pluralitate formarum.*

XLVI.

XLVII. *De natura Syllogiſmorum.*

XLVIII. *Totius Logicæ Ariſtotelis ſumma.*

XLIX. *De ſenſu reſpectu ſingularium, & intellectu reſpectu vniuerſalium.*

L. *De inuentione medij.*

LI. *De natura luminis.*

LII. *De natura loci;*

LIII. *De intellectu; & intelligibili.*

LIV. *De quo eſt, & quod eſt.*

LV. *De vniuerſalibus Tractatus Primus.*

LVI. *Tractatus II. de vniuerſalibus.*

LVIII. *De venerabili Sacramento Altaris in capita XXXII. diſtributum.*

Hoc opuſculum habetur inter opera diui Thomæ diuiſum in capita, & inter opera B. Alberti Magni nuper impreſſa anno 1652. partitum in ſermones. Ego putarem hoc opuſculum eſſe Alberti, apud quem fuſiùs lego illud; & D. Thomam, cum diſcipulus ageret, tranſcripſiſſe, & aliquas periodos omiſiſſe in fine, quod pluries legi, & obſeruaui apud D. Auguſtinum; Hieronymum, & alios Patres ex priſcis, apud quos, eoſdem ſermones, & homilias lego in vno, & in alio, & non rarò apud tres, & quatuor. Carebant tunc prælo; & reſcripta huc, illuc transferebantur: hinc contigit poſtea opera vnius fuiſſe alij adſcripta; & pluries pluribus eadem.

Opuſculũ. LIX. *De Sacramento Euchariſtiæ ad modum decem Prædicamentorum, ad petitionem quorumdam Prælatorum, & Baronum.*

LX. *De Humanitate Chriſti Dñi noſtri.*

LXI. *De dilectione Chriſti, & proximi.*

LXII. *De diuinis moribus.*

LXIII. *De Beatitudine.*

LXIV. *De modo confitendi, & de puritate conſcientiæ.*

LXV. *De Officio Sacerdotis.*

LXVI. *De Expoſitione Miſſæ.*

LXVII. *De emptione, & venditione ad tempus, ſeu ad terminum.*

Ad Fr. Iacobum Viterbienſem Lectorem Florentinum, qui fuit Archiepiſcopus; de quo an. 1273.

LXVII. *Epiſtola breuis exhortatoria ad quendam.*

In qua proponit idoneum modum ſalubriter acquirendi ſcientiam, ſiue diuinam, ſiue humanam. De hac epiſtola, & de omnibus alijs opuſculis allegatis Philippus Labbe, ac quidam alij vel negant, vel dubitant eſſe noſtri Angelici Præceptoris. Allegant hanc epiſtolam non eſſe Sancti Thomæ ex eo, quia in ipſa Romana editione minoribus characteribus excuſa legitur. Sic etiam in dubium trahit Opuſcula. LXXI. *De vitijs, & virtutibus numero quaternario procedens.* LXXII. *De concordantijs dictum, in quo concordat ſe ipſum in paſſibus apparenter contrarijs.* LXXIII. *De vſuris in communi, & de vſurarum contractibus.*

Scriptum ſecundum S. Thomæ in quatuor libros ſententiarum. Ad Annibaldum Annibaldenſem Romanum Ord. Præd. & S.R.E. Epiſcopum Cardinalẽ.

Commentaria quoque in Geneſim, in libros Machabæorum, in Epiſtolas Canonicas, in Apocalyſin, & in Boethium de Conſolatione Philoſophiæ. Hæc enim ad Thomam Anglicum patria Vallenſem, ſeu Gualenſem, cognomento Iorgium ex Ordine noſtro S. R. E. Cardinalem titulo Sanctæ Sabinæ; quem Trithemius ad annum 1400. reuocat, & plures Lecturas in Sacra Biblia ſcripſiſſe aſſerit, vel ad aliquem alium ſpectant.

At obiectis ſatisfecerunt noſtrates, & præſertim. Io. Paulus Nazarius, Ioannes de Sancto Thoma, Vincentius Ferre exregens Collegij Mineruitani *in prolog.* 2.2. & alij pene innumeri. Nec ſuper his miror Petri de Alua, Bellarmini, Labbe, Perez, & huiuſmodi auerſionem à Thoma, ſed doleo Garziam, & ſimiles paratos ſuſcitare, niſi Leuiathan, rixas:

Anno 1275.

SANCTVS RAYMVNDVS DE PENNAFORT, ſeu de Rupe Forti ge-

ti genere nobiliſſimus, vtpotè ſanguine iunctus cum Regibus Aragonenſibus, & cum antiquis Comitibus Barcinon. ex Diago, Borſello, Plodio *p.* 2. *lib.* 1. & Marcheſio. Naſcitur anno Domini 1175. Natione Cathalanus, patria Barcinonenſis, vtriuſque iuris, præſertim Pontificij ſcientiſſimus: Legerat plures annos Bononiæ ſæcularis. A Berengario Barcinonenſi Epiſcopo eius Eccleſiæ auctus fuit canonicatu; paulo poſt Archidiaconatu eiuſdem. Habitu noſtræ Religionis tandem induitur. Quare autem id fecerit, à noſtro Petro de Palude in 4. ſententiarũ refertur; nempe, quia ipſe diſſuaſerat cuidam, ne Ordini noſtro coaptaretur. A Gregorio IX. ſummo Pontifice factus eſt pænitentiarius maior, eique fuit à ſacris confeſſionibus, necnon Capellanus, anno 1234. Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, ſeu aduocatus, pauperumque expeditor cauſarum. Mortuo Beato Iordane noſtri Ordinis II. Generali, & concurrentibus in prima, ſecunda, & tertia electione votis æqualibus in Beatum Albertum Magnum, tunc Vicarium Ordinis Generalem, & in Beatum Hugonem Carenſem, Prouinciæ Galliæ illo tempore moderatorem, appoſita eſt vltima manus controuerſiæ, & vnanimiter ſumma tranquillitate, ac pace Capituli Generalis Sanctus Raymundus anno 1238. Bononiæ in Sacro cætu, abſens, & inſcius, ſua tamen luce omnibus præſentiſſimus, eligitur Magiſter Ordinis Generalis. Fuit in hoc munere exercendo ſedulus, prudentiſſimus, & regularis obſeruantiæ vigilātiſſimus cultor. Biennio elapſo, proximo in ſequente Capitulo Generali, Magiſtratu, quem ægrè, & reluctando inierat, mærentibus omnibus ſpontè ſe abdicauit. Archiepiſcopatum Tarraconenſem ſibi à Gregorio IX. ſummo Pontifice oblatum, conſtantiſſimè recuſauit. Item Archiepiſcopatui Bragēſi in Luſitania, atque Barcinonenſi in propria patria renunciauit. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 99. *num.* 2. & Clemens VIII. *in Bulla Canonizationis*.

Ipſe Sanctiſſimus Pater, Rex Iacobus de Aragonia, & Sanctus Petrus Nolaſcus, reuelante Beatiſſima Matre Dei, Religionem B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, quã Gregorius IX. Summus Pontifex Anno 1235. die 18. Ianuarij confirmauit, inſtituerunt. Breuiaria Rom. die 31. Ianuarij, & Dominicanum.

Cum eſſet Ordinis Generalis, & iterum poſtea, cum illa ſe abdicauerit dignitate, Angelico Sancto Thomæ, vt componeret libros contra gentes ad eorum confutandos errores, inſtantiſſimè perſuaſit. Ex Marcheſio in Diario.

Centenarius Anno Domini 1275. plurimis clarus miraculis Feſto Epiphaniæ dominicæ migrauit ad Dominum, quem poſtea Clemens Papa VIII. Catalogo Sanctorum Anno hominis reparati 1601. ſolemni ritu adſcripſit.

Quatuor defunctorum extitit ſuſcitator in vita, triginta ſex verò poſt mortem. Ex teſtimonio Sacræ Congreg. Rituum.

Rogatus ab Epiſcopis Regni Aragonenſis compoſuit.

Librum pro Prælatis de modo viſitandi Eccleſias, gregem &c.

Pro mercatoribus edidit librum *De modo licitè negotiandi*.

Mandato Gregorij IX. Pontificis Maximi *Decretales in vno compilauit volumine, in quinque libros partito*, quo in Iudicijs, & Scholis nunc omnes fideles vtuntur. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 17. Luſitanus *in Bibl.*

Franciſcus Penia hiſpanus in vita S. Raymundi *cap.* 8. *&* 9. refert ipſum compleuiſſe hoc opus anno 1235.

Conſtitutiones noſtras in duas diſtinctiones, ſicut in præſentiarum habentur, diſtinxit. Prius enim erant ſatis confuſæ. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 16. Luſitanus *in Bibl. pag.* 206.

Suaſu noſtri Patris F. Sueri, ſiue Sugerij primi Moderatoris illius Prouinciæ ad informationem, & directionem Fratrum, & omnium audientium confeſſiones, compoſuit *Summam de Caſibus admodum vtilem, quam ſummam Raymundi appellant.*

Hæc fuit prima ſumma ſuper hanc materiam ſcripta. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 17. & Marcheſius in Diario. Ex

F hac

hac ſumma anno 1502. Coloniæ quidam ex noſtris contraxit breuiorem, incipientem: *Summula de ſumma Raymundi prodijt iſta*.

Item aliam ſummam de Pænitentia, & de ſponſalibus.

Præterea tractatum de bello, & de duello, Luſitanus, & alij.

Scripſerunt de S. Raymundo Franciſcus Diagus Dominicanus in hiſtoria Prouinciæ Aragonenſis, Ambroſius Taegius in Monum. Ordinis, Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. Ordinis lib.* 1. Bellarminus *de ſcriptoribus Eccleſiaſt.* S. Antoninus, Maluenda, Leander Albertus, Franciſcus Penna, Antonius Vincentius Domenecus, Henricus Gandauenſis *cap.* 48. Bellarminus pag. 347. Philippus Labbe, Raſtius, Marſilius, Marcheſius Ianuarij die VI. Bzouius in Annalibus, Fontana in Theatro, & alij, Lege Elogia noſtra *part.* 1. *elog.* 1. Molanum *in M. S. Biblioth. ſac.* Mariana *lib.* 12. *cap.* 8. *Hiſtor. Hiſpan. & lib.* 13. *cap.* 13. & 22.

Anno 1276.

PETRVS DE TARANTASIA Burgundus cum eſſet decennis, Pariſijs anno 1225. Religionem noſtrã ingreditur. Habitu Dominicano indutus, in virtutibus cunctis ita profecit, vt non tyro, ſed miles veteranus omnibus appareret. Emiſſa profeſſione, Philoſophicis, Theologiciſque diſciplinis adeo eſt imbutus, vt doctiſſimi viri vendicauerit ſibi nomen. Theologiæ ſcholaſticæ, ac ſacræ ſcripturæ cathedram Pariſijs ſumma cum ſui, & Ordinis laude moderatus eſt. In capitulo Generali Lõdini celebrato 1263. in quo inter illuſtriſſimos Patres fuere definitores pro Prouincia Romana S. Thomas Aquinas, & pro Gallica F. Bartholomæus, qui erat à ſacris confeſsionibus S. Ludouico Gallorum Regi, B. Humberto Generalatui renuntiante, datus eſt in Vicarium Ordinis Generalem. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *c.* 68. Prouincialis Franciæ factus eſt, quo munere abſoluto, Lugdunenſis Archiepiſcopus à Gregorio X. creatur anno 1271. Anno ſequenti 1272. ad tarantaſienſem Eccleſiam, & ad epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternum attollitur. Deinde anno 1273. ab eodem ſummo Pontifice reaunciatur S. R. E. maior Pænitentiarius. Indicto Lugdunenſi II. Concilio ad illud anno 1274. acceſsit, in quo Presbyter Cardinalis creatus, maximum decus attulit Ordini. D. Thomas Aquinas, dum ad hoc concilium pergeret, in itinere extremum diem occluſit. Interfuere tamen ex noſtra Religione aſſumpti tres Cardinales, triginta Epiſcopi, & ingens, validaque Theologorum caterua ſub Magiſtro Generali F. Ioanne Vercellenſi, qui eodem loci, & temporis comitia Generalia celebrabat. Hos inter eminebat noſter Petrus à Tarantaſia, tum Cardinalis, qui die 7. Iunij in Concilio perorauit, aſſumens pro themate: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi*. Die 6. Iulij iterum orauit coram Concilio incipiẽdo: *Illuminans te &c.* Hic V. ſeſsione die ſexta decima Iulij Oratorem, ſiue Legatum Abaghæ Regis tartarorũ cũ duobus ſocijs ſolemni ritu baptizauit. Eiſdem Summus Pontifex Gregorius X. veſtes purpureas Latinorum more donauit. Ab hoc quoq; Albertus Magnus ſecundus eidem Sacro Concilio præſtitit operam ſuam. Duce igitur potiſſimum Tarantaſia cum Alberto deuicti fuerunt Græci: hinc abdicatis erroribus, & ſchiſmate, Romano Pontifici ſe ſubiecerunt. Erepto S. Bonauentura Epiſcopo Card. Albanenſi è viuis in eodem Sacro Concilio, Miſſam ſolemnem coram Summo Pontifice, totaque ſynodo pro eodem, Tarantaſia celebrauit, & inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habuit elegãtem incipiens: *Doleo ſuper te, Frater mi Ionatha*. Præter Gregoriũ X. affuit Imperator Græcorum per Græcos proceres, & cohoneſtauit exequias. Latinus verò Orientis Imperator Balduinus II. per ſeipsũ. Occidentis verò Imperio tunc vacante, adfuit Iacobus Rex Aragoniæ. Præter hos interfuere Patriarchę Conſtantinopolitani, & Antiochenus, Cardinales vniuerſi, Præſules ex Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Ordine

quin-

quingenti. Abbates ſexaginta; alij minorum gentium Antiſtites, ac Sacerdotes ſupra mille, Regum, & Principũ Oratores; ſacri, & politici Ordinis homines innumerabiles. Concilio abſoluto, cum Gregorio Pontifice Maximo Petrus venit in Vrbem, eique ſemper obſequium exhibuit gratum. Poſtremò ipſo Gregorio X. è viuis ſublato, in eius locum Aretij in Tuſcia in Conclaui apud noſtros Dominicanos habito 9. Kalendas Februarij Anni 1276. Innocentij V. nomine aſſumpto, eligitur Summus Pontifex. Facta electione, Romam reuertitur, vbi die 22. Februarij in feſto Cathedræ Antiochenæ apud S. Petrum ſolemni ritu coronatus eſt. Statim, vt adimpleret quæ patris, copioſis donauit pauperes eleemoſynis. Incunctanter ad reddendam Italiæ pacem, & recuperandam Terram Sãctam ſuum totum applicuit animum. Eapropter ad omnes Chriſtiani Orbis Principes, & Prælatos, eos ad ſumenda arma in Saracenos exhortans reſcripſit. Duos S. R. Eccleſiæ Cardinales ad Lucenſes Populos, & Piſanos inter ſe diſſidentes, vt illos, armis poſitis, reuocaret ad concordiam, miſit. Oratores Florentinorum, qui aſtricti Eccleſiaſtico interdicto tenebantur, benignè admiſit, & abſolutionem ab illo Florentiæ ſatis, ſuperque humaniter impertiuit. Ciacconius, Platina, Tempeſta, Carrillus, Illeſcas, Fernandez *in Concert. Prædic.* Nicolini, & alij. Dumque Venetis, ac Genuenſibus inter ſe prælianribus conſtituere pacis fœdera niteretur, laborum ſuorum præmia percepturus die 22. Iunij euolauit in cœlum. Sedit menſes quinque. Lege noſtrã Chronologiam an. 1276. Panuinium, Tempeſtam, Bellarminum, Illeſcam, Marzillam, Coriolanum, Ciacconium, Carrillum, *& Concert. Prædic.* Fernandez.

Tarantaſia igitur vita, moribus, & doctrina excellenter decoratus, magno ingenio, omniumque grauiſſimarum artium capaciſſimus, quem optimi mores, egregia educatio, Chriſtianæ eloquentiæ præſtantia, publicæ tranquillitatis ſtudium, & præclara pietatis inditia ſupremo Pontificatu dignum reddidere, à Dominicano Martyrologio reponitur inter Ordinis noſtri Beatos Confeſſores his verbis: *Vir piiſſimus miraculis claruit.*

Eius vita deſcripta fuit à Platina *lib. Pontificum*, à Genebrardo *in Chron. lib.* 4. Sanſou. *Chron. cent. p.* 1. à Leandro Alb. *lib.* 3. à Bibl. Luſitani, Taeg. *p.* 1. *Monum. Ord.* Alphonſo Ciacconio *in vitis Pontificum*, Plodio *de viris illuſtr. Ord. lib.* 4. à Bzouio *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1276. *num.* 4. ab Vghello *in Italia ſacra inter Summos Pontifices, & Epiſcopos Oſtienſes*, Gallia Chriſtiana *inter Archiepiſcopos Lugdunenſes*, Spondano *in Annalibus ad ann.* 1276. *nu.* 11. à Fontana *in Theatro*, à Sixto Senenſe *lib.* 4. *Biblioth.* & à Nobis *in noſtra Chronologia an.* 1276. *& in Elogijs part.* 3. Scripſit doctiſſimus Paſtor:

Super Geneſim.

Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium.

In Pſalmos librum vnum.

In Cantica Canticorum.

In Euangelium Lucæ.

Super omnes epiſtolas Pauli lib. 14. *Vas electionis, &c.*

Item in Bibliotheca Dominicana Bononienſi, & Toleti in Conuentu noſtro S. Petri Martyris videtur: *Eiuſdem Poſtilla in omnes Pauli epiſtolas* manu ſcripta, cuius initium eſt: *Illuxerunt corruſcationes tuæ.*

In quatuor Libros Sententiarum.

Tractatum de vnitate formarum.

De Materia Cœli.

De Aeternitate Mundi.

De intellectu, & voluntate.

Compendium Theologiæ. At hoc alij tribuere Magno Alberto, quidam verò S. Thomæ, incipit:

Veritatis Theologicæ &c.

Edidit quoque aliqua Quodlibeta.

Chronicon.

Totam Doctrinam D. *Thomæ redegit in Compendium.*

Luſitanus *in Bibl.* Caſtillùs 1. *p. lib.* 1. *c.* 50. *&* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 40. Plodius *de viris illuſtr. Ord. lib.* 4.

Omnia Innocentij V. opera impreſſa ſunt Toloſæ ſub cura Adm. R. P. F. Antonini Reginaldi. *Acta Capituli Generalis Valentini* 1647. & Plod. *p.* 2. *l.* 1.

Reponitur Tarantaſia inter Scriptores Eccleſiaſticos à Bellarmino *de Scriptoribus*, à Gualterio, *à Concert. Præd.* Fernandez *lit. P. tit. Galli*, à Nicolini *de Pontificibus*, à Miræo *in Actuario*.

AEGIDIVS DE LISCIVIIS Baccalaureus in Theologia doctiſſimus, grauis, & illi feliciſſimi ſæculi exactus religioſus. Scripſit:

Duos libros de vnitate formarum.

De immediata viſione diuinæ eſſentiæ. Claruit circa hæc tempora. Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p. 2. lib. 1.*

BARTHOLOMAEVS Epiſcopus Torſelanus, D. Thomæ Aquinatis fuit diſcipulus, & auditor ſedulus, vir quidem religione illuſtris, doctrinæ ſui Sanctiſſimi Præceptoris vehemēs æmulator, & aſſecla, cupidiſsimuſque animarum ſalutis, & reuera dignus tanto Præceptore alumnus. Scripſit:

Chronicon à principio Mundi vſque ad ſua tempora, quibus claruit 1276. Luſitanus *in Biblioth.*

ROBERTVS KILVVARBIVS, vel Biliberi, alijs Kamuil Vertim, natalium ſplendore illuſtris, Bilibri in Anglia natus eſt. Fuit dubio procul inter ſuæ ætatis celebres viros, grauitate, literis, & morum ſanctitate celeberrimus. Aliquando moderatus eſt Prouinciam Angliæ. Deinde aſſumptus eſt ab Eduardo Angliæ Rege in animæ ſuæ cuſtodem, & confeſſarium. Poſteà ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, & ad Primatum totius Regni præfati. Anno 1278. die 12. Martij creatus fuit Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus à Nicolao III. Pontifice Maximo. Purpura inſignitus Robertus, in Vrbem ad Pontificis Maximi pedes, non in curribus, & in equis; ſed in nomine Domini, ſolo baculo nixus, acceſsit. Humaniſsimè admirante humilitatem modeſtus religioſus receptus fuit à Nicolao. Hinc in poſterum opera, & conſilio Kiluuaibij in Petrinauicula gubernanda Summus Pontifex, quoad vixit, eſt vſus. In tantæ dignitatis faſtigio, nec conſueta Ordinis indumenta Cardinalis dimiſit, nec eiuſdem ieiunia violauit, nec regularis obſeruantiæ rigorem aliquatenus temperauit. Duos tantum Ordinis fratres cum totidem famulis in miniſterium ſuum adhibuit. Interfuit Concilio Lugdunenſi an. 1274. A Gregorio X. miſſus eſt Legatus à Latere pro coronatione Admundi Angliæ Regis, quam Dominica poſt Aſſumptionem Beatiſsimæ Matris Virginis ann. 1275. interuenientibus Rege Scotiæ, ac Duce Britanniæ, præſtitit. Gallia Chriſtiana *in Archiepiſc. Cantuarien.*

Obijt Viterbij anno 1280. ibidemque illum apud ſuos Prædicatores in Conuentu S. Mariæ de Gradibus tumularunt. Kalendarium Dominicanū, Caſtillus *part. 1. Chron. lib. 3. cap. 49.* Eius meminerunt S. Antoninus *3. par. tit. 23. cap. 11.* Taegius *p. 1.* Alphonſus Ciacconius, Leander *lib. 3.* Onuphrius Panu. Plodius *de vir. illuſt. lib. 4. Theatrum* Fontanæ *1. p. c. 2. num. 4.* & alij.

Summi Pontificis nomine Epiſtolas aliquas ad Tartarorum Regem ſcripſit.

Item aliqua Opuſcula de Sacramento Altaris.

Præterea ſuper Porphirium.

Prædicamenta, Peribermenias, ſex Principia,

Libros diuiſionum, Priorum, Poſteriorum, Topicorum, Elenchorum.

Super Boetium.

Super Priſcianum minorem.

De natura relationis.

Sophiſticam grammaticalem.

Sophiſticam logicalem.

Librum de ortu ſcientiarum.

De rebus prædicabilibus.

De vnitate formarum.

Super libros Phyſicorum.

De Cælo, & Mundo.

De Generatione, & Corruptione.

Super libros Meteororum.

De Anima, & cauſis Animæ.

Super Metaphyſicam lib. 14.

Super omnes paruos naturales Ariſt.

Super quatuor libros Sententiarum expoſitionem litteræ.

De modo ſignificandi.

Super Ezechielem.

Super Confeſſiones D. Auguſtini.

Originalia Patrum.

Supe. Epiſt. ad Romanos,

Et Corinthios.

De Conſcientia, & Synderesi.

De differentia ſpiritus, & animæ.

De

De inſtantibus.
De doctrina D. Thomæ Aquinat.
Diſtinctiones Doctorum.
Commentaria Theologiæ.
Quodlibeta plurima.

Ex Taegio *p.* 1. Plodio *p.* 2. *lib.* 1. Luſitano *in Bibl.* Caſtillo 1. *p. lib.* 2. *c.* 69. Vghello *tom.* 1. *in Epiſc. Portuen.* Ciacconio, & Fontana *in Sacro Theatro.*

VLDARICVS, ſeu VLRICVS Teutonicus Argentinenſis, qui licet non fuerit Magiſter (& morte præuentus Pariſijs tempore Baccalaureatus) verumtamen, ſicut religione, ita doctrina fuit clariſſimus, quem ſummopere laudat Ioannes de Turrecremata *in tract. de concept. part.* 6. *cap.* 29. Fuit Alberti Magni auditor, atque diſcipulus ſedulus, ingenio felix, doctrina ſæculari, & Chriſtiana inſignis. Scripſit:

Librum de foro conſcientiæ, & de caſibus iuris.
Super Metaphyſicam Ariſtotelis.
Super librum Meteororum.
Super Sententiarum libros quatuor.
Summam Theologiæ magnam, & ſubtilem.

Ac in tres libros de Anima. Bellarminus *de Script. Eccl.* Luſitanus *in Biblioth.* Plod. *p.* 2. *lib.* 1. Ambroſius Gozzæus, Miræus *in Auctario c.* 408.

IOANNES ROMANVS ex antiquiſſima familia Columnenſi, cuius Trithemius meminit de Scriptoribus Eccleſiaſticis, vir fuit omni laude digniſſimus, religione conſpicuus, doctrina clarus, & pietate celeberrimus. Anno 1255. ex præfectura Prioris Prouincialis in Romana Prouincia ad Meſſanenſem Sedem euectus, illam annis pluribus gubernauit. Ann. 1263. ab Vrbano IV. Nicoſien. Archiepiſcop. creatur. Fuitque illius Vicarius in Vrbe. S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *c.* 11. Pyrrhus *in Sicilia Sacra inter Epiſcop. Meſſanen.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 4. *tit.* 61. & *p.* 2. *c.* 1. *tit.* 6. *nu.* 1. & *lib. de Prou. Rom.* Scripſit;

Chronicon Ordinis.
Item plures epiſtolas eruditas.
Item Mare hiſtoriale ad imitationem Vincentij Bellouacenſis diuiſum in lib. X. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *par.* 2. *lib.* 1. *ſupplementum Chron.* Caſtillus *in præfatione Chronicorum*, Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

THOMAS AGNI LEONTINVS, alijs Parentinus, Siculus vir eloquentiſſimus, magnæ doctrinæ, ſed maximæ probitatis, quem Gregorius X. à quo miſſus fuit Neapolim ad prædicandum, vocat virum profundi pectoris, ad conuertendos hereticos alti conſilij, virtutum claritate conſpicuum, & experienria multa probatum. Cum perueniſſet illuc fuit hoſpitatus in monaſterio S. Angeli à Morfiſia, tunc Abbatia Patrum Benedictinorum, quã deinde dicti Patres eidem, ac noſtræ Religioni anno 1231. conceſſerunt. Fuit primus fidei cenſor in noſtro Regno Neapolitano. Cum eſſet Prior Neapoli, diuum Thomam Aquinatem Ordini noſtro adſcripſit. In Romana ProuinciaModeratoris fungens officio, coactus fuit à ſummo Ponrifice Epiſcopatum Bethlehemiticum acceptare. Ad hæc ab eodem ſummo Pontifice mittitur Legatus in Syriam. Anno 1268. XIV. Maij Kal. Conſentinus Archiepiſcopus deſtinatur. Tandem II. Kalendas Maij Anni 1272. mortuo Bartholomæo Pignatello Meſſanenſi Archiepiſcopo, à Capitulo in eius locum ſufficiiur. Cæterum Gregorius X. qui Thomam ad maxima deſtinauerat, renuit electionem hanc confirmare; ſed ab eo Hieroſolymitanus renunciatus eſt Patriarcha.

Iuit ad Parres anno labente 1276. Vghellus, & Fontana. At iuxta Caſtillum 1. *p. Chronicorum lib.* 2. *cap.* 69. anno ſequenti.

Ad petitionem Reuerendiſſimi Patris Generalis Fr. Ioannis Vercellenſis ſcripſit vitam S. Petri Martyris. Caſtillus 1. *p. lib.* 2. *cap.* 44. Thomas Trugillus in Sanctuario Aprilis, Fõtana *in Theatro*, & alij. Piſis 1276. in Capitulo Generali ordinatum fuit, vt illa in ſingulis conuentibus haberetur, & legeretur. Caſtillus 1. *p. lib.* 3. *cap.* 44. prætereа ad poſteros tranſmiſit.

Volumen concionum de tempore, ac de Sanctis.

Eius meminerunt Fernandez *in Cõcert. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 3. *tit.* 4. & *cap.* 4.

cap. 4. *tit.* 36. *num.* 1. Spondanus *in Annalibus* Eccl. *ad annum* 1272. *num.* 2. *Vatic. Regeſt.* Greg.X.*Epiſt.6.* Vghellus *Italia Sacra tom.* 9. inter Conſentinos Epiſcopos, Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Maluenda 1. *Annal. ad annum* 1231.*cap.*7. Luſitanus *in Bibl.pag.*241. Valle *in compendio p.* 1. Vigliega, Lucarinus, & omnes ſcriptores Ordinis.

Anno 1276.

GVALFRIDVS DE BELLO loco magnus Theologus iuſſu Gregorij X. Papæ ſcripſit *Hiſtoriam vitæ S. Ludouici* IX. *Galliæ Regis*.

Fuerat Gualfridus annis 20. à Sacris confeſsionibus, ac conſilijs Ludouico, cui etiam anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo in caſtris ad Tunetum piiſsimè in Domino morienti extrema miniſtrauerat Sacramenta. Aubertus Miræus in Auctario *c.* 396.

Floruit eodem anno Guillelmus itidem Theologus magnus, ac grauis dicti Regis Capellanus, qui *alterum librum de vita, & miraculis eiuſdem* Regis edidit. Miræus vbi ſupra. Fuit Carnutenſis vir planè in omni locutionis genere formatus, quo anno religioſiſſimus diem obierit, non reperio.

PETRVS DE VVALERICA Conuentus Burdegalenſis, Aquitanus, magnæ virtutis vir, & prudentiæ rexit glorioſè, ac ſanctè decem annos Prouinciam Prouinciæ, quã dicimus Vaſconiorum nuncium, & præter vitæ probitatem, fuit celebris in ſcientia. Scripſit plura ſuo vaſtiſſimo ingenio digna: exceſſit tamen ſe ipſũ ſcribẽdo.

Librum de gradibus contemplationis, qui incipit: *Notam fac mihi viam, in qua ambulem.*

In Conuentu Burdegalenſi hoc anno 1276. ad ſuperos tranſmigrauit. Taegius *p.* 4. Luſitanus *in Bibl.* Caſtillus *p.* 1. *lib.*3.*cap.*44. Plodius *p.*2.*lib.*1.

Sunt qui mortem Beati Humberti vſque ad hunc annum 1276. producãt.

Anno 1277.

VLRICVS ENGELBERTVS Teuto Pater doctiſsimus, & æquè religioſus, Germaniæ Prouinciã annos plures moderatus eſt prudentiſsimè. Omnigena delibutus litteratura, politiori, phyſica, & diuina ſcripſit.

Librum diuerſarum quæſtionum Theologicarum, & phyſicalium.

Alium quoque, quo plures nodos vtriuſque facultatis diſſoluit.

Obijt anno 1277. Taegius *p.* 1. Leãder, Luſitanus *in Bibl.* & Plodius *p.*2. *lib.* 1.

GERARDVS MINDENSIS in Theologia Baccalaureus, ingenio præſtans, & litteris Sacris, ac humana philoſophia peritus, luculento ſcripſit ſermone, ac docto.

Super Eccleſiaſten.

Commentaria in Metaphyſicæ libros.

Floruit circa hæc tempora; eiuſque meminerunt Luſitanus *in Bibl.* Caſtillus *Cent.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31.

TIDERICVS DE VRIBVRGH, Theodoricus vocatus à Luſitano, natione fuit Germanus, in Theologia Magiſter, Pater clariſsimus, & oraculum ſui temporis, vt qui erat ad difficillimas quaſuis quæſtiones enodandas extemporaneè efficax, & promptiſsimus, ſcripſit.

De Origine Prædicamentorum.

De Tempore.

De Iride.

De Menſuris rerum.

De conceſſione, & defenſione Priuilegiorum Ordinis.

De tribus difficilibus: alijs, de tribus definitionibus.

De quidditatibus rerum.

De Generatione lucis.

De Viſione beatifica.

Floruit circa hæc tempora. Taegius *p.* 1. Leander, Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. lib.* 1.

IOANNES PARISIENSIS cognomento de Soardis, doctor Regens Cõuentus Pariſienſis, in eadem vniuerſitate diu, & glorioſè Profeſſorem Sacræ Theologiæ peregit. Hunc citat Card. Ioannes de Turre Cremata *in tract. de Concept. p.*6. *cap.* 29. Plures annos (vt dixi) in facultate Pariſienſi cum ſua, & Ordinis gloria docuit. Erat ſiquidem peripateticus, ac ſcholaſticus profundiſsimus, defenſor doctri-

næ

næ S. Thomæ inſignis. Quadam verò prodigalitate naturæ admirabili pollebat memoria, & peracuto ingenio, Scripſit;

Super quatuor libros Sententiarum.

Item plura quodlibeta, ſed præcipuè de poteſtate Regia, & Papali.

Librum de Iride.

Contra corruptoriem D. Thomæ.

In Libros Meteororum.

Libellum de tranſubſtantiatione panis, & vini in Altaris venerabiliſſimo Sacramento.

De vnitate eſſe, & eſſentiæ in Deo.

De Aduentu Chriſti, ſeu contra Antichriſtum. Apologeticum contra Henricum Gandauenſem.

Claruit circa hunc Annũ. At Bellarmino, Plodio, Luſitano, & Alberto Veneto circa annum 1296. Huius meminit præter citatos, Godifridus Languedoc *in Monum.* dicti Conuentus M. S. quæ mihi Pater Reuerendiſſimus meus Magiſter Ordinis tradidit. Lege Miræum in Auctario *cap.* 405.

Docebat Ioannes Pariſijs ſub Philippo pulchro Galliæ Rege. Idem Miræus.

ADNOTATIO:

Hic vindex doctrinæ Angelici Præceptoris compoſuit corruptorium Corruptorij doctrinæ dicti Doctoris ita Ioannes Picus quæſtione prima Apologetica, Leander Albertus *lib.* 4. de viris illuſtribus Ordinis noſtri, & alij.

Idem fecit Richardus Clapoel Anglus, vt dicemus 1279.

An ſcripſerit eodem argumento, & titulo librum Aegidius, nõ determino. Erat diſcipuli defendere Præceptorem ſi fecerit.

IOANNES GERMANVS lector Vriburghi, ſeu Friburghi Theologus, & canoniſta inſignis ſinceræ vitæ, doctrinæque ſpectatiſsimæ: Scripſit:

Super ſummam Raymundinam, in qua fecit indicem, & apparatum propter declarationem vtriuſque textus. Scripſit:

Etiam ſummam confeſſariorum de caſibus valde notabilem in quinque libros diuiſam, quam vocant Ioanninam.

Confeſſionale pro audiendis confeſſionibus.

Item ſuper quatuor libros ſententiarũ.

Et gloſſauit omnia decreta.

Leander *lib.* 4. Trithemius, Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Gozzeus, Luſitanus *in Bibl.*

HERMANVS, ALIIS HERMANDVS, patria Mindenſis Theuto, qui fuit aliquando theutoniæ moderator, Philoſophus, Theologus, & Canoniſta conſpicuus. Præter hæc mundiſsima vita fuit, nec non ſagax, & prudentiſsimus in agendo. Scripſit:

De Interdicto.

Item de inquiſitionibus criminum.

Præterea epiſtolas ſingulares ad varios.

Taegius *p.* 1. Leander, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus.

IOANNES MALIACENSIS Rhetor, & hiſtoricus celebris, politiorique litteratura ſatis excultus ſcripſit *Chronicon hiſtoriarum.*

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Claruit circa hæc tempora.

Floruit quoque circa hos annos Thomas Sperman. Anglus magnus Theologus, & in ſcripturis ſacris verſatus. Scripſit:

Commentaria in Geneſim.

Expoſitionem in Iobum.

Item ſcholaſtico ſtylo ſuper epiſtolam ad Hebræos.

ſuper canonicam S. Iacobi, & alia.

Albertus Venetus, Iacobus Suſatus, Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.*

MAVRITIVS N. N. incognitus patria, & cognomine edidit in gratiã Prædicatorum per Alphabetum octoginta nouem diſtinctiones valdè vtiles ad prædicandum, quæ ſeruantur manu ſcriptæ characteribus perantiquis in conuentu S. Dominici de Neapoli.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. lib.* 1.

Anno 1278.

GVILLERMVS, ſiue GVLIELMVS DE ALTONO, ſiue de Altona, Anglus S. Theologiæ Magiſter, Academiæ Sorbonicæ apud Pariſios doctor, vir doctiſſimus, & omni eruditione ornatus, quem citant ſapien-

pientiſsimus Turrecremata *lib. de Conceptione p.6.cap.29.* & Vincentius Bandellus *de Conceptione.* Scripſit:

Poſtillam ſuper Matthæum.

De decem Virginibus.

Super Eccleſiaſten cap. 7. virum de Mille &c.

Luſitanus *in Biblioth.* Ractius, Plodius *p.2.lib.1.* Vincentius Bandellus *in Tractatu de Conceptione*, Sixtus Senenſis *lib.4. Biblioth. Sanctæ.*

Claruit circa hæc tempora.

THOMAS DE SVETONIA Anglus, quem hæc ætas plurimùm coluit, & magna veneratione ob eius eruditionis præſtantiam, vitæque probitatem proſequuta eſt, Theologus fuit ſublimis; calluitque Philoſophiam, & reliqua perfectiſsimè. Scripſit.

Super Prædicamenta.

Item ſuper ſex principia.

Compleuit ſcriptum S. Thomæ ſuper librum Perihermenias.

Super librum poſteriorum Ariſt.

Super librum Priorum;

De vnitate formæ.

Duo quodlibeta.

De relatione.

Summam Theologiæ:

In Pſalterium.

Quæſtiones difficiles pro declaratione dictorum S. Thomæ. Caſtillus *1.p. lib 3.c.49.* Sixtus Lambertus Lucenſis in vita B. Thomæ Ioſſij Cardinalis.

Anno 1279.

MARTINVS STREMPVS in Polonia ex nobili familia Strēporum oriundus, patria Carſulanus, vir tam ſcientia, quàm pietate percelebris. Eximius legiſta, Hiſtoricus, & Theologus: at in primis erat humanioribus peritiſsimus. Veterùm probitate morum longè clarior erat, alter quidem à Martino Ciſtercienſi. Ob quæ à Nicolao Papa III. plurimùm adamatus, Apoſtolicus Capellanus, maiorque Pænitentiarius primo fui Pontificatus anno, videlicet 1277. con. ſtituitur. Sequenti anno diſsidentibus electoribus Gneſnenſibus in proprij Paſtoris electione, ab eodē Pont.Max. ad petitionem Boleslai Ducis Aliſienſis, Premislai Ducis Poſnaniæ, & Capituli Gneſnenſis factus eſt Archiep. Gneſnenſis in Polonia. Dum verò cōmiſſum ſibi gregem inuiſurus, iter arripuiſſet, Bononiæ in morbum incidit, ibique defunctus, ſepultus eſt in noſtro D. Dominici templo prope Aream maximam. Diem clauſit extremum 1279. Ita Simon Starouolſcus in Elogijs, & vitis ill. Poloniæ ſcriptorū. Alij aſſerunt obiiſſe anno 128r. Nam ſalutatus fuit Archiepiſcopus an. 1278. dum autem poſt tres annos exactos ſuam properaret ad ſponſam, Bononiæ in itinere in morbum incidit, quo ibi defunctus eſt anno 1281.

Hic eſt Martinus ille, de quo dicitur fuiſſe fabulam cōmentus, quaſi is author fuiſſet ſtrophæ de Ioanna fœmina ſummo Pontifice; cum hoc in M.S. eius autographo nuſquam inueniatur. Imò id putant ab aliquo maligno exſcriptore, gloriæ tanti viri inuido, in exſcriptis codicibus fuiſſe appoſitū. Bzouius *in Annalibus Eccleſiaſt. ad an. 1278. num. 32. & de Rebus geſtis in Polonia Ord. Præd. cap.6.* Scripſit:

Chronicon appellatum Martinianum, de Pontificibus, & Imperatoribus vſque ad ſua tempora.

A Plantino 1574. & poſtea in Germania excuſum.

Duos libros ſermonum de tempore, ac de Sanctis. Argentorati 1486. & 1488. excuſos.

Librum diuerſorum miraculorum.

Tabulam ſuper vniuerſum Decretum, cui titulus,

Margarita Decreti.

De ſchiſmate Eccleſiæ Græcorum.

Hiſtoriam de Guelfis.

Hæc duo volumina reperiuntur in Libraria vaticana.

Item ſummam nuncupatam Martinianam.

Et quædam alia.

Caſtillus *Centuria 2.lib. 1.cap.49.* Vincentius Baronius, Trithemius, Turrecremata de Conceptione *part. 6.cap. 29.* Bzouius de Prouincia Poloniæ Ord. Præd. *cap. 6. & in Annal. ad annum 1281. num. 16.* Plodius *part. 2. lib. 2.* Lopez *part. 5.* Fontana *in Theatro part. 1. cap. 4. tit. 46. num. 1.* & alibi

alibi pluries. Taegius *p.*1. Ioannes Duglosius Archidiaconus Cracouienſis *lib. de ſucceſſione Epiſcoporum Polonorum*, Seuerinus Cracouienſis *in Vita S. Hyacinthi*, Ractius, Miræus *in Auctario cap.* 413. *& alij*.

HVGO DE ARGENTINA Magiſter Pariſienſis magnis Philoſophis, ac Theologis comparandus, omnique doctrinarum genere excultus ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Compendium veritatis Theologicæ.

Sermones varios, & multa alia.

Floruit circa hæc tempora. Luſitanus *in Bibl. pag.* 120. *Epit. Geſn.*

Citatur vir doctiſſimus à Io: de Turrecremata *in tract. de Conceptione part.* 6. *cap.* 29.

Anno 1279.

RICHARDVS CLAPOEL Anglicus magiſter in Theologia excellens, ad arguendum acutus, & ad quæſtiones difficiles enodandas promptiſſimus, & apertus. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Item quatuor libros contra corruptorium S. Thomæ.

De vnitate formarum.

De immediata viſione diuinæ eſſentiæ.

Sixtus Lambertus Lucenſis Ord. Prædicatorum *in vita B. Thomæ Iorſij Cardinalis eiuſdem Religionis*, Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Abbreu. Geſneri Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Luſitanus.

Vixit vſque ad annum 1310.

ANSELMVS GENVENSIS ortus eſt an. 1220. noſtris adnumeratus, plurimùm profecit in litteris. Anno 1256. in patria cenſor fidei cõſtituitur. Quædam inter ipſum, & Magiſtratum obortæ ſunt controuerſiæ, de quibus Iuſtinianus *in Annalibus* anno dicto 1256. Ciprianus Vberti *de Inquiſitoribus*, Io: Michael Plodius *de Progenie S. Dominici in Italia lib.* 2. *c.* 56. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædicat. an.* 1256. *num.* 4. *folio* 125. Abbas Iuſtinianus *de ſcriptoribus Liguribus*.

Promulgauit vernacula lingua.

Coſtitutioni ſpettanti alla Santa Inquiſitione.

GASPAR ADAMVS, ſiue alijs Georgius, ſiue Gerardus Adæ, Gallus, Archiepiſcopus Antibarienſis, Poeta, Philoſopus, & Theologus eximius, ac in litteratura, bonarumq; artiũ diſciplina eruditiſſimus. Hunc Luſitanus *in Chronica decade* 1260. ſcribit ſolum *G. Ada Archiep. Antibarien.* Plodius verò, & Fernandez Gaſpárem nominant.

Compoſuit officium S. Thomæ Aquinatis.

Item officium vndecim millium Virginum, & S. Georgij Martyris.

Edidit officium ſanctificationis B. Mariæ Virginis.

Claruit circa annum Domini 1280. Antonius Senenſis *in Bibl. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana*. Cum compoſuerit officium S. Thomæ, dicendum eſt perueniſſe ad annum 1323. cum eo anno inter ſanctos relatus fuerit S. Thomas à Io: Papa XXII. Fontana *in Theatr. domin. p.* 1. *c.* 4. *tit.* 3. *num.* 1.

Anno 1280.

BEATVS ALBERTVS cognomento MAGNVS, ſingulare lumen Orbis, natione Sueuus, Patria Laugingenſis, dignitate Epiſcopus Ratisbonenſis ad Danubium ſub Salſeburgen. ſeu Salisburgen. Metropolitana in Alemania, ad quam cathedrã, petente Rodulpho Imperatore; anno 1260. illum euexit Vrbanus IV. Fuit doctrina, & religione planè admirabilis, glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, matris Dei (erga quam à pueritia in ſenectutem, magno ſemper pietatis æſtu flagrauit) amator feruens, laudator præcipuus, imitator deuotus, ſecretarius fidelis, & ſcriba ſingulariſſimus. Hunc diuinarum rerum pauca, humanarum fortaſſe nulla latuerunt. Sublimibus ingenij, ac memoriæ viribus vſque ad miraculum præſtans, in diuinis ſtudijs longe eruditiſſimus, & Philoſophorum omnium, quos vel ante, vel poſt vniuerſus Orbis protulit, princeps, de quo Trithemius: *& non ſurrexit poſt eum vir ſimilis ei, qui in omnibus literis, ſcientijs, & rebus tam doctus, eruditus, & expertus fuerit.* Ob eximiam

ſcientiarum eius multitudinem, magnitudinemque Magni cognomen, quod nulli vnquam eruditorum contigit, adeptus eſt ante mortem. Ortus eſt ex nobili Bolſtiterorum ſtirpe in Sueuia. Patauij, cum ibi nauaret operam ſtudijs, annum ſextumdecimum ingreſſus, induitur habitu noſtro a B. Iordano noſtræ Religionis Generali Magiſtro. Prædicatoriæ familiæ adſcriptus cœpit ſinceritati mentis ſtudere, orationi frequenter vacare, labori nulli parcere in ſtudendo, in primiſque contemplationi cœleſtium incumbere arcanorum. Crucis, & paſſionis Chriſti maximus cultor ardentiſſimæ in hæc myſteria efferuebat. Quamobrem & illius alloquio frequenter recreatus fuit, & ex huius quodam miraculo non modicam conſolationem perſenſit. Nam paruam ligni Dominicæ Crucis portionem obtinuerat, atque illam auro incluſerat. Ne verò addubitaret veræ ne Crucis ipſius Redemptoris lignum foret (nō imirabili facto) igne prius voluit experiri. Coniecit itaque illud in flammas; quod extemplò illæſum omninò reſilijt foras. Amator ardentiſſimus Matris Dei. Adeò in ſtudiis, oratione, laboribuſque profecit, vt ob ſapientiam cœlitus inditam ſibi, & acquiſitam, prodigium ſua ætate, Platone maior, & Ariſtotele, & vix Salomone inferior haberetur. Tanti viri in ore eruditorum, quin & piorum numquam elogia conticeſcent. De quo quicquid dicitur, pro huius laudibus ſemper eſt aridum, & ieiunum. Animantium, ac rerum omnium naturæ ſecreta ita rimatus eſt, perinde atque naturam ipſam in manibus habuerit. Mortuo B. Iordano Generali Magiſtro, Albertus Ordinem rexit Vicarius. Deinde in Capitulo Generali ipſe, & Hugo de Sancto Theodorico, qui poſtea fuit S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ad Generalatum petuntur. Magiſter fuit Sanctorum, inter quos adfuit per nouem annos vel circiter Chriſtianæ Religionis iubar clariſſimum, D. Thomas Aquinas, præterea S. Ambroſius Sanſedonius Senenſis, Beatus Thomas Iorſius Cardinalis, Thomas Cantipratenus, Vdalricus, ſiue Vlricus, F. Conradus Teutonicus, qui dicitur fuiſſe eius nepos. Hic Conradus, poſt vitæ curſum ſumma laude peractum, obitus ſui die, ac loco prænunciato, carne depoſita, præmia æterna recepit: nec in eius morte miracula defuerunt. Horum igitur ex noſtris, & plurium aliorum Dominicanorum illuſtrium Præceptor fuit. Annis ſex, & menſibus octo poſt obitum Beatiſſimi Thomæ Aquinatis eius diſcipuli dilectiſſimi feliciter cœlum petiuit. Quæ contra virum doctiſsimum obiecta fuerant à quibuſdam, Trithemius, Delrius, & alij diluerunt. Anno 1258. Electus fuit Prouincialis Germaniæ. Petente B. Iordano Terram Sanctam, ab eo relictus fuit Vicarius Generalis, ac Prouincialis Germaniæ. Plures annos legit Pariſijs, & Coloniæ. Obijt anno ſuæ ætatis 87. ſalutis verò 1280. decimoſeptimo Kal. Decembris Coloniæ. Anno 1263. Epiſcopatu vltrò ſe abdicauerat, & regularis inſtituti cupidiſſimus, in Conuentum Colonienſem iterum veterum ſtudiorum gratiſsima recordatione ad priſtina literarum exercitia reuocatus ſe receperat. Extraxere fratres, ætate Krantzij, & ipſo aſpiciente, integrum corpus nulla deformatione, niſi quòd mandibula parum videretur collapſa, repertū eſt; cum annos ducentos in Sarcophago iacuiſſet. Krant. *Metropol. lib.* 8. nec id mirum, cum & hoc tempore videlicet anno 1616. in ſimili, ac pene eadem ſpecie videatur. Bzouius.

Scripſit ſuper tota Biblia per modū Poſtillæ, & ſuper quoſdam libros eiuſdem per modum Commentarij. Communiter verò in alijs Bathalogis continentur ſine diſtinctione poſtillæ, vel Commenti. Eumdem ſcripſiſſe lego:

Super Geneſim. Exodum. Leuiticum.
Numeros. Deutoronomium. Ioſue.
Iudicum. Ruth. Quatuor libros Regū.
Duos Paralipomenon.
Duos Eſdræ. Nehemiæ. Tobiæ.
Iudith. Eſther. Iob.
Pſalmorum tomos duos.
Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſten.
Cantica Canticorum. Sapientiam.
Eccleſiaſticum. Iſaiam. Hieremiam.

Ba-

Baruch. Ezechielem. Danielem.
Oſeam Amos. Ionam. Ioel.
Abdiam. Micheam. Nahum.
Habacuc. Sophoniam. Aggæum.
Zachariam. Malachiam.
Duos Machabæorum.
Matthæum. Marcum. Lucam. Ioannẽ.
Acta Apoſtolorum.
Omnes Epiſtolas Pauli, ſcilicet:
Ad Romanos. Duas ad Corinthios.
Ad Galatas. Ad Epheſios.
Ad Philippenſes. Ad Coloſſenſes.
Duas ad Theſſalonicenſes.
Duas ad Timotheum.
Ad Titum. Ad Philemonem.
Ad Hæbreos.
In Canonicam Iacobi. In duas Petri:
In tres Ioannis. In Apocalypſim.
De Scriptura Sacra.
Notulas ſuper Euangelium Matth. de Epiphania Domini.
Paſſionem Magiſtralis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Commentaria in varia opera SS. Patrũ.

In Diuum Dionyſium.
De *Diuinis Nominibus.*
De *cæleſti Hierarchia.*
De *Eccleſiaſtica Hierarchia.*
De *Myſtica Theologia.*
De *Symbolica Theologia.*
In omnes Epiſtolas eiuſdem.
Annotationes in librum Confeſſionum D. *Auguſtini.*
De Trinitate.
De quantitate, & immortalitate animarum.
Super Geneſim.
De Diſciplina *Eccleſiaſtica.*
In eiuſdem librum 83. quæſtionum.
De Hæreſibus.
In eiuſdem Retractationes.
De vera Religione.
In eundẽ de Eccleſiaſticis dogmatibus.
De Beata vita.
De libero arbitrio.
In eiuſdem Epiſtolas ad diuerſos.
De *Bono.*
De *ſancta virginitate.*
De *Perſeuerantia.*
De *correptione, & gratia.*
De *natura Boni.*
De *videndo Deo.*
In libellum Chriſoſtomi, quòd nemo læditur, niſi à ſeipſo.

In ſententias D. *Proſperi.*
In libros diuiſionum Boetij.
In libros Topicorum Boetij.

Theologica.

SummamTheologiæ, quæ nominatur de mirabili ſcientia Dei.
Super quatuor libros Sententiarum.
Tabulam ſuper quatuor libros Sententiarum.
Idem ſuper eoſdem.
Summam de quatuor Coæuis.
Summam de homine.
De *bono, & natura bonorum.*
De gratia Dei.
De *natura, & origine Animæ.*
De *origine, & immortalitate Animæ.*
De reparatione lapſi.
De Diuinatione, *& Prophetia.*
Defenſorium Mendicantium.
Compendium Theologiæ.
De *ſacra Theologia.*
Theologiam poſitiuam, Moralem, Scholaſticam,
Myſtica, Symbolica, & Concionatoria.

Moralia.

De *perfectione vitæ ſpiritualis.*
De *differentia ſpiritus, & animæ.*
De *adhærendo Deo.*
De *muliere forti.*
De *timore multiplici.* De *virtutibus.*
Enchiridion de veris, & perfectis virtutibus.
Paradiſum Animæ.
De *natura deorum.*
De *Magiſtris, ſeu ingenijs purgandis, & eligendis.*
Orationes per ſententias.
Librum dictum *Semita recta.* Creditur non eſſe Alberti.
An expediat homini vouere ingreſſum in Religionem.
De *quatuor virtutibus Cardinalibus.*
De *Arte bene moriendi.*
Paruos tractatus, ſcilicet de libro vitæ,
De *euacuatione Charitatis.*
De *ordine charitatis in Patria.*
De *Virtutibus Cardinalibus.*
De *donis.* De *combinatione donorum.*
De *Timore.* De *Scientia.*
De *Sapientia.* De *vitijs in communi, & in particulari.*
De *vſura.* De *mendacio.*
Quomodo differant manſuetudo, & miſericordia.

Volumen vnum de Sacramentis.
Conciones diuerſas.
Directorium Alberti.
De doctrina dicendi, & tacendi.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Orationes ſuper Euangelia.

Eccleſiaſtica.

De officio Miſſæ.
De myſterio Miſſæ, incipit: *Iſaia* 66. *dicit* Dominus, *ecce declinabo, &c.*
De Sacramento Altaris.
De eodem Sacramento Sermones xxij.
De oratione Dominica.
Sequentia de Trinitate.
Litanias de Sanctis.
Litanias de Tempore.
Oratiunculas de Paſſione Domini.
Multas Proſas, & Sequentia.
Officium Corporis Christi.
DiuerſasProſas de eodem Sacramento.
De myſterijs Miſſæ.

De Beatiſſima Maria.

De laudibus B. Mariæ:
Mariale ſuper Euangelium Miſſus eſt.
De capillitijs B. Virginis.
In illa verba, Regina Angelorum.
Quindecim gaudia Virginis.
Quæſtionem de ſpeculo Mariæ.
Biblia Mariæ.
Conciones de Beata Virgine.
Commentarium in Canticum Magnificat.
Summam B. Virginis, & tractatus de Martyrijs Sanctorum.

Logicalia.

De Vniuerſalibus.
De Antepradicamentis.
De decem Prædicamentis.
Perihermenias lib. 2. *Priorum libros* 2.
Poſteriorum. Topicorum lib. VIII.
Elenchorum.
De contingenti, & poſſibili.
De Poſtprædicamentis.
De Diffinitionibus. De Diuiſionibus.
Super librum Poſteriorum per modum expoſitionis litteralis.
De ſex principijs, & in ſex principia Gilberti.
De Sillogiſmo ſimpliciter.
De modo opponendi, & reſpondendi.

Phyſicalia.

Iſagoge in Phyſicam.
Super VIII. libros Phyſicorum.
De Cælo lib. IV. De natura locorum.
De Generatione, & Corruptione lib. 2.
De Meteoris libros IV.
De Mineralibus.
Compendium Philoſophiæ naturalis.
De cauſis Elementorum.
De proprietatibus Elementorum.
De paſſionibus Aeris.
De corpore mobili, & mobili ſecundum locum.
De Gemmis.
Philoſophiā Pauperum cum Commento Conradi Summenhart.
De ſcientia Meteororum.
De lapidum quorundam virtutibus.
Paruam ſummam Philoſophicam.

Animaſtica, & Parua naturalia.

De Anima libros tres.
De Animalibus lib. XXVI.
De Nutrimento, & nutribili.
De vegetabilibus, & plantis lib. VII.
De ſenſu, & ſenſato.
De memoria, & reminiſcentia.
De morte, & vita.
De cauſis longitudinis, & breuitatis vitæ.
De iuuentute, & ſenectute.
De reſpiratione, & inſpiratione.
De principijs motus progreſſiui.
De ſomno, & vigilia.
De motibus, ſeu moribus animalium.
De ſomnijs. De natura animalium.
De quorundam animalium virtutibus.
De Partu hominis.
De formatione hominis in vtero.
De naturali perfectione intellectus.
De formatione fœtus.
De ſecretis ſuper Henricū de Saxonia.
De formato fœtu.
De intellectu, & intelligibili.
De vnitate intellectus contra Auerrō.
Quæſtiones contra Aueroem:
De Vnitate formæ.
De ſenſu communi, & alijs potentijs animæ.
Paruorum naturalium textus cum cōmento.
Ex Alberti doctrina collecto per Ioannem De Mechlinea.
De Auium natura.
De Virtutibus quarundam Herbarum.
De Plantis, vegetabilibus.

De quadrupedibus.

De Apprehenſione, & apprehenſionis modis.

De homine, & diuerſis eius diffinitionibus.

De Perfectione animæ.

Philoſoph. Moral.

De *Monaſtica lib. V.*

Ethicorum lib. 10. *in Ethicam Ariſtotelis.*

Politicorum lib. VIII. in Politicam Ariſtotelis.

Oeconomicorum lib. IV.

In Oeconomiam Ariſtotelis.

Super magna moralia Ariſtotelis.

Philoſophiam Moralem lib. XVI.

Grammaticalia.

De *Grammatica.*

In Priſcianum maiorem, & minorem.

De XII. *Alphabetis.*

Rhetorica.

De *Rhetorica.*

In Rhetoricam Ariſtotelis.

De *Arte prædicandi.*

Arithmetica.

De *Arithmetica.*

Commentaria in ArithmeticamBoetij.

Geometrica.

De *Geometria.*

In Geometriam Euclidis.

Perſpectiua.

De *Perſpectiua.*

In Perſpectiuam Alcionis Commentaria.

Muſicalia.

De *Muſica.*

Commentaria in Muſicam Boetij.

Aſtrologica.

De *Aſtronomia.*

Speculum Aſtronomicum, ſeu ſumma de Libris licitis, & illicitis.

De Directione Aſtronomiæ. De Sphæra.

De Aſtris. In Almageſtum Ptolomei.

An licitum ſit vti iudicijs aſtrorum.

In ſpeculum Aſtrolabicum.

De *imaginibus Aſtrologorum.*

Ephemerides.

Mæcanica.

De *Lanificio.* De *Nauigatione.* De *Agricultura.*

De *Aratura.* De *Alchimia, ſeu trifolium.*

De *Veneratione.* De *Teatrica.*

Medicina.

De *Medicina lib. XI.* Librum *de ſecretis mulierum.* Medici Louanienſes iudicarunt nec eius, nec cuiuſpiam docti eſſe. Ita Molanus *in M.S. Bibliotheca ſacra.*

Methaphyſica.

Methaphyſicorum lib. XIII.

De *cauſis.*

De *cauſis, & progreſſu vniuerſitatis à prima cauſa.*

De *ente, & eſſentia.*

Diuerſa.

De *diuerſis quæſtionibus.*

Quæſtionum quindecim librum unum.

Summam Philoſophiæ. De ſecretis naturæ. Hic enim, & ille de ſecretis mulierum ſuperſtitioſa quædam, & multa continẽt vana. Bellarminus *in Catalogo.* Hinc non putantur Alberti.

De Natura, ſeu de naturis rerum.

Varias Quæſtiones Theologiæ.

De vniuerſalibus princip ijs.

Librũ multarum quæſtionum ad Pariſienſes.

De *Fato. Tractatus varios:*

De *mirabilibus mundi.* Cenſetur ſuppoſititius.

De ſecretis ſecretorum:

Eulogium Eccleſiaſticum.

De proprietatibus rerum.

Quæſtiones abbreuiatas ſuper problemata Ariſtotelis.

Albertus, quædam de ſeipſo.

His operibus adnectuntur *Alberti vita;*

Vita Alberti per Petrum de Pruſia,

Vita Alberti auctore Rodulpho de Neomago;

Eiuſdem vita manu ſcripta ſine authore;

De excellentijs B. Alberti, auctore P. F. Veniero.

Laer Carthuſiano.

Problemata inter B. Albetum & Thomam auctore Henrico de campo,

Commentaria Burſæ Laurentianæ.

In Logicam, & lib. de Anima. Iuxta mentem Alberti:

Alberti operum plurima prodierũt in lucem in vltima editione excuſa an. 1651. glorioſa, & munificentiſſima induſtria Reuerendiſſimi mei chariſſimi Præceptoris P. F. Thomæ Turci

Cre-

Cremonenſis totius noſtri Ordinis Generalis. Dicam de tanto glorioſiſſimo ſene quicquid dixit eruditiſsimus ille vir in elogio B. Alberti.

Impleuit orbem octingentis libris;
Satis vnus omnibus Bibliothecis.

Vide Elogia noſtra *p.* 1. *Elog. vltima.*

Lugduni anno 1651. (vt dixi) edita fuere pleraque opera eius XXI. Tomis in folio, ſtudio, ac labore Petri Iammij S. T. D. noſtri Ordinis. Alia plura adhuc non prodierunt in lucem.

Tomo I. continentur.

Vita B. Alberti Magni.
De Prædicabilibus lib. 1.
De decem Prædicamentis lib. 1.
De ſex Principijs lib. 1.
De interpretatione lib. 2.
De Syllogiſmo ſimpliciter, id eſt, Priorum Analyticorum lib. 2.
De demonſtratione, id eſt, Poſteriorum Analyticorum lib. 2.
Topicorum lib. 8.
De Sophiſticis Elenchis lib. 2.

Tomo II. continentur.

De Phyſico auditu lib. 8.
De Cælo, & Mundo lib. 4.
De Generatione, & Corruptione lib. 2.
De Meteoris lib. 4.
De Mineralibus lib. 5.

Tomo III. continentur.

De Anima lib. 3.
Metaphyſicorum lib. 13.

Tomo IV. continentur.

Ethicorum Nicomachiorum lib. 10.
Politicorum lib. 8.

Tomo V. continentur.

Parua naturalia, hoc eſt.
De ſenſu, & ſenſato lib. 1.
De Memoria & Reminiſcentia lib. 1.
De Somno & Vigilia lib. 1.
De Motibus animalium lib. 2.
De Aetate, ſiue de iuuentute & ſenectute lib. 1.
De Spiritu & Reſpiratione lib. 2.
De Morte & Vita lib. 1.
De Nutrimento & nutribili lib. 1.
De Natura & origine Animæ lib. 1.
De Vnitate Intellectus contra Auerroem lib. 1.
De Intellectu, & intelligibili lib. 2.
De Natura locorum lib. 1.
De cauſis proprietatum Elementorum lib. 1.
De Paſſionibus Aëris lib. 1.
De Vegetabilibus & Plantis lib. 7.
De Principijs motus progreſſiui lib. 1.
De Proceſſu Vniuerſitatis à Cauſa prima lib. 1.
Speculum Aſtronomicum, in quo de libris licitis, & illicitis pertractatur.

Tomo VI. Continentur.

De Animalibus lib. 16.

Tomo VII. Continentur.

Commentarij in Pſalmos.

Tomo VIII. continentur.

Commentarij in Threnos Ieremiæ.
Commentarij in Baruch.
Commentarij in Danielem:
Commentarij in XII. Prophetas Minores.

Tomo IX. continentur.

Commentarij in Matthæum.
Commentarij in Marcum;

Tomo X. continentur.

Commentarij in Lucam.

Tomo XI. continentur.

Commentarij in Ioannem.
Commentarij in Apocalypſim.

Tomo XII. continentur.

Sermones de Tempore.
Orationes ſuper Euangelia Dominicalia totius anni.
Sermones de Sanctis.
Sermones XXXII. de Sacramento Euchariſtiæ.
Liber de Muliere forti.

Tomo XIII. continentur.

Commentarij in D. Dionyſium Areopagitam.
Compendium Theologicæ veritatis libris ſeptem digeſtum.

Tomo XIV. continentur.

Commentarij in librum primum Magiſtri Sententiarum.

Tomo XV. continentur.

Commentarij in II. & III. libros Sententiarum.

Tomo XVI. continentur.

Commentarij in librum IV. Sententiarum.

Tomo XVII. continentur.

Prima Pars ſummæ Theologiæ:

Tomo XVIII. continentur.

Secunda Pars ſummæ Theologiæ.

Tomo XIX. continentur.

Summa de creaturis diuiſa in duas partes, quarum,

Prima eſt de quatuor coæuis.
Secunda eſt de Homine.
Tomo XX. continentur.
Mariale, ſiue Quæſtiones CCXXX. ſuper Euang. Miſſus eſt.
De Laudibus Beatæ Virginis lib. XII. de quibus paulò poſt.
Biblia Mariana, in quibus omnia ferè, quæ in ſacris libris continentur, Beatiſſimæ Deiparæ Virgini ingenioſè ac breuiter adaptantur, primùm impreſſa Coloniæ anno 1625. ſtudio Vincentij Iuſtiniani Ordinis Prædicatorum Theologi, ex codice M. S. Suſatenſi.
XXI. atque vltimo Tomo continentur.
Miſcellanea, ſiue de Apprehenſione, & apprehenſionis modis lib. 1.
Philoſophia pauperum, ſiue Iſagoge in libros Ariſtotelis de Phyſico auditu, de Cælo, & mundo, de generatione, & corruptione, de Meteoris, & de Anima.
De Sacrificio Miſſæ lib. 1.
De Sacramento Eucharistiæ lib. 1.
Paradiſus animæ, ſiue, de Virtutibus libellus.
De adhærendo Deo libellus.
De Alchymia libellus.
Nec audiendi ſunt Critici libros XII. *de Laudibus B. Mariæ*, qui extant Tomo XX. non eſſe Alberti Magni, ſed Richardi à ſancto Laurentio, pænitentiarij Rotomagenſis: nam Diptycha Mariana Theophili Raynaudi ſocietatis Ieſu, Marraccij *Bibl.* ac Philippus Labbe S.I. non librum anno 1625. Duaci editum; ſed vetuſtiſsima exemplaria anno 1261. debebant inſpicere.
Repertus eſt alius tomus, qui quamprimùm dabitur typis.
Iuſſu Sixti IV. Summi Pōtificis eius corpus in locum digniorem elatum, poſt ducentos annos integrum repertum fuit. Recitabatur de eo ſacrum officium in Ratiſponenſi Eccleſia. Poſtea ad omnes Religioſos intra Imperij Romani ditionem degentes idem priuilegium extenſum & ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo ad ſupplicem inſtantiam hodierni Magiſtri Ordinis noſtri Fr. Thomæ Rocaberti S. D. N. Clemens Papa X. benignè annuit, & conceſſit, vt deinceps in toto Ordine Prædicatorum quotannis die XV. Nouembris celebretur feſtum, & officium de eodem B. Alberto Magno cū miſſa.
Scripſere de illo Krantzius *Metropol. lib.* 8. Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1280. *num.* Plodius *p.* 2. *l.* 1. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth. Sanctæ*, Luſitanus, Henricus Gandauenſis, qui eodem viuebat tempore *cap.* 43. *de viris illuſtr.* Trithemius *de Scriptor. Eccleſiaſt.* Leander *lib.* 1. *in B. Raymundo*, Caſtillus *part.* 1: *lib.* 3. *c.* 16. & 48. Alphonſus Geſualdus Cardinalis *in relatione ad Clem. VIII.* Petrus Pruſſienſis *in eius vita*, Antiſtites Mariani Marraccij *c.* 1. F. Nicolaus Lefeburè Carnutenſis *in Manuali hiſtorico*; Fontana *in Theatro* Bellarm. Rodulphus Nouiomagenſis, *libris tribus*. Coloniæ 1490. editis. Flaminius *lib.* 3. *de Dominicanis illuſtr.* Matthæus Raderus *in Bauaria Sancta*, Poſſeuinus, Spondanus, Odolricus, Philippus Labbe Soc. Ieſu, & alij.

LVDOVICVS VALLEZEOLETVS vir nomine celeberrimo in Ordinem adoptatus, vt præintellexit quæ ad Dominicanum ſpectabant, fecit omnia ad præſcriptum, & verè factus ad ſeuerioris diſciplinæ formam videri potuit, legum noſtrarum rigidus obſeruator. Adiunxit religioni ſtudium litterarum. Poſteritati tranſmiſit *vitam B. Alberti Magni*. Habetur in Bibliotheca Sancti Victoris Pariſienſis, ex Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 485. vide ann. 1414.

LEONARDVS PISTORIENSIS in Etruria Theologus peritiſſimus, ac magnus animarum zelator. Scripſit:
Summam Theologiæ diſtributam in tomos duos.
Luſitanus *in Bibl.* Plod. *p.* 2. *lib.* 1. Lucarinus, & Fontana *de Romana Prouincia cap.* 6.
Claruit ex Luſitano circa hunc annum.

IOANNES BALBVS patricius Genuenſis Ligur peritiſſimus lingua latina, & græca, ſcientijs ornatiſſimus, & vitæ ſanctimonia clarus, de quo Author Chronicorum hæc habet: *Gio: Balbo, nato nella Città di Genoua, dell' Ordine de' Predicatori in queſti tempi fù dottiſſimo, & eſſendo coſtui già d'età quaſi maturo, e di facoltà mondane aſſai ric-*

co, diſtribuì à poveri ogni ſoſtanza, ſi fece Religioſo, &c. In templo S. Thomæ Papienſis pictus cernitur, vt Beatus. Ita Alphonſus Fernandez, cuius verba ſunt: *Gran ſplendore apportò ne' tempi ſuoi alla patria Fr. Giouanni Balbo Genoueſe, religioſo di tale integrità, che non vi hà mancato chi lo riponga nel numero de' Beati, e come tale ſi vede dipinto nel tempio di S. Tomaſo di Pauia in luoco eminente, vicino al ſoffittato.* Edidit:

Dictionarium, cui titulus Catholicon, ideſt vniuerſale. Pariſijs, diligenti caſtigatione emendatũ per præſtantem virum Magiſtrum Petrum Aegidium in vtroque iure licentiatum vnà cum multis editionibus, tum caſtigatis, tum plurimorum poetarum ſententijs apprimè propoſitis, adductis, & probatis; necnon cum certis adnotationibus memoratu dignis, quo faciliùs ea, quæ quæruntur, inueſtigari poſſunt. Lugduni arte, & induſtria Antonij du Ry à Virginis partu M.D.XX. in folio.

Hoc opus *Catholicon*, vel *Summa Grammaticalis* reperitur in Bibliotheca Vaticana Codice 1472. 1473. & 1474. cum alijs fol. 116. Hic liber ſic ab Auctore concluditur: *Immenſas Omnipotenti Deo, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto gratiarum referimus actiones, qui noſtrum Catholicon ex multis, & diuerſis Doctorum texturis elaboratũ, atque contextum (licet per multa annorum curricula) in milleſimo, ducenteſimo octuageſimo ſexto anno Domini nonis Martij ad finem vſque perduxit, &c.*

Bracellus ita de illo: *Io: Balbus Ord. Prædicat. inter cætera ab eo præclara ſcripta, laborioſum opus, quod Catholicon vocari voluit, non ſine laude perfecit.* Scripſit etiam:

Poſtillam in quatuor Euangelia, ſecundum ſcholaſticam conſuetudinem (vt teſtatur *in Biblia Sancta* Sixtus Senenſis) quæ incipit: *Cur voluit Deus non plures, quàm quatuor eſſe Euangeliſtas.* Habetur Genuæ in Biblioth. Conuentus S. Dominici m. s.

Librum *Quæſtionum Theologicarum de Anima, & de ſpiritu.* Alijs.

De Anima, & de corpore.

Tractatũ ad in niendafeſta mobilia. Reperitur apud eoſdem.

Claruit circa hunc annum. Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta*, Luſitanus *in Bibl. pag.* 145. Plodius *p.* 2. *l.* 1. Sabellicus. Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, Sanſouinus, Ambroſius Gozzeus; Seraphinus Ractius, Alphonſus Fernandez, Abbas Michael Iuſtinianus *de Scriptor. Ligur.*

PETRVS DE ANDRIA in Apulia, diſcipulus S. Thomæ Aquinatis, vir eruditus recollegit commentaria ſui Sanctiſſimi Præceptoris Sancti Thomæ in Matthæum. Dictante enim Diu. Thoma, ipſe ſcribebat, quod opus deinde lectum à S. Doctore, approbatum fuit ab eo, vt ſuum. Scripſit etiam:

De perfectione vitæ ſpiritualis.

Fuit Petrus charus, ac acceptiſſimus Summo Pontifici Cæleſtino V. & Carolo II. Regi vtriuſque Siciliæ. Tempore tanti Patris ad inſtantiam Patrum noſtri Regni diuiſa fuit Prouincia Regni à Romana per Cæleſtinum V. Sũmum Pontificem anno 1294. Ita ex Breui dato Aquilæ Kalend. Septemb. Pontificatus Cæleſtini Anno primo. Hac diuiſione peracta, idem Summus Pontifex inſtituit Vicarium Prouincialem in Prouincia Regni eundem P. F. Petrum de Andria vſquequo Aquilæ in Capitulo Prouinciali in feſto Exaltationis S. Crucis eligeretur Prouincialis Prouinciæ Regni, quam diuiſionem poſteà Bonifacius VIII. confirmauit anno 1296. Deinde Petrus promotus fuit à Clemente VI. idibus Auguſti an. 1306. ad Eccleſiam Vicoaquenſem. In hac dignitate annos decem circiter vixit. Vghellus *tom.* 6. *Ital. ſac.* Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 634. *num.* 2. S. Antoninus 3. *par. hiſtor. tit.* 18. *c.* 10. Albertus Venetus, Luſitanus *in Chron.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Vallus *in compend. p.* 1.

THOMAS DE TEMPLO Hiſpanus, ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ Dominici multo tempore ſocius fuit, vir planè liberalium litterarum, & ſacræ ſcripturæ peritiſſimus, qui calluit quoque Theologicas diſciplinas, religione conſpicuus, necnon ſpectabilis fama; at ſuper omnia feruore ardenti complectebatur Virginem de Roſario, hinc ſcripſit:

Librum de miraculis Sanctiſſimi Roſarij Beatiſſimæ Virginis.

Item de prædicatione illius facta per eundem Sanctiſſimum Patrem.

Vixiſſe proditur ferè vſque ad hunc annum 1280. Taegius *in Monum. p.* 1. Luſitanus *in Biblioth.* & Plodius *par.* 2. *lib.* 1.

IACOBVS AQVINAS Neapolitanus ex illuſtriſſima familia noſtri Doctoris Angelici literis, moribus, & vitæ ſanctimonia maximè claruit. Humillimus fuit, charitatiuus, & totus orationi addictus. Ad imitationem ſui ſanctiſſimi conſanguinei D. Thomæ: *Librum ſcripſit in Guilelmum de Sancto Amore, & Giraldum*, qui in ſtatum arietabant Religionis. Vallus *in Compend. de vir. ill. Ord. Præd. Prou. Regni part.* 3.

Floruit circa hæc tempora Raynerus de Aquino Neapolitanus D. Thomæ Aquinatis frater, Archiepiſcopus Meſſanenſis in Sicilia, vir vtique, & ſplendore ſanguinis, & virtutum nitore, & multarum rerum cognitione illuſtris, qui ſui gregis commodo ſpirituali, & incremento totis incubuit viribus. Ea de re maximum poſteris ſuæ probitatis reliquit exemplum. Fuit enim ſpectabilis famæ, præſtans religione, Theologus non obſcurus, Philoſophus inſignis, diuinarumque Scripturarum lectione diligens, & aſſiduus.

Huius meminerunt Stephanus Sampayus, *Script. Regij Archiuij S. Dominici de Neapoli*. Vallus *in Compendio p.* 3.

In libro vetuſtiſſimo Conuentus Auerſani Anno 1309. pagina 129. fit mentio de alio F. Thoma Aquinate noſtri Ordinis viro quoque ſanctorum morum. Vallus *vbi ſupra*.

IOANNES VERCELLENSIS doctor Pariſienſis fuit Primus Prouinciæ Lombardiæ moderator; deinde Magiſter totius Ordinis Generalis: Eo munere fungẽs per 20. vel circiter annos, totũ ferè Ordinem ſedulò viſitauit, & prudentiſſimè rexit.

Fuit reuera regularis vitę ſtudioſiſſimus, necnon ſolers Sanctiſſimi Patris noſtri Dominici imitator. Ob ſuam raram prudentiam, doctrinamque cõmendabilem à Summis Pontificibus miſſus fuit ad Legationes aliquas pro Eccleſia obeundas.

Eum dicunt hoc anno 1281. è viuis ſublatum fuiſſe. Fuerat electus in Papam: de quo Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1281. *num.* 1. ex Plato, & Leandro Alberto hæc refert: *Nicolao III. Pont. Max. vita functo, ſunt qui ſubiungant Ioannem Viterbienſem, quem alij volunt fuiſſe Vercellenſem ex Magiſtro Ord. Præd. Generali Pontificem electum. Ferunt quòd cum is annis viginti Ordinem totum gubernaſſet, & eum quidem toto iam fermè orbe diffuſum pedibus obijſſet, ijs Cardinalium comitijs, quæ hoc interpontificio habita ſunt, hunc omnium ſuffragijs deſignatum; ſed tamen prius quàm eius rei nuncium acciperet, mortuum eſſe, præreptumque tot moleſtijs, quas & illa curarum moles allatura erat.* Vide *in meis elogijs p.* 2. *& in mea Chronol. ad annum* 1281. At circa obitus tempus, circa electionem Ioannis ad Summum Pontificatum, & pictu ram cum camauro, &c. res ſatis eſt anceps apud Auctores. Lege Plod. 1. *p. lib.* 1. Iacobum Suſatum, Leandrum Albertum, Caſtillum *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 49. Luſitanum *in Chron. decade* 1280. Robertum de Licio, Ractium, & alios.

Luce clarius eſt Ioannem mortuum eſſe anno 1283. in Gallia apud Monteṁ Peſſulanum 3. Kalendas Decembris, quo anno etiam certiſſimum eſt Sedem non vacaſſe. Quare neſcio quomodo poſſit verificari ipſum electum fuiſſe Pontificem, & defunctum antequam ad ipſum perueniꞇ nuncius. Scripſit Beatus, ac eruditiſſimus Pater:

Librum variorum Sermonum ad Clerũ

Item Sermones pro quolibet ſtatu:

Epiſtolas quoque exhortatorias ad omnes Ord. Fratres.

Albertus Venetus, Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Luſitanus.

Anno 1282.

DIDACVS DE LAVSANIA Prouinciæ Franciæ quondam digniſſimus moderator, vir ſuauis eloquio, ingenio præſtantiſsimus, vita quoque tantũ, atq; doctrina clariſſimus, vt apud omnes in pretio haberetur. Scripſit:

Super Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium.

Præterea ſuper Prouerbia Salomonis, & ſuper alios libros ſacræ Scripturæ.

Demum Sermones totius Anni.

Caſtillus 1. *p. lib.* 3. *c.*49.

Vt vixerat, ita circa hæc tempora mirabili obitu actualis vitæ ſtadium terminauit.

Anno 1283.

RAYMVNDVS MARTINI CATHALANVS Barcinonenſis linguarum notitia clarus, præſertim hebraicæ, in ſæculari, & diuina Philoſophia doctiſſimus, cuius opus ſibi vendicauerat Galatinus, Iudæorum ſectā nemo validiùs eo contudit: Anno currente 1283. ad eorum peruincendam, & domandam perfidiam.

Scripſit duo doctiſsima volumina, quorum vni titulus.

Capiſtrum Iudæorum. Alteri:

Pugio Fidei.

Primum perijſſe creditur; alterum, iam ſupra diximus, Galatinum ſibi arrogauiſſe. At cura Domini Ioſephi de Voiſins ſuo Authori, & Ordini noſtro reſtitutum.

In Pugione fidei tractat de varietate illorum, qui à via ſalutis aberrant. Hunc Author edidit latinè ac græcè, & manuſcriptus extat in Conuentu S. Dominici de Neapoli. Diſtinguitur in tres partes; prima continet viginti ſex capita: ſecunda quindecim: vltima quadraginta tria.

Fuit hic Philoſophus acutiſsimus, ac Theologus non ſecundus. Peritiſsimus etiam in quatuor linguis, Latina, Hebræa, Caldaica, & Arabica. Scripſit:

Aliquas Summas contra Alcoranum Saracenorum.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Append.*

Anno 1284.

GVILELMVS TONNAIS Neapolitanus ex clariſſimo ſanguine Gallo litteris floruit, probitate morum, candore vitæ, & prudentia ſingulari. Ob quæ ita Regi Neapolitano Carolo Andegauenſi huius nominis Primo intimus fuit, & gratus, vt illum Rex, amplificato decore, à ſacris confeſſionibus, comitem, & à ſecretis filio ſuo Carolo Principi Salernitano, qui ei ſucceſſit in Regno, prudentiſſimè deſtinauerit. Salernitano igitur Principi ſemper fidiſſimus affuit confeſſarius, comes, atque Commilito, & maximè belli, quod contra Petrum III. de Aragonia ob Siciliam ei ademptam, iniuit, Tonais. Huius concilio, & ſuaſu, cum in vinculis arctiſſimè Barcinone à Petro detineretur, opem implorauit Sanctæ Mariæ Magdalenæ, à qua, nuncupato voto, diuinitus ereptus fuit ab illis. Lege Syluestrum Prieratam *in Roſa Aurea Fer.* 5. *infra Octauam Reſurrect.* Ptolomæum Lucenſem *in Chronicis*, Laurentium Surium *in Feſto S. Mariæ Magdalenæ*, Caſtillum *p.* 1. *hiſt. lib.* 2. *cap.* 22. Bzouium *tom.* 13. *Annal. an.* 1283. Razzium, Thomam Turgillum *in vita S. Mariæ Magdalenæ*, Vallum *in Compendio vir. Illuſtr. p.* 1. Plodium & alios.

Plura doctiſſimus Pater elucubrauit, & præſertim.

Super vniuerſam ſacram Scripturam.

Floruit circa hunc annū 1284. Vallus *in Compendio vir. illuſtr. Prou. Regni Neapolis Ord. Præd. part.* 1.

Anno 1285.

SANCTVS AMBROSIVS SENENSIS ex nobili familia Sanſedonia, vir ſpiritus feruore, ac vitæ ſanctitate clariſſimus, in diuinis litteris optimè verſatus, & Theologicæ diſciplinæ Profeſſor eximius. Adhuc puerulus à patre precibus impetrauit, vt veſpere quolibet Sabbati, & mane diei ſolis poſſet quinque peregrinos in propria introducere, ac opiparè hoſpitari. Cibos his miniſtrabat, & præter nummos cubile. Deo hoſpiti arridente, factum eſt, vt quadam vice quinorum hoſpitum loco, quinque Angelos, qui cantibus deinde, ac ſonis Ambroſium recreauerunt, reciperet. Emiſſa profeſsione, animum ſtudijs appulit, & nactus eſt præceptorem Albertum Magnum Coloniæ, cōdiſcipulos Angelicum Thomam, &

ſimi-

ſimiles. Liberalium artium, & ſacræ Theologiæ ſuo tempore peritiſsimus Pariſijs, & Coloniæ magna cum admiratione, & maiori frequentium diſcipulorum fructu, cathedras rexit. Præterea per XL. annos Italiæ, Germaniæ, Galliarumque populos concionibus ad meliorem trahens frugem allexit. Bandino Epiſcopo à Garzijs trucidato, à Capitulo Senenſi eligitur in Paſtorem. At vir Sanctus ex animi moderatione ſibi delatum onus ſubire, adhuc ſummo Pontifice vrgente, recuſauit. Vghellus *Italia Sacra tom. 3.* Vgurgerius Azolinus *in Pompis Senen. tit. 6.* Fontana *in Theatro 1. p. cap. 4. tit. 89. num. 3.*

Cum Prioris munus in noſtro Conuentu Vrbeuetano exerceret, ab Vrbano IV. Apoſtolicus Legatus ad Genuenſes miſſus eſt an. 1264. Illuc deſtinatus fuit Ambroſius, vt ciues quoſdam, qui in malum Reipublicæ Chriſtianæ cum Michaele Palæologo ſocietatem inierãt, diſſociaret, ne iñ poſterum contra Achaiæ Principem, alioſque in Oriente Latinos; in Occidente autem, ne contra Romanam Eccleſiã, aut contra Venetos S. Eccleſiæ in ſummis diſcriminibus tutulares opem ferrent Manfredo. Suberat tunc temporis Ciuitas Ianuenſis interdicto Eccleſiaſtico. Quare Pontifex maximus illud vſque ad S. Michaelis diem, quæ in penultima Septembris incidit, vt ſancto Ambroſio facilior via ad ſibi impoſita negotia perficienda pateret, ſuſpendit. Bzouius *in Annalibus Eccleſ. an. 1264. num. 9.* & Fontana *in Theatro p. 2. c. 2. tit. 2.*

Sacri palatij vniuerſitatem iam pridem Friderici II. eiuſque ſequacium perſecutionibus Romanæ Eccleſiæ illatis deſertam, ex Pontificio decreto Vrbani IV. reſtituit, ac in ea cum ſua, & Ordinis laude maxima docuit annos tres. Legebant olim in Palatio Vaticano Lectores. Conſuetudo hæc Romæ vſque ad Leonis X. Pontificis Maximi tempora perdurauit. Hic deinceps, vt publico commodo conſuleret auditorum, atque vt à diſputantium clamoribus Palatium Apoſtolicũ eximeret, Gymnaſia in Romanam Sapientiam, quam in Vrbis nobiliori parte conſtruxit, reportauit. Tres igitur annos Sanſedonius in Palatij Vaticani vniuerſitate perlegit litteras ſacras. Ita rem narrat D. Iulius Sanſedonius Epiſcopus Groſſetanus in eiuſdem S. Ambroſij Sanſedonij gentilis ſui vita, quam Romæ apud Iacobum Maſcardum cum Pauli V. Pontificis Maximi priuilegio an. 1611. impreſsit. *Eſſendo mancate in Roma le Schuole publiche di Theologia per le turbolenze di quei tempi, ne' quali Federico Secondo, e ſeguaci ſuoi haueuano lungamente trauagliata la Chieſa di Dio; & eſſendo il Romano Pontefice molto ben ſodisfatto di F. Ambroſio per quello, che adoperato l'haueua per ſeruigio di S. Chieſa, volle promouerlo à Veſcouado: ma ricuſando egli per humiltà, ſi ſerui di lui per riformare, & à buono ſtato ridurre lo ſtudio di Roma, oue leſſe Theologia tre anni, & predicò in detta città con grandiſſimo concorſo, non ſolo di popolo, ma di Cardinali, di Prelati, e Signori, e di huomini ſcientiati: E piacque à Dio benedetto di produrre largo frutto dalla ſemenza della ſua parola per miniſterio di F. Ambroſio à ſalute dell'anime, & à riduzione in buona forma dello ſtudio publico di Roma, oue non dimeno era egli pauroſo grandemente di ſtare, temendo l'applauſo delle ſue lettere, e predicationi.*

Sacris veſtibus Beatam Genoueſam viduam Tertij Ordinis S. Dominici induit. Ex Faſtis Senenſibus die 24. Decembris:

Pios, & religioſiſsimos habuit diſcipulos, & doctiſsimos. Inter cæteros Fr. Dionyſium de Becci à S. Geminiano, de quo an. 1289.

Fuit erga Virginem Deiparam deuotiſsimus: quare euulgauit *Sermones de B. Virgine, & de alijs.*

Præterea volumina duo ſermonum de tempore, ac de Sanctis.

Inſuper Quadrageſimale.

Fontana *de Romana Prou. cap. 6.* Iacobus Suſatus, Luſitanus *in Bibl.* & alij.

Ad cælum feliciſsimo tramite appulit anno Chriſti nati 1285. quartodecimo Kal. Aprilis. Viuus, & vita functus miraculis clatuit. Hora tranſitus columba nitida, & pulcherrima,

in cuius medio lucidum ſidus ſuper conuentum exiſtens cernebatur; apparuit. Hæc, & alia plura habentur apud Caſtillum *Centuria p.* 1. Leandrū *lib.* 3. Razium, Sebaſtianum Flaminium *in vita eius*, Plodium *de viris illuſt. Ord.* Taegium *p.* 1. Fernandez *in Concertat. Prædic.* Mattaccium *in Bibl. Mar. Panagion meum eleg.* 3. 1. *part.*

THOMAS THOMASELLVS Peruſinus Sancto Thoma vſus in diſciplinis, Theologus euaſit doctiſsimus, magnaque probitate morum enituit ſub magiſtro; Philoſophiam, litteralque diuinas pluribus in locis explicuit. Scripſit:

Super magiſtrum ſententiarum.

Hoc anno Peruſij animam Deo reddidit glorioſam 1285. Aetatis ſuæ 82. Lucarinus in M. S. & Fontana *de Romana Prou. cap.* 6.

Anno 1286.

IACOBVS CASTELBONVS Peruſinus vir doctiſsimus & pius cum eſſet Prior in Conuentu S. Sabinę de Vrbe, ab Honorio IV. hoc annō 1286. Epiſcopus Florentinus (nondum enim Archiepiſcopali dignitate ornata erat dicta Eccleſia) creatur. Solemnem ſui muneris iniens poſſeſsionem, anni dicti die 8. Iunij Florentiam introiuit. At tranſactis XL. diebus, ſui acerbum deſiderium relinquens Vrbi, obiuit.

Cudit ſermones prædicabiles. Lucarinus *in M.S.* & Fontana *de Romana Prou. cap.* 6.

Anno 1288.

NICOLAVS HANAPVS, VEL ANAPVS, vel de Anapijs Gallus ex diœceſi Rhemenſi Romæ Pænitentiarius à Martino IV. deligitur. Deinde ab eodem datur Patriarcha Hieroſolymitanus. Hanc dignitatem ſummo cum decore, ac laude retinuit ſeptem annos: In Syria, & Paleſtina primus fidei Cenſor à Nicolao III. cōtra Iudæos, & Hæreticos illic graſſantes conſtituitur. Spondanus ad annum 1294. Fuit planè verus fidei cultor, ardentiſsimus Dei amator; qui ſaluti conſulēs hominum, veritatem, ſanamque doctrinam, Chriſtum, & Paulum imitans, indefeſsè prædicabat laborioſus. Huius ad patriarcharum Hieroſolymitanum promotio ſic ab amico Fōtana *in ſuo Theatro refertur. Cum eſſet in Vrbe Apoſtolicæ ſedis Pænitentiarius, vacante Patriarchali ſede Hieroſolymitana anno* 1281. *cupiens Martinus Papa IV. eidem præficere virum tanto munere dignum, in publico Conſiſtorio Cardinalibus iniunxit, vt ſibi, quem idoneum ad talem Præfecturam iudicarent, poſtridie ſinguli nunciarent; qui diuino ſpiritu afflante, in Nicolaum omnes animum figentes, eū Patriarchali infula digniſſimum Pontifici Maximo nominauere: à quo conſecratus eſt, datis huiuſmodi promotionis litteris Apoſtolicis Kal. Maij.* Hæc ille.

Obijt cum Sanctitatis odore hoc annō 1288. quo Vrbs Acon, dicta Ptolemais, capta fuit à Barbaris.

Edidit, velut Enchiridion, librum, in quo collegit *vniuerſæ Sacræ Scripturæ exempla ad deteſtanda vitia, & ad amplectendas virtutes*, quem dicunt *Biblia Pauperum:*

Hoc opus quidam falsò adſcripſere D. Bonauenturæ: eſſe verò Nicolai de Anapijs conuincitur è manu ſcripto, quod antiquiſsimis characteribus exaratū in membranis conſeruatur Neapoli in Conuentu noſtro S. Dominici *in Bibliotheca communi*. Luſitanus, Miræus *in Auctario*; Plodius *de vir. illuſt. Ord. lib.* 6.

Titulus igitur eodicis eſt. *Virtutum, vitiorumque exempla ex vniuerſo vtriuſque legis promptuario decerpta.* Venetijs per Ioannem Patauinum, & Ventūrinum Roſſinellis 1537. in 16. tertia impreſsione ſtudio, & laboribus A. R. P. F. Maximi Trochæi Taruiſini noſtri Ordinis. Prodijt etiam in lucem Tubingæ an. 1533. & Pariſijs 1547. teſte Miræo *de ſcript. Eccleſ.* qui tamen ſimul cum Sixto Senenſi in aſsignando illius obitus anno 1430. decipitur vt patet *ex lib. Prou. Prælat.* Martini Papæ IV. *ex M. S.* Vghelli, ex Plodio *p.* 4. *in Patriar. Ordinis, ex Sacro Theatro* Fontanę *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *Epitom.*

Geſ-

Geſneri, Taeglo *par. 6.* Luſitano *in Biblioth.* & Plod. *part. 2. lib. 1.*

Hoc anno die 22. Februarij Cardinales in Cœnobio noſtro S. Sabinæ de Vrbe, in conclaui ibi recluſi eligunt in Summum Pontificem Fratrem Hieronymum Aſculanum Minoritam pietate, ac ſcientia inſignem, quem Nicolaum IV. vocauerunt. Caualerius in vitis Pontificum, Plodius *de viris illuſtr. Ord. lib. 4.* poſt Summos Pontifices Ordinis, Fontana *in Theatro p. 2. cap. 4. tit. 11. num. 2.*

THEODORICVS DE APOLDIA Erfordienſis, vir ingenio præſtans, ſermone vtcunque purus, & eruditus, natione Germanus iuſſu Fr. Munionis Zamorrenſis VII. noſtri Ordinis Generalis concinnauit accuratiſſimè hiſtoriam, ſiue:

Legendam Sanctiſſimi P. noſtri Dominici.

Rurſus libros octo de vita, & geſtis Sanctæ Eliſabethæ filiæ Andreæ Regis Hungarorum, & Ludouici Landgrauij Thuringiæ Viduæ.

Hos libros ex manuſcriptis codicibus Caniſius *tom. lect. antiq.* primùm publicauit: & Raderus *tom. 1. Bauariâ Sancta*, in compendium eleganti ſtylo redegit. Eliſabetha Matburgi anno 1231 obijt. Taegius *part. 1.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 1.* & Miræus *in Auctario cap. 394.*

Anno 1289.

DIONYSIVS BECCI à S. Geminiano vnus ex diſcipulis S. Ambroſij Sanſedonij Senenſis fuit candore vitæ puriſſimus, celebris Eccleſiaſtes, & doctus.

Scripſit vitam Magiſtri ſui Sanctiſſimi, & dulciſſimi S. Ambroſij Sanſedonij Senenſis. Ex Additione F. Hyacinthi Genuenſis ad Caſtil. *part. 1. lib. 3. cap. 53.*

RECVPERVS, SIVE RECVPERATVS à Petra mala in Comitatu Aretino contemporaneus fuit S. Ambroſio Sanſedonio, Sac. Theologiæ Magiſter eximius ex commiſſione Honorij IV. Summi Pontificis, qui ſedit in Petri cathedra ab anno 1285. vſque ad an. 1288. Scripſit:

Vitam B. Ambroſij Sanſedonij. Ex additione F. Hyacinthi Genuenſis ad Caſtill. *p. 1. lib. 3. cap. 53.*

GISBERTVS AB ALEXANDRIA Philoſophus, ac Theologus celeberrimus, fuit diſcipulus S. Thomæ Aquinatis.

Ex commiſſione Honorij IV. Summi Pontificis ſcripſit, & hic:

Vitam S. Ambroſij Sanſedonij.

Ex additione Hyacinthi Genuenſis ad Chronicon Ferdinandi de Caſtillio *p. 1. lib. 3. cap. 53.*

BEATVS ALDOBRANDINVS PAPARONVS Vitæ ſanctimoniæ, ac doctrina percelebris: Hic fuit Beatæ Genbuefæ viduę, tertij Ordinis S. Dominici à confeſſionibus. Anno 1292. nono Kalendas Ianuarij in obitu B. Genoueſæ, tam luculenta concione illā laudauit vt in auditorum animis ea reuixiſſe videretur. Cum ſe noſtræ Religioni dediſſet, feliciſſimè ſtudiorum curſum emenſus, Philoſophiam, & ſacras litteras eodem euentu edocuit.

Ex cõmmiſsione Honorij IV. Summi Pontificis ſcripſit.

Vitam S. Ambroſij Sanſedonij. Ex additione F. Hyacinthi Genuenſis ad Hiſtoriam S. Dominici F. Ferdinandi de Caſtillo *part. 1. lib. 3. cap. 53.* Ex faſtis Senenſibus Academiæ Intronatorum die 24. Decembris in vita noſtræ Beatæ Genoueſæ.

ODOARDVS VICEDOMINI Senenſis literis humanioribus præter Philoſophiam, & Sac. Theologiam imbutus, ex commiſſione eiuſdem Honorij IV. Summi Pontificis, & hic etiam ſcripſit:

Vitam, & Miracula S. Ambroſij Sanſedonij. Ex additione F. Hyacinthi Genuenſis ad Hiſtor. S. Dominici Ferdinandi de Caſtillo *part. 1. lib. 3. cap. 53.*

Vir vel paupertatis, vel indifferentiæ, vel Religioſæ perfectionis ſtudio inſignis quo anno è vita deceſſerit, mihi eſt incompertum.

Anno 1290.

BEATVS IACOBVS DE VORAGINE, vulgò VARASE, quod eſt

eſt oppidum, in ora maritima Ligurum non longe à Genua ſitum, vir multæ, variæque lectionis, & in ſacris declamationibus omnium opinione, ſuo tempore celebris, præſertim propria lingua facundus; qui etiam propter claritatem vitæ, atque omnigenæ eruditionis pręſtantiã fuit anno 1267. & 1281. moderator Prouinc. Lomb. poſtea Vicarius Generalis Ordinis, deinde electus eſt Archiepiſcopus Genuenſis vnanimiter à Capitulo, & cõfirmatus à Nicolao IV. cumque Papa anno 1292. die 4. Aprilis obiuerit, Iacobus ſolemniter inauguratus fuit (Vacãte tunc Apoſtolica Sede) à Cardinale Latino Vrſino Epiſcopo Hoſtienſi ex noſtro Ordine aſſumpto ex Sacri Cardinalium Collegij aſſenſu. Ita Vghellus *Italia Sacra tom.* 4. Fuit hiſtoriarum ſcriptor non contemnẽdus, adeoque fuit addictus lectioni librorum Sancti Auguſtini, vt ferè omnia eius opera habuerit in memoria. Caſtillus *Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. & Sixtus Senenſis *lib.* 4. Bibl.

Huius magni luminaris Eccleſiæ meminerunt Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Caſtillus *locis citatis*, *& citandis*, Bzouius *tom.* 13. *ad annum* 1288. *num.* 6. *&* 1263. *num.* 11. Luſitanus *in Biblioth.* Vghellus *tom.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.* Fontana *in theatr. p.* 1. *c.* 4. Poſſeuinus, Vuoſſius.

Obiiſſe dicitur anno ſalutis 1290. Ita Antonius Senenſis *in Biblio. Prædicatorum*, Marraecius *in Biblioth. Mariana*, *& alij*. At Caſtillus *Centur.* 2. 2. *lib.* 1. *cap.* 31. refert in fata conceſſiſſe anno 1314. Cæterũ verius eſt obijſſe Menſe Iunio anno 1298. ita Bzouius *tom.* 13. *ad annum* 1288. *num.* 6. *& annum* 1263. *num.* 11. Luſitanus *in Biblioth.* Vghellus *to.* 4. Fontana *in theatro*, Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Abbas Iuſtinianus de Script. Lig. ſcripſit:

In defenſionem Ordinis contra impugnatores eiuſdem, quòd non viuerent ſecundum Apoſtolicam regulam.

Caſtillus *centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 49. *& centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31.

In compendium redegit ſummam vitiorum, & virtutum Guilielmi Peraldi. ſcripſit:

Hiſtoriam Lombardicam. *Lugd. per Stephanum Balam* 1510.

Item librum de Opuſculis Sancti Auguſtini.

Chronicon Ianuenſis Ciuitatis, Paſtorumq; eiuſdem ab Vrbis fundatione vſque ad annum 1213.

Legendam Sanctorum abbreuiatam. Venetijs per Magiſtrum Chriſtophorum Arnoldum 1478. in folio.

Quadrageſimale. Venetijs apud Nicolaum Polum, & ſocios 1602. in 4. extant m. ſ. Romæ in Bibliotheca Reginę Suetiæ, & in Bibl. Bold.

Sermonem de planctu B. Mariæ Virginis. ibidem.

Sermones aureos, & pulcherrimos de tempore per totum anni Circulum.

Venetijs apud Iacobum de Giunta. 1544. in 4.

Sermones de Sanctis per anni totius Orbitam.

Venetijs. 1602. apud Nicolaum Polum, & ſocios in 4. & dudum diligentiſſimè emendati fuere, atque cum magna ſolicitudine correcti, & caſtigati per viros venerabiles Fratrem Colam Campanum, Sac. Theologiæ Baccalaureum Ordinis Minorum, & Fratrem Hieronymum de Cherio Magiſtrum Studẽtium Sacri Ordinis Prędicatorum. Papiæ. 1500. Apud Iacob. de Paucis drapis de Burgho Francho.

Mariale aureum, pulcherrimumque de Laudibus Matris Dei, Alphabetico ordine digeſtum, ac centum, & ſexaginta ſermonibus diſtinctum.

Moguntiæ, typis Petri Cholini. anno 1516. in 4. Item Venetijs 1497. per Simonem de Lucre. in 4.

Primus omnium vtriuſque teſtamenti Sacra volumina in Italicam linguam ſumma fide ac diligentia vertit, & eunlgauit anno 1270.

Frontiſpicium Maluendæ in tomi primi commentarijs Sacrę Scripturę. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.* Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 4. *tit.* 52. *num.* 1.

Bis (vt dictum eſt) fuit Prior Prouincialis in Prouincia Lombardiæ; primùm anno 1267. deinde anno 1281. Caſtillus *p.* 1. *Taegius*, Luſitanus *in Biblioth.* *Ractius*, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Obertus Folietta, *in hiſtor. Genuenſi.* Aſſum-

Aſſumptus ad Paſtorale munus totum pietatis operibus ſe adiecit: redditus Epiſcopales, tunc temporis copioſiſſimos, in pauperum vſus conſumpſit, ijs tantum ſibi retentis, quæ ad pauperculi fratris ſuſtentationem neceſſaria cenſebantur.

CONRADVS HALBERSTATENSIS, ſiue (vt Sixtus Senenſis vocat *in Biblioth.*) Halberſtadius, quẽ Antonius Senenſis dicit (errore fortaſſe Typographorum) Hartadenſem, Germanus, Magiſter in Theologia, vir ingenio excellens, Philoſophus admirandus, Theologus præſtantiſſimus, & in diuinis ſcripturis adeo dertrıus, vt vniuerſum vetus, ac nouum teſtamẽtum memoria retineret. Nec minoris integritatis, quàm eruditionis Religioſus, inter alia non ſpernenda opera, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria deduxit, edidit.

Commentaria ſuper libros Moyſis.
In Ioſue, Iudicum, Ruth.
Super quatuor libros Regum.
Super duos Paralipomenon.
Super Eſdram, Nehemiam, Tobiam.
In Heſter, Iudit, & in Pſalmos.
In Iob etiam ſcholaſticam Poſtillam, quæ incipit: Vſque in rempus ſuſtinui.
Super ſapientiam, Cantica, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Eccleſiaſticum.
Super quatuor Prophetas Maiores.
Super duodecim minores.
In libros Machabæorum.
Super omnes Euangeliſtas.
Super omnes Epiſtolas Pauli.
Super alias Canonicas.
In Actus Apoſtolorum.
In Apocalypſim.
Poſtillam, præter hæc, ſuper Iobum.
Gloſam ſuper Ioſue.
Librum de numero duodenario.
De Regno Romanorum.
De vera beatitudine.
De viſione Beata.
De conſolatione Afflictorum.
Quadripartitum morale.
Summam in tres libros in gratiam Studentium.
Sermones de tempore, & de Sanctis.
Opuſculum de viduitate.
Aliud de ſenectute.
Aliud de bono mortis.
De Virginitate.
De origine Regnorum.
De Triuio.
De Paupertate.
De muliere bona, de muliere mala.

Floruit anno incarnationis Dominicæ 1290. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marraccius *in Bibl. Mariana, ſupplement. Chronic.* Sixtus Senenſis, Ractius, & Plodius *p.2.l.1.*

Ferunt quidam apud F. Thomam de Turgillo Ord. Præd. Hugonem de S. Charo incredibili labore compoſuiſſe *Concordantias Sacræ Bibliæ*, ſed ſubdunt aliquam ſubijſſe laboris partem hunc virum grauiſſimum, nomine Conradum Alberſtadium natione Germanum cum alijs plurimis religioſis viris, ac doctis eiuſdem Ordinis, qui ad id negotij fuere per varia Monaſteria, atque Prouincias deputati; Prædictis Biblia-Sacra diſtribuentes, omnibus præſcripſerunt, vt idem Ordo, ſtylus, ac methodus ſeruarentur, Hac via fieri potuit, vt admirabile, pretioſum, & numquam ſatis laudatum volumen in lucem prodiret. Hæc Trugillus: Alij addunt hunc omnium primum ordinaſſe, adauxiſſeque concordantias veteris, & noui Teſtamenri; & etiam addidiſſe voces indeclinabiles cum indice linearum, & Capitulorum. Ita *ſupplement. Chron.* Sixtus Senenſis, Ractius, Plodius *p.2.l.1.*

IOANNES BROMIARDVS Anglus floruit ex Vincentio Baronio, Plodio, & alijs hoc anno 1290. Authori *Supplement. Chron. an.* 1406. Caſtillus refert claruiſſe circa ann. 1315. alij 1390. Pitſeus *de Script. Anglis ætate XIV.* Fuit ingenio acutiſsimo præditus, Theologus excellentiſsimus, ac diuini verbi prædicator nõ mediocris, qui primùm fuit Sacræ Theologiæ doctor Oxonienſis, deinde ſupremæ facultatis profeſſor Cantabricenſis. Edidit:

Librum moralitatum ſuper leges Pontificias, & Cæſareas per Alphabetum.
Item ſeptem diuerſos libros variarum rerum.
Præterea Summam Prædicantium omni

ni eruditione refertam in duas diſtributam partes.

Venetijs 1586. apud Dominicum Nicolinum in 4.

Summam quoque iuris naturalis.

Collationes eiuſdem.

Librum etiam, qui dicitur Regiſtrum eiuſdem.

Item perſuaſiones eiuſdem.

Sermones de tempore, & de Sanctis per totum annum.

Summam de Beata Maria Virgine.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *part.2.lib.1.*

STEPHANVS DE SALANACO Lemouicenſis Gallus, doctiſſimus, ac vitæ regularis vigilantiſſimus cuſtos, vir omni laude ſuperior, fuit de Prouincia Prouinciæ, & ſcripſit.

Librum de principijs Ordinis noſtri.

Item Librum de quatuor rebus, quibus Deus inſigniuit noſtram Religionem, videlicet.

De bono, & ſtrenuo Duce.

De illuſtri, & nobili proſapia.

De glorioſo nomine.

De modo profeſſionis.

Habentur hæc Mediolani in Conuentu noſtro Gratiarum. Ita Taegius *p. 1. & 4.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *part. 2. lib. 1. Martyrologium Domin.* Maluenda.

Obijt ex ſupradictis hoc anno 1290.

IOANNES DE MALIACO vitæ probitate, ac doctrina ſatis conſpicuus, necnon hiſtoriarum peritus. Scripſit:

Chronicam hiſtorialem.

Claruit circa hæc tempora 1290. Luſitanus *in Bibl.*

IOANNES BROMIARDVS eodem tempore floruit, qui fuit etiam litteris, & probitate inſignis, iuriſque Pontificij, ac Cæſarei peritiſſimus, quare ſcripſit.

Librum Moralizationum vtriuſque iuris per Alphabetum.

Luſitanus *in Bibl.* qui licet hunc ponat diſtinctum à Ioanne Bromiard Anglo in hoc anno etiam recenſito, puto tamen hunc eſſe eundem, cum propter eadem ſpatia temporis, tum propter vniformitatem nominis, & cognominis, tum etiam, quòd vnus eſt ille liber, de quo ſcripſerunt. *Liber moralizationum vtriuſque iuris per Alphabetum.*

B. REGINALDVS, SIVE RANALDVS Priuernas fuit (inquit Flaminius in vita S. Thomæ) diſcipulus, ac perpetuus vitæ, ac viarum S. Thomæ comes, & dictorum, factorumque, nec non conſcientiæ ſuæ fidiſſimus obſeruator, & teſtis, cui Sanctiſsimus doctor plurima reuelauit. Huic non ſolum multa manifeſtauit, ſed quædam dicauit opuſcula, & præſertim librum cui titulus.

Speculum Theologiæ, in ſpeciali ſcilicet de Chriſtiana Religione, ſub fide, ſpe & charitate.

Item opuſculum III. cui titulus: *Ad Fratrem Reginaldum ſocium ſuũ chariſſimum.* Exordium verò: *Aeſerni Patris verbum.* Opuſculum XV. in quo tractatur de Angelis, & de ſubſtantijs ſeparatis. titulus eſt: *Ad Fratrem Reginaldum Socium ſuum cariſſimum.* Initium verò: *Quia Sacris Angelorum ſolemnijs, &c.*

Præterea opuſculum 26. *de Aſtrorum* iudicijs, cui titulus: *Ad Fr. Reginaldum ſocium ſuum chariſſimum*, & incipit *quia petiſti, vt ſcriberem, &c.*

Reginaldus chariſſimus Sancto Thomæ, vir æquè pius, & doctus recollegit commentaria eiuſdem Sanctiſsimi Præceptoris in Ioannem. Priora quinque capitula ſcripta ſunt manu, & ſtylo Sancti doctoris; reliqua verò adunata fuerunt à Ranaldo ex lectionibus, quas S. doctor iam legerat. Liber ſic incipit: *Vidi Dominum*: Et extat manuſcriptus *in. Bibl. Præd. Bononiæ.*

Præterea recollegit multa alia ſuper Epiſtolas Pauli, & ſuper ſeptem Canonicas. S. Thomas ſcripſit manu propria, & ſtylo ſuper epiſtolas ad Romanos, & ſuper duas ad Corinthios, & ſuper vndecim capita ad Hebræos. Cæterum reliqua recollecta fuerũt ab hoc Authore Ranaldo; exceperat tamen illa à S. Thoma, cum legeret. S. Antoninus *3. p. hiſtor. tit. 18. c. 10.* Luſitanus. Scripſit etiam doctiſſimus Pater:

Super libros de Anima.

Librum ſermonum.

Super maiorem partem Pſalterij:

Et alia plura, quæ M. S. in Regio S. Dominici de Neapoli conuentu aſſeruan-

uantur. Defuncto S. Thoma, Reginaldus rediјt Neapolim, & moderatus eſt eandem cathedram Sancti Doctoris.

In Bibliotheca S. Dominici de Neapoli inueniūtur commentaria ſuper Ioannem, & in libri frontiſpicio ſic legitur:

Poſtilla Fratris Reginaldi de Piperno Ord. Prædicatorum ſocij Beati Thomæ de Aquino, quam, Beato Thoma legente, recollegit.

Fuit à Marſicenſi Capitulo in Regno Neapolitano ſub Salernitana Metrop. cum Grumentina copulata electus Epiſcopus; & à Gregorio X. Pontifice Maximo anno 1275. confirmatus. At cum Reginaldus ſibi oblatam dignitatem ſuſcipere renueret, rogauit Ioannem Vercellenſem Magiſtrum Ordinis Generalem, vt ſuam electionem, denegata ſibi Præſulatum acceptandi facultate, præpedire dignaretur hac via. Re autem ad Pontificem Summum delata, Magiſtro Ordinis, vt licentiam acceptandi Eccleſiam iam Fr. Reginaldo collatam illi ſtatim impertiretur, Apoſtolicis litteris Belgradi V. Kalendas Iunij, Pontificatus ſui anno IV. datis, mandauit. Ea propter Magiſter Ordinis ad ſummi Pontificis nutum, Priuernatem, ad huius Eccleſiæ regimen quantocius ſuſcipiendum, conſtrinxit: Paruit monitis Reginaldus. Vt viuebat, ſanctiſsimè rexit Eccleſiam.

Quieuit in Domino circa hunc annum 1290. A noſtris, & à Priuernatibus inter Beatos Ordinis numeratur.

De illo ſcripſerunt S. Antoninus 3. *parte hiſtor. tit.* 18. *cap.* 10. §. 11. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* Gozzeus Caſtillus 1. *p. lib.* 3. *cap.* 49. Vallus *de viris illuſtribus Prouinciæ Regni Ordinis Prædicat.* Plodius *inter Beatos Ordinis*, Vghellus *tom.* 7. *Italiæ Sacræ*, *Theatrū* Fontanæ *p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 367. *num.* 3. Lucarinus *in M. S.* Luſitanus *in Bibl.*

IOANNES PARISIENSIS ſecundus.

Compoſuit doctiſſima commentaria ſuper quatuor libros ſententiarum, & floruit circa hæc tempora, alius tamen ab illo, qui aperuit ludum Pariſijs, & ſub Bonifacio VIII. & Philippo Pulchro Galliæ Rege edidit librum de Poteſtate ſummi Pontificis, & Regis.

HENRICVS TEVTO Magiſtro vitæ, ac diſciplinæ vſus fuit maximo illo Alberto, à quo cæleſtes ſapientiæ fontes exhauſit. Ornatus omni genere doctrinarum, ob ſuas virtutes innumeras, & exactiſsimam vitam, plurimi apud omnes habebatur. Quare & ipſe euectus à Summo Pontifice fuit ad Epiſcopatum Ratisbonenſem. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum, & alia multa.

Claruit hoc anno 1290. Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Taegius *in monum. p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

NICOLAVS DE HANCINIS Patriarcha Hieroſolymitanus V. ſucceſſit in Patriarchatu noſtro Fratri Nicolao de Anapijs Remenſi Gallo ex Prouincia Franciæ, de quo ſcripſimus anno 1288. Fuit hic de Hancinis vir grauis, prudens, & eruditione illuſtris. Creatus eſt Patriarcha ab Honorio IV. *Ex libris prouis. Prælat. eiuſdem Summi Pontificis, ex M. S.* Vghelli, ex Plodio *p.* 4. *inter Patriarchas Ord.* & ex Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 3. *tit.* 4. *n.* 4.

Compoſuit librum, cui appoſuit titulum.

De exemplis ſacræ ſcripturæ.

Luſitanus *in Bibl.*

CONRADVS natione Teuto, aliquando moderator ſuæ Prouinciæ, vir enim honeſtate morum, & obſeruantiæ regularis ſplendore clariſsimus, tum etiam eximia eruditione, ac omnigena diſciplina præfulgens compoſuit librum.

De Roſario Beatiſſimæ Virginis, Impreſſum Coloniæ apud Goſſuuinum, anno 1603. in 12. Meminerunt huius libri Io: Andreas Coppenſtein, in Claue prædicandi Roſarium *lib.* 2. *cap.* 7. & Marraccius *in Bibl. Mariana.*

Hic fortaſſe eſt ille Conradus magnæ obſeruantiæ, ac abſtinentiæ vir, qui ex omnibus, qui ante eum de Sanctiſsimo Patriarcha Dominico ſcripſerant, compilauit (vt teſtantur Taegius *p.* 1. Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl.*) Compenſtein in

Librum de vita, obitu, & miraculis noſtri Sanctiſſimi Patris, quæ legenda eſt alijs copioſior.

Claruit circa hunc annum 1290.

Anno 1291.

BERNARDVS ignotus patria, & cognomine, natione verò Lombardus vir quà vitæ integritate, quà profunditate doctrinæ illuſtris ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Claruit circa hunc annum 1291.

Albertus Venetus, Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. & Luſitanus *in Bibl. pag.* 54.

GERARDVS A SILETO vir ſatis compoſitus moribus, & omni litteratura peritus, in primis Aſtronomica, compoſuit. *Summam de Aſtris*, quam diſtribuit in tres partes.

Claruit circa hoc tempus. Luſitanus *in Bibl. pag.* 90. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

IACOBVS COZOLI, ſiue de Cezolis egregius prædicator, & illuſtris litteraturæ, humanæ, ac Sacræ, concinnauit.

Sermones de tempore, & de Sanctis.

Librum moralem pro nobilibus de ludo latrunculorum, ſiue vulgò Scaccorum.

Floruiſſe fertur hoc anno 1291. Luſitanus *in Bibl. pag.* 125. Plodius *part.* 2. *lib.* 1.

Anno 1292.

BERNARDVS DE FRANCOVEN Gallus vir pariter pius, & doctus, ſuauiſſimus prædicator, & fructuoſus, nec non philoſophiæ, ac theologiæ peritus inter alia præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris fecit conſpicuum, edidit.

Sermones de tempore, ac de Sanctis.

Alium quoque librum de ſermonibus prædicabilibus.

Hoc anno illum floruiſſe referunt Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Luſitanus *in Bibl. p.* 54. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Marraccius *in Bibl. mariana*.

GVILLIELMVS DE TORNACO Belga, quem virum ſingulari ingenio præditum, Theologum doctum, in euoluendis libris ſacris aſſiduum, & diligentem, nec non omnis generis doctrinæ ſupellectile inſtructiſſima ornatum appellat *in Biblioth. pag.* 99. & 100. Antonius Senenſis, floruit hac tempeſtate, ac ſcripſit:

Super quinque libros Moyſis.

In Ioſue, & in libros Iudicum.

In Ruth, in Eſdram, & in Nehemiam.

In Tobiam, in Eſter, & in Iudith.

In Iobum, & in Pſalmos.

In Prouerbia, & in Eccleſiaſten.

Super quatuor Prophetas Maiores, & duodecim Minores.

In Machabæos.

In quatuor Euangeliſtas:

In Epiſtolas Pauli, & in Canonicas.

In Actus Apoſtolorum, & in Apocalypſim.

Concinnauit quoque Sermones, & alia opera.

Quæ manuſcripta extant Louanij ad S. Martinum.

Floruit circa hunc annum 1292. *Bibliotheca Belgica* Valerij Andreæ, Caſtillus *Cent.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Luſitanus *in Bibl. pag. cit.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *part.* 2. *lib.* 1. Marraccius *in Bibliot. Mar.*

OLIVERIVS, natione Germanus, Magiſter Pariſienſis, Philoſophus non ignobilis, ac Theologus, & tandem Religionis præſtantia, diſciplinarumque omnium cognitione laudabilis ſcripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Super libros Elenchorum Ariſtotelis:

Claruit circa hunc annum 1292. de quo tamen conſule Leandrum, Albertum Venetum, Caſtillum, *Cent.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Luſitanum *in Bibl. pag.* 186. Ambroſium Gozzeum, Plodium *lib.* 3. *par.* 2.

Anno 1293.

ANGELVS HIGRI, alijs eſt Antonius Vitembergenſis, alijs verò Angelus Nigro, ſeu Nigronius Viterbienſis vir vtriuſque Philoſophiæ peritiſſimus, humanæ, ac diuinæ, iuſſu Bonifacij VIII. Pontificis Maximi, quem perſequebatur Rex Galliæ Philippus Pulcher, ſcripſit:

Lu-

Luculentiſſimo ſtylo librum de Poteſtate Papæ, & nonnulla alia.

Ducebat vitam hoc anno 1293. Conſulantur Taegius *par.* 1. Luſitanus *in Bibliotheca pag.* 20. Caſtillus *par.* 1. *lib.* 3. *cap.*49. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *de Prou. Romana cap.*6.

Hic non eſt diuerſus ab illo, de quo anno 1300.

Ponunt hoc anno Ioannem quendam Pariſienſem, qui ſcripſit:

Super quatuor libros ſententiarum. Quodlibeta varia.

De vnitate Formæ, & contra Henricum Gandauenſem: At hic non differt ab illo, de quo anno 1276. Albertus Venetus, Plodius *p.*2. *lib.*1.

IOANNES DE CAMBICO, Sac. Theologiæ Magiſter, litteris politioribus benè inſtructus, Sacris, ac Philoſophicis ſcripſit:

Librum de Delicijs Paradiſi in tres partes diſtinctum.

De culpa, & de gratia, & alia plura. Hoc anno floruit. Luſitanus *in Bibliot. pag.* 134. *&* 135. Plodius *part.*2. *lib.*1.

Anno 1294.

HOc Anno ſeparatur per Cæleſtinum V. à Romana, Regni Prouincia ad inſtantiam Caroli II. Regis vtriuſque Siciliæ. Hæc diuiſio poſtea confirmatà fuit à Bonifacio VIII.eam, que rexit primùm F. Petrus de Andria Apulus ſub titulo Vicarij Prouincialis vſque ad electionem noui Moderatoris, quem Prouincialem appellant. *Valle de viris illuſtri part.* 1.

LATINVS MALABLANCA ROMANVS, alijs Malabranca de Vrſinis, alijs de Frangipanis, ideſt de nobiliſſima progenie S. Gregorij Papę Primi, in Cænobio S. Sabinæ habitu, Dominicano indutus profeſſionem emiſit. Studiorum cauſa Pariſios miſſus, ibidem in Sacra Theologia, eiuilique Iure, omnibus acclamantibus, Lauream retulit, vbi ſumma cum laude docuit facultates. Quondam Prior S. Sabinæ in Vrbe, functus eſt eodem hoc munere alibi. Ab Vrbano IV. Generalis Fidei Cenſor in tota Chriſtiana Republica conſtituitur, quam præfecturam poſtea Nicolaus III. eius Auunculus confirmauit religioſo Nepoti, illamque Latinus vſq; ad diem ſuum extremum exercuit. *Paramus de Origine S. Inquiſitionis lib.*2. *c.* 1. Fernandez, & Fontana, *in theatro*.

Aſſumpto in Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem Maximum Ioanne Caietano Vrſino auunculo ſuo anno 1277. die 25. Nouembris, ab eodem Summo Pontifice anno 1278. ſequente Sanctę R.E. Cardinalis, Oſtienſis, ac Veliternus Epiſcopus fuit delectus. Paulo poſt eodem Summo Pontifice abſente, rexit etiam Vrbem. Erat Latinus Nicolai Vrſini Papæ III. ex ſorore nepos, vir quidem ſummo ingenio, & ad rerum vſum maximè accommodato, nobilitate Familiæ clarus, ſed clarior virtutibus, & doctrina. Eximius concionator. Martyrologium Dominicanum hunc inter Beatos Ordinis noſtri reponens, ſic inquit: *Fr. Latinus de Frangipanis S. R. E. Cardinalis, Sanctitatis, & Miraculorum excellentia celebratur.*

Bononiæ datus Legatus, ibidem dixit ius Sacrum. Anno 1278. Aemiliam eadem auctoritate moderatus eſt. In Etruriam Legatus de Latere miſſus, Florentinos Guelphorum, ac Gibellinorum factionibus ad extremam redactos perniciem ſua mirabili ſuada, in foro S. Mariæ Nouellæ eminentiori ex loco, innumerabili populi multitudine, habita concione, ac inter eos pace ſancita, compoſuit. Noui magnificentiſſimi Templi S. Mariæ Nouellæ eiuſdem Vrbis conſtruendi, Latinus ipſe primum lapidem ſolemni ritu iniecit, cui deinde plura, & magna contulit beneficia. Idem cum alijs quam pluribus Romanæ Prouinciæ Conuentibus, quos Eccleſiaſticis paramentis quoque, ac vaſis ſacris donauit, fecit.

Anno à Virginis partu 1280. Nicolaus Papa III. valetudinis gratia Viterbij aliquorum Menſium ſpatio receſſurus. Egreditur Roma. Ne Romanus populus opportuno Gubernatore deſtitueretur, Gubernatorem Vrbis, quam ſingulari prudentia vſq; ad Pontificis obitnm, qui fuit die. Auguſti

1280. rexit, cum omnimoda Apoſtolica auctoritate Cardinalem Larinum inſtituit. *Vghellus Italia Sacra tom.1.in Epiſc.* Oſtienſes, Plodius inter Cardinales Ordinis in eius vita, & Fontana, *in Theatro par.1.cap.2. num.5.& par.2. cap.4. tit.* 1.

Anno 1294. die 7.Iulij opera Cardinalis Latini eligitur in Summum Pontificem Sanctus Cæleſtinus V.tandem cum maxima Sanctitatis opinione, obijt. Peruſij 4.Idus Auguſti 1294 *Ita S. Antoninus 3. part. hiſtor. tit.* 23. Bzouius *in Annalibus Eccleſiaſt. ad an.* 1294. *ſub num.*38.*&* 39. Ferdinandus Caſtillus *in Chronicis par.*1. *lib.*2.*c.*69.

Corpus eius trāslatum eſt Romam, & in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruā conditum fuit in Sacriſtia. Diu cum oſſibus Fr. Matthæi Vrſini Cardinalis ex Ordine noſtro aſſumpti anno 1327. ſub hac ſimplici inſcriptione.

Ven. mem. F. F. Latini, & Matthæi Vrſinorum Ord. Prædicatorum S. Romanæ Eccleſ. Cardinalium. iacuit illic.

Cum verò Nicolaus Rodulphus Magiſter Generalis Ordinis noſtri animo grandiori ampliorem, nobilioremque Sacriſtiam anno 1630. condere decreuiſset,horum veneranda tranſtulit corpora in Eccleſiam prope marmoream ſtatuam Domini noſtri Ieſu Chriſti à Michaele Angelo Buonaróta ſculptam, ac proſtantem in Euangelij cornu ante altare maius. Bzouius vbi ſupra, Vghellus *Ital. ſac. tom.* 1. *inter Epiſcop.Oſtienſ.* Plodius *de vir. Illuſtr. p.*4. *inter Cardin. Ciacconius ibidem*, & alij. Cōpoſuit multa vir doctus,& præſertim.

Orationes multas coram Card.habitas.

Proſam in miſsa pro mortuis: Dies iræ, dies illa. Soluet ſaclum in fauilla.

Præterea ſequentia, & Proſas de Beatiſſima Virgine.

Miræus in Auctario *cap.* 432. Leander, Albertus, Ferdinandus Caſtill.1. *part.lib.* 2.*cap.*69. *Biblioth.Ord. Prædic.* Luſitani, Eiſengrenius, Marraccius *in Bibl. Mariana,& in purpura Mariana, cap.*10. *de hoc Beato meminerunt* S. Antoninus *3.par. tit.*23.*cap.*11. Ioannes Villan. *lib.* 7. *cap.*56.Alphonſus Ciacconius in Vitis Pontificum, Cherub. Ghirardaccius *in hiſtor. Bonon.* Leander *lib.* 3.Plod. *de viris illuſtrib. lib.* 4. Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad ann.*1294 *ſub num.*38. *&* 39. Vghellus *Ital.ſacra tom.* 1. *inter Epiſc. Oſtienſes*, Fontana *in Theatro p.*1.*cap:*2.*nu.*5. & alibi pluries, *& de Prou.Romana cap. 6.*

RAYMVNDVS DE MEDVLLIONE Gallus natalium ſplendore clariſſimus, ſcientiarumque profunditate mirabilis Vapincenſis Epiſcopus ſalutatus eſt anno reparati Orbis 1281. ſicut tradit Taeg. in monumentis Ordinis. In hac Eccleſia eximiæ pietatis, maiorumque meritorum cumulo ditatus ad Ebredunenſem Archiepiſcopatum in Gallia aſcendere dignus fuit, Octobris die 8.an. 1289. Ad quam dignitatem promotus fuit a Nicolao Papa IV. & non à Martino IV. vt non rectè dixit Olmeda in vita Ioannis de Vercellis Magiſtri Ordinis his verbis: *F.Raymundus de Medullione ſcientia, & virtute conſpicuus ex Epiſc. Vapincenſi, Archiantiſtes Ebredunenſis declaratur.à Martino IV. quam dignitatem annis duodecim religioſè,vtiliterque adminiſtrauit*. Anno enim 1289. Summus Pontifex erat Nicolaus:Martinus verò IV. è viuis exceſſerat anno 1285. die 29. Martij *vt in mea Chronologia*.

Præfuit concilio Reatino in Italia congregato.

Sollicitudinis Paſtoralis cupidus *decreta Eccleſiæ ſuæ perutilia cōdidit*,quorum procemium Gallia Chriſtiana,cum de eodem agit, inter Ebredunens. refert.

Mirum eſt quot, quantoſque liberalitatis (ne dicam profuſionis) actus in Religioſos Ordines, ſibi ſubditas Eccleſias, & Chriſti pauperes exercuerit. Quinque annos Ebredunenſi Eccleſiæ præfuit. Baxij in noſtro conuentu, & inter Fratrum manus die 28. Iunij anno 1294. reddidit ſpiritum. Iacet In Eccleſia noſtra Siſtaricenſi, vt ipſe ſibi elegerat. Antequam induiſſet habitum Ordinis, vxorem habuit Sibyllam nobilem fœminam, ex qua ſuſcepit Filium Raymundum Dominum de Medullione, qui anno 1270. 9. Kalend. Decembris, præſente pa-

tre,

tre, noſtrum inſtitutum iam profeſſo, transfegit de iuribus Baroniæ Medullionis. Gallia Chriſtiana *tom.* 1. S. Antoninus *3. p. tit. 23. cap.* 11. Fontana *in theatro par.* 1. *cap.* 4. *tit.* 43. *num.* 1. Caſtillus *par.* 1. Taegius, Luſitanus *in Chron.* Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1295.

IOANNES PANGILASINVS, ſeu Pungens aſinum. Patiſinus Magiſter ſatisdoctus publicauit.

Commentaria ſuper quatuor libros ſententiarum.

De vnitate formæ.

De principio indiuiduationis.

Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *par.* 2. *lib.* 1. & Godefridus Languedoc in monum. conu. Pariſienſis m. ſ.

Floruit circa hunc annum. 1295.

GVILELMVS CELDONENSIS vtriuſq; Iuris Doctor famoſus ſcripſit:

Super iura Canonica, & Ciuilia.

Item apparatum ad ſummam Raymundinam, & alia in vtroque iure.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Alium Guilelmum adducit Luſitanus loco citato fol. 102. abſq; Patria, & cognomine, qui ex dictis Sanctorum compilauit ſummam notabilem, quam diſtinxit in libros decem, & inſcripſit: *Florigerum Theologiæ*; & claruit eodem anno 1295.

ROMANVS VICENTINVS, ob linguæ facundiam in ſacris declamationibus gratia mirificè valuit. Præterea fuit doctiſſimus, ſcripſit:

Sermones Prædicabiles.

Albertus Venetus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibliotheca pag.* 216. Floruit hoc anno 1295.

IO: PISTORIENSIS, vir quà probitate, quà litteris ſpectatiſſimus, ſcripſit:

Lecturam in quatuor libros ſententiarum contra corruptorium S. Thomæ.

De tranſubſtantiatione panis, & vini in Sacramento.

De aduentu Antichriſti.

De vnitate eſſe, & eſſentia in Creaturis.

Viuebat hoc hanno 1295. Fontana *de Rom. Prou. c.* 6. & Lucarinus in m. ſ.

GVILLELMVS DE MESSELECH Anglus in Theologia Magiſter, quam eruditio, vitæ regularis obſeruantia, & aſſiduum in lectione ſacrarum litterarum exercitium commendabilem reddidere, ſcripſit:

De vnitate formæ.

De decem Virginibus.

In Geneſim. Exodum, Leuiticum, in Numeros. In Ioſue, & Eſther.

In Eſaiam, Hieremiam, Danielem, Ezechielem, & Iudith.

In Iob, Pſalterium, Parabolas, ſapientiam, Cautica, Eccleſiaſten, *Eccleſiaſticum. Baruch, Oſeam, Ioel, Amos, Abdiam, Ionam,* Micheam, Nahum, Abacuch, Sophoniam, *Malachiam,* Agæum, in Threnos, Zachariam:

In quatuor Euangeliſtas, in Actus Apoſtolorum, in Epiſtolas Pauli, Canonicas, & alia. Scripſit:

Contra Henricum de Gandauo vbi S. Thomam nititur impugnare.

Contra Corruptorium corruptorij.

Quæſtiones de Angelis.

Sixtus Lambertus Lucenſis Ord. Pręd. in Vita B. Thomæ Iorſij Cardinalis eiuſdem Religionis. Caſtillus *Cent.* 1 *lib.* 3. *cap.* 57. *Epitome* Geſneri, Leander *lib.* 4. Ambroſius Gozzeus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1.

STEPHANVS BISVNTINVS Burgundus Magiſter in Theologia, qui cum eſſet Prior Prouincialis Prouinciæ Galliæ, electus fuit in Magiſtrum Ordinis anno Domini 1292. & præfuit duos annos. Fuit erga ſe rigidiſſimus, maximus paupertatis Zelator. Luſtrauit ordinem pedeſter, & erat vndequaque Spectabilis. Erat doctor celeberrimus Pariſienſis, & gratioſiſſimus concionator, ſcripſit:

Super Eccleſiaſten.

Libellum de authoritatibus Sanctorũ, & Philoſophorum.

Librum exemplorum per alphabetum, qui dicitur Alphabetum Sanctorum.

Poſtillam ſuper Apocalypſim. Ex Caſtillo *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 55. Taegio, Leandro *lib.* 3. Diago *Hiſtor. Aragonen* Plodio *p.* 2. *lib.* 1. Obijt anno 1295. die 22. Nouem. in conuentu Lucano Etruriæ.

ROBERTVS ORTFORD Anglus, alijs

alijs Rodolphus Orphodius vir cum ingenio, tum litteris venerandus, fuit acerrimus defenſor doctrinæ Angelici Præceptoris; quamobrem ſcripſit.

Contra Henricum Gandauenſem in his, in quibus S. Thomam impugnat.

Contra primum Aegidij, vbi doctrinæ eiuſdem noſtri Doctoris Angelici aduerſatur.

Claruit his temporibus. Luſitanus *in Bibl. fol.* 216. Taegius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Lambertus Lucenſis *in vita B. Thomæ Iorſij Cardinalis Ordinis noſtri.*

BERNARDVS datus eſt Epiſcopus anno 1290. patriæ ſuæ, ſcilicet Claramontenſi Eccleſiæ in Gallia, qui & Aluerniæ dicitur. Hic (teſtimonio Ioannis de Turrecremata Cardinalis Dominicani *in tract. de Conceptione par.* 6. *cap.* 29.) fuit Magiſter Pariſienſis multùm famoſus, doctrinæque Angelici Præceptoris ſeueriſſimus propugnator: quare ſcripſit. *Contra Henricum Gandauenſem.*

Contra Magiſtrum Godifridum de Fontibus, &c.

Contra Iacobum Viterbienſem Ordinis Eremitarum S. Thomæ impugnatores.

Super quatuor libros ſententiarum.

Claruit ſub hoc tempore. Caſtillus *Cent.* 1 *lib.* 3. *cap.* 57. Luſitanus *in chron.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fernandez *inter Epiſcopos Gall.* Taegius *in monum. Ordinis*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 184.

BERNARDVS DE TRILLA S. Theologiæ Magiſter Prouincialis quōdam Prouinciæ, magnus diſcipulus S. Thomæ, qui euolauit ad Cœlos Aueniōne an. 1292. die 2. Auguſti.

Quidam hunc dicunt hiſpanum, alij, & veriùs, Gallum, ex diœceſi Nimes, quæ latinè Nemauſtum vocatur. Eſt in Gallia Narbonenſi. Scripſit:

Poſtillas ſuper Eccleſiaſten.

In librum ſapientiæ.

Tria quodlibeta.

Super Ioannem vſque ad caput XI.

Quæſtiones de ſpiritualibus creaturis.

Quæſtiones de Anima coniuncta corpori.

Quæſtiones de Anima ſeparata, quas morte præuentus non abſoluit.

Quæſtiones de differentia eſſe, & eſſentia.

Quæſtiones ſuper totam Aſtrologiam.

Quæſtiones de potentia Dei.

Super Pſalterium.

In Cantica.

Super Apocalypſim, & alia. Ex Caſtillo 1. *p. lib.* 3. *c.* 49. Ractio, Plodio *p.* 2. *lib.* Luſitano *in Bibl.* & Taegio, Vallo *in compendio p.* 1.

ANGELVS DE TRANO Apulus Inquiſitor Generalis in Regno Siciliæ regnante Carolo II. cuius meminere Vallus *in hiſtoria Prouinciæ Regni part.* 1. *ex Regeſtris Caroli II.* Fontana *in Theatro part.* 3. & alij. Scripſit:

Super quatuor Euangelia grauiſſima commentaria.

Anno 1296.

OLIVERIUS NATIONE BRITO, S. Theologiæ Magiſter, vir inter alia præclariſſimarum virtutum lumina, admirandaſque animi dotes fuit Theologus celeberrimus Pariſienſis, & æque clarus Religione, quē virum ſcholaſticis diſciplinis, & diuinis ſedulo inſtructum appellant *in ſua concertat.* Alphonſus Fernandez, & Luſitanus *in Bibl. fol.* 186. Magnus igitur hic Philoſophus, Aſtrologus, & Theologus, & ſuper omnia probitate vitæ, ac morum illuſtris ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Edidit etiam ſuper miſſus eſt Angelus commentaria, & in canticum B. Virginis Magnificat. Marrac. *in Bibl. mar.* Albertus Venetus Leander, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Caſtillus. 1. *p. lib.* 3. *cap.* 49. Fernandez, & Luſitanus *vbi ſupra.*

Floruit ſub hoc anno 1296.

NICOLAVS GORRANVS Gallus vir acerrimi ingenij, firmi, conſtantiſque iudicij, tenacis memoriæ, grauiſſimæ authoritatis, ac de re literaria optimè meritus doctor. Moderator fuit ſuæ Prouinciæ, confeſſariuſque Philippi Pulchri III. Regis Galli inter alia doctrinæ monumenta poſteris tradita ſcholaſtico, & aperto ſermone reliquit breues in vniuerſa Biblia commentarios, ſacrorum voluminum ſtudioſis valde proficuos, de quibus Ve-

ne-

netijs in Bibliotheca diui Ioannis, & Pauli hi videntur.

In Pentateuchum lib. 4. *In principio, &c.*

In Pſalterium liber vnus. Laudationem Domini loquetur os meum.

In Eccleſiaſten. lib. 1. *Aſpexi terram.*

In Eccleſiaſticum lib. 1. *Sapientia aedificauit.*

In Cantica canticorum lib. 1. *Cantate Domino canticum nouum.*

In Iſaiam.

Super Ieremiam, & in Threnos. Huic planctui.

In Matthaeum lib. 1. *Liber Gener. &c. Sicut fluuius Paradiſi.*

In Marcum lib. 1. *Filiae Sion exultate &c.*

In Lucam lib. 1. *Diſciplinam medici.*

In Ioannem lib. 1. *Ecce intelligas ſeruus meus.* Commentarij ſuper Euangelia prodiere in lucem Coloniae 1537.

In omnes epiſtolas Pauli lib. 14. *Dedi te in lucem gentium* 1502.

Haganoae, & Pariſijs in folio cum ſermonibus prodierunt.

Super Epiſtolas canonicas.

Poſtillam in Actus Apoſtolorum:

Item in Apocalypſim.

Scripſit quoque *Theologicas diſtinctiones, & themata.*

In libros ſententiarum.

Sermones varios, & themata. Ferunt, & alios libros Bibliorum commentatum fuiſſe. Ita Razius, Luſitanus, *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, & Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Bellarminus, Caſtillus 1. *part. lib.* 3. *cap.* 49. Plodius. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* Miraeus *in Auctario cap.* 432.

Floruit circa haec tempora. Caeterum Ioannes Pitſeus *de illuſtr. Angliae ſcriptoribus* dicit hunc diem ſuũ obijſſe Pariſijs circa annum ſalutis reparatae 1400. Bellarminus an. 1350. Ractius, & Sixtus Senenſis 1390.

ARMANDVS DE BELLO VISV Natione Italus, Patria Bononienſis ſacri palatij Apoſtolici aliquando Magiſter, vir ingenio acri, in Theologia doctiſſimus, & ſingulari praeditus litteratura.

Edidit opus difficilium terminorũ tam Philoſophiae, quàm Theologiae.

Scripſit etiam in Pſalmos ſcholaſticam poſtillam.

Item ſermones, qui cum alijs eius ſermonibus recogniti prodierunt Brixiae anno Domini 1610. in 4.

Commentaria in *librum de Ente, & eſſentia D.Th. Commentaria ſuper quatuor libros ſententiarum.*

Expoſuit quoque hymnum: Veni creator Spiritus &c.

Multa alia ſcripſiſſe fertur.

Floruit circa annum reparationis humanae 1296. ex Alphonſo Fernandez *in Concert.Praed.* & Marracio *in Biblioth mar.* Luſitano *in Bibl. fol.* 36.

Vide Sixtum Senenſem *lib.* 4. *Bibl. Sancta.*

PETRVS DE RAISA, ingenioſus, ac eruditus, ſcripſit.

Elegantiſſimo ſtylo *repertorium ſacrae ſcripturae.*

Librum, cui titulus Siligolus; ſiue ſingolus.

Plures homilias de tempore, ac de Sanctis.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice.*

Claruit circa hunc annum 1296.

BERTRANDVS DE TRILLIA Gallus diaeceſis Nemancenſis, alter à Bernardo de Trillia, de quo nuperrimè an. 1295. vir fuit eruditionis non vulgaris, in concertatione ſcholaſticorũ, & diuinarum litterarum non parum ſtudioſus: Scripſit doctiſſimè.

Super quatuor libros ſententiarum, & alia.

Albertus Venetus, Luſitanus *in Bibl. fol.* 56. Ambroſius Gozzeus, Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

GVILIELMVS DE MELITONA Pariſienſis cancellarius, vir eruditiſſimus ſcripſit.

Poſtillam in duodecim Prophetas Minores. Reperitur in noſtro Conuen. Placentino.

In epiſtolam D. Pauli ad Hebraeos. Aſſeruatur in Bibl. conuentus noſtri Bononienſis, cuius initium eſt: *Narrabo nomen tuum.*

Floruit circa hunc annum. Sixtus Senenſis *in Bibl. Sancta* Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 1. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. fol.* 100.

NI-

NICOLAVS GALLVS à ſacris confeſſionibus Regi Gallorum ſcripſit.

Poſtillam ſcholaſticam ſuper omnes epiſtolas Pauli; quæ incipit: *Dedi te in lucem gentium*.

Floruit circa hunc annum 1296.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Senenſis *Biblia Sancta lib.* 4.

Hunc arbitror non eſſe diuerſum à Nicolao Gorrano, & propter nomen, nationem, tempus, & quia ponitur à ſacris confeſſionibus Galli Regis; at multo magis quoniam commentaria huius ſuper Pauli epiſtolas etiam incipiunt: *Dedi te in lucem gentium*.

ODDO GALLVS magni Theologus nominis, vndequaque doctus, & regularis obſeruantiæ amantiſſimus ſcripſit:

Scholaſticam Poſtillam in omnes epiſtolas D. Pauli, quæ incipit. *De comedente exiuit cibus &c.*

Reperitur in Biblioth. SS. Ioannis & Pauli, Venetijs.

Floruit circa hunc annum 1296. Sixtus Senenſis *lib.*4. *Bibl. Sancta*, Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. fol.* 185. *&* 186.

AYMERICVS MEIGRETIVS Magiſter S. Theologiæ, ac philoſophus profundiſſimus. Edidit *Dialogum ſuper vniuerſam philoſophiam naturalem*. Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*:

GVILLELMVS DVRANTI NARBONENSIS Galliæ ortum duxit, & tametſi non ſatis conſtet à clariſſ ne, an obſcuris parentibus traxerit genus; Ipſius tamen teſtimonio compertum eſt eum Biterrenenſi diæceſe oriundum. Hic primùm adoleſcentiam in Italia conſumpſit Bononiæ, vbi litteris, ac moribus Italicis imbutus, hre. ui animum ad omnia vſque adeo verſatilem compoſuit, vt Italum, non Gallum putatum ferant. Bernardi Cōpoſtellani, & Henrici Secuſiani, qui poſtea Cardinalis Hoſtienſis dictus eſt auditor aſſiduus tantum ſeſe indefeſſum præſtitit in ſacrorum canonum, ac legum ſtudijs, vt quam citiſſimè eum præ cæteris excelluiſſe omnes vno ore prædicent, & ab vniuerſo Bononienſi Collegio priuata arduæ quæſtionis examinatione ſeſe approbatum fuiſſe, idem ipſe ſcriptum reliquit. Lauream adeptus, iuri Canonico, publicè interpretando, operam impendit. Primùm quidem (vt ſcribit Dipplouataccius) Bononiæ, deinde Mutinæ, quo in loco Gratiani decretum commentarijs exornauit, factuſque celebrior ob huiuſmodi publicè interpretandi profeſſionem ſub Clemente IV. Pontifice etiam Narbonenſe, Capellanus, & Palatij auditor Generalis efficitur circa annum ætatis trigeſimum quartum; quo magiſtratu & piè, & integertimè geſto, magnis, multiſque auctus eſt dignitatibus eccleſiaſticis; canonicatibus ſcilicet Bellouacenſi, ac Narbonenſi cum Carnotenſi decanatu. Mortuo Clemente IV. Viterbij an. 1268. die 29. Nouembris, & poſt triennalem ferè ſedis Apoſtolicæ vacationem Gregorio X. creato, eiuſque iuſſu coacto Lugduni Concilio Generali, Guilelmus Papæ mandato in Synodo multas conſtitutiones promulgandas curauit, magna, atque efficaci auctoritate; quas vniuerſas ſub Nicolao III. circa annum 1277. cōmentarijs exornauit. Eiuſdem Nicolai Pontificis iuſſu, intermiſſo Palatij auditoris munere, Patrimonio Beati Petri æque temporalibus, ac ſpiritualibus curis præfectus eſt; & ob ingentes populorum factiones pluribus promulgatis ſtatutis ciuilibus, & eccleſiaſticis Bononiæ, & tota Romandiolæ Prouincia à quibuſcumque vniuerſitatibus, Principibus, ac Baronibus iuramentum fidelitatis exegit Romanæ Eccleſiæ, & ipſius Nicolai III. nomine: Regens enim, Rectorue, ac Comes, Patrimonij nuncupatus eſt. Sed & Capitaneus Generalis in vniuerſa Romandiola, Flaminia, Bononiæ, & Tuſcia dictus eſt, ſicut & Vrbini, Maſſa Tiabaria, Reatinaq; diœceſe, ac alijs multis. Nec ſolū benè gerendæ Reipublicæ peritiā calluit, verū etiā re bellica peritiſſimus æquè, ac inuictiſsimus extitit. Exercitui etenim præfuit eo bello, quod Romana Eccleſia fortiter tunc geſſit aduerſus perduellionis reas ciuitates Prouinciæ Romādiolæ, atque Flaminiæ non tamen bello

lo ſemper præfuit, vt Caſtrorum du-ctor fundendo ſanguini, ſed vt mili-tibus ſumptus, atque annonam ero-garet, lites componeret, caſtrorum, claſſiſque negotia ſuo arbitratu pera-geret.

Cum verò Foroliuienſes ab Eccleſia Romana deſciuiſſent, nonnullaque op-pida oppugnaſſent, à Martino IV. de-bellatum illos mittitur: ſummaque ope vſus totam Flaminiam in ditionem Eccleſiæ reſtituit, fautoribuſque per-duellionum in Pedemontanos relega-tis, obſides accepit illorum filios ann. D. 1284. qua tempeſtate cum Vrbi-nares Caſtrum Riparum, Maſſæ Tra-bariæ funditus euertiſſent, Guillelmus tunc Papæ Nuncius, & Romandiolæ Theſaurarius Romano nomine Ca-ſtrum, quod antea in monte ſitum erat, in ipſa planitie conſtrui, ac refici iuſ-ſit, primumque fundamentis lapidem ierit loco amæniſſimo, ac ampliſſima planitie, qua Methaurus in perinſulæ formam caſtrum circumducit, ſuoque de nomine Caſtrum Durantis appella-uit. Cuius rei monumenta marmorea adhuc extant in oppidi prætorio reparati. Indeque Comes, ac Mar-chiæ nuncupatus eſt, ſicut, & aliàs Co-mes Gaballitanus dictus eſt. Cumque Epiſcopus Mimatenſis in Gallia Aqui-tanica ſub Metropol. Bituricen. pro-motus eſſet, non multo poſt tem-pore, aliquot interpoſitis Pontificibus, à Bonifacio VIII. qui in diui Petri Ca-thedra anno 1294. inſedebat, ad Rauennatem Eccleſiam transferri iuſ-ſus eſt; ſed conſtanti animo tanti Ar-chiepiſcopatus onus repudiauit. In-deque, cum iam ſenuiſſet, ab eodem Bonifacio Nuntius ad Sulranum de-cretus eſt anno D. 1296. Peregrèque proficiſcens, hanc nactus occaſionem ad Sacratiſsimum D.N. ſepulchrum, ſu-ſcepto diui Dominici habitu Nicoſiæ, quæ Metropolitana Cypri Ciuitas eſt, clauſit extremum diem, & in domini-canorum Aede depoſitus, Pridie No-nas Iulij, quo in loco hunc vſque diem Epitaphium marmore inſcriptum vi-ſitur, cuius meminit Ferdinandus, Vghellus in Epiſcopis Vrban. Tan-dem poſt trimeſtrem cadauer Ro-mam relatum eſt, & Kalendas Noue-bris honorificè tumulatur in Aede Mineruæ in capella omnium Sancto-rum.

Eccleſiaſticarum cæremoniarũ per-ſpicaciſsimus indagator, profundus Theologus, in ſacris litteris verſatiſ-ſimus, & Eminentiſsimus iuris peri-tus multa vera ſuæ virtutis veſtigia re-liquit: Scripſit enim.

R*ationale diuinorum officiorum*. Opus quidem curioſiſsimum, varium, & pulcherrimis conſiderationibus plenũ in 8. libros diſtributum.

Speculum iuris in tria diſtinctum vo-lumina, opus ſingulare Othoni, ſeu Othobono Cardinali, Innocentij IV. nepoti dicarat, qui poſtea creatus Pō-tifex, Hadriani V. nomen aſſumpſit anno 1276.

Opus hoc adeo eſt egregium, vt ex omnium ſententia, ſi reliqua vtriuſque iuris Bibliotheca deperderetur, hoc vno opere illuſtrari poſſet: tantæ enim apud omnes authoritatis eſt, vt ab vtri-uſque fori profeſſoribus Pater praxis celebretur.

Fuit huius Speculi duplex editio, & altera, quæ poſterior fuit, longè auctior, quàm prima.

Sub hoc eodem tempore *Aureum Repertorium iuris* conſcripſit, Speculo quidem breuius, ſed æquè vtile, quod Mattheo Vrſino Sanctæ Mariæ in Por-ticu diacono Cardinali dicauerat, & licet Repertorij nomen inſcripſerit, non tamen indicis formam habet; ſed omnifariam titulis conſtat. Incipit: *Protoplaſti rubigine &c.* Hoc opus cum Speculo iuris, & Rationali diuinorum officiorum prodijt Lugduni ann. 1516. 1551. &c.

Cumque (vt ſupra diximus) Con-cilio Lugdunenſi interfuturus eſſet, elegantem edidit librum, quem de Concilio inſcripſit.

Auguſtinus Picolomineus, & Dipplo-uataccius *Pontificale Epiſcoporum* eidē attribuunt. Peracto præfato Concilio, quaſcumque in eo decretas conſtitu-tiones optimis cõmentarijs exornauit, qui longo tempore latuerunt, ſicut & Repertorium. Hic commentarius in Canones Concilij Lugdunenſis Fani apud

apud Iacobum Moſcarenum in 4. anno 1569.

Quæ verò ſcripſit in decretales Gregorij IX. Nicolai III. & in Gratiani decretum, vbi extent, nobis non ſunt comperta. Hæc ex Simeone Maiolo in eius vita, qui manifeſtè affirmat, fuiſſe Guillelmum Durantes Fratrem Dominicanum, atque ſub Dominicana Toga deceſſiſſe; quod etiam teſtantur Ioannes Fichardus in vitis Iureconſultorum, Trithemius, Bzouius citatus à Gallia Chriſtiana, Onuphrius Panuinus *in Chronologia Eccleſiaſtica*, Iacobus Philippus Heremitanus, Plodius *par. 2. lib. 1.* Luſitanus *in Bibliot.* & Fernandez, Io: Baptiſta Cantalmaius in Selectan. Sac. Rota Roman., impreſſa Romæ apud Phæum an. 1639. eum inter Epiſcopos qui fuere Sacræ Rotæ Auditores ſub littera b. referens hoc modo, *Guillelmus Durandus Gallus Prouincialis Auditor, inde Epiſcopus Mimaten. fuit Ord. Prædicat. Speculator nuncupatus, vir exercitatiſſimus, & in vtroque iure peritiſſimus, ac Pater practica appellatus, fuitque Theologus egregius* &c. & tandem Fontana *in theat.* qui in *Appendice* ſe retractauit, quod alibi id negaſſet. Certum igitur eſt hunc Ordinis Prædicatorum in ſenectute habitum aſsūpſiſſe. Ita Simeon Maiolus V.I.C. in eius vita, in libro impreſſo Fani apud Iacobum Moſcardum an. 1569. Sanctiſſimo Pio V. dicato, cui titulus: *In Sacroſanctum Lugdunen. Concilium ſub Gregorio X. Guillelmi Duranti, cognomento ſpeculatoris, Commentarius.* vt ſupra dictum eſt.

Valentinus Forſterus refert Durantem ante egreſſum de re Sacramentaria dixiſſe: *Verbum audimus: motum ſentimus: modum neſcimus: præſentem credimus.* Philippus Labbe *de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ad Bellarmin. pag. 356.*

Anno 1297.

PETRVS HIZVSQVIVS Hiſpanus, ex Nauarra rerum ſacrarum diligentiſſimus perſcrutator collegit è quatuor Euangeliſtis vitam Chriſti, eamque declarauit illuſtriſſima expoſitione, & præfixit titulum libro:

Seriem ſacri Euangelij Ieſu Chriſti:

Floruit hoc anno 1297. eiuſq; meminerunt, Sixtus Senenſis *in Biblioth. ſanctæ lib. 4. mea Chronologia hunc ann.* Seraphinus Ractius, Plodius *p. 2. lib. 1.* Luſitanus *in Biblioth. fol.* 200. quem appellat Petrum Kuquium.

Stephanus Poloniacus Gallus in diuinarum litterarum ſtudio peraſſiduus ſcripſit:

Poſtillam in Ioannem. Conſeruatur in Conuentu Lugdunenſi, & incipit: *In manibus abſcondit lucem.*

Vixit hoc anno 1297. Sixtus Senenſis *in Biblioth.* Seraphinus Ractius, Plodius *p. 2. lib. 1.* & Luſitanus *in Biblioth. pag.* 227.

GVILLELMVS TRIPOLITANVS, Conuentus Auonen. alumnus, vir doctiſſimus, qui ſibi Virgilianum illud Emblema, *Ad vtrumque paratus*, iure optimo vſurpauit, ſcilicet Theologia, & eloquentia longè cultiſſimus vixit circa hæc tempora, graui ſtylo deſcripſit, *Cladem Demiatenſem*. Vrbe hac à Saracenis Principibus Chriſtianis ereptâ, & crudeliter expugnata, fuerunt etiam ex noſtra ſacra Religione, qui ibi, & in proximis regionibus operam prædicationi Euangelicæ impendebant, numero ſupra biſcentum immaniſſimè trucidati. Spondanus *ad annum* 1260. *num.* 4. Ferrarius *de Prouincia Hung.* Fontana *de obſequijs, &c. par. 1. cap. 5.*

Anno 1298.

GVILLELMVS DE ODONE, ſeu Hotum Anglus, vir meritò cum noſtri Ordinis præſtantiſſimis cōputandus, ſiue vitæ probitas, morumque integritas, ſiue doctrinæ claritas, ac profunditas, quibus fulſit, penſentur. Semel, atque iterum ſuę Prouinciæ extitit moderator. Ab Eduardo I. Angliæ Rege pro arduis Regni negotijs ad Bonifacium VIII. delegatus, ab eodem Pontifice Maximo 16. Kalend. Iulij an. 1297. Ad Dublinenſis Archiepiſcopatus apicem in Hibernia prouectus fuit. Conſecrationis munere ſuſcepto, dum in Angliam reuer-

reuerteretur, apud Diuionem in Gallia die 27. Auguſti anni ſequẽtis 1298 commutauit vitam cum morte.

Extant doctiſſimi Archipræſulis.

Commentaria ſuper 4. libros ſententiarum.

Liber de vnitate formarum.

Liber de immediata viſione Diuina *eſſentia. Et alia plura.*

Bzouius in Annal. Eccleſ. an. 1298. *num.* 4. S. Antoninus *3. p. hiſtor. tit.* 23. *cap.* 11. Leander *lib.* 4. *de viris Illuſtrib.* Luſitan. *in Biblioth. fol.* 98. Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Fontana *in Theatro* 1. *p. cap.* 4. *tit.* 40. *num.* 2. Taegius.

De hoc Olmeda in vita Nicolai Boccaſini Magiſtri Generalis hæc habet: *Hic cum rediret à Curia Legatus in patriam, Cardinalis futurus, apud* Diuionem *Galliæ, vigilia S. Auguſtini, quem vnicè coluit, ex hac luce diſceſſit, magna Ordinis, ac bonorum multorum mœſtitia; cuius oſſa in propria, petente etiam Anglorum* Rege, *delata ſunt.*

HVGO SEGVIN DE BVLIONO, ſeu Bilominus, vel de Biliomeno Gallus Aruernenſis ex Bilonenſi Vrbe Claromontanæ diœceſis habuit ortum. Vir eruditiſſimus, ſingularique pietate præditus fuit. Laurea Theologiæ in Pariſina Vniuerſitate obtenta, Romam miſſus in Conuentu Sanctæ Sabinæ quatuor libros ſententiarum maxima cum laude interpretatus eſt. Exinde aſſumpto P. F. Raymundo de Corſauino Aragonenſi à Sacri Palatij Magiſterio anno 1281. per Martinum IV. ad Epiſcopatum Balearium Inſularum, noſter Hugo ex Lectore Theologiæ in Conuentu S. Sabinæ de Vrbe delectus eſt ad hoc munus. Anno 1288. A Nicolao IV. Creatur S.R.E. Cardinalis ſub tit. S. Sabinæ, moxq; Archiepiſcopus Lugdunenſis, quam Eccleſiam tempore breui rexit. Nam anno 1294. è viuis ſublato Cardinali Latino Vrſino, à S. Cæleſtino Papa V. creatus eſt Oſtienſis, & Veliternus Epiſcopus, quibus Eccleſijs quatuor annos ius ſacrum dixit. Fuit ſententiarum D. Thomæ acerrimus propugnator, eiuſque doctrinam ſemper ſectatus eſt quoad vixit. Galliarum Regi Chariſſimus extitit, cuius aura maximas conſequutus eſt dignitates. Romæ mortalitatem expleuit 3. Kalendas Ian. anno 1298. ſepultus eſt in S. Sabinæ ante principem Aram, vbi hoc inſculptum legitur Epitaphium.

Hugo vocatus homo, fuit hic de Bilio-
mo.
Poſt mortem clarum, dedit hunc Aruer-
nia carum.
Ordinis hic Frater, quippe dicat hunc
bona mater.
Edidit ad ſtudia doctorem Theologia.
Hoſtia, Veletrum titulum dant Cardinis
iſti.
Cui ſocios Petrum, Paulum det gratia
Chriſti.
Sui ingenij reliquit hac monumenta.
Super 4. libros ſententiarum.
De viſione diuina eſſentia.
Lib. ſermonum variorum.
Commentaria in Threnos Ieremiæ:
Contra corruptorium D. Thomæ:
De vnitate formæ.

Vghellus *Ital. ſacra to.* 1. *inter Epiſt. Oſtien.* Ciacconius, Plod. *inter* Card. Ord. Caſtillus, 1. *p. Chron. lib.* 2. *c.* 69. Ambroſius Taegius Dominicanus, Onuphrius Panu. Leander *lib.* 3. Martyrol. Ordinis, Luſitanus *in Biblioт.*

Huius Hugonis Bilomij, & alterius fit mentio in libro noſtri Bandelli de Concep. impreſſo Mediolani 1475. abſque nomine auctoris. Lege Luſitan. *loco citato.*

ANDREAS GALLVS, ex primis noſtris Patribus non minus pietate, quàm vtriuſque litteraturæ, humanæ ac diuinæ ſcientia commendatiſsimus ſcripſit:

Poſtillam ſuper quatuor libros Regum.

Citatur hic auctor a Nicolao de Lyra *ſuper cap.* 10. primi libri Regum. Sixtus Senenſis *in Biblioт.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Ractius, & Luſitanus *in Biblioth. cap.* 17.

MATTHAEVS EBROICENSIS GALLVS NORTMANVS chariſſimus ob eximiam religionem, eruditionemque Carolo VI. Regi Galliarum. Hic igitur vita probitate, æqualique doctrina conſpicuus, ſubtilis ſacrorum voluminum perſcrutator, ſcripſit:

Digniſſima Commentaria ſuper Geneſim.

Super Exodum, Numeros, Leuiticum, & Deuteronomium.

Inſuper Poſtillam vtiliſsimam in Iſaiam, & ſuper alios multos libros Sacrorum Bibliorum, qui conſeruantur in Bibliotheca ſui Conuentus.

Trithemius, Seraphinus Ractius, Gozzeus, Plodius *par. 2. lib. 1.* Sixtus Senenſis *Bibliotheca Sanctæ lib. 4.* Luſitanus *in Biblioth. pag. 172.*

STEPHANVS A VICO MERCATO, Mediolanenſis, Poeta, Philoſophus, Theologus, iure peritus, & vir ex omni parte clariſſimus cępit primus in Carhedrali Mediolanenſi publico ſtipẽdio profiteri Sacram Theologiam. Hanc illic antea docuerat nemo. Euulgauit.

Dialogum potentiarum apprehenſiuarum.

Poſtillam in D. Lucam.

Summam notabilem in iure canonico.

Periarchon nominum.

Chronicon metricè & multa alia, quæ habentur Mediolani in noſtro Gratiarum Conuentu.

Abiuit ad Patres hoc anno Virginei partus 1298. Iacobus Suſatus, Plodius *par. 2. lib. 1.* Luſitanus *in Biblioth. pag. 229.*

Huius, quem Stephanardum quidã appellant, mortem elapſo anno 1297. plurimi conſignarunt. Clericus erat in ſæculo valde diues, ſcientiſſimus iuris Canonici. Cum autem quadam vice fructuoſiſſimus concionator ex noſtris haberet de mundi contemptu ad populum concionem, adeo, opitulante gratia Dei, cor Stephanardi commouit, vt ſtatim, remiſſo ad ſæculum nuncio, in S. Euſtorgij cænobiũ recurreretir, & ibi ſe noſtræ conſecrauerit Religioni. Pronunciatis de more ſolemniter votis, totis viribus ſe ſtudio litterarum addixit. Perbreui doctior factus, docuit multis annis cum plauſu. Tandem Mediolani in Cathedrali Eccleſia frequentiſſimo auditorum cõcurſu, annuo ſtipendio, centum nempe florenis moralem legit Theologiã, & Canones. Et tanta Ordinis gloria, vt ipſi rapto è viuis ob humanitatem, qua ipſum proſequabantur, ſuffecerint P. Fr. Iacobum de Gluſiano Mediolanenſem, qui apprimè laudabiliter annos viginti quinque eodem functus eſt munere. Diutius poſtea dicta cathedra durauit in noſtra Sacra Religione. Hiſtoriæ Ordinis, ac Monumẽta Fontanæ *pag. 1. cap. 9.*

STEPHANVM MEDIOLANENSEM alterum nobis quoque indicat Luſitanus *in Bibl. fol. 228.* Hic pluribus animi dotibus fretus humanarum littetarum ſtudijs ſe impendit, & diuinarum. Breui poeta, Philoſophus, & Theologus euaſit eximius. Iuris adhuc canonici peritiſſimus, Multos annos in noſtris ſcholis ſeueriorum diſciplinarum egit doctorem. Inſuper ea vixit comitate, ac morum facilitate, vt multorum, etiam dynaſtarum meruerit conſuetudinem. Tandem laborioſus in Dei vinea operarius denariũ diurnum Veſpere recepturus, circa hos annos, lætus ſatis aſpexit mortem: Scripſit opus inſigne, quod prænotauit.

Dialogum de potentijs apprehenſiuis: Diſtinguitur in partes duodecim continetque Capitula CCXX.

De Emanationibus in partes nouem diſtributis.

Librum de rebus Mediolanenſibus carmine ſatis culto.

De prelio hominis cum Fortuna carmine eleganti.

Chronicon.

De Irregularitate.

Quinque libros quæſtionum in Apparatu ad Decretales.

Iacobus de Suſato, Albertus Venetus, Antonius Senenſis *in Bibl. pag. 228.* Hoc anno Summus Pontifex Bonifacius Cardinalem renunciauit Nicolaum Taruiſinum modernum noſtri Ordinis Generalem, qui Summus Pontifex poſtea fuit. Factus hic Papa in Prælatorum conſeſſu quadam vice ſic dixit: *Quarto decimo ætatis anno ordinem ſum ingreſſus. Quatuordecim primis annis diſcipulum egi. Quatuordecim ſequentibus cathedris docui, & quatuordecim in mea Religione præfui.* Ad hæc qui aderant ibi Prælati: *Auſpicato ergo (Beatiſſime Pater) ac iure totidem annos*

nos Sanctam Eccleſiam Dei adminiſtrabis, Et ille eleuatis oculis ad Altiſſimũ: *Propitius ſit mihi dominus, & me* etiam nunc dignetur à tanta mole releuari. Mallem in feretro deportari, quàm in Apoſtolico throno ſedere. Olmeda, & alij. At de tanto viro inferius.

Anno 1299.

GVIDO DE CENODRO, Italus vir multis meritis colendus; fuit enim bonarum litterarum optimè peritus, iuris canonici non ignatus, in Philoſophia diuina, & humana multum verſatus, & virtutibus illius feliciſſimi ſeculi ornatiſſimus, poſteris tranſmiſit.

Sermones totius anni.

Item quaſtionarium notabile ſuper quinque libros decretalium modo diſputatiuo, quod inſcripſit *Quaſtionarium*

Puto eundem eſſe cum illo, quem Caſtillus appellat de Centodro.

Claruit hoc noſtri Ordinis decus circa hunc annum à ſalutifero Virginis partu 1299. Antonius Senenſis *in Biblioth. Prædic. fol. 94.* Marraccius in *Bibliotheca Mariana*, Plodius *par. 2. lib. 1.*

BEATVS HENRICVS SVSONIVS (quibuſdam Amandus Syſus, vel Suſo) parentibus prognatus clatiſſimis, vtpotè ex nobiliſſimo Mõtenſi genere, natione Sueuus, vir inſignis doctrina, & pietate, clariſque virtutum meritis planè mirabilis ad premium euolaſſe in Cælum anno Redemptionis humanæ 1365. Octauo Kalend. Februarij afferunt Alphonſus Fernandez *in Concet. Prædic.* Marraccius *in Bibl. Mar.* Miræus *in Auctario*, Labbe, & Ioannem Bollandum ad dictam Ianuarij diem:

Cæterum Caſtillus *centur. 2. lib. 2. c. 18.* affirmat anno Domini 1366. die 25. Febr. Marcheſius in diario 1306. Nos autem hoc anno: Nam propoſitus fuit vna cũ D. Thoma Aquinate Summo Pontifici, vt in numerum referretur Sanctorum. D. Thomas aſcriptus eſt in diuorum albo ann. 1323. Argumentum eſt igitur Suſonium obijſſe circa hunc annum, vel ante. Eius Sacrum Corpus requieſcit ante Altare S. Petri Martyris in cõuentu Vlmenſi Prouinciæ Alemaniæ. Henrico Paterna Familia Comitum Montenſium fuit, Suſo verò, quæ æquè Illuſtriſſima, Materna. Reponitur hoc præclariſſimum noſtri Ordinis ornamentum à Martyrologio Dominicano inter noſtræ Religionis Beatos Confeſſores, & fertur claruiſſe in vita miraculis, & in morte. Ita inter cæteros Labbe Soc. Ieſu de ſcriptor. Eccleſiaſt. Rigidiſſimus ad miraculum in ſeipſum. Eius vita deſcripta eſt à Laurentio Surio, à noſtro P. Marcheſio F. Dominico Maria, à Plodio *to. 1. & par. 2. lib. 2.* à Luſitano *in Bibl.* & à nobis *in 2. p. Elogiorum elog.*

Grauiſſimus, & ſeuerus Mag. Grauina glorioſæ memoriæ de cunctis Eccleſię Ordinibus bene meritus, acerrimuſq; cunctarum hæreſum propugnator in libro, quem prænotauit Vox Turturis *par. 2. cap. 12. pag. 124. linea 2.* appellat noſtrum Henricum *prodigium ſanctitatis*; & talis eſt planè; Sex menſes abſque vllo potu traduxit omnino.

Inter alia egregia opera, piorum deuotioni maximè accommodata edidit.

Horologium Sapientia pluries excuſum, & demum Venetijs 1539. & iterum Neapoli, typis Lucę Antonij Fuſci 1658. in 12. Expenſis, & opera perilluſtris Domini Ioſephi Ricciardi de Iudice Altamuratis mei ex Sorore Nepotis. Edidit:

Alia opera ſpiritualia lingua germanica, ſcilicet.

Centum Meditationes Paſsionis Dom. cum totidem petitionibus ad eundem:

Librum de nouem rupibus.

Sermones de Tempore, de Sanctis, & quadrageſimale.

Dialogum veritatis.

Varias Epiſtolas eruditione, ſanctitate, ſpirituq; refertas. Quæ omnia traducta in Latinum à Laurentio Surio Carthuſiano circa annum 1555. impreſſa fuere Coloniæ.

Officium quotidianum de Aeterna Sapientia, valde deuotum, ac ſæpè commiſſum typis, varijſque in locis. Vide Antonium Senẽſem *in Bibl. p. 105.* Alphonſum

phonſum Fernandez *in Concertatione Pradit.* R.P. Io: Bollandum *ad dictam Ianuarij diem*, Philippum Labbe Soc. Ieſu *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis*.

ABRAHAMVS VALDENTIVM CANTVARIENSIS, Anglus, multi homo ſtudij, ſummi ingenij, ac doctor Cantuarienſis ſcripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Super Logicam, Phyſicam, & Animam.

Ambroſius Gozzeus, Pladius *par. 2. lib. 1.*

Explicit Bibliothecæ Dominicanæ Centuria prima VI. Idus Aprilis labentis anni Domini 1675.

Aetatis meę LXVII. Menſibus 4. diebus 22. Romæ.

BIBLIOTHECA
ORDINIS PRÆDICATORVM.
CENTVRIA II.

Anno 1300.

MVNIO ZAMORRENSIS Hiſpanus, primùm moderator Hiſpaniæ, deinde Magiſter Ord. Generalis in ſerie VII, qui rexit noſtram Religionem annis VII. ſatis, ſuperq; prudenter. Hunc Nicolaus Papa IV. cum maxima noſtri Ordinis diſplicentia, anno 1262. à Generalatu abſoluit. Superuiuens annis IX, aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Palentinum in Hiſpania. Quo fuit per Bonifacium VIII. priuatus. Vir magni animi, ſingulariſque patientiæ in aduerſis, dictauit:

Regulam Fratrum, & Sororum de pænitentia B. Dominici: quæ poſteà fuit à Sede Apoſtolica approbata.

Præterea Fratri Theodorico de Apoldia, vt compilaret vitam Sanctiſſimi noſtri Patriarchæ, commiſit.

Obijt patientiſſimus Pater an. Iubilæi 1300. Nonis Martij Romæ in Conuentu S. Sabinæ, in qua depoſitus fuit cum hac inſcriptione:

Hic iacet F. Munio Zamorren. natione Hiſpanus, quondam Ordinis Fratrum Prædic. Magiſter VII. qui obijt ſeptima Martij Pontificatus Dom. Papæ Bonifacij VIII. Anno ſexto.

Gil. *in Theat. Eccleſiæ Palentinæ*, Olmeda *in eius vita*, Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 447. S. Antoninus 3. *par. hiſt.* Caſtill. *cent. p.* 1. Taegius *p.* 5. Borſellus *lib. de Gener.* Leander *lib.* 1. Diagus *hiſtor. Arag.* Iacobus Suſatus, Seraph. Ractius, Plodius *p.* 1. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. pag.* 177.

Hoc anno Maſſiliæ celebratur noſtrum Capitulum Generale, in quo eligitur Magiſter Ordinis F. Albertus Clauaris Ianuenſis Baccalaureus. Florebat hac tempeſtate Religio ſanctimonia, thiaris, Scriptoribus: innumeri enim viuebant hoc anno viri morum ſanctitate celebres. In hoc Capitulo nominati fuere viuentes Archiepiſcopi, & Epiſcopi aſſumpti ex Ordine noſtro quadraginta nouem. Scriptores, qui ſcribebant ſuper Scripturam, Theologiam, Philoſophiam, Logicam, Caſus conſcientiæ, & alia opera digna, numero triginta quinque.

IOANNES A TORTOCOLLO Magiſter, ardentiſſimus doctrinæ S. Thomæ defenſor, Philoſophus, & Theologus celeberrimus. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.
Contra Henricum Gandauenſem.
Et varia Quodlibeta.

Cla-

Claruit his diebus. Luſitanus *in Biblioth. pag.*135. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Anno 1301.

GERARDVS DE ANCINNIS S. Theologiæ Magiſter, Philoſophus acutiſſimus, & conſpicuus tam fama ſanctitatis, quàm literis, & prudentia. Scripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Floruit anno currente 1301.

Caſtillus *Centur.* 1. *lib.* 3. *c.* 57. *& Cent.* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. Albertus Venetus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Seraphinus Ractius, Luſitanus *in Biblioth. pag.* 90.

PHILIPPVS FERRARIENSIS, ſeu PHILIPPINVS doctrina, & ſuauitate morum inter celebres ſuæ ætatis inſignis. Scripſit diffuſiſſimè:

Super Logicam Petri Hiſpani.

Item narrationes, ſeu fabellas ſuper varias res ſpectantes ad omnes ſtatus.

Prætereà Librum Quæſtionum.

Floruit anno 1301.

Caſtillus *Centur.* 1. *lib.* 3. *c.* 57. Albertus Venetus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. pag.* 204.

VERCELLINVS VERCELLENSIS Philoſophus conſumatus, & celeberrimus, Theologus ſingularis, apprimè doctus in Sacra Scriptura. Scripſit:

Super Logicam Summam magnam, cui præfixit titulum, Tetralogum.

Librum multarum Quæſtionum Logicalium, Philoſophicarum, & Theologicalium.

Item Librum Sermonum totius anni.

Quadam Commentaria ſupra Euangelia Dominicalia:

Librum contra Ocham, quem prænotauit Antiocham.

Multos hymnos, & proſas de Sanctis.

Floruit hoc anno Orbis redempti 1301. Ita Caſtillus *Cent.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. *& Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Plodius *part.* 2. *l.* 1. Albertus Venetus *in Chron.* Luſitanus *in Bibl. p.* 260.

GEORGIVS, ſeu GREGORIVS DE PEYRA Magiſter in Theologia, Scholaſticus eruditus. Scripſit:

Summam Logicalem, in qua collegit omnes antiquas, & modernas opiniones.

Super quatuor Libros Sententiarum.

Hunc ponunt floruiſſe circa annum 1490. alij verò, quibus aſtipulamur, circa hæc tempora.

Huius meminerunt cum laude Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. *& in Appendice*, Seraphinus Ractius, Caſtillus *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 57.

NICOLAVS DE S. MARTINO, qui fuit Recanatenſis Eccleſiæ Paſtor, Euangeliſtes gratioſus, & expertiſſimus. Scripſit:

Sermones plures.

Albertus Venetus, Luſitanus *in Bibl. pag.* 179. *&* 180.

BEATVS IACOBVS MEVANIENSIS, ſanctitate, doctrina, miraculis celeberrimus, ex familia de Blaneonibus Ordinem ingreditur Spoleti 1236.

Apud Meuaniam Conuentum Ordinis curauit ædificari, in cuius conſtructione multa patrauit miracula. Panem multiplicauit, aquam in vinum vertit. Aeternæ ſalutis cupidus, dum ante Crucifixi imaginem ſacratiſſimam precaretur, de ipſa hoc modo certior factus eſt. Sanguine totus conſpergitur à Redemptore, eique dixit: *Sanguis iſte ſit in ſignum tuæ ſalutis.* Duos mortuos ſuſcitauit:

Librum de Saluatore noſtro:

Item librum de Iudicio extremo.

Euolauit in cælum hoc anno 1301.

Fernandez, Fontana *de Rom. Prou. c.* 6. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *l.* 1. *Conſule elegia mea.*

Anno 1303.

PHILIPPVS DE PEYRA doctus, & varijs linguis peritus. Scripſit græcè:

Volumen excellentiſſimum contra omnes Græcorum errores: Quod poſteà ipſemet tranſtulit in Latinum.

Floruit anno ſalutis humanæ 1303. ex Caſtillo *Cent.* 1. *lib.* 3. *c.* 57. Alberto Veneto, Luſitano *in Chron. pag.* 170. & Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

ANONYMVS reliquit:

Chronicon manuſcriptum circa hæc tempora, quod aſſeruatur in Conuentu S. Dominici Realis Madriti; ita teſtatur Caſtillus *in Præfatione Chronicorum.*

ANONYMVS reliquit manuſcripta: *Vi-*

Vitam S. Petri Conſalui Telmi compoſitam ante annos 326. Huius meminit Caſtillus *in Præfatione*.

ANONYMVS reliquit libros manuſcripros lingua Luſitana;

De aliquibus Sanctis Ordinis,& quoſdam alios Latinos, qui aſſeruantur in Conuentu Santaren. compoſitos ante 300. annos. Ex Caſtillo *in Præfatione Chronicorum*.

THOMAS GERMANVS Magiſter eruditus. Scripſit:

Libros plures de origine rerum, ſeu de proprietate rerum.

Librum de Corpore Chriſti in Sacramento Altaris.

De Corpore Chriſti mortuo.

De Tempore.

De Iride.

De Generatione lucis.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.2. l.1.*

GVILELMVS CORINTHIVS Græcus, vir doctus, ac pius. Scripſit:

Librum de Apibus.

Dubitat Luſitanus, & neſcio qua ratione, an hic ſit diſtinctus à Gulelmo Brabantino, quem nos vocauimus Thomam an. 1263. Plodius *p.2. l.* 11

IOANNES BALDVS, cuius meminit *in Chroniſtoria an.* 1303. F. Timotheus Carmelita, vir fuit doctiſſimus, & ſcripſit plura.

Anno 1304.

NICOLAVS BOCCASINVS TARVISINVS, parentibus natus eſt obſcuriſſimis, videlicet à genitore paſtore, ac humili genitrice, & adeo fuit pauper, vt ad alimoniam ſibi comparandam, adoleſcens, grammaticam doceret Venetijs. Caſtillus *p. 1. lib.* 1. *c.* 50. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 1. *num.* 2. Ciacconius, Doglion. Ciues ſui & alij plures paulo altiùs eleuant Boccaſinam proſapiam, ſcilicet, ad notarios. Factus ad altiora, cœpit ab adoleſcentia vrgeri deſiderio vitæ perfectioris. Hinc vota ſolemnia dixit in noſtra Religione, in qua euaſit doctiſſimus, celeberrimus concionator, & ſanctitate conſpicuus. S. Th. Magiſter bis rexit cum ſumma obſeruantia, & laude prouinciam Lombardiæ. Deinde Argentinæ in capitulo Generali anno 1296. ad Generalatum Ordinis fuit euectus. Generalis fungens officio, exactè adimpleuit quæ ſua, & præſertim Religionem viſitauit pedeſter, & cum baculo ſine pera, & ſine auro in Zonis. Caſtillus, Fontana, & alij.

Anno 1298. ad Philippum Galliæ Regem à Bonifacio VIII. nuncius delegatur: deinde ab eodem ſummo Pontifice, eodemque anno inter Cardinales ſub titulo S. Sabinæ adſcribitur. Anno 1300. Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus creatur. Ab eodemmet Bonifacio VIII. natus ad vniuerſa Florétiam primò ipſomet an. 1300. Poſtea 1301. in Poloniam, in Dalmatiam, Croatiam, Daniam, Sueciam, atque Pannoniam ob grauiſſima Eccleſiæ negotia vir prudentiſſimus Legatus de Latere deſtinatur. Ciacconius in Bonifacio VIII. Fernandez *de Cardinal. Ord. Prad.* Nicolini, & alij.

Romam reuerſus, poſt Bonifacij mortem anno 1303. ſummo omnium plauſu Menſe Octobri eligitur in Pontificem, quem Benedictum XI. appellarunt. Platina, Illeſcas, Bellarminus, Doglion. Platus *de ſtatu Religioſ. lib.* 2. *cap.* 28. Carranza, *Theatr. v. Pontifex* verùm Ciacconius Gualterius, Coriolanus, & Carillus eum vocarunr Benedictum X. alij autem IX. ita Panuinius, Tempeſta, & Marzilla. Nonnulli tandem Benedictum VIII. vt Garibay *tom.* 3. *lib.* 26. *cap.* 8.

De eo ſcripſerunt Platina *in vitis Pontif. Chron.* Genebrardi *lib.* 4. Caſtillus *centur. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 50. *& p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. Ambroſius Taegius *p.* 5. *&* 6. Seraphinus Ractius *lib. de viris illuſtr. Biblioth. Luſitana pag.* 174. Alphonſus Ciacconius *in vitis Pontificum*, Plodius *de viris illuſt. Ord. lib.* 4. Sanctus Antoninus 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. Onuph. Panu. Hieronymus Borſellus *lib. de Generalibus*, Leander *lib.* 3. Bzouius *in Annalibus Eccleſiaſt. an.* 1303. *&* 1304. Vghellus *in Italia Sacra tom.* 1. *in Pontif. Maxim. & Cardin. Oſtienſ.* Spondanus *in Auctar. Chronolog. ad Annales Baron.* Olmeda *in eius vita*, *& alij.*

Tanta eminebat humilitate, vt cum mater eius ad ipſum Pontificem acceſ-

ſiſſet ſericis induta, toruo oculo reſpexit filius humilis matrem, atque his verbis redargutam reiecit: *Recede à me mulier, neque enim matrem meam talibus veſtibus indutam vmquam conſpexi.* Perterrefacta increpantis maieſtate mulier modeſtiſſima, receſſit, aſſumptoque conſueto plebeio indumento iterum ad filium acceſſit, qui matri dilectiſſimæ humaniſſimè occurrendo in amplexus, & oſcula ruit, frugalemque annonam pro congrua ſuſtentatione eidem conſtituit ſatis piè. Platus *de ſtatuReligioſ.c.*28.Ciacconius,*Grant. lib.* 8. *Metropol. Theatr. v. veſtis*, Nicolini, Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 1. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 1. *c.*50. *& alij*.

DuasCardinalium promotiones habuit, in quibus tantum tres, & hos omnes ex noſtra Religione creauit. In prima enim P. F. Nicolaū Martini de Prato Epiſcopum Oſtienſem, de quo infra ad annum 1321. ac P.F.Guillelmum Mansfeldium Cantuarienſem, Anglum virum piiſſimum, & doctiſſimum, de quo Fernandez inter Card. Ord. Taeg. *in monumentis Ord.* Leander *de viris illuſtr. Ord. lib.* 3. Ciacconius *in vit.Pontif. & Cardin.* Fontana *in Theatro p.* 1.*cap.* 2. *num.* 9.

In ſecunda ordinatione P. F. Gualterum Vuinkterburnum Anglum, de quo an. 1305.

Multa priuilegiaOrdini conceſſit,& quam plures dominicanos adEccleſiarum regimina promouit, inter quos fuit B. Auguſtinus Epiſcopus Lucerinus, de quo in noſtris elogijs*p.* 3. *Religio infulata*.

Sacris donarijs Eccleſias S. Dominici Bononienſis, ac ſancti Petri Martyris Mediolanenſis locupletauit.

Cum Peruſij Sanctiſſimus Pontifex reſtituendæ cauſa pacis Italię totus incumberet, venenatorum ficuū eſu perimitur die 6. Iulij hora 9. an. 1304. Illeſcas, Doglion. Panuinius, Ciacconius, Villan. *lib.* 8.*c.* 8. Caſtillus *p.* 2. *lib.* 1. *cap.*9.

PetriNauim direxit menſes nouem, & euolauit ad ſuperos clarus miraculis in vita, & poſt mortem (vt refert Caſtillus) ſepultuſque fuit in Eccleſia Prædic. vbi deceſſerat. Hunc Martyrologium dominicanum repoſuit inter Beatos confeſſoresOrdinis noſtri. Scripſit ſatis doctè:

Commentaria in Pſalmos.
Item ſermones.
Commentaria in Matthaeum.

Luſitanus, Plodius *de viris illuſt. Ordinis lib.* 4. Fontana *in p.* 1. *Theatri cap.* 1. *num.* 2. Iacobus de Suſato, Albertus Venetus, Fernandez *concert. Prædicat. Theatrum v. Religioſus tit. Ord. D. Dominici*.

Anno 1304. Nonis Iulij in gratiam Caroli II. Siciliæ Regis P. F. Radulphum Burgundum dominicanum renunciauit Patriarcham Hieroſolymitanum. *Ex lib. prouis.* Prælatorum Benedicti XI. M-S. Vghelli, Plodius *part.* 4. inter Patriarchas Ordinis, qui eum malè nominat Robertum. Vide Fontanam *in Theatro p.* 1.*cap.*3. *tit.*4.*nu.*5. Fuerat Radulphus diu Prouincialis terræ ſanctæ, orientaleſque regiones non ſemel, maximo cum fidei catholicæ incremento, peragrauerat; & erat eidem Carolo II. à ſacris confeſſionibus,& in paucis chariſſimus, cuius virtutum, ac meritorum ſatis conſcius erat Benedictus XI. Præterea idem Radulphus Eccleſiæ Brunduſinæ inſtitutus fuit adminiſtrator ex præallegatis Authoribus. Ex Elogijs meis. p. 3.

BEATVS BENEDICTVS XI.
Elogium
Futurus Paſtor Eccleſiæ
Nicolaus Boccaſinus
Apud Taruiſium
A. Humili loco naſcitur ex Paſtore.
Iure mundum victurus
Appellatus eſt à victoria Nicolaus.
Exercuit patris exemplo a puero paſtoritiam:
Par fuit cuſtodem Eccleſiæ præfici
Aſſiduis pridem vigilijs aſſuetum.
Paſtoritiam exercuit puer,
Vt ſicut Dauid
De poſtfætantes aſſumeretur ad
Thronum.
Paſtoritiam exercuit puer;
Alia cura
Ei non debebatur, qui innocens,
Quam innocentis Abelis.
Libentiſſimè conuerſatur
In-

Inter paſtores Ieſus.
Ambulans per inuia Deus
B: (*Iuxta mare Galilaæ*)
Ex piſcatore Paſtorem elegit Petrum;
Nunc ambulando per recta,
Paſtorem ex paſtore.
Rure igitur educatus, velut in cœlo,
Syluas, auiculas, plantas,
Flores habuit condiſcipulos:
Deum audijt Præceptorem.
In gymnaſio innocente
Innocentem nactus doctrinam,
Fuit moribus candidiſſimus.
Agnorum ex innocentia, & lacte
Attraxit innocentiam, & candorem.
In eo
Auorum decus ne quæras,
Qui nondum auos;
Sed Pontificia ipſa decora
Summis ſuis virtutibus decorauit.
Sol inter planetas, quòd potior,
Suamet luce,
Non rutilat aliena.
Ex caula venit ad aulam,
Pietati æquè proximus vtrobique.
Ex caula:
Mores requirit Dominus, nō Maiores.
Adoleſcens æquè obſcurus, ac clarus,
Vt ſibi alimoniam compararet,
C. Vtramq; humanitatem Venetijs
docuit,
Et litterarum, & morum.
In palæſtra litteraria pueri
Nihil apalæſtrum videbant in Præceptore:
Cuncta in eo compoſita,
Verba, oculi, mores.
Quantus, quantus erat,
Nihil erat, niſi humanitas, Boccaſinus.
Iure
Futurus ſupremus Orbis Magiſter
Primæua ætate
Erudit incipientes:
Intereſt Petri
D. Nutrire oues, & agnos.
Ritè futurus Papa
Grammaticus extet perfectus:
Eius eſt planè intendere
Regulatiſſimæ
Orbis conſtructioni.
Grammaticam profitendo Venetijs
Declinationem docebat
A malo.
Grammáticus quidem exactus,
Cuius ſuperlatiua
Super omnia Deum amare.
Subſtantiua eius hæc erant,
Cæleſtia:
Reliquum, adiectiua.
Ex Grammatico
Deſtinatus Eccleſiæ Paſtor,
Vt ſibi, & gregi
Paſcua vberius ſumminiſtret,
Campos petit Dominicanos:
Hi virtutum herbis abundant.
Sponſa
Paſcit oues, & hædos
Iuxta tabernacula Paſtorum;
Scilicet, vbi cætus eſt Prædicantium.
In Albo Prædicatorum adſcriptus.
Scientias in primis hauſit, & puritatē.
Et ne collectæ collaberentur virtutes,
Fundamentum poſuit ſanctitatis,
Humilitatem.
Non difficile habuit humilis
In domo humilitatis
Antecellere vniuerſis.
Quare
Natus ad Monarchiam
Vbique gentium petitur ad regimina.
E. Pluries Prior, pluries Lector;
Init faſces Prouinciæ Lombardiæ;
F. Totius Ordinis eligitur Generalis.
In quo munere
Ruſtico Patre
Ruſticam egit vitam:
Non quòd inhumanis
Religionem rexerit inſtitutis;
Sed quòd forti eandem pectore gubernauit.
Ordinem viſitauit pedeſter.
Sidus hoc ſplendentiſſimum
In Religionis eclyptica
Cunctis gradibus feliciter perluſtratis,
Vt reliquū Chriſtiani Orbis illuminaret
Egreditur de Zodiaco Monachiſmi.
Anno 1298.
A Bonifacio VIII: ponitur Eccleſiæ
Cardo.
Ne timeat, etiam dormiens,
Domus Apoſtolica perfodi à latrone
Super hoc cardine ſtabilita.
Anno 1300.
Ex Cardine fit & porta,
Epiſcopus Oſtienſis.
Redditus ergo clarior,
Quo iam dudum erat obſcurior
Anno MCCCIII. die XXII. Octobris

Datur Ianitor Paradiſi.
Quem naſcentem rudis lacerna
Fondea ſub arbore tegit,
Gemmaro ſub tecto ſedentem
Holoſericum tegat villoſum.
Ita ſylueſtris vrbanus;
Spectaculum, & ſpectator
Et incomprehenſibili fato vocatur
E Grege
Ad regendos greges, & reges,
Ad agolum, & ad pedum,
Ad purpuram è Melote.
Bis igitur Paſtor bonus.
Et benè in confuſione illa ventorum
Solertiſſimus eligendus erat in Papã.
G. *Blandiente aura*
Nauim regit vltimus nauta:
In confuſione ventorum.
Primi quæritur ars Magiſtri.
Menſe, quo folia decidunt,
Flos noſter erupit ex Eden:
Ver afferebat Eccleſiæ nouum.
Romam reſtituit Romæ,
Perduelli obedientem.
Benedictus voluit appellari,
Nec ſine fati prouiſu,
Veniebat in nomine Domini Benedictus,
Vt benedictione cæleſti
Benediceret terram ſuam,
Religionem.
Noſtri Ordinis verus Parens, qui fuerat verus filius.
Tres Cardinales creauit;
Sed omnes Dominicanos.
Rectiſſimè Benedictus,
Qui omnia benè
Et mutos loqui, & ſurdos fecit audire.
Sibi moribus feciſſet nomen,
Vel traxiſſet à beneficentia illud,
Quòd nemini non Beneficus,
Benignus, & Benedictus,
Quòd Philippum Galliæ Regem,
Vt pacem Eccleſiæ pareret, benedixit,
Eadem & bonitate Principes Columnenſes.
Supremo in faſtigio ſine faſtu
Contempſit honores, qui onere lætabatur.
Imperio maximus minimis ſe æquabat:
At tanta humilitate Maximus Põtifex
Non dimiſit maieſtatem, ſed auxit.
Ad imperium Orbis euectus
Dignitatem dedit Imperio, & accepit.

Vt extra Fortunam
Fortunas ſuas, quæ maximæ, ſtabiliret,
Abſcondens ſagax à fure
Illas in ſinu repoſuit paupertatis.
Vt charitate ſuum impleret pectus,
Sui amorem ab illo expectorauit.
H. Amictam ſericis matrem
Filius humilis non admiſit:
Non nouerat, niſi humilia.
Admiſſa eſt quando induit conſueta.
Nouercam arbitrabatur diuitem, & diuitias
Verè filius Paupertatis:
Cyclade indutam potentis
Exuit matrem.
Mutata veſte Plebeiam
Vir ſimplex
Laruam credidit perſonatam.
Arguit magiſter Orbis in matre
Crimen ſolitum fæminarum.
Habitu reaſſumpto obſcuro,
Clarior apparuit Nato.
A quo agnita
Colit, & colitur,
Adorat, & honoratur:
Patrem filium vocat
Et iucundiùs oſculata eſt nato pedes,
Quàm caput.
Feliciſſima,
Quæ æmulata Virginem Matrem
Coram Orbe in Vrbe
Religiosè quem genuit, adorauit.
I. Sic velut Dominus habitans in altiſsimis
Benedictus
Minimæ Genitricis
Ex magna ſobole maximæ
Reſpexit humilitatem.
K. Plura dixit, ſcripſit, & fecit:
Cumque ſanctiſsime moliretur
L. Captiuitatem Iacob auertere,
Fato ceſsit.
Apud homines
Inequitat omni gaudio triſtitia ſua.
Anno 1304.
M. Peruſij ficuum eſu perimitur.
Erat filius Adæ,
Qui mortem hauſit in pomo.
Moriturus potatur Chriſtus & felle.
Nono Pontificatus menſe,
Et hora nona, qua Chriſtus
Mortalitatem expleuit;
Scilicet,
Sol noſter in medio curſus:
Mo-

Moritur hora nona; in cœlo
N. Vt aſtrologicè inciperet nonū diē.
Iulij randem die obiuit ſexta,
Vt defatigatus operibus
Die ſeptimo cū Domino requieſceret.

Scholion.

A. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 50. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. & communiter ſcriptores tam Religionis, quàm exteri. Quidam paulo ciuiliori tramite eius ſtipitem deduxere, ſcilicet ex notario, vt dixi.

B. Matth. *c.* 4. *c.* 18.

C. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 1. *c.* 50. Ciacconius, Doglion.

D. Ioan. *cap.* 21. *c.* 17. & 18.

E. Caſtillus vbi ſupra, Fontana ibidem, & alij.

G. Verba ſunt Petri Chryſologi *ſerm.* 20.

H. Fontana vbi ſupra, Caſtillus ibidem & alij.

I. Pſalm. 137. *f.* 6.

K. Fuit eloquentiſsimus, doctiſsimus, & ſolemniſsimus concionator. Caſtillus vbi ſupra.

Mirabilia operatus eſt Deus per eum: de quibus Caſtillus vbi ſupra, Platina in vitis Pontificum, *Chron.* Genebrardi *lib.* 4. Ambroſius Taegius *part.* 5. & 6. Seraphinus Ractius *de viris illuſtribus*, *Biblioth.* Luſitana, AlphonſusCiacconius *in vitis Pontificum*, Plodius *de viris illuſtr. Ordinis lib.* 4. S. Antoninus 3. *pag. titul.* 23. *cap.* 11. Onuph Pan. Hieronymus Borſellus *lib. de Generalibus*, Leander *lib.* 3. Bzouius *in Annalibus anno* 1303. & 1304. Vghellus *in Italia Sacra tom.* 1. *in Pontif. Max. & Cardin. Oſtien.* Spondanus *in Auctar. Chronol. ad Annales* Baron. Olmeda *in eius vita*.

L. Ex Pſalmo 84. ex quo ſupra deprompti ſunt ſales, proſequitur: *Benedixiſti Domine terram tuam; auertiſti captiuitatem Iacob.* Moliebatur bellum Aſiaticum contra Thraces pro terra Sancta recuperanda. Nicolini.

M. Illeſcas, Doglion. Panuinius, Ciaconius, Villan. *lib.* 8. *cap.* 80. Caſtillus *p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9.

N. Cū dies naturalis, ſeu ciuilis, qui conſtat luce, ac tenebris, à quatuor cardinalibus Horizontis, atq; meridiani circuli, ſeu principalioribus mundi punctis colligi poſſit, factum eſt, vt apud diuerſas nationes variè numeretur. Quidam illum incipiunt à ſolis Ortu. Ita Perſæ, Babilonici, & Græci: Alij ab occaſu; vt apud AEgyptios, Boemos, Polonos, & Italos. Quidam à media nocte. Cœterùm apud Arabes, Hiſpanos, & omnes ferè Germanos à Meridiei momento; ſeu circulo Meridiano, quos Aſtrologi ſana ratione ſequuti ſunt, menſuratur. Lege Maginum Iſagogicarum *tract.* 2. *cap.* 6. Argolum Aſtronomicorum *lib.* 3. *cap.* 8. & latius meum Introductorium Aſtrologicum.

Symbolum huius Pontificis erat:
Illuſtra faciem tuā ſuper ſeruum tuū.

Huic Card. de Prato, ab ipſo facta purpura cohoneſtatus, nobilem conſtituit tumulum, cui ſequens elogium iuxta illius temporis morem appoſuit.

O quàm laudandus, quàm dulciter eſt venerandus
Inclytus iſte Pater: prius extitit Ordine Frater,
Sancti Dominici, Chriſti vigilantis amici.
Lector honoratus, Prior extitit ipſe vocatus.
Effectus talis: fit Fratrum Dux Generalis.
Sic homo doctrinæ: Poſt hac fit Cardo Sabinæ.
Oſtia, Velletrum, titulum ſibi dant duo latum.
Præfuit Hungariæ Legatus, gemma Sophiæ.
Fit Pater ipſe Patrum; caput Orbis, gloria Fratrum.
Eſt meritò dictus re, nomine Benedictus.
Treuiſij natus: hic primo Pontificatus
Anno deceſſit. Sibi rectè ſubdita rexit.
In nono mēſe mortis proſternitur enſe.
Hunc hominem tantum reddunt miracula ſanctum.
Innumeris ſignis dans grata iuuamina dignis.
Lector, habe menti, currebant mille trecenti.
Quatuor appoſitis, dum tranſit hic homo mitis.
Menſe, die ſexta Iulij ſunt talia geſta.

Plo-

Plodius *in eius vita*, Vghellus *Italia ſacra tom.* 1. *in Pontif. Maximos*, *&* *Cardin. Oſtien.* Spondanus *in Auctar. Chronol. ad Annales* Baronij, Bzouius *in Annal. Eccleſiaſt. an.* 1303. *&* 1304. Fontana *in Theatro part.* 1. *c.* 1. *n.* 2.

Anno 1305.

GVALTERIVS VVINKTENBVRNVS, Anglus, patria Saresburienſis, ſuæ Anglicanæ Prouinciæ Moderator, vir multiplici eruditione tam ſacra, quàm prophana imbutus, dexteritate, prudentiaque maxima in agendis præditus, Eduardo Regi Anglicano, & à confeſsionibus ſacris, & ab intimis conſultationibus fuit. Anno 1304. die 19. Februarij ad Cardinalatum ſub titulo S. Sabinæ à Benedicto XI. promouetur. Recepto ſuæ promotionis nuncio, ex Anglia venit Peruſium, vbi è viuis ereptum Benedictum Papam inuenit. Conclaue igitur cum alijs Cardinalibus ingreſſus, Clementis V. electioni interfuit. Poſthæc à ſacro Cardinalium cætu cū Cardinali noſtro F. Nicolao Pratenſi in Galliam Legatus ad electum Papā, vt factam ſui electionem comprobans, accederet Romam, dirigitur. At nimio calore in itinere vexatus, obijt octogenarius Ianuæ an. 1305. A tanto viro bona cuncta ſperabantur in Eccleſiæ catholicæ commodum, niſi inuida mors illum ſubripuiſſet. Eius corpus, vt mandauerat, in Angliam delatum, Londini conditum eſt apud noſtros. Bibliothecæ tranſmiſit commentaria ſuper quatuor libros ſententiarum.

Librum variorum ſermonum tam de tempore, quàm de Sanctis.

Et alia plura. Scripſere de eo S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *c.* 11. Onuphrius, Ciacconius, Caſtillus *centur.* 1. Taegius *p.* 1. Leander *lib.* 3. Ratius, Plodius *de viris illuſt. Ordinis lib.* 4. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 10. Fernandez, Spondanus *in Annal.* Luſitanus *in Bibl. pag.* 86. Olmeda, & alij.

BERNARDVS DE CASTRO S. Vincentij philoſophus, & hiſtoricus celeberrimus, nec non ſacrarum litterarum peritus ſcripſit.

Chronicon à principio Ordinis noſtri vſque ad ſua tempora, nempe ad annum 1304. Huius Archetypus aſſeruatur in noſtra Bibliotheca Bononienſi.

Annales Pontificum, & Imperatorum vſque ad tempus Ioannis XXII.

Tractatum de Concilijs Generalibus à primo in Eccleſia congregato vſque ad ſuam ætatem. Cuſtoditur in Vaticana. Ita Hieronymus Albertucius Bononienſis Dominicanus.

Vitas aliquot Fratrum, ac ſanctimonialium, qui in Religione noſtra ſanctitate celebres fuere, deſcripſit, ac præſertim vitam Fratris Aldobrandini Caualcantis, F. Angeli Acciaioli Archiepiſcopi Florentini. Ita Leander *lib.* 4. Taegius *p.* 1. Luſitanus *in Bibl. pag.* 54. Borſellus, Caſtillus *in præfatione chronicorum*, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. *Martyrologium Dominicanum.*

Anno 1306.

PETRVS BARCINONENSIS Hiſpanus vir pius, & doctus zelo fidei ductus, vt de erroribus Iudæos traheret ad Eccleſiam, acriter in eos ſtylum acuendo, ſcripſit notabilem librum, quem, vt terrefaceret inimicos, prænotauit. *Pugionem contra Hebræos.* Viuebat hoc anno 1306. Luſitanus *in Bibl. pag.* 192. *&* 193. Caſtillus *cent.* 1. *l.* 3. *cap.* 57. Plodius *p.* 2. *l.* 1.

At hic vel eſt idem cum illo, qui vocatur Raymundus Martini Barcinonē. ſis, de quo an. 1283. vel præfixit eundē titulum ſuo libro, vel Antonius Senenſis, & alij falluntur.

RICOLDVS, SIVE RICARDVS A MONTE CRVCIS Florentinus, cū petitiſsimus eſſet linguæ ſyriacæ, ac Arabicæ, quas in Aſia ipſe didicerat, *traduxit ex Arabico in Latinum Alcorarum Mahumetis, & contra illud ſcripſit librum, quem dixit Alcorani improbationem. Incipit: Quot ſunt dies ſerui tui, &c.*

In hoc libro reuelat omnes errores, amentias, & deliria Saracenorum, ac docet modum diſputandi contra illos. Deinde Demetrius Sigonius è latino tranſtulit in græcum. Tandem Bartholomæus Picininus de Monte arduo reduxit è græco iterum in latinum, ſed elegantius quàm eſt illa translata à Ricoldo, & illam Ferdinando Regi Ara-

go-

goniæ dicauit. Oporinus Baſileæ eandem excudit cum Alcorano, Græcis, & Latinis è regione poſitis. Hic liber continet 17. capita, in quibus & errores Saracenorum refert, & modum, quo aduerſus illos ſit diſputandum, docet, & multa alia vtiliſsima. Fuit etiã hic liber excuſus Hiſpali, an. 1520. Ita Abbreuiator Geſneri. Scripſit etiã.

Librum ad nationes Orientales. in quo tractat de differentijs inter Hebræos, Mahumetanos, ac Gentiles. Reperitur in Biblioth. S. Mariæ Nouellæ Florentiæ. Hic deuotiſsimus pater multa paſſus eſt à Mahumetanis ob ſanctam fidem catholicam. Tandem à ſummo Pontifice vocatus ad patriam ab illis remotiſsimis regionibus, vt aliqua dubia in rebus fidei declararet, cum Florentiam peruenißet, obijt an. 1309. in vigilia omniũ Sanctorum. Michael Pocciantius, Caſtillus *centur.* 1. *lib*, 3. *c.* 57. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fernandez, Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6. *Abbreuiator Geſn.*

Anno 1307.

AITONVS, SIVE HAITONVS ARMENVS, Aitoni Armeniæ Regis filius, vt fuit clariſsimus ſanguine, ita eruditione, & præſertim hiſtoriarum: quamobrem diſertiſsimè concinnauit *Hiſtoriam Tartarorũ*, quæ aliàs appellatur *Itinerarium*, *& flos hiſtoriarum Orientis.*

Vixit hoc anno 1307. Miræus in Auctario *cap.* 413.

Anno 1308.

MALACHIAS patria, & cognomine ignotus. Scripſit:

Librum, cui titulus Venenum.

Ex hoc libro Garetius mutuatus eſt nonnulla in ſuum librum de Sacro corpore; & ſanguine Chriſti.

Huius meminerunt Caretius vbi ſupra in claſſe prima. Luſitanus *in Bibliotheca fol.* 170. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

ICONECTVS vir doctiſſimus.

Edidit ſummam, quæ aſſeruatur in Vaticano.

Huius operis, & auctoris meminerunt Penna *in direct.* 2. *p.* 9. 14. Noſter F. Nicolaus Eymericus, Grauina.

Anno 1309.

REMIGIVS CLARVS, Florentinus, Philoſophus, Theologus, celebris diuini Verbi concionator ſuo tempore fuit clariſſimus Diſcipulus attentiſſimus audiuit Angelicum S. Thomam, cuius & imitari mores ſategit. Publicè ſummo cum plauſu Pariſijs interpretatus eſt Magiſtrum ſententiarum. Fuit à Benedicto noſtro XI. corona Magiſterij, ac annulo inſignitus, à quo Romæ deinde datus fuit Ordinis Procurator. Pro ingenij ſui, ac doctrinæ monumentis reliquit:

Librum quæſtionum Theologicarum per Alphabetum.

Alium quodlibetorum continentem tractatus XVII. Item opus philoſophicum.

Librum Metaphyſicũ de modis rerum.

Magnũ volumen ſermonũ de Sanctis;

Aliud ſermonum de tempore.

Fato ceſſit Florentiæ anno ſalutis humano generi reſtitutæ 1309. Michael Pocciantius in Catalogo ſcriptorum Florentinorum, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Vallus *in compendio*, Lucarinus, & Fontana *de Rom. Prou.*

THEODORICVS GERMANVS diuerſus ab illo anni 1277. Mathematicus, philoſophus, & religione inſignis. Scripſit:

Librum de cauſis.

De quidditate rerum.

De natura elementorum.

De tribus diffinitionibus.

De coloribus.

De intellectu, & intelligibili.

De origene lucis.

De principio Materiali.

Claruit hoc anno *Biblioth.* Luſitana *fol.* 233. Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

THEODORICVS incognitus cognomine, patria, natione. Scripſit:

Summam valde vtilem, ac notabilem de Chirurgia.

Albertus Venetus, Luſitanus *in Biblioth. p.* 233. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

THEODORICVS GERMANVS diſtinctus à ſupradictis, doctus, & prudentiſſimus. Scripſit:

De *impreſſionibus radialibus* ad

Ge-

Generalem Magiſtrum Ordinis Eymericum Placentinum, floruitque anno dicto 1309. Ambroſius Gozzeus, Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

ECHARDVS, ſiue ECCARDVS Germanus, ſeu theutonicus vir acris, & ſubtilis ingenij, in Peripatetica doctrina omnium eruditorum ſui ſæculi princeps,& in diuinarum rerum ſcientia præclariſſimè verſatus, atque in expliicandis obſcuriſſimis locis clariſſimus. Huius celeberrimi viri nonnullæ Scholaſticæ propoſitiones propter obſcuritatem, ambiguitatem, nouitatemq; dictionum ex academijs Theologorum exploſæ fuerunt. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Scripſit etiam Scholaſtico more in Geneſim,in Exodũ; in Cantica Canticorum;in ſapientiam Salomonis;in Ioannem;in Orationem Dominicam; in Euãgelia feſtiua totius anni;Sermones de Tempore; Sermones de Sanctis.

Hic vir fuit adeo acutus (ſicut dixi) vt vſus fuerit quadam nouitate terminorum,& quodam loquendi modo, contra vſum communem Theologorum.Quo factum eſt,vt à Summo Pontifice damnatæ fuerint eius decem, & ſeptem propoſitiones,quæ in fine operum ſuorum ob maiorem ſecuritatem legentium adnotantur; illaſq; ipſemet doctiſſimus Auctor, & fidelis Eccleſiæ aſſecla,retractauit.Cœterùm extra hęc Author in reliquis ſemper præſefert ſubtiliſſimum, doctiſſimum, pium, & Catholicum. Claruit anno Domini currente 1310. Antonius Senenſis *in Biblioth. Predicat.* Trithemius *de ſcriptoribus Eccleſiaſt.* Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. & 31. Taegius *p. p.* Radius. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.*

GVILELMVS VERIDA Colonienſis vir ob doctrinam, ac religionem, moreſque maximè venerabilis poſteritati reliquit:

Commentaria ſuper Epiſtolas & Euangelia ab Aduentu vſque ad Paſcha Reſurrectionis.

Floruit anno ſalutis humanæ. 1310. Caſtillus *Centuria* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. Ambroſius,Gozzeus,Plodius *p.*2.*lib.*1.

VARNHERVS de BOTIS,vir ſingularis vitæ,exẽpli,& doctrinæ Scripſit:

Libros duos ſuper Euangelia de Tempore totius anni.

Floruit circa hæc tempora.

Caſtillus *Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Luſitanus *in Biblioth.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Anno 1311.

THOMAS IORSIVS natione Anglus, genere nobiliſſimus, ſcilicet ex Iorſiorum familia clariſſima Anglicana apud Londinum prognatus, diſciplinarum peritiſſimus, vitæque Sanctitate fuit illuſtris. Nomine dato noſtræ Religioni,ad illam ſeptem fratres ſuos vterinos, qui omnes, vt ſeptem lucernę ardẽtes in noſtri Ordinis candelabro enituerunt, aduocauit. Inter hos ſpeciali titulo P. F. Gualterius Archiep. Armacanus & primas Hiberniæ; de quo an. 1316. dicemus; affulſit. B. Albertum Magnum Coloniæ ſortitus eſt Præceptorem, dilectiſſimum condiſcipulum Sanctum Thomam. Potitus deinde laurea Doctoratus, docuit Pariſijs, Londini, & alibi. Perſpecta eius virtute, vnanimi conſenſu fuit moderator Prouinciæ Anglicanæ, quam ſeptem annos ſanctè, ac prudentiſſimè gubernauit, electus. Eius fama permotus Rex Eduardus primò illum in confeſſarium ſuum elegit. Deinde, & à ſecretis. Poſtea à Papa Clemente V.Cardinalis Sanctæ Sabinæ, & Epiſc. Sabinen. 1305. die 17. Decembris creatus fuit. Multos elegantiſſimos tractatus compoſuit.

Librum de Doctrina ſcholarium.

De conceptione B. Virginis.

Librum quæſt. Theologicarum.

Super Boetium de conſolatione.

Librum in Ioannem Scotum. Ita Ant. Luſitan. *in Biblioth.* Alij verò ei attribuunt. ſcripta:

In librum ſententiarum.

Sermones multos annuales.

In D. Auguſtinum de ciuitate Dei.

In Geneſim.

In Prouerbia Salomonis.

Opus aureum in triginta ſeptem Pſalmos. Nuper impreſſum Venetijs 1611. apud Euangeliſtam Deuchinum *in fol.*

Tandem familia nobiliſſimus, ſcientiarum omnium peritiſſimus, vitæ ſanctitate longe clarior, Magiſterijs in Religione conſpicuus, in vniuerſa Eccleſia dignitate excelſus, Legatus à Pontifice ad Imperatorem Henricum VII. miſſus, in itinere pedeſter duobus Fratribus contentus, duobus item ſeruulis inceſſit. Laboribus defatigatus, & nimia ætate confectus, Lugduni animam Deo reddidit, antequam ſuum perageret munus, anno Domini 1311. Pitſeus de ſcriptoribus Angliæ ætate 14. refert eum mortuum eſſe apud Allobroges, cuius corpus poſtea apud Prædicatores ſepultum eſt in Monaſterio Oxonienſi in Anglia: Huius meminerunt Sixtus Lambertus Lucenſis Ordinis Prædicat. *in eius vita*, S. Antoninus *3. p. tit. 23. cap.* 11. Leander, Abbeuiator Geſneri, Sixti *Biblioth.* Plodius *de viris illuſtribus lib.* 4. Ciacconius, Fernandez, Fontana *in Theatro p. 1. cap. 2. num.* 11.

PETRVS FERRACCIA, FORACHA, vel FORRACHA Genuenſis, ſub annum vixit currentem 1311. Sæculo abdicato, noſtris ſe mancipauit; & & vt erat ingenio curioſo, atque vegeto, velociſſimè vniuerſorum ſpatia emenſus eſt ſtudiorum. Omni ad ſatietatem pota litteratura, Scripſit

Ingentem ſummam ſuper materias omnes per alphabetum, cui titulus Compendium bonorum. Perrunt. Caſtillus *Cenſur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. *& Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Luſitanus *in Bibliotheca* Plodius *de viris illuſtribus p.* 2. *lib.* 3.

Florebat circa annum 1311. ex Caſtillo, Luſitano *in Biblioth. fol.* 197.

B. Iordanus Piſanus non minus piiſſimus, quàm doctiſſimus adeo memoria excelluit, vt omnia ſacra Biblia veteris, & noui Teſtamenti, Breuiarium quoque, ac Miſſale Ordinis memoria retineret. Eius ſermones Italiæ toti erant gratiſſimi; & vſque ad tempora noſtra reperiuntur integri libri pleni eiſdem, qui à ſcriptoribus ſub ſuggeſtu, Iordano prædicante, ſcribebantur. Miſſus Pariſios lectum ſacram Theologiam, & libros quatuor ſententiarum, in itinere Placentiæ, in Lombardia reddidit animam Deo die 19. Auguſti anno 1311. Claruiſſe dicunt multis miraculis. Caſtillus *Centur. 2. lib. 1. cap.* 22 Plodius *p. 1. lib. 1. n.* 253.

IOANNES RVSSIM, ſeu RVSTIN Teuto, eius Prouinciæ aliquando moderator, vixit ſumma cum laude circa hæc tempora. Vir fuit in Scholaſtica doctrina, in diuinis libris, atque in Ariſtotelis diſciplinis eruditiſſimus. Inter alia illuſtria opera, quibus nomen ſuum ad Poſteritatis tranſmiſit notitiam, publicauit.

Super quatuor libros ſententiarum Commentaria.

Sermones ad Clerum.

Sermones plures de tempore, ac de Sanctis totius anni.

Super quindecim prima capita Diui Matthæi.

Super Epiſtolam Apoſtoli Pauli ad Titum.

Directorium Confeſſariorum.

Antonius Senenſis *in Biblioth. pag.* 139. Seraphinus Razzius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. & Caſtillus *Cenſur. 2. lib. 1. cap.* 31. *qui Centuria p. lib. 3. cap.* 57. Ioannem Cuſſim appellat.

Anno 1312.

Hoc anno, alijs elapſo, celebratur in finibus Allobrogum Concilium Viennenſe. Fuit XV. Generale à Clemente V. indictum, cui idē Pontifex præfuit Maximus. Interfuere in illo Reges Galliæ, atque Angliæ. Gordon. refert ſacro cœtui adfuiſſe Regem Aragonenſem. Aduenere illuc ex noſtris duo S. R. E. Cardinales, Nicolaus Pratenſis, de quo an. 1321. atque Nicolaus Farinola, de quo anno 1323. Bzouius, & Spondanus *in Annalibus Eccleſiaſticis* anno 1311. *num.* 1. Fernandez *in Concert. Prædicat.* eodem anno, & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit.* 6.

Conuenerunt quoq; ex noſtris Robertus Prouinciæ Regni Trinacriæ, qui fuit Philippo Achaiæ, & Tarenti Principi à Sacris confeſſionibus. Hunc Acheruntini, & in Magna Græcia Materani ſibi Paſtorem, quem Clemens V. Pontifex Maximus XV. Kalen. Septembris anno 1308. confirmauerat,

elegerunt. Fuit Robertus ad omnes virtutes propenſus, creditumque ſibi ouile eleemoſynis, exemplis, ſanctiſque ſemper admonitionibus fouit. Viginti ſex annis ſuam rexit Eccleſiam, ingreſsuſque eſt vniuerſę carnis viam ſub Ioanne XXII. anno reparati orbis 1334. Vghellus *tom. 7. ex lib. Prouiſ. Prælat. epiſt. 604. fol.* 118. & Fontana *in Theatro p. p. 1. c. 4. tit. 1. num. 4.*

2. Andreas de Antonio Ghezzio Burgheſio Senenſis, Archiepiſcopus Antibarenſis in Sclauonia. Fuit diuini verbi præco percelebris, à Benedicto noſtro XI. P. Max. huius Eccleſiæ Paſtor creatus fuit anno 1304. Per Italiam verò Apoſtolicus Nuncius miſſus eſt ad Principes anno 1318. à Ioanne XXII. Ita teſtantur Lombardellus *in vita B. Bonauentura Tolomei*, Lopez *in Hiſtoria Ord. part.* 4. Vgurgerius *in Pomp. Senen. tit.* 5. *part.* 1. Vghellus, & Fontana *in Theatro par. 1. c. 4. tit. 3. num. 2.*

3. Andreas Archiepiſcopus Antilianenſis. Fuit hic Hungarus, & inſignibus præfulſit virtutibus, magna religione, doctrina, & prudentia. A Rege Carolo Berto ad Curiam Apoſtolicam Burdegalis tunc temporis commorantem, Clemente V. Pontifice Maximo, miſſus eſt, vt canonizationem Virginis Margaritæ, filiæ Belæ IV. Regis Hungariæ promoueret. Ita de hoc refert S. Antoninus 3. *par. Hiſt. tit.* 23. *cap.* 11. dicens: *Frater Andreas Hungarus Archiepiſcopus Antilianenſis, qui fuit miſſus ad Curiam à Rege Hungaria pro canonizatione Margarita filia Regis Hungaria Monialis Ordin. Præd. qua ſanctitate vixerat in Prouincia Hungaria, &c.* A Clemente V. Pontifice Maximo Antiliarenſis Archiepiſcopus anno 1306. circa feſtum omnium Sanctorum creatur. At vbi commiſſum ſibi gregem exemplo, ac eruditione pauiſſet, religioſæ vitæ deſiderio tentus, ad Ioannis XXII. pedes depoſita infula, pauperculam in Ordine repetijt cellam, in qua paulo poſt quieuit in pace. Leander, Albertus, Ferrarius, *de Hungar. Peter. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. Olmeda *in vita Aymerici Placentini Generalis*, S. Antoninus *vbi ſupra*, & Fontana *in Theatro p. 1. c. 4. tit. 4.*

4. Oddo Archiepiſcopus Arborensis in Sardinia. Fuit Oddo de Sala Piſanus natalium ſplendore clariſſimus, multarum Eccleſiarum Paſtor: nam ob doctrinæ præſtantiam, & morum candorem à Bonifacio Papa VIII. creatus eſt Teralbenſis Epiſcopus in Sardinia ſub Metropoli Arboren. At cum optimi Paſtoris ſpecimen ſe cunctis exhibuiſſet, ab eodem Summo Pontifice 7. idus Februarij anni 1302. ad Polenſem Sedem Epiſcopalem in Dalmatia tranſlatus fuit. Huic cùm annis ſex dignè ac laudabiliter præfuiſſet, à Clemente V. Pontifice 3. Kalendas Aprilis an. 1308. ad Arborenſem Archiepiſcopalem tranſiuit. Tandem eodem Summo Pontifice 6. Idus Maij 1312. ad Patriam ſuam Piſanam. Infracti animi vir ſemper perſtitit in aduerſis, ac pro Eccleſiaſtica libertate tuenda multùm inſudauit. In Piſanos criminalem proceſſum an. 1322. fabricauit. Ea propter ab eis multatus exilio, Florentiam, ſua domo publica ira redacta in cineres, petijt. Re ad Io. XXII. Pontificem Max. cuius partes Oddo ſequebatur, delata, eundem intrepidum virum Alexandrinum Patriarcham nominauit, & Caſsinenſis Eccleſiæ Adminiſtratorem creauit 6. Non. Maij eodem anno 1322. quã peregregiè vnius anni curſu piè, ſanctèque gubernauit, raptuſque eſt à mortalibus an. 1323. in Monte Caſſino in Eccleſia nouiter erecta tumulatus. Vghellus *tom. 3. inter Piſan. & tom. 2. inter Mont. Caſſin.* At Marcus Antonius Scipio Placentinus *in Elogijs Caſſinenſ.* ait Oddonem primum Epiſcopum inter Abbates Caſſinates præfuiſſe illi Monaſterio, præfecturamque ibi adminiſtraſſe annos quatuor, & menſes aliquot; deceſsiſſeque anno 1326.

5. Georgius Archiepiſcopus Tarentinus. Fuit Capuanus, doctus, & pius. Bonifacio Papæ VIII. in paucis charus, Tarentinus Archiepiſcopus ab eodem Pontifice creatus fuit Idib. Nouemb. anno 1301. Pontificatus fui VII. Maxima prudentia præditus, ſingula-

gularique in agendis eluxit dexteritate, ob quam Caroli II. & Roberti Regum vtriuſque Siciliæ intimus Conſiliarius extitit. Triginta tres annos in ſua Eccleſia laudabiliter vixit, tandem iuit ad Patres anno 1334. Vghellus *Ital. Sacra tom.* 9. & Fontana *in Theat. p.*1. *c.*4. *tit.*93. *num.*2.

6. Raymundus Archiepiſc. Valentinus. Raymundus de Ponte ex decreto Clementis V. in Templarios Religioſos inquirens in Regno Valentiæ, eoſque varijs criminibus, toti Chriſtiano orbi notiſſimis, coinquinatos anno 1308. inuexit. Deinde proceſſum ad hoc Concilium detulit, & eoram eiuſdem ſacris Patribus, legit, & propalauit. Damnati tandem fuere Templarij à Sacra Synodo Viennenſi *in* 2. *ſeſſ. habita* 3. *non. Aprilis an.* 1312.

Vltimum obiuit diem optimus Paſtor eodem anno 1312. Fernandez *in Epiſc. Hiſpan. & in Concert. Prædic. ad an.* 1308. Fontana *in Theatro p.*1. *c.* 4. *tit.* 113. *num.*3. *& p.*2. *cap.*3. *tit.*6.

7. Vvolfangus Epiſcop. Bambergen. in Alemania. Hic de Eſtumbergo nobiliſſimis ortus natalibus à Clemente V. anno 1305. huius Eccleſiæ creatus fuit Epiſcopus. In hac dignitate ſe bonorum operum exemplum exhibens cunctis, in Bambergen. ciuitate cœnobium Ordini, conſtruxit vnum Fratrum, & alterum Monialium extra Ciuitatem. Tertio decimo ſui regiminis anno diſceſsit è vita, ſepultuſque fuit in ſua Cathedrali propè Imperatorem Henricum ann. 1318. Plodius *par.* 2. *lib.* 1. & Fontana *in Theat. p.*1. *c.*5. *tit.*74. *num.*1.

8. Lucas Epiſcopus Caſtrenſis in Salentinis in Regno Neapolitano Hydruntino Archiep. ſuffraganeus. Hic fuit de Neapoli, & 6. Idus Nouemb. an. 1303. à Benedicto XI. creatus fuit Epiſcopus Eccleſiæ dictæ, in qua laudatiſsimè vixit annos decem, & octo; deinde translatus fuit ad Hydruntinenſem Metropolitanam 3. Idus Februarij an. 1321. à Io. XXII. Pontificatus ſui an. V. Prædictam Metropolim rexit annos octo: & mortalitatem expleuit an. 1329. Vghellus *Italia ſacra tom.* 8. *&* 9. Taeg. *in Monum. Ord.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 4. *tit.* 49. *& cap.*5. *tit.*149. *num.*1.

9. Matthæus Epiſcopus Cluſinus in Etruria ſub Metropol. Senenſi ortus Medicea ſtirpe nobiliſſima Florentina præter natalium claritudinem; ac ſplẽdorem, charitate, ſcientia, & pietate præfulgens à Bonifacio Papa VIII. ad Cluſinum Epiſcopatum 10. Kalend. Decembris anno 1299. prouehitur. Quatuordecim annis commiſſum ſibi gregem verbi, & exempli paſcuis enutriuit. Anno tandem 1313. perrexit, præmia percepturus, ad Dominum. Vghellus *tom.*3. *Italiæ Sacræ*, & Fontana *in theat. p.*1. *c.*5. *tit.* 191.

10. Ioannes Conradus Epiſcopus Feſulanus in Tuſcia fuit à Pinna de Guelfeducijs Piſtorienſis, Romanæ Prouinciæ alumnus. Cum virtutibus emicaret, à Capitulo Feſulano electus fuit Antiſtes, cuius electio à Clemente V. an. 1309. confirmata eſt: Suæ Eccleſiæ annos tres præfuit. Anno 1312 viam vniuerſæ carnis ingreſſus, ſepultus eſt in Templo S. Mariæ Nouellæ Florentino. Vghellus *tom.*3. *Ital. Sac.* & Fontana *in theat. p.*1. *cap.* 5. *tit.* 245. *num.* 1.

Summus Pontifex ad Sacram Synodum quoque Aymericum Placentinũ, qui in communi Patrum cætu eodem anno congregato Neapoli ſe Magiſtratu Ordinis abdicauerat, acceſſiuit. Præterea Vicarium noſtri Ordinis Fr. Berengarium tunc Moderatorem Prouinciæ Toloſanę, qui Summo Põtifici permaximè erat acceptus pariter conuocauit. Cum his interuenere plures præſtãtiores ex noſtris Templariorum cauſam inibi diſcuſſuri. Reipſa diſcuſſerunt, ac eos ex Eccleſia eliminandos fore *in ſeſſ.*3. concluſere. Grauina *pro Sac. Depoſit. cap.*22.

Vvilielmus, ſiue Gullielmus Pariſienſis, qui in Gallia Generalis Fidei Cenſor fuerat, à Clemente Papa V. anno 1305. creatus, anno 1308. mandante eodem Summo Pontefice, Templariorum cauſam, Fratre Durando de S. Porciano, Fratre Romeo de Burgatia, Fr. Heruæo Natali, alijſq; noſtris Fratribus ſcrutantibus, & conſulentibus, recognouit. Illicò, vt par

M 2 erat,

erat, fuerunt à Synodo condemnati. Hæreſes prædictorum, qui diuitiarum affluentia, militarique diſciplina inſtructi, circumſtipati potentiſſimis clientelis, terrori erant Europæ, detexit. Ergo hæreſibus eieratis, eorumdem quoque de alijs criminibus,ęquè grauioribus, diſcuſſæ ſunt cauſæ, determinatæ, & maximè, quòd à noſtris ſatis, ſuperq; impiè ad Saracenos defecerant. Propterea in pluribus regionibus, ipſorum Ordine, ac inſtituto extincto, iuſtiſſimè tandē vel combuſti fuere, vel tota Europa præſcripti, bonis expoliati. Grauina, *de Sacro Depoſito cap.* 22. Paramus *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 4. Fernandez ad annum 1307. & 1308. & Fontana *in theat. p.* 3. *c.* 3. *tit.* 38.

Adhæc. Begardorum, & Beguinarum errores, pluribus de his, diſputationibus à noſtris Patribus habitis, demùm in eadem ſeſſione damnarunt. Fernandez in Concert. Prædic. anno 1311. Lucarinus *in Chron. Ord.* Fontana *in theat. p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 6.

Hic Guillelmus Pariſienſis fortaſſe eſt ille, qui ſcripſit:

Dialogos ſeptem de Sacramentis.

Lipſiæ anno 1512. & Lugduni 1587. impreſſos. Hi dialogi falsò præferunt nomen Guillelmi patria Aruerni ad Pariſienſem Epiſcopatum anno 1218. electi, & qui anno 1240. damnauit quoſdam articulos Theologorum minus Catholicæ fidei conformes, vixitque vſque ad 3. Kalendas Aprilis anni 1249. De eo Thomas Cantipratanus libro de Apibus, Ioannes Gerſon, Trithemius, Bellarminus, Simlerus, Philippus Labbe, ac alij. Patet illos Dialogos ſeptem non illius eſſe, ſed noſtri, etenim in fine addit illorum Auctor ſua ſe collegiſſe ex ſcriptis Fr. Thomæ, ac Petri de Tarentaſia, qui Guillelmo Pariſienſi Epiſcopo poſteriores fuerunt. Et de facto non ſatis amici, Theophilus in Erotematis, Philippus Labbe *de ſcriptor Eccleſ.* ad Bellarminum *pag.* 338. & alij tribuunt tres dialogos huic Guillelmo Pariſiēſi Religioſo Ordinis noſtri, qui ante annos 300. ſcribebat, teſte Claudio Spineo eiuſdem noſtri Ordinis.

FRANCISCVS GRAVANVS Venet. Archiepiſ. Antibaren. in Sclauonia ad Vienneſe Concilium à Clemente Papa V. accerſitus eſt. Vir in græcis SS. Patribus, ac litteris verſatiſſimus. Taegius in monument. Ordinis.

FRANCISCVS GRAVANVS Italus, patria Ianuenſis, quem virum in humanis litteris peritum, in diuinis multùm exercitatum, & concionatorē non vulgarē appellāt in ſua Bibliotheca Frater Antonius Senenſis Luſitanus *pag.* 81. & Marraccius *in Biblioth. Mariana*. Scripſit: ex Caſtillo *cent.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. *&* *centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31.

Sermones Dominicales.

Sermones de Sanctis.

Quadrageſimales ſermones.

Solemnia Commentaria ſuper Lucam.

Librum alium collationum ſuper eundem Euangeliſtam, & multa alia opuſcula parænetica.

Claruit circa annum Domini 1312. Plodius *par.* 2. *lib.* 1. Luſitanus vbi ſupra.

GVLIELMVS CONNEVS, alijs GANNACVS, ſeu GANNEVS. Gallus, quem virum eruditum, venerandumque appellat in ſua *Bibliotheca Prædic.* F. Antonius Senenſis, ſcripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Et alios tractatus, & præſertim de ſacra Innocentia Matris Dei.

Ita teſtatur Paulus Soncinas *ſuper 3. ſententiar. diſt. 3. quæſt. unica dicens: hanc cōcluſionem tenent, & tenuerunt hi quadraginta doctores, Origenes, Iſidorus, Bernardus, Anſelmus, Hugo de Sancto Victore, Magiſter ſententiarum, Remigius, Alchuinus, Caſſiodorus, Caſſianus, Petrus &c. quorum dicta recitat frater Guillielmus de Gannaco in tractatu de vera innocentia matris Dei*.

Claruit anno ſalutis 1312. Caſtillus *centuria* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. *& centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Luſitanus *in Bibliot. pag.* 101. Seraphinus Ractius, & Plodius *par.* 2. *lib.* 1.

Anno 1313.

PAVLVS DE PILASTRIS Conuentus S. Mariæ Nouellæ Florentini

rentini nobilis alumnus, illuſtris Theologus, in declamando è ſuggeſtu mirabilis, atque omnibus ſcientijs ornatiſſimus, Nicolao Cardinali Pratenſi Epiſcopo Oſtienſi ex noſtra Religione aſsũpto in paucis charus. Fuit hic Prior in S. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe anno 1311. quo etiam fuit Vicarius Generalis Prouinciæ Romanæ in capitulo Generali Neapoli eodem tempore celebrato delectus. A Clemente V. anno 1313. die 5. Aprilis Gradenſis Patriarcha renũciatus, pallio ab eodem Summo Pontifice donatus fuit. Cum verò ad commiſſam ſibi Eccleſiam perueniſſet, quinto decimo die, non ſine ſibi commiſſi gregis lacrymis, cui Pauli pietas, morumq; probitas optimè innotuerant, è viuis ſublatus, ibidem habuit tumulum. Scripſit doctiſſimus Paſtor.

Notas ad nouum teſtamentum.

Philoſophicum commentar. in Ariſt. Vghellus *to.* 5. inter Patriarchas Gradenſes, Plodius *de viris illuſtrib. Ord. lib.* 2. *part.* 2. Fontana *in ſacro Theatr. Dom. in p.* 1. *cap.* 3. *tit.* 6. *num.* 6. Michael Poccianтius.

ALDOBRANDINVS de TOSCANOTA, ſeu de Toſcanella, natione Italus floruit ſub hoc tempore. Vir fuit ingenio, perſpicax, ſui ſæculi celebris prædicator, & in Theologia, ſacraq; ſcriptura ſatis verſatus ſcripſit:

Duo volumina Sermonum de Sanctis, & de tempore, quę M.S. characteribus perantiquis reperiuntur in Conuentu S. Seueri de Neapoli.

Item ſcripſit vitam S. P. Dominici in in 8. *partes diuiſam.*

Antonius Senenſis *in Bibl. pag.* 9. & 10 Marraccius *in Bibl. Mar.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. *&* 2. Fontana de Prouincia Romana, & Monumenta conuentus Graden.

ANDREAS Patria Piſtorienſis, natione Italus, eiuſdem Ciuitatis Antiſtes, vir & morum grauitate, & naturalibus, & acquiſitis animi dotibus decoratus; inter alia ingenij, & doctrinæ monumenta, quibus notitiam ſui nominis poſteritati reliquit, in litteras miſit.

Sermones totius anni, tam Dominicales, quàm quadrageſimales.

Item ſermones de Sanctis totius ann.

Præterea quatuor ſermones pro vnaquaque die Sanctorum occurrentium in Quadrageſima.

Claruit his temporibus. Alphonſus Fernandez *in concert. Præd.* Caſtillus *centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Marraccius *in Bibliot. Mariana.* Luſitanus *in Bibl. Præd. pag.* 17. Plodius *par.* 2. *l.* 1.

HVGO PRATENSIS, quod eſt oppidum egregium prope Florentiam in Etruria, cum eſſet potens, & efficaciſſimus in ſermone, fuit celebratiſſimus ſuo tempore diuini Verbi Eccleſiaſtes. Edidit ſermones de Sanctis per totum annum. Lugduni per Antonium du Ry. 1528. in 8. ſcripſit:

Sermones Dominicales ſuper Euangelia, & Epiſtolas.

Lugduni in officina litteraria Antonij du Ry. an. 1528. in 4. & alibi pluries.

Quadrageſimale. Venetijs apud Ioannem Variſcum 1584. in 8. & ibidem apud eundem 1578. in 8.

Sermones communes ſolemnes.

Florebat hoc tempore, ac felicem animam ex hac mortali ad vitæ fontem emiſit anno poſt partum à Virgine 1322. Antonius Senenſis *in Bibliot. pag.* 120. *Biblioth. Mariana* Marraccij, Leander *lib.* 4. Caſtillus *centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31.

Anno 1314.

BEATVS ALBERTVS MANDVEGARINVS Brixienſis doctor eximius, cui reuelata fuerat, à Beatiſſimo noſtro Patre Auguſtino, gloria S. Thomæ Aquinatis, à quo non ſolum Sacram Theologiam, profundamque doctrinam, ſed etiam mores & probitatem, vt verus diſcipulus, apprehendit. Fuit etiam peritiſſimus vtriuſque iuris. Scripſit:

Summam Caſuum Conſcientiæ Sacerdotibus ſatis vtilem,

Item Sermones de Sanctis, & de tempore, & alia plura.

Item ſummam de inſtructione Sacerdotum in quatuor libros diſtributam.

Reperitur Mediolani in cõuentu Gratiarum, & Toleti in conuentu S. Petri

tri Martyris conſcripta characteribus peruetuſtis. Sanctiſſimè diem clauſit extremum anno redemptionis 1314. Caſtillus *centur.2.lib.1.cap.31.* Trithemius deſcriptoribus Eccleſiaſticis, Luſitanus *in Bibl. par.* 7. Plodius *par.* 1. *lib.*1. *& part.* 2. *lib.*1. & in Appendice. Ambroſius Gozzeus. Leander in Italia *lib.*5. Vinc. Bellouac. *Spec. hiſt.* Taegius 1. *p.* Vallus in compendio *par.* 1.

HENRICVS ARIMINENSIS vir genio acri, & viuido, diuinarũ, atq; humanarum rerum cognitione ſupra morem excultus, diuini verbi declamatione famoſus, moribus probatiſſimus, qui floruit hoc anno. Scripſit:

Librum de Politiam Venetorum.

Item *ſummam de quatuor virtutibus moralibus* ſatis vtilem concionatoribus compilauit.

Taegius *p.* 1. Seraphinus Ractius, *par.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. fol.* 104.

GRATIA DEVS DE ASCVLO in Piceno vir acutiſſimi ingenij, celebris peripateticus, & Theologus verſatiſſimus. Scripſit:

In totam artem veterem Ariſtotelis.

In prædicabilia Porphirij, & in ſex principia Gilberti Porrectani. Venetijs apud Bonetum de Locatellis Bergomenſem 1491. in folio.

Commentaria in octo libros Phyſicorũ.

In tres libros de Anima.

Edidit etiam plures quæſtiones theologicas, & Metaphyſicas, quas diſputauit in ſtudio Patauino. Impreſſæ fuere Venetijs an. 1484.

Summam rerum Logicalium.

In libros de ſomno, & vigilia.

De memoria, & reminiſcentia.

De vita, & Morte. Item de longitudine, & breuitate vitæ.

De intellectu, & intelligibili. De ſenſu, & ſenſato.

De motibus animalium. De proprietate elementorum.

De Phiſonomia. De lineis indiuidualibus.

De Mundo, & de moribus.

De bona fortuna. De Nilo, de Coloribus.

De cauſis iuuentutis, ac ſenectutis.

De reſpiratione, & inſpiratione.

De Plantis. De pomo.

Epitome Geſneri, Taeg. *p.* 1. Ambroſius Gozzeus. Plodius *in Appendice.* Scipio Mazzella *in diſcriptione Samnij* Luſitan. *in Bibl. fol.* 92. *&* 93.

DOMINICVS TOLOSANVS vir ob morum ſanctimoniam, & doctrinã ſæpe, multumque ab hiſtoricis commendatus, in diuinis ſcripturis verſatiſſimus, Theologuſque fuit inſignis, ardenti virtutis ſtudio, exacta diſciplinæ cuſtodia, & ingenuo morum candore, proximam maiorum noſtrorum ſanctitatem, & ſtrenuè æmulatus eſt, & feliciſſimè retulit. Inter innumera penè opera, quibus nomen ſuum longè, lateque ad poſteros tranſtulit, fecit publici iuris.

Magna commentaria rerum diuerſarum ſuper vetus teſtamentum.

Protulit etiam in apertum *Magna Commentaria ſecundum litteralem, & myſticum ſenſum ſuper totam diuinam ſcripturam*, quæ nuncupauit Ioanni XXII. Romano Pontifici Maximo.

Albertus Venetus *cap.* 11. *Chronicorum*, Luſitanus *in Bibl. fol.* 69. Caſtillus *Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

RAYNERIVS PISANVS vir ingenio viuax, iure canonico clarus, magnus Theologus, & virtutum omnium cultor edidit.

Pantheologiam, ſeu ſummam vniuerſæ Theologicæ veritatis in duobus magnis voluminibus ſecundum Ordinem alphabeti complexam. Brixiæ apud Thomam Buzzolam 1580. in 4.

Citatur pluries à noſtro Io. Baptiſta Corrado *in reſponſis*, & præſertim *in parte* 2. *dubio* 1. dicens; *vt notat Raynerius de Piſis Ordinis Prædicat. in ſua Summa verbo Abſolutio, ex Diu. Thoma.*

Trithemius hæc habet de Raynerio in libro de Scriptoribus Eccleſ. *Raynerius Piſanus, natione Italus Ordinis Fratrum Prædicatorum, vir in Scripturis ſanctis ſtudioſus, & eruditus, atque in iure canonico ſatis peritus, ingenio promptus, eloquio ſcholaſticus, conſilio cautus, & non minus religione, quam ſcientia Venerabilis, vt Fratribus ſuis in iure minus expertis, in audiendis confeſſionibus præberet iter.* Scripſit:

Maxi-

Maximam, & inſignem Summam de Caſibus, in duobus magnis voluminibus ſecundum ordinem Alphabeti, quam prænotauit *Pantheologiam*.

Scripſit & quædam alia.

Claruit ſub Bonifacio Papa VIII. & Alberto Imperatore Anno Domini MCCC. Hæc Trithemius.

Pantheologia impreſſa fuit Norimbergæ 1473. Venetijs 1486. Lugduni 1519. & alibi pluries. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.2.* lib.2.

ANTONIVS PARMENSIS magnus, & celebris Prædicator, pietate inſignis, & doctrina conſpicuus. Scripſit:

Plures, & varios Sermones ſuper Euangelia Dominicalia totius anni.

Item librum Euangeliorum Quadrageſimalium, cuius titulus, Medulla Sermonum.

Floruit anno 1314. circiter. Hunc alij vocant Amonium. Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.2.lib.1. & 3.* Albertus Venetus, Iacobus Suſatus, & Caſtill. *Cent.2. lib.1. cap.31.*

GVIDO DE GVENECIIS Bononienſis, ingenio eleuato, ac prompto, doctus profundè in Philoſophia, Theologia, ac Sacra Scriptura, moribus ſuauiſſimus. Scripſit:

Super totam Philoſophiam moralem Ariſtotelis.

Alia opera eius reperiuntur in Bibliotheca Bononienſi. Caſtillus *Centuria 2. lib.1.cap.31.* Leander Albertus poſuit eum Anno 1380. Nos autem Plodium *p.2. lib.1.* Albertum Venetũ *in Chronicis*, Caſtillum *Centur.2. lib.1. cap.31.* & alios ſequuti ponimus eum viuentem hoc anno 1314. Luſitanus *in Biblioth. folio* 94.

IOANNES FRIBVRGENSIS Teutonicus vir probitate, morum candore, atque doctrinæ præſtantia celebris in iure canonico verſatiſſimus, ac diuini verbi facundus, & fructuoſiſſimus prædicator. Dum ſemel Bononiç in vſurarios inueheretur, adeò populum illum commouit, vt odio incenſus, vſurarium quendam publicum, cui nomen erat Landulphus ex vrbe clamoribus expellens, lapidibus imperiuiſſet. Vociferabatur dicendo: *Pereat Landulphus, & domus eius tota.* Luſitanus *in Biblioth. fol.* 134. aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Oſſunen. in Hungaria. Laborum ſuorum præmia conſequuturus, migrauit ad Dominum anno 1314.

Edidit tabulam ſuper ſummam Raymundi, & apparatum eius.

Item ſcripſit verificationem, ſeu declarationem plurium, quæ in ipſa ſumma, & gloſſa ipſius habentur.

Edidit quoque quendam libellum de quæſtionibus caſualibus, cuius prologus incipit: Quoniam dubiorum noua quotidie difficultas emergit, &c.

Scripſit præterea Summam Prædicatorum. Reutlingæ an. 1487. excuſam.

Tandem *Summam Confeſſorum*, quã in quatuor partes diſtribuit. In prima agit de criminibus, quæ principaliter, & directè committuntur in Deum. In ſecunda de his, quæ in proximum. In tertia de miniſtris, & regularibus, & irregularitatibus, de impedimentis ordinandorum, diſpenſationibus, purgationibus, ſententijs, pænitentijs, & remiſſionibus. In vltima de matrimonijs. His addidit Statuta *ex Sexto Decretalium*; Hæc Summa paſſa eſt prælum an. 1518. die 9. Sept. Lugduni per Magiſtrum Iacobum Saccon, impenſis Ioannis Koberger in folio, & non primùm. Quam collegit ſummo ſtudio ex Raymundo, Guillelmo, Innocentio, Hoſtienſi, Goffredo, alijſque viris perdoctis. Commendat tantùm virum Fontana *in Theatro par.1.c.5. tit.* 441. Eum Neotorici fermè omnes citant. Hunc doctiſſimus, & probatiſſimus Pariſienſis Cancellarius Gerſon ſæpiùs commendando allegat. De quo tandem Myrræus *de Scriptor. Eccleſiaſt.* hæc ait: *Fr. Io. Friburgen. Teutonicus Ordin. Prædic. Epiſcopus Oſſunen. in Hungaria moritur* 1314. *Scripſit Sũmam Prædicatorũ. Reuthingæ an.* 1487. *excuſam, & Summam Confeſſariorum, Lugduni an.* 1518. *euulgatam. Friburgi ſepelitur multis miraculis clarus. Niderus eidem cognomentum Runſia attribuit.* Hæc Myrræus. Scripſit etiam:

Super quatuor libros ſententiarum.

Item varias epiſtolas exhortatorias ad Vniuerſos Ordinis Fratres.

P.1.

P. 1. *Monum. Ord.* Trithem. Leander *lib.*4. Luſit. *in Bibl.*

Plures dicunt claruiſſe anno 1250.

BERNERIVS N. natione Allobrox claruit his temporibus. Alijs N. Bernenſis. Fuit vir pius, deuotus, & ſatis doctus. Quanto ſemper Deiparam fuerit complexus affectu, quanto deuoto, ac ſincero ſemper animo, ab ipſis adoleſcentiæ ſuæ luſtris, ad eius anhelauerit cultum, apertè demonſtrauit colligẽdo ex diuerſis partibus Antiphonarum, Reſponſoriorũ, Hymnorum, &c. retinentibus tamen propriũ ſenſum cum proprijs melodijs:

De eadem B. Virgine Antiphonam gratiſſimam, incipientem: *Regina Cœli, quam pulchra es, &c.* & deſinentem. *Tuum precare filium pro tuo catu pauperum.*

Claruit anno ſalutiferæ natiuitatis 1314. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marraccius *in Bibl. Mar.* Luſitanus *in Bibl. pag.* 56.

DOMINICVS DE CATHALONIA Hiſpanus, vir præſertim in ſcholaſticis concertationibus verſatiſſimus, pietate, præter doctrinam, & Apoſtolica prædicatione, ac vitæ ſanctimonia clatus ſcripſit:

Librum, ſeu tractatum de Conceptione B. Virginis Mariæ.

Ita referunt *in Concertat. Prædicat.* Alphonſus Fernandez, Marraccius *in Biblioth. Mar.* Vincentius Bandellus, Luſitanus *in Bibl. fol.* 69. Plodius *p.* 2. *l.* 2.

Claruit circa annum ſalutiferæ natiuitatis 1314.

GERARDVS VVLICH, ſeu VVLICHIVS Germanus, Patria Treuirenſis, vir ſuo tempore grauis, ac venerandus, & ſicut bonarum litterarum cultor perquàm ſtudioſus, ita earum, & diuinarum notitia non mediocriter adornatus, compoſuit:

Sermones de Tempore, & de Sanctis totius anni.

Præterea edidit: *Paſſionale de Sanctis, & plura alia.*

Claruit circa annum reparationis humanæ labentem 1314. Caſtill. *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Antonius Senenſis *in Biblioth. fol.* 91. Plodius *p.* 2. *l.* 1. Marraccius *in Bibl. Mar.*

GVIDO DE PILEO ex Comitibus Montis Belli Vicentinus, Ferrariæ primus Inquiſitor; Prouincialis Lombardiæ inferioris, & Benedicti XI. Commiſſarius Apoſtolicus. Non. Aprilis 1304. ab eodem Pontifice Max. Ferrarienſis Epiſcopus ordinatur. Vir fuit in literis humanis excellentiſsimus, celebris Theologus, & Philoſophus ſubtiliſſimus. Legit publicè multos annos Sacram Scripturam.

Ad imitationem Petri Rigæ Remenſis Presbyteri Poetæ Scholaſtici, qui claruit ſub Friderico Imperatore primo anno Domini 1170. Scripſit:

Verſibus hexametris librum, cui Margarita Biblæ, in quo expoſuit ingenioſiſſimè, ac doctè omnes libros Sacræ Scripturæ tam veteris, quàm noui teſtamenti in ſenſu literali, & allegorico, illumque Pontifici Maximo Clementi V. dicauit. Liber incipit: *Nobile principium.* Cum verò Ferrarienſem Eccleſiam ſanctè, ac piè XXVII. annos adminiſtraſſet, mortuus eſt 1331. Ferrariæ apud noſtros ſepultus; cuius epitaphium legitur ſemideletum apud Vghellum *to.* 2. *Italiæ Sacræ*, & Fontanam *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 244. *num.* 2.

Hic impij Ermanni oſſa, quem plurimi vt Sanctum venerabantur, publico igni tradidit, eiuſque ſectatores è Ferrarien. ditione eliminauit. Sixtus Senenſis *Bibliotheca ſanctæ lib.* 4. Io: Trithemius, Caſtillus *Centuria* 2. *lib* 1. *cap.* 31. Taegius, Luſitanus *Centur. p.* 1. Platina *in vita Bonifacij VIII.* Iacobus Marzar. *in Hiſtoria Vicentina*, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. *& in Append.*

Poeta hic celeberrimus, teſte Sixto Senenſe loco citato, edidit alia plura.

GVIDO EBROICENSIS Gallus, vir in bonis litteris inſtructus, in Philoſophia, & ſcholaſtica diſciplina apprimè, & in ſacris, vti diligentiſſimus, ſic etiam haud mediocriter exercitatus: in declamationibus quoque ad populum facundus, ac diſertus, addidit ad regulas Tichonis natione Afri quædam aptiſſima documenta ad Sacræ Scripturæ ſenſum capeſſendum vtilia, ex quarum rerum ignorantia in doctrinæ ſacræ expoſitione ſæpius contingat errare. Libro titulum fecit:

De

De clauibus diuinæ Scripturæ.

Fuit Tichonius Afer, in aliquibus dogmatibus Donatiſta, de quo Gennadius Maſſilienſis *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 18. Vixit anno 390. Compoſuit Regulas ſeptem, ad inueſtigandam, & inueniendam ſcripturarum intelligentiam, quas in vno volumine concluſit. Eas S. Auguſtinus *lib. 3. de doctrina Chriſtiana. cap.* 30. & *lib.* 3. *Retractationum cap.* 18. Item Caſſiodorus præfatione in pſalmos, & Iſidorus *lib.* 1. de ſummo bono ſatis laudant, ac multis verbis examinant, & recenſent, & idem Auguſtinus loco citato 2. *libri* Retractationum nonnullas expoſitiones prætulit expoſitionibus Diui Cypriani. Prima regula Tichonij eſt de Domino, & eius corpore. Secunda de Domini corpore bipartito. Tertia de promiſſis, & Rege; ſeu de ſpiritu, & littera. Quarta de ſpecie, & Genere; ſeu de toto, & parte. Quinta de temporibus. Sexta de recapitulatione. Septima de Diabolo, & eius corpore.

Hos ſeptem Regularum libros cum M.S. collatos, Andreas Schottus *tom.* 15. *Biblioth.* Patrum, publicauit.

Edidit etiam Guido Ebroicenſis ſermones egregios de tempore, ac de Sanctis.

Rurſus librũ, in quo ſunt varia themata, & motiua ad conciones. Reperitur M.S. *in Bibl. S. Dominici de Neapoli.*

Floruit circa annum nati Redemptoris 1314. *ex Concertatione Prædicat.* Fernandez, & *Biblioth. Marraccij.* Alijs verò anno 1254. Luſitanus *in Biblioth. fol.* 95. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

DOMINICVS SINARRA, alijs Sinazza; Caſtillo Smarra, quem Alphonſus Fernandez *in Concert.* Didacum vocat, fuit patria Fabrianenſis, natione Picenus, vir inſignis litteraturæ, in concionando facundus, & gratioſus. Scripſit:

Sermones varios de Temp. & de Sanct.

Floruit anno Chriſti Ieſu 1314. Antonius Senenſis *in Biblioth. fol.* 68. Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

GERARDVS COLONIENSIS Germanus Philoſophus, ac Theologus celeberrimus. Scripſit:

Librũ, cui titulus eſt: Medulla animæ. Et librum de creatione Animæ.

Claruit anno 1314. Ex Caſtillo *Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Plodio *p.* 2. *lib.* 1. Luſitano *in Biblioth. fol.* 89. & 90. & *ex Monum. Ordinis p. p.*

CONRADVS ASCVLANVS, peritus Philoſophus, & Theologus. Scripſit:

Super Meteora, & Phyſicã Ariſtotelis.

Item ſuper Epiſtolam S. Iacobi.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. pag.* 62. Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31.

SIMON de VVINTONA in Philoſophia Chriſtiana eruditiſſimus, ſtabilis, ac profundus in ſcholaſticis. Scripſit:

Super Prouerbia Salomonis.

Super Sapientiam, Cantica, Eccleſiaſten, & Eccleſiaſticum.

Super Iſaiam.

Super Hieremiam, & Threnos.

Super Danielem.

Super Ezechielem.

Super duodecim Prophetas minores.

Et ſuper alios libros Bibliorum.

Claruit hac tempeſtate. Taegius *p. p.* Plodius *in Appendic.* Luſitanus *in Biblioth. fol.* 226.

IOANNES ROMBERTH RISPENSIS Germanus Colonienſis *correxit, & addidit aliqua ad quæſtiones Ioannis de Ianduno ſuper Phyſicam. Et addidit triplicem indicem eidem operi,* quod Dom. Antonio de Fantis Taruino nuncupauit. Venetijs anno 1320.

Clarebat circa annum 1314. Luſitanus *in Bibl. fol.* 154. Plodius *in Append.*

ANDRENTIVS CAMERINENSIS inter Vmbriæ, Picenique confinia, Philoſophus, ac Theologus præclariſſimus memoria fœliciſſimus. Scripſit:

Super Phyſicam Ariſtotelis.

Item redegit totum textum Ariſtotelis in formam Syllogiſticam.

Effulſit hoc anno in ſcholis:

Iacobus Suſatus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Fontana *de Prouincia Romana cap.* 6. Luſitanus *fol.* 20.

Anno 1315.

LAMBERTVS PRIMATICCIVS Bononienſis celebris Theologiæ

 Ma-

Magiſter, ac acerrimus defenſor doctrinæ S. Thomæ. Scripſit:

Apologiam contra corruptorium S. Thomæ.

Claruit ſub hoc anno 1315. moribus fuit compoſitus, & diſciplinis ornatus: quare aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Caſtellan. Venetijs. *Prima p. Monum. Ordinis.* Luſitanus *in Biblioth. fol.* 163. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

NICOLAVS MARIANI Mantuanus Lombardus vir doctus. Scripſit:

Librum de Quarta.

Claruit hac tempeſtate. Albertus Venetus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *pag.* 179. *&* 180.

BARTHOLOMAEVS PARVVS Bononienſis, alter ab illo, de quo memini anno 1333. S. Theologiæ Magiſter celebris. Scripſit:

Poſtillam ſuper Matthaeum.

Aliam ſuper Lucam, qua incipit: Facies quatuor circulos. Et aliam, cuius eſt principium *Oblatio iuſti impinguat.*

Aliam ſuper omnes Epiſtolas canonicas incipientem: *Ioſue ſexto pracepit Dominus.*

Claruit hoc anno. Taegius *p. p.* Ractius, Antonius, Luſitanus *in Biblioth. pag.* 43. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibliotheca Sancta.*

GERARDVS A S. LAVRENTIO Colonienſis Germanus alius ab illo recenſito an. 1314. & ab illo repoſito an. 1316. vir doctus, & pius. Scripſit:

Sermonum de Tempore, & de Sanctis volumen;

Albertus Venetus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. p.* 90. *&* 91.

Anno 1316.

GVALTERIVS IORSIVS Anglus, Armachanus Archiepiſcopus, Hiberniæque primas renunciatus fuit à Clemente V. anno 1306. Fuit vir, & morum grauitate, & ſcientiæ claritate inſignis, ſuumque apoſtolicum munus ſumma cum laude obiuit. Hic fuit germanus frater B. Thomæ Iorſij Cardinalis. Scripſit:

Summam Theologia, diuiſam in quatuor libros, & in primos Pſal. Dauidicos.

Librum de peccato originali.

Opus variarum quaſtionum Theologicarum.

Ex Caſtillo *Cent.* 2. *lib.* 1. *c.* 31. Plodio *par.* 2. *lib.* 1. Fontana *in Theatro par.* 1. *cap.* 4. *tit.* 8 *num.* 4. Luſitano *in Chron. decade* 1300. *& in Bibl. pag.* 86.

Floruit circa annum 1316.

BONROMAEVS BASACOMATRIVS Prouincialis Theologus, & Philoſophus excellens, in humaniſq; litteris verſatiſſimus. Scripſit:

Librum de Philoſophia, & de Philoſophis.

Claruit circa annum 1316.

Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Luſitanus *in Bibl. fol.* 57. Plodius *p.* 2. *l.* 1.

Lugduni hoc anno 1316. ad 4. Kalendas Iulij, electo Prædicatorum cœnobio pro conclaui, Cardinales ibidem incluſi ſub Philippo Galliam gubernante, Iacobum Oſſa Cadureenſem Card. Epiſcopum Portuenſem Pontificem Maximum 7. Idus Auguſti eiuſdem anni, ſalutauerunt. Ioannis XXII. ſibi aſſumpſit nomen, & die 9. Septembris adhuc Lugduni in noſtro Prædicatorum templo, clero, ac populo copioſo aſtante, à Card. Neapolione Vrſino Pontificalia inſignia ſolemni ritu ſuſcepit. Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1316. *num.* 1. Caualerius *in vitis Pontificum*, Spondanus *in Annal. anno pradicto num.* 1. Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 4. *tit.* 11. *num.* 3. *& noſtra Chronologia an. pradicto* 1316.

BENEDICTVS CRINIGRANDVS Aragonenſis Hiſpanus, Magiſter Pariſienſis, facundus, clarus, & reſolutus in docendo. Scripſit:

Super Pradicabilia, Pradicamenta, Perihermenias, Topica, Priora, & Poſteriora.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1.

BOVER, ſiue BOVERVS HIBERNENSIS peritus ſcientijs humanis, ac diuinis. Scripſit:

Super Pradicabilia, Pradicamenta, Perihermenias, Topica, Priora, & Poſteriora.

Vixit ſub hoc tempore. Albertus Venetus, Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. fol.* 57.

Anno 1317.

THOMAS RINGSTEDES, ſeu BRINGSTEDE Anglus, qui fuit Epiſcopus Vangorien. ſiue Vigornienſis in Anglia ſub Metropol. Cantuarien. fuit in doctrina ſcholaſtica doctiſsimus, in diuinis Biblijs verſatiſsimus, & moribus ſatis probatus, ſcripſit:

Super quatuor Libros Sententiarum.

Librum vnum de Placitis Theologicis.

Librum vnum de diſtinctionibus.

Commentaria in Pſalterium.

Poſtillam in Parabolas Salomonis.

Plura alia ſcripſiſſe fertur.

Floruit circa annum 1317. ex Caſtillo *Centur. 2. lib. 1. cap. 31.* & Alberto Veneto. Alij verò dicunt floruiſſe circa annum 1370. Ita Plodius *ex Abbreuiat. Geſneri.* At Luſitanus *in Bibliot. fol.* 245. *&* 246. & Fontana *in Theat. p. 1. cap. 5. tit.* 614. aſſerunt floruiſſe anno 1314.

THOMAS LANGVEFRODIVS Anglus, vir in Theologia ſcholaſtica, & in hiſtoria peritiſſimus. Scripſit:

Poſtillas in Iobum:

Chronicon magnum ab Orbis initio vſque ad ſua tempora.

Claruit circa hunc annum 1317. Caſtillus *Centur. 2. l. 1. c. 31.* Taegius *p. 1.* Luſitanus *in Bibl. fol.* 247. Gozzeus, Plodius *p. 2. l. 1.*

THOMAS NORIVOSES, ſeu NORTVODES Anglus, eximius, ac eruditus Scholaſticus, exemplaris, & candidiſſimæ vitæ. Scripſit:

Super quatuor libros Sententiarum.

Super epiſtolas ad Romanos.

Floruit circa hunc ann. ſalutis 1317. Caſtillus *Cent. 2. lib. 1. cap. 3.* Luſitanus *in Bibl.* Gozzeus, Plodius *p. 2. l.* 1.

PETRVS KALO CLVGIENSIS ſub Veneta, religione, ac doctrina clariſſimus. Scripſit:

Vitam S. Patris noſtri Dominici.

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Super Canones.

In Cœnam Domini.

Legendarium Sanctorum copioſiſſimũ, in quo tractat de Sanctis, quorum feſtiuitates celebrantur, necnon de illis, quorum vix habetur memoria, & Iacobus de Voragine prætermiſerat.

Luſitanus *in Bibl.* Gozzeus, Plodius *p. 2. l. 1.* S. Antoninus *3. p. hiſt. tit.* 23. *cap.* 11.

Anno 1318.

GEORGIVS ARRARVS Alexandrinus Lombardus Philoſophus, & Theologus citra controuerſiam celeberrimus, & æquè in iure pontificio, & ciuili doctiſſimus ſcripſit:

Super totum decretum.

Claruit circa annum 1318. Caſtillus *Centur. 1. lib. 3. c.* 57. Taegius *p. 1.* Plodius *p. 2. l. 1.* At Luſitano *in Bibliot. pag.* 87. *an.* 1262.

BONAVENTVRA cognomento PARVVS, patria Bononienſis, titulo Archiepiſcopi mittitur ad Regem Armeniæ à Ioanne XXII. qui detulit petitam à Rege formulam fidei, quam emendaret, quibus corrupta erat religio apud ipſos priſcarum hęreſum erroribus, ex Spondano ad annum 1318. At hic eſt ille Bartholomæus clariſſimus, de quo anno 1333.

Anno 1319.

CONRADVS RVFFVS ESTERLONGENSIS Germanus, vir diuinarum litterarum maximè ſtudioſus, necnon in Peripateticorum diſciplinis, ſcholaſtica Theologia, Patrumque lectione admodum eruditus, compoſuit:

Homilias ſuper Euangelium: Stabat iuxta crucem, &c.

Homilias ſuper illud: extollens vocem quædam mulier de turba, &c.

Et breuiauit lecturam S. Thomæ in Euangelia D. Matthæi, & S. Ioannis.

Claruit circa annum Mundi redempti 1316. Antonius Senenſis *in Bibl. Prædic. pag.* 62. Marraccius *in Bibliot. Mar.* Plodius *part. 2. lib. 2.* Caſtillus *centur. 2. lib. 1. cap.* 31.

ISVARDVS TACCONVS Papienſis magni nominis Theologus, Pęnitentiarius Apoſtolicus in Romana Curia extitit tempore Clementis V. circa 1305. deinde aſſumptus eſt ad

Thebanam Metropolim, & anno 1311. ad Patriarchatum Aoriochenum trãſlatus eſt à Clemente V. Nonis Nouembris. Tandem ob paupertatem Eccleſiæ Antiochenæ, adminiſtrator inſtitutus fuit Eccleſię Papienſis. Hanc cum regeret laudatiſſimè, Io. XXII. cum Vicecomitum Mediolani dominantium partibus adhærentem afflixit. De hoc Spondanus *in Annal. Eccl. an.* 1320. *num.* 1. Mortem lætus aſpexit anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo nono.

Saluberrimas Synodales in Cleri reformationem edidit Conſtitutiones. Vgh. *tom.* 1. *Ital. Sac.* S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. Luſitanus *in Chron. decade* 1370. *fol.* 203. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 452. & alibi pluries, & Olmeda *in vita Aymerici Mag. Ordinis noſtri* hæc ſcribens: *F. Iſuardus Papienſis ab eodem Clemente (ſcilicet V.) fit Archiepiſcopus Thebanus, prius ab eo inſtitutus Pœnitentiarius Vrbis, & Curiæ, & primum notus factus, quia in minoribus conſtituto Pontifice ipſo in neceſſitate magna itineris, ei affuerit, cum per partes Lombardiæ iter faceret.*

Anno 1320.

IOANNES PICARDI Luxemburgenſis, Teuto anno 1310. fuit promotus Pariſijs ad gradum licentiarum propter eximiam in ſacris litteris eruditionem, & in moribus excellentiam ad Epiſcopatum Ratisbonenſem aſſumptus eſt an. 1320. Hic in Pariſienſi Capitulo Generali an. 1310. fuit ad legendas ſententias licentiatus, ſcripſit.

Sermones Quadrageſimales, dominicales, & de Sanctis per totum annum.

Item ſummam Theologiæ, quam citat Bandellus *in tract. de Concept. B. Virginis*, & Turrecremata *etiam de Concept. part.* 6. *c.* 29. Claruit circa hæc tempora. Antonio Senenſi *in Bibl. Prædic. fol.* 138. Plodio *part.* 2. *lib.* 1. *&* 2. Taeg. *in monum. Ord. p.* 1. Fernandez *in Epiſ. German.* Leandro *lib.* 3. *de viris illuſt. Ord.* & Fontanæ *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 485.

THOMAS de VINTONA Anglus adoléſcens ſe dicauit noſtræ Religioni. In Philoſophia, & ſacra Theologia non laudem modo, ſed etiam admirationem nactus eſt. Scripſit præclariſſimus doctor.

Summam Theologicam cum quæſtionibus difficillimis.

Librum de vnitate formæ.

Super Priora, Poſteriora, ac Prædicamenta Ariſtotelis.

Super librum ſex Principiorum.

Tractatum de Relatione.

Tractatum de declaratione D. Thomæ.

Et compleuit commentaria S. Thomæ ſuper Perihermenias.

Epitome Geſneri, Taegius *p.* 1. Plodius *in Appendice.*

Anno 1321.

THOMAS ANGLICVS, alter à Beato Thoma Iorſio Anglo Cardinali, de quo meminimus anno 1311. vir adeo clarus, vt aliqui eum cum D. Thoma Aquinate confuderint, alij cum B. Thoma Iorſio, inter quos eſt Marraccius. Scripſit:

Commentaria in Geneſim, in Iſaiam,

In Hieremiam, in ſeptem epiſtolas canonicas.

In Apocalyſim. Et in Boethicum de philoſophica conſolatione, quæ perferuntur (& perperã) ſub nomine noſtri Sãctiſsimi Præceptoris. Ita obſeruarunt Caſtillus 1. *p.* Chron. *lib.* 3. *c.* 31. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* Miræus *in Auctario cap.* 456. poſuerunt enim pro Thóma doctore Anglico, ob vocis ſimilitudinem, Thomam doctorem Angelicum:

Aduertat lector Anglos plures fuiſſe dominicanos, quibus fuit (vt adnotauit Plodius *de viris illuſtr. Ordinis*) hoc nomen Thomæ; Thomum Iorſium Cardinalem, de quo ſupra anno 1311. Thomam Anglum, vel Anglicum Vualenſem, de quo anno 1332. De Vualeis, de quo anno 1304. de Suetonia, de quo anno 1278. Thomam Galenſem, de quo anno 1400. Ringſtedem, de quo anno 1317. Stubez, ſiue Stolbex, de quo anno 1350. Languefrodium, de quo anno 1317. Nouiopem, de quo anno 1317. Brauardi-

dinum de quo . . . . . . Thomam de Theobaldis Anglum Cardinalem, de quo an. 1379. Et Fili, de quo an. 1380. & omnes hi volumina compoſuerunt, & opera. Ex quo euenit, vt opera vnius à ſcriptoribus alij aſcribantur: ſemper tamen è noſtris prodierunt Bibliothecis.

Doctor hic lucidiſſimus ſcripſit præterea *contra Ioannem Scotum in Primum ſententiarum*. Venetijs 1523.

ROBERTVS *cognomine* ignotus, & patria, ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Sermones de tempore, de Sanctis.

Ediditque commentaria in plures libros Ariſtotelis.

Fortaſſe eſt idemet, qui ſcripſit magnum illum librum.

De ſeptem donis.

Claruit circa annum 1321. Caſtillus *Centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Trithemius *epitom. Geſneri*, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. & Luſitanus *in Bibl. pag.* 217.

ACCOLDVS FLORENTINVS vir memoria incredibili, Theologus acutiſſimus, in litteris ſacris ſatis verſatus, linguarum, & præſertim Arabicæ eminenter peritus. Philoſophiam cum ſumma laude profeſſus, eodem, quo facultatem prædictam, imò longè feliciori euentu in varijs conuentibus ſacram Theologiam edocuit. Idem poſtea in patria præſtitit maxima omnium approbatione. Scripſit.

Conſiderabile volumen contra Saracenorum perfidiam.

Librum etiam de modo diſputandi aduerſus infideles. Caſtillus *Centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Iacobus Suſatus, Plodius *p.* 1. *lib.* 1. Lucarinus, & Fontana *de Romana Prouincia cap.* 6. Hunc Luſitanus *in Bibl. pag.* 1. *ponit anno* 1265.

CONRADVS IGNOTVS cognomine, natione ac patria, vir eruditione clariſſimus. Edidit:

Summam magnam in tres partes diuiſam per Alphabetum.

Ex Caſtillo *Centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Plodius *in Appendice an.* 1295. Luſitanus *in Bibl. pag.* 62.

Claruit circa annum 1321. alijs anno 1295.

RICHARDVS ESTRAVANELI Anglus ſacris litteris addictiſſimus fuit, & vitæ ſatis probatæ, multarum rerũ cognitione peritus. Scripſit concordãtias Bibliorum valde copioſas, quibus præfixus eſt titulus *Concordantiæ Anglicanæ*, & reperiuntur in Bibl. Conuentus Pariſienſis. Caſtillus *centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Bibl. fol.* 210. & 211.

Floruit circa annum redemptionis 1321. Luſitano autem anno 1295.

GVILIELMVS patria, & cognomine incognitus, vir tamen eruditiſſimus, ac Theologus ſummus ſcripſit.

Summam notabilem ex dictis ſanctorum in decem libros diſtinctam, cui titulus, *Florigerum Theologiæ*.

Floruit anno ſalutis 1321. Luſitano verò *in Bibl. fol.* 102. *anno* 1292. Huius etiam meminerunt Caſtillus *Centur.* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

BERARDVS, vel BERNARDVS Lombardus ſummus Philoſophus, & Theologus, in quo probitas, humanitas, religioſa Regulæ, ac conſtitutionũm noſtrarum obſeruantia, doctrinæ magnitudinem exequabant. In paleſtrę litterariæ impetu ſine vlla in hoſtẽ inuehebat offenſione liuoris. Scripſit.

Super quatuor libros ſententiarum. Ex Caſtillo *Centuria* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Ractio, Plodio *p.* 2. *lib.* 1. Luſitano *in Biblioth. pag.* 54. Claruit circa hoc tempus: At Luſitano anno 1292.

PETRVS BONCHERIVS Gallus, Pariſienſis Doctor ex cathedra Tinienſis Eccleſiæ in Sclauonia ſub Metropolit. Spalaten. Epiſcopus circa annum 1290. factus eſt. Sententiarũ Angelici Pręceptoris tenaciſſimus ſectator digeſtis ingenij ſui monumentis. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum. Ex Caſtillo *Centuria* 1. *lib. c.* 57. Plodio *p.* 2. *lib.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 589. Luſitano *in Bibl. pag.* 192. & 193. Floruit anno Mundi redempti 1321. At Antonio Luſitano anno 1295.

IOANNES FRIHITORIS Doctor Pariſienſis litteratorum eius tempeſtatis clariſſimus, Magiſter renunciatus dixit elegantiſſimè, ac fructuosè è ſuggeſtu; tandem poſteritatis non immemor protulit lucis vſurę. Cõmentaria.

Su-

Super quatuor libros ſententiarum.
Praterea ſermones Quadrageſimales.
Item de tempore, ac de Sanctis.

Caſtillus *Centur.* 1. *lib. cap.* 57. Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Luſitanus *in Biblioth. pag.* 135.

NICOLAVS MARTINI de Albertinis Prati in Tuſcia natus, Ordinem Prædic. ingreditur. Coniuncto cum pietate ſacrarum litterarum ſtudio, celeberrimus euaſit Theologus. Florentiæ, ac Romæ in conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam publicè ſatis laudabiliter docuit. A Nicolao Boccaſino Tarniſino Generali Magiſtro Procurator Ordinis inſtituitur. Cum in illo munere pietatis, prudentiæ, ac doctrinæ (vir quidem natus ad grandia) ſpecimen exhibuiſſet, à Bonifacio VIII. ſtudioſorum amatore Spoletanus Epiſcopus, atq; in Vrbe Viceſgerens creatur Kalendis Iulij ann. 1299. Legatus deinde ad Britanniæ, Galliæq; potentiſſimos Reges, Eduardum, & Philippũ Bello certantes, vt eos ſacro fœdere copularet, vt adimpleuit, dirigitur. A Benedicto XI. cui acceptiſſimus erat, Eccleſia Spoletana dimiſſa, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternus die 18. Decembris an. 1303. conſecratur. Cum in Etruria Ghibellinorum, Guelphorumque factiones eodem anno inteſtinis odijs æſtuarent, Nicolaus illuc Apoſtolicus Legatus, vt res componeret, à Benedicto ſummo Pontifice mittitur. At in caſſum; quippe qui Ghibellinarum partium fautor reputabatur. Ob id valde ſuſpectus Guelphis, re infecta, Florentia, illam eccleſiaſtico interdicto ſupponens, diſceſſit. Ex Nicolai ſententia Clemens V. in ſummum Pontificem à ſacro Collegio Cardinalium acclamatur. Ea propter Summus Pontifex viciſſim Nicolaum vnicè, quo ad vixit, amauit, eiuſque opem in grauioribus Eccleſiæ negotijs vſus eſt ſemper. Cum Arnoldo Card. Sabino, & Luca Card. de Fliſco Apoſtolicis Legatis in Eccleſia Lateranenſi an. 1312. Henricum VII. Imperatorem Sacro Diademate coronauit. Adhæc Legatus Apoſtol. mittitur quartò, vt in Siciliæ Principem eodem Regio diademate redimeret. duos Pontifices Max. Ioannem XXII. & Clementem V. conſecrauit. Nepotem habuit Facium Albertinum Prati Comitem, Carolo IV. Imperatori eharum. Fuit itaque Nicolaus vir doctiſſimus, prudentiæ, ingenijque gloria præſtans, Pontificibus Max. Imperatoribus, ac Regibus apprimè gratus, qui eum ſemper maximi putauerunt. Prati Conuentum Fratrum, & Monaſterium Monialium Ordinis ſub nomine S. Nicolai conſtruxit. Alium etiam ædificauit Auenione. Scripſit:

De Paradiſo.

De Pontificalium Comitiorum habendorum ratione.

Deceſſit Auenione anno 1321. apud noſtros conditus eſt. Vghellus *Ital. Sacra tom.* 1. *inter Epiſcopos Oſtienſes, ac Spoletanos.* Plodius *inter Card. Ordinis*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 8. *& alibi pluries* Ciacconius, Fernandez, & Bzouius *in Annal.* 2294. *n.* 17.

PTOLOMEVS LVCENSIS S. Thomæ Aquinatis nobilis auditor, in diuinis, humaniſque literis ſatis, ſuperque excultus, in declamationibus ad populos è ſuggeſtu feruidus, ſalutiſque cupidiſſimus animarum, à Ioanne XXII. Pontifice Maximo in conſcientiæ ſuæ directorem aſſumptus, Bibliothecarius Apoſtolicus inſtituitur. Anno 1318. Epiſcopus Torcellanus, qui Patriarchalem Venetam, velut Metropolitanam reueretur, creatur. Hanc Eccleſiam integerrimè, ac Sanctiſſimè quatuor annis rexit. Tandem è viuis eripitur anno 1321. Scripſit:

Annales rerum ab anno 1060. *vſque ad an.* 1303.

Item Chronicon Pontificum, & Imperatorum.

Hos elapſis annis Lugdunenſia prælia dedere in lucem.

Eccleſiaſticam Hiſtoriam in 24. *libros diſtinctam.*

Hæc nõ eſt typis cõmiſſa; cuſtoditur tamen in Barberina Bibliotheca M. S.

Ibidem eſt etiam Liber de regimine Principum S. Thomæ ab eodem Ptolomæo in vulgarem linguam conuerſus, & completus, vt in membranacei codicis calce his verbis notatur. *Qui com-*

comple il quinto libro del Rè, e del Regno cominzado dal venerabile Dottore S. Tomaſo d'Aquino dell' Ordine de Predicatori, poſcia compito da Fr. Tolomeo da Lucca del medeſimo Ordine, qual fù poi Veſcouo di Torcello. Vghellus *tom.* 5. *Ital. Sac.* Plodius *p.* 2. *l.* 1. Taeg. *in Monum. Ord.* Baronius, Platina, Volaterranus, Blondus, Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. S. Antoninus 3. *p. hiſtor. tit.* 18. Vallus *in compend. de viris illuſtr. part.* 1.

GVILELMVS DE TOCCO Beneuentanus vir inſignis, profundiſſimæ intelligentiæ, natus ad regimen, noſtrarum legum rigidus obſeruator, cũ moderaretur Prior Conuentum Beneuentanum, cum P. Fr. Roberto eiuſdem inſtituti, & Ordinis, nomine totius Religionis Dominicanæ Romam, vt cum Apoſtolica Sede tractaret de canonizatione noſtri Doctoris Angelici, miſſus fuit. Præterea miſſus Nuncius fuit ad Sedem Apoſtolicam à Carolo II. Rege vtriuſque Siciliæ pro arduis Regni negotijs.

Scripſit primus lingua latina vitam Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis, quem viuentem etiam nouerat. Hunc communiter laudant Scriptores. A Maluenda *Fidus, & ſincerus Auctor* vocatur. Et idem Maluenda *cenſur.* 1. *Annal. an.* 1237. *cap.* 34. in principio vitæ S. Thomæ hæc habet: *Et quamuis innumeri, præſtantiſſimique Scriptores res D. Thomæ diffuſè tradiderint, Nos tamen ex fideli, ſinceroque Auctore, qui S. Thomam viuentem, ſæpiùs vidit, & audiuit docentem, prædicantem, opportuna noſtris Annalibus de tanto viro depromemus. Incidimus in volumen vetuſtiſſimum in membranis deſcriptum, quod vitam, & miracula S. Thomæ continebat, Auctore Fr. Guilelmo de Tocco, viro Religioſo Ordinis Prædicatorum, qui vt inſcriptio præferebat, ipſum Beatum Thomam in vita ſua vidit, & audiuit docentem, & prædicantem. Simplicitas, puritas, & pietas ſtyli, quo omnia conſcripta ſunt, ſatis oſtendunt candorem, & ſinceritatem integerrimæ veritatis, quæ toti narrationi ineſt. Ad finem eius voluminis manu ipſius Thomæ Caietani Cardinalis erat ſubſcriptum.*

Ego Fr. Thomas de Vio Caietanus dico eſſe vera. Parũ tamen hoc ſuffragatur: Caſtillus *part. lib.* 3. *cap.* 33. Vallus *in Compendio p.* 2.

Anno 1323.

NICOLAVS FARINVLA GALLVS, patria Rothomagenſis Sac. Theol. Magiſter docuit ſacras litteras in ſua Prouincia Gallicana in pluribus conuentibus, & præſertim Pariſijs, vbi ſtuduerat maxima ſui nominis fama. Multorum functus eſt officijs Prioratuum in Gallia, quibus grãdia obſeruantię regularis attulit incrementa. Prudens, & integerrimus à Philippo IV. Rege Galliæ à Sacris cõfeſſionibus, deinde à ſecretis aſſumitur. Anno 1305. die 17. inter Cardinales à Clemente V. ſub tit. S. Euſebij recenſetur. Vix verbis exprimi poſſunt in ampliſſima dignitate tanti viri modeſtia, humilitas, charitas. Cum Clemente V. Pontifice Maximo de Templariorum Ordine multis hæreſibus inquinatorum ex Eccleſia eliminando, quod tandem ſtabiliuere, ſermonem pluries habuit. Io: XXII. electioni in Conuentu noſtro Lugdunenſi factæ, cuius promotioni ſingularem operam dedit, interfuit.

Facta S. Thomæ Aquinatis canonizatione, cuius præcipuus Author apud Io: Pontificem fuit Lugduni, ibidem exemplarem mortẽ obiuit anno 1323. & ſepultus eſt apud noſtros. De quo hæc Paulus Corteſius apud Plodium de viris illuſtribus Ord. *Nicolaus Farinula, qui quamquam primò fuiſſet in Vmbratili ludo litterator, ſic tamen poſtea eſt dicendo progreſſus, vt iure tum habitus in principibus Theologorum ſit. Huius eos Rituales libros fuiſſe dicunt, qui ſcripti ſunt priſca diſciplina rudiùs; propterea quod nondum eſſet mos ſplendidior ſtatarum cæremoniarum natus.*

De hoc ſcripſere S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. Alphonſus Ciac. Onuphrius Pan. Caſtillus *cent.* 1. *chronolog.* Leander *lib.* 3. Plod. *de viris illuſt. Ordinis lib.* 4. Fernandez Fontana *in theatro par.* 1. *cap.* 2. *num.* 12.

HERVAEUS NATALIS Natione Brito

Brito Aremoricus ſolemniſſimus in Theologia Magiſter ex Vicario Generali Religionis in capitulo Generali Lugdunenſi anno Domini 1318. electus eſt Magiſter XIV. totius Ordinis noſtri, rexitque illum annis quinque, Menſibus tribus. Vir planè quo cum nemo eſſet inter Theologos ſubtilior; S.Thomæ doctrinam acerrimè propugnauit. Fuit moderator Prouinciæ Prouinciæ, Vicarius Generalis Ordinis, ex quo munere (vt dictum eſt) ad Generalatum an. 1318. Lugduni in Gallia euectus eſt. Adeo communitatem amauit, vt de eo referant, ſemel dum moderabatur Prouinciam, bibiſſe in Cella, qua vice non niſi ob vehementiſſimam ſitim, & coactus ab alijs, fecit. Anno Domini 1323. die 10. Augusti in feſto S. Laurentij Martyris deuotè poſuit ſpiritum Narbone, ibique ſepultus eſt apud noſtros. Caſtillus *centur. 2. lib. 1. cap. 38.* & Luſitanus *in Bibl. fol.* 109. At iuxta Bellarminum, Miræum, *& alios ann.* 1325. ſcripſit: Contra Henricum Gandauenſem XV. Quodlibeta.

Contra eundem ſcripſit: *librum de ente, & eſſentia.*

Contra Durandum, vbi Durandus S. Thomam impugnat.

De intellectu contra Henricum.

De pluralitate formarum contra eundem.

Super quatuor libros ſententiarum. Venetijs per Lazarum Soardum 1505. in fol. & Pariſijs anno 1647. cum eiuſdem Tractatu de poteſtate Papæ.

Quodlibeta maiora quatuor. Venetijs. 1486.

Quodlibeta minora. 24. Venetijs 1513.

Tractatum de Verbo.

De voluntate.

Quæſtiones de peccato Originali.

De Aeternitate Mundi.

De cognitione primi principij.

De Beatitudine quæſt. V.

De virtutibus moralibus.

De ordine ſecundæ intentionis ad Primam.

De ſecundis intentionibus Tractatus duos.

De Paupertate Chriſti, & Apoſtolor.

Tractatum de Sacramentis.

De vtraque poteſtate Papali, & Regali.

Tractatum de materia Cali quæſt. 9.

De Relationibus quæſt. 5.

De vnitate formarum quæſt. 18.

Alium de vnitate formæ in homine.

De motu Angeli.

Venetijs per Georgium Arriuabenum anno reconciliatæ Natiuitatis 1513. in fol.

Scripſit *in Epiſtolas* D. *Pauli*. Hic commentarius falsò hactenus Anſelmo Cantuarienſi adſcriptus fuerat; nã eſt Heruæi. Ita Bellarminus, Miræus, Georgius Calixtus, Patrologus, & alij. Cæterum Philippus Labbe (vt ſui moris eſt) hoc opus cuidam alij Heruæo tribuit, ſcilicet Dolenſi Monacho Benedictino, qui vixit circa annum 1130. Dolenſis vicus eſt ad Angerem Fluuium.

Refert etiam Simlerus noſtro Heruæo Britoni adſcribi à multis ſummã Logicæ Ariſtotelis, quæ ſub S.Thomæ Aquinatis nomine impreſſa habetur. Et cum eſſet occupatiſſimus in ſtudijs, & negotijs, adeo erat cæremoniarum obſeruator, & officij Eccleſiaſtici, vt publicè diceretur, ipſum eſſe inter orbis clericos maximum, & præcipuum. Neque ob ſtudia, neque ob quæuis vrgentiora negotia detinebatur, ne media nocte conſurgeret ad matutinũ, totum illud temporis ſpatiũ Deo impenſurus. Completorio perſoluto, è choro pergebat ad cellam, nec vſque poſt primam quemuis ad audientiam admittebat, niſi difficillimè, & in magna neceſſitate: reddenſque cauſam dicebat: dies impendendos eſſe totos in beneficium proximorum iuxta negotiorum neceſſitates, at noctes totas ſacrandas eſſe, vt dimittat nobis peccata, in quæ impegimus die, Altiſſimo. Tantum virum commendat Caſtillus *centur. 2. lib. 1. cap.* 38. & de illo ſcripſerunt S. Antoninus 3. *par hiſtor.* Iacobus Suſatus, Leander *lib. de Generalibus*, Borſelli, Taegius *par.* 5. Ractius, Plodius *par. 2. lib. 2.* Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta*, Luſitanus, Poſſeuinus, Bellarminus, Philippus Labbe, Miræus, ac alij.

Prope mortem audiens D. Thomã Aquinatem à Ioanne XXII. Summo Pontefice relatum fuiſſe in Diuos, velut alter Simeon, præ gaudio exultans exclamauit, ac dixit: *Nunc dimitte ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei lucernam ſuper candelabrum, quam paraſti ante faciem omnium populorum ad illuminationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.*

IO: de NEAPOLI clariſsimis ortus natalibus, ſcilicet ex nobiliſſima ſtirpe Sicola (ex qua etiam deſcendit Sãctus Aſprenius primus Chriſtianus, & primus Epiſcopus Vrbis Neapolitanæ) fuit doctor Pariſienſis Solemnis, ex primis propugnatoribus doctrinæ Sanćti Thomæ, Filius Prouinciæ Regni, Philoſophus, & Theologus celeberrimus, in florentiſsimo ſtudio S. Dominici Neapolitano cathedrã magiſtralem, Regentis officio ſunctus, ſumma cum laude pluribus annis moderatus eſt. F. Ambroſius Taegius *p. 1. monum. Ordinis*, F. Antonius Luſit. *in Biblioth.* F. Michael Plod. *de viris illuſtrib.* & Antonius Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

Lutetiæ Pariſiorum cum varias Philoſophiæ, & Theologiæ quæſtiones publicè diſputaſſet, & ſolemni ritu ſentẽtiarum libros ſubtiliſsimè expoſuiſſet, inter doctores Pariſienſes connumeratus eſt. Floruit circa annum Domini 1315. cum ſorbonicus actus per Franciſcum de Mayrone introductus eſt, in quo (teſte Genebrardo in Chronologia) à quinta matutina ad ſeptimam veſpertinam, reſpondens ſine præſide, ſine ſocio, ſine prandio, & paſtu, ſine vlla emigratione, in eadem perpetuò corporis ſede, & animi contentione ſexaginta opponentibus, & argumenta circiter centum agitantibus ſatisfacere tenebatur.

Scripſit (ex Caſtillo *centuria 2. lib. 1. cap. 31.* & ex alijs.)

Super quatuor libros ſententiarum.

Quæſtiones varias Philoſophicas, ac Theologicas num. 42.

Cuſas Neapoli, in Aedibus regalibus S. Dominici typis Conſtantini Vitalis per Secondinum Roncaliolum 1618. in folio, quæ poſt annos CCCII. ex Vetuſto M. s. codice inſignis Bibliothecæ Regij Conuentus S. Dominici erutæ, & tunc primum iuſſu A. R. P. Fr. Dominici Grauina Neapolit. eiuſdem Ordinis Sac. Theologiæ Magiſtri, & Prouinciæ Regni moderatoris in lucem editæ ſunt.

Quodlibeta tredecim, quæ in eadem Bibliotheca Sanćt. Dominici in manu ſcriptis codicibus vetuſtis, & penè difficillimis lectu characteribus aſſeruantur. F. Antonius Epiſcopus Acernenſis Ord. Minorum, qui floruit anno 1506. in Elucidario Virginis citat *quodlib. 1. q. 12.* Io: de Neapoli. Et idẽ locus, ſcilicet *quodlibet. 1. q. 12.* citatur à F. Vincentio Bandello Magiſt. Generali Ordinis Prædic. in tractatu ſuo *de concept. cap. 4.*

Librum quæſtionum de ſtatu Religioſorum.

Sermones de tempore.

Sermones de Sanctis.

De mortuis, & de alijs materijs.

In ſermonum volumine habentur etiam hi tituli.

Sermones ad poſtulandam Canonizationem. F. Thomæ de Aquino. Et iterum

Sermones in feſto Canonizationis S. Thomæ, quare vſque ad annum 1323. in quo Canonizatio Sancti Doctoris celebrata eſt, perueniſſe noſtrum Fratrem Ioannem, certiſſimum puto. Cumque inter mortem S. Doctoris, quæ anno Domini 1274. contigit, & ſacrã eius Apotheoſim anni 49. intercurrerint, ſi iſte auctor ad maturam peruenit ætatem, S. Doctoris, & magni illius Alberti potuit eſſe auditor: ſed indubitatum eſt vicinum fuiſſe S. Thomæ temporibus, è cuius pectore doctrinæ puriſſima fluenta hauſit, & ex traditione, veri ſenſus, & intelligentiæ illius teſtis eſſe potuit luculentus, cuius in ſuis operibus ſe ſe monſtrat Hyperaſpiſten, & egregium defenſorem.

Hic Ioannes de Neapoli, & Durandus tutati ſunt Ioannem XXII. Romanum Pontificem contra Michaelem de Cæſena, & Gulielmũ Ocham, qui Cathedram Pontificiam impugnabant. Ita Grauina *de Sacro depoſitoc. 22.*

Ioannem Sicola cum laude citant

Capreolus *in 3.ſent. diſt.6. quaſt. 1. & in 3.diſt.2. qu. vnica, & diſt.3.q.vnica;* Ioannes Nider de Reformatione Religioſorum *lib. 1. cap. 2.dub.* 1.Ioannes de Turrecremata *in tract.de conceptione*, S. Antoninus *par.1.ſum. Theologie tit. 8.cap.2.*& alibi ſæpè. Petrus Niger in Clypei prologo.

Anno 1324.

NICOLAVS MENDENSIS, cognomento Durandellus, quem S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus *par.1.ſumma theologia tit.8.cap.2.* connumerat inter ſolemnes Doctores, qui hoc tempore floruerunt, nempe Heruæum, Henricum Gandauenſem, Ioannem Sicola de Neapoli, Durandum à S. Porciano, ſcripſit contra patruum, vel conſobrinum ſuum Durandum antedictum à S. Porciano pro defenſione S. Thomæ Aquinatis: ſic enim improperat ſuo Gentili: *Sedens aduerſum fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium Matris tua ponebas ſcãdalum. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis, arguam te.* Reperitur hic liber in Conuentu Neapolitano S. Dominici, eiuſque titulus eſt: *Incipiunt ſolutiones, reſponſiones, ac reprobationes rationum Sancti Thoma, Fratris Nicolai Medenſis.* Edidit alium librũ, cui titulus. *Correctorium Corruptorij D. Thoma.*

Viuebat hac tempeſtate, cuius meminerunt Luſitanus *in Bibl.folio 76.* Plodius in Appendice, diuus Antoninus vbi ſupra, & alij.

BERNARDVS ARNOLDVS Toloſ. vir ſpectata prudentia, diſciplina, morũq; ſuauitate enituit ſub hoc tempore (Luſitano verò circa an. 1295.) in ſcholaſticis concertationibus, & in ſcripturarum ſacrarum lectione ſummopere verſabatur. Concinnauit:

Super Apocalypſim Commentaria.

Scripſit etiam in Pſal. Pœnitentiales. Caſtillus *centuria 1. lib.3. cap.57.* Luſitanus *in Bbli. p. 53.* Plodius *p.2. l.1.*

Anno 1325.

PLures IOANNES PARISIENSES floruerunt circa hoc tempus, & ſinguli ſcripſerunt de eadem materia, videlicet ſuper quatuor libros ſententiarum, de quibus Caſtillus *cent 1. lib. 3 c.57.* hic recenſendus eſt vnus.

Anno 1326.

ALBERTVS LAVDENSIS LOMBARDVS ingenio perſpicaci, moribus grauis, & litteris diuinis, ac humanis egregiè eruditus floruit ſub hoc tempore, præſtititque.

Commentariorum duo volumina ſuper omnes Epiſtolas Pauli, videlicet:

Super Epiſtolam ad Romanos.
Super vtramque ad Corinthios.
Super Epiſtolam ad Galatas.
Super illam ad Epheſios.
Ad Philippenſis.
Ad Coloſſenſes.
Super vtranque ad Theſsalonicenſes.
Super vtramque ad Timotheum.
Ad Titum. Ad Philomenem.
Super Epiſtolam ad Hebræos.

Taegius *par. 1. monum. ord.* Luſitanus *in Bibliot.fol.* 8. Plodius *par. 2. lib.2.*

Anno 1327.

BARTHOLOMAEVS BARENSIS ad Album noſtræ Religionis admiſſus duabus maximè rebus præſtitit æuo ſuo, omnigena doctrina (fuit enim omnis iuris, diuini, atque humani conſultiſſimus) & innocentia morum. Eò demum prouectus eſt iugis laboris, & promptiſſimi ingenij, ſubſtollente virtute, vt eum Carolus II. Rex vtriuſque Siciliæ nedum ſuum elegerit Capellanum, ſed etiam à cõſilijs, & ſecretis. Ea propter hoc anno 1327. renunciatus fuit Epiſcopus Vigilienſis ſub Tranenſi Metropoli in Apulia Peucetia. Scripſit.

Super Geneſim, & reliquos libros Moiſis.

Huius meminerunt Taegius, Vghellus *tom.7. inter Epiſcop. Vigilien.* Fontana *in theat.p.1.cap.5.tit.635.*

BEATVS AYMERICVS GILIANVS Placentinus in Lombardia, Lector Philoſophiæ, ac Theologiæ Benoniæ, vir fuit eximiæ doctrinæ, ſpectatæ multarum litterarum ſcientiæ, atque

atque virtutum: Ob quæ primum moderator Prouinciæ Græcæ, deinde anno 1304. Bononiæ Prior; poſtremò fama ſolicitante, Toloſæ in Gallia eligitur Generalis. Pronus ſtudio, & Cellæ, (exactus Religioſus) Neapoli anno 1311. in Capitulo Generali Magiſtratus ceſſit officio. Vixit annos LXXI in Ordine: XV. verò poſt ceſſionem Officij, quibus religioſiſſimè, ac exemplariter vixit. Obijt Bononiæ Sanctiſſimam mortem die XII. Aprilis anni labentis 1327. In Clauſtro Sancti Ioannis in Canali depictus extitit vſq; ad annum 1515. cum radijs ſuper caput, & titulo.

Beatus Aymericus Placentinus duodecimus Magiſter Ordinis. ſcripſit. *Quædam Opuſcula.*

Indicem ſuper libros S. Auguſtini de Ciuitate Dei, quos ipſe omnium primus diſtinxit in capita.

Præterea Epiſtolas varias, & excultas, quæ ad benè, beateq; viuendum hortantur.

S. Antoninus 3. *par. hiſtor.* Leander Albertus, Caſtillus *centur.* 2. Borſellus *lib. Generalium*, Taegius *par.* 6. Iacobus Suſatus, Seraphinus Ractius, Frãciſcus Diagus *hiſtor. Aragoniæ*, Plod. *part.* 2. *lib.* 1. Antonius Luſitanus *in Biblio. pag.* 37.

Anno 1328.

DE hoc feliciſſimo ſæculo ita loquitur Ferdinandus Caſtillus *part.* 1. *Hiſtor. S. Dominici lib.* 3. *cap. vltimo circa finem*: *Ma ſe di tutti quelli, che in queſto tempo ſcriſſero in tutte le facoltà copioſamente, e con gran dottrina, haueſſimo à far qui hora vna ſomma, ſolamente i nomi baſteranno (ſenza parlare hiperbolicamente) à fare vn'honoratiſſima Bibliotheca, la quale credo ſia per venire in luce frà poco tempo con molta riputatione dell'Ordine, che tanti huomini dotti creò nel ſuo proprio grembo.* Hæc ille.

Anno 1329.

NICOLVTIVS ASCVLANVS, Picenus Italus ex patria ſui cognominis ortum trahens, vir ſacris litteris haud mediocriter eruditus, nec non laudatiſſima doctrina, & præclariſſima vita conſpicuus; inter alia litteraturæ monumenta, quibus perennem laudem apud poſteros meritus eſt, ſcripſit.

Sermones Dominicales per annum.

Sermones de Sanctis.

Sermones de Mortuis.

Floruit iuxta Leandrum Albertum *lib.* 4. *de viris illuſtribus Ord. Prædicat. pag.* 144. Albertum Venetum, & Luſitanum *pag.* 185. *anno* 1262. Secundum alios circa annum Domini 1329.

Anno 1330.

ALBERTVS DE SAXONIA Philoſophus, ac Theologus magni nominis, ingenio feliciſſimo, & vegeto in lucem protulit.

Quædam opuſcula ſuper Philoſophiam.

Item tractatum de proportionibus motuum; quem commentarijs illuſtrauit F. Iſidorus de Iſolanis Mediolanenſis, tradiditque typis Papiæ 1522.

Luſitanus *in Bibl. pag.* 9. Plod. *p.* 2. *l.* 2.

Anno 1331.

BOMBOLOGNINVS GAVIANVS Bononienſis inter theolog. ſcholaſticos maximus. Scripſit: Doctè, ac ſubtiliter.

Super quatuor libros ſententiarum. & floruit circa an. 1331. ex Caſtillo *cent.* 2. *lib.* 1. *cap.* 49. Taegio *p.* 1. Plodio *p.* 2. *lib.* 2. Luſitano *in Bibl. pag.* 57.

DVRANDVS iunior; alter à Durando de S. Porciano, & à Durando ſeniore, Gallus natione, Scripſit.

Multa quodlibeta.

Et ſuper quatuor libros ſententiarum, Floruit circa annum 1331. ex Caſtillo *Centur.* 2. *lib.* 1. *c.* 49. & Plodio. *At ſecundum alios circa annum* 1380. Luſitanus *in Bibl. pag.* 76. Taegius *in prima parte monum. Ord.*

BERNARDVS GVIDONIS Gallus patria Lemouicenſis, in vico Roccio humili loco natus, anno ætatis XIX. ordinem noſtrum ingreſſus eſt. Cumque præſtantiora eiuſdem munia ſubijſſet, Generalis Inquiſitor in Aquitana in Albigenſes à Io: Papa XXII.

creatur. Hoc munus cum in maximum catholicæ fidei incrementum annos plures adimpleuiſſet, Tudenſis Epiſcopus in Gallæcia ſub metropoli Compoſtellana conſecratur. Deinde anno 1324. die 19. Februarij ab eodem Io: Pontifice ad Lodouenſem Eccleſiam in Gallia ſub Narbonen. quæ & Luteuenſis dicitur, promouetur. Annos octo multiplici Apoſtolica legatione clarus moderatus eſt hanc ſedem Epiſcopalē. Inter cęteras legationes à Io. XXII. Pont. Max. miſſus eſt Apoſtolicus nūcius cum F. Bertando Minorita in Lōbardiam, & Etruriam, pro pace inter Robertum Regem, & vrbes confæderatas ſancienda. Qui cum inducias tantum ad ſex menſes inter partes fuiſſent conſequuti, id ægrè ferens Io: Papa, anathema in illos, qui eas auſi ſunt violare, publicauit. Tandem ex hac lucis vſura diſceſſit in Caſtro Lauioſio ſuæ diœceſis anno 1331. ætatis 71. cuius cadauer apud noſtros Lemouicenſes conditum, vt mandauerat, reperitur cum hac inſcriptione.

Sub hoc humili loco iacet
F. Bernardus Guidonis Ord. Fratrum Pred.
Poſt nonnullas per Italiam, Galliam, Et Flandriam Legationes Apoſtolicas
Primùm Tudenſis in Gallæcia,
Deinde Ladouen. Epiſc. in Gallia Narbonen.
Qui animam cælo reddidit
Anno ſalutis Domini MCCCXXXI.
Die XIII. Decembris.
Requieſcat in pace. Amen.

Scripſit: *Omnium Generalium Capitulorum noſtrorum Acta ab Ordine condito vſque ad ſua tempora*, quæ manuſcripta in Toloſano Archiuio noſtro aſſeruantur.

Speculum hiſtoricum Romanorum Pōtificum,

Imperatorum, Regumque Galliæ, quod Io: Pontifici Maximo dicauit, extenditurque vſque ad annum 1322. in quinque diuiſum partes.

De Concilijs.

De Officio Miſſæ:

Chronologiam Lemouicen Epiſcoporū, & Abbatum:

Item geſta Epiſcoporum, & comitum Toloſanorum.

Practicam Inquiſitionis, qui liber Toloſæ manuſcriptus habetur.

Chronicon Ordinis.

Duo magna volumina ſermonum.

Sanctorum legendas.

Alia plura Opuſcula.

Gallia Chriſtiana *tom.* 2. Caſtillus *Centuria* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 343. *num.* 3. Bzouius *in Annalib. Eccleſ. an.* 1317. *num.* 3. Albertus Venetus, Luſitanus *in Chron.* Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Miræus *in Mantiſſa. Fuit ſeruator rigidiſſimus ſuorum inſtitutorum.* Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

BARNABAS VERCELLENSIS Pedemontanus doctiſſimus, & maximæ auctoritatis antequam ad dominicanos aggregaretur, erat celebris in iure canonico doctor, & Genuæ publicè legerat, ac Bononiæ. Fuit facie pulchra, benè diſpoſitus, ac complexionatus, in conuerſatione humanus liberalis, miſericors, humilis, fratribus gratus, & in ſequela chori indefeſſus. Anno 1324. electus fuit Generalis. Multa paſſus eſt vir iuſtus, & fortis non ſolum ab Imperatore Ludouico Bauaro ſchiſmatico, à Nicolao V. Antipapa; ſed etiam à Ioanne XXII. quem fideliter ſequebatur. Tranſiuit ad ſuperos Pariſijs an. 1331. ſcripſit:

Plures ſermones prædicabiles.

S. Antoninus 3. *p. hiſtor.* Diagus *hiſtor. Aragonenſi*, Luſitanus *in Chron.* Hieronymus Burſellus, Leander, Caſtillus *cent. p.* 2. Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1332.

THOMAS DE VVALEIS, ſiue Vualenſis Anglus, Theologus doctiſſimus, & intrepidus, zelator fidei magnus, qui cū defenderet doctrinā catholicam de immediata viſione Dei contra aliquos Græcos, ac modernos, Auenione, vbi idem ſummus Pontifex reſidebat, in ſolemnitate S. Ioannis Euangeliſtæ an. labentis 1332. corā eodē ſummo Pontifice, ac multis Epiſcopis, Prælatis, alijſque viris Eccleſiaſticis habuit ſermonem contra prædictum errorem, & ita apertè, & clarè loquutus eſt, vt etiam rudes cape-

perent orationem eſſe in Ioannem,qui non benè de hoc articulò ſentiebat. Mox Vualenſis ea de re carceri mancipatur, ſed poſtea interceſſione Regis Francorum, precibuſque vniuerſitatis Pariſienſis eductus eſt inde: Ioannes verò ante obitum reſipuit ab errore. Ex Caſtillo *Centur.* 2. *lib.* 1. *c.*47. Luſitano *in Chronico an.*1332. *fol.* 179. *&* *in Bibl. pag.* 244. Scripſit hic vigilantiſſimus Eccleſiæ miles, & cuſtos.

Poſtillam ſolemnem ſuper Pſalterium. Ex Ioanne de Turrecremata *in tract. de Conceptione part.* 6. *c.* 29.

Super quatuor libros ſententiarum.

Super Pſalterium.

In Prouerbia Salomonis.

In Cantica Canticorum.

Super libros de ciuitate Dei Sanctiſſimi P. Noſtri Auguſtini.

In octo libros Phyſicorum Ariſtotelis.

Edidit octo tractatus de coloribus rethoricis.

De ſtatu animarum poſt hominum mortem.

Ex Caſtillo *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 49. Luſitano *in Bibl. pag. ſupradicta*, & Plodio *in Appendice.*

Anno 1333.

DVRANDVS, in ARVERNORVM BOIIS proximo oppido, quod à Sancto Portiano Abbate dicitur, natus,vir fuit ad explicandos ſuos conceptus, & abditiſſima quæque penetranda felici admodum,& perſpicaci ingenio præditus, noſtræ Dominicanæ Religionis ſplendor, & ornamẽtum, de quo dicere poſſem, quicquid pronunciauit magnus ille Albertus 2. *de Anima tract.* 2. *cap.* 2. *de Ariſtotile*, *quod in hoc homine ſummam intellectus humani perfectionem Author naturæ voluerit demonſtrare.* Cæterùm in multis interdum audacior, appellatus Vulgò doctor Reſolutiſſimus. Anno 1313. Doctor Theologus Pariſijs renunciatur. At cum in Italiam ſe contuliſſet, in Magiſtrum Sacri Palatij Apoſtolici à Ioanne XXII. anno 1323. conſtituitur. In hoc officio maximo cum decore vſque ad annum 1326. glorioſè ibi ſacras litteras explicans præfuit. Anno dicto 1326. ex hoc munere ab eodem Summo Pontifice ſub die 13. Ianuarij Medenſis Præſul aſſumitur. Ex Meldenſi anno 1327. prouehitur ad Anicienſem, ſeu Podienſem in Vellæunis. Obijt die 13. Septembris labentis anni 1333. Meldis in odeo Principis Eccleſiæ tumulatus. De eo Trithemius, Antonius Senenſis, Bellarminus *de ſcrip. Eccleſiaſt. pag.* 365. Philippus Labbe *ibidem*, *Gallia Chriſtiana tom.* 1. *&* 3. Lucarinus Epiſcopus *in Adnotat. ad Indicem libr. prohibitorum* Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.*5. *tit.* 36. *& p.* 2. *c. num.* 11.Taegius, Sixtus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. *&* 2. Ractius, & alij. Ipſemet Durandus in concluſione quatuor librorum ſententiarum hæc habet:*Scripta ſuper quatuor ſententiarũ libros iuuenis inchoaui*; *ſed ſenex compleui, ſiquidem quod in primis dictaueram, & ſcripſeram, fuit à quibuſdam curioſis mihi ſubreptum, antequam fuiſſet per me ſufficienter correptum.* Hæc ille. Trithemius de tanto viro hæc profert: *Durandus de Sancto Porciano Ordinis Fratrum Prædicatorũ, & poſtea, vt fertur, Anicienſis Eccleſiæ Epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, atque in Philoſophia non infimè doctus,ingenio promptus, & clarus eloquio, declamator ſermonum egregius, ſcriptorum Sancti Thomæ Aquinatis primo defenſor,poſtea verò accerrimus impugnator; cuius mutationis cauſa quædam fluctiuaga fertur, cui ego fidem nec facile tribuere debeo, nec temerè denegare. Scripſit quædam non ſpernenda volumina, quibus nomen ſuum notificauit, de quibus feruntur.*

Super ſententias libros quatuor. Eſt Deus in cælo reuelans myſteria pluries editos,& præſertim Venetijs 1571. *ex Typographia Guerræa in folio.*

De viſione Diuinæ eſſentiæ ante diem iudicij.

De inſtructione clericorum librum vnum. Fratres Chariſſimi.

Summam notabilem.

Quæſtiones varias.

Sermones Quadrageſimales, Dominicales, & de Sanctis libros tres.

Cætera, quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam adhuc non venerunt. Claruit

ruit

ruit ſub Ioanne Papa XXII. & Ludouico Imperatore IV. circa annum Domini 1218. Hæc Trithemius.

Raphael Volaterranus Antropologiæ *lib.* 21. meminit quoque Durandi conſcribens: *Durandus ſcripſit in ſententias commentarios Thomæ Aquinatis, cuius ferè tempore fuit prius adſertor, deinde quadam palinodia impugnator, verum à quodam poſtea huius etiam Ordinis* Durandello *palam impugnatus*. Hæc Raphael.

Ioannes Gerſon Pariſienſis Cancellarius Theologis apud Nauarram ſtudentibus huius lectionem conſuluit Doctoris (vt inquit) Reſolutiſſimi, quique ſuper ſententias puriùs, & ſolidiùs conſcripſerit, in ea præſertim Theologiæ parte, quæ inter ſcholaſticos verſatur. Scripſit:

Quodlibeta quadam.

Item, atteſtante Bellarmino de ſcriptoribus Eccleſiaſticis,

Librum egregium de Origine iuriſdictionum.

Tractatum de Legibus.

Librum contra Hæreſes.

Librum de Iuriſditione.

Alterum de celebratione Concilij.

PETRVS DE PALVDE Gallus, Burgundus, Prouinciæ Galliæ, inter ſcholaſticos celebris, inter Canoniſtas illuſtrior, & perpetuus defenſor doctrinæ S. Thomæ Aquinatis. Pariſijs anno 1313. promotus fuit ad gradum Præſentatus. Valiſoleti eſt Epiſtola ab eo ſcripta anno 1333. circa votum paupertatis ad magiſtrum noſtri Ordinis Generalem Campanum. Creatus fuit Patriarcha Hieroſolymitanus: At circa tempus diſcordant Authores: nam Leander, Ractius, & Taegius aſſerunt ipſum in hac dignitate anno 1312. floruiſſe. Albertus Venetus dicit anno 1262: Abbreuiator Geſnerij an. 1300. iuxta Bibliothecam Ordinis an. 1320. Alij anno 1290. multi cum Sixto ſenenſi, Caſtillo, & reliquis anno 1333. *caterum ex lib. prouiſ. Præl. Io: 22. ex m. s.* Vghelli & ex Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 3. *tit.* 4. *num.* 7. habetur creatum fuiſſe Patriarcham VII. Hieroſolymitanum an. 1329.

Mortuus eſt in Inſula Cypri, Nicoſiæ circa hunc annum, vbi à dictis populis veneratur vt Beatus: fuit enim Theologus inſignis, vtriuſque iuris doctor clariſſimus, & probatiſſimæ vitæ. Scripſit:

Super totam Sacram ſcripturam, cuius quadruplicem ſenſum proſequitur exactiſſimè.

Super quatuor libros ſententiarum. Pariſijs. 1530. *in folio, duobus tomis*.

Librum hiſtoriarum, quem dixit Librum Bellorum Domini.

De poteſtate Papæ.

Librũ de cauſa immediata eccleſiaſticæ poteſtatis. Pariſijs 1506. *in ſex partes*.

Alium de poteſtate Eccleſiaſtica.

Volumen multarum quæſtionum.

Sermonarium de tempore per totum annum, cui titulus: *Theſaurus nouus*. Antuerpiæ 1571. Venetijs 1584. apud ſignum concordiæ in 8. in tres diuiſum partes, hiemalem, æſtiualem & quadrageſimalẽ & Coloniæ 1608. in 8.

Quædam quodlibeta.

Tractatum circa confeſſionis audientiam.

Et plura alia.

Molanus *in Bibl. ſacra*, Miræus *in Auctario c.* 432. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris ill. Ord. lib.* 2. Fontana, Trithemius, Sixtus ſenenſis: Marraccius *in Bibl. Mariana*, Fernandez *in Concert.* Bellarm. Philiphus Labbe.

Omnia opera Paludani impreſſa demum fuere Pariſijs ſub cura Ad R. P. Mag. Fratris Ioannis Primarij Regentis Pariſienſis. Ita acta Capituli Generalis Valentini 1647. Ego vidi in Bibl. noſtra S. Dominici Materani litteras datas à Petro ad Reuerendiſſimũ Magiſtrũ Ordinis XVI. Fratrẽ Vgonẽ Campanũ reſpondendo ad conſulta quomodo fratres prædicatores poſſint reditus, & anniuerſaria retinere, typis iam editas an. 1561.

IOANNES ANGELVS Bononienſis, qui fuit B. Patris Bartholomæi Parui Bononienſis ſocius, præfuit Eccleſiæ Teflitenſi, & in creditarum ſibi ouium procuranda ſalute annis pluribus inſudauit. Tranſtulit è latino in Idioma Armenum vnà cum B. Bartholomæo.

Biblia Sacra.

Miſ-

Miſsale.
Regulam S. Auguſtini.
Rubricas Ordinis noſtri.
Breuiarium.
Et quatuor libros contra Gentes Diui Thomæ, ac 3. p. eiuſdem.

Galanus *in Conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Latina c.* 30. Fontana *in Theatro p. p. cap.* 4. *tit.* 9. *num.* 2.

B. BARTHOLOMAEVS PARVVS, quē Scriptores noſtri vocant de Piſcia. lis, ortus eſt nobili ſanguine Bononiæ, in cuius ciuitatis cœnobio Dominicanū habitum induit. Vir fuit non minus in Theologicis, quàm Philoſophicis diſciplinis doctiſſimus, de cuius vitæ ſanctitate, zeloque admirabili in propaganda fide Romanæ Eccleſiæ plura refert Alphonſus Fernandez *in hiſtoria Eccleſiaſtica ſuorum temporum lib.* 2. *cap.* 45. Angelici Doctoris auditor, ex ſanctiſſimo præceptore, tamquam è puriſſimo virtutum omnium fonte, quid Dominicanum deceret, potauit. Eius illibatæ doctrinæ inuictus tota ſua vita extitit propugnator. Cumque doctrinæ, & ſanctitatis fama in Apoſtolica Curia celebris eſſet, Ioannes Papa XXII. anno 1326. Magiſtrum Sacri Palatij nominauit. In hac nobili dignitate ſcientiam eum modeſtia coniungendo; permagno à Pontifice ducebatur. Ea propter licet reluctans, & non niſi obedientia compellente, ex Magiſtro Sacri Palatij aſſumptus eſt ab eodem anno 1328. ad Torcellanam Eccleſiam, quam optimè rexit vſque ad annum 1333. Dicto anno, vt Armenos ſchiſmate inquinatos ad S. R. Eccleſiæ gremium reuocaret, ab eodem Summo Pontifice Io. XXII. Armeniæ creatus eſt Archiepiſcopus Naxſciouanen. ſeu de Abaranen. Vghellus *tom.* 5. *Italiæ ſacra* inter Torcellanos Epiſcopus. Armeniæ Catholicus populus numquam habuit alios Epiſcopos, ſeu Archiepiſcopos, quàm fratres Dominicanos. Clemens Galanus theatinus in Georgia aliquando miſſionarius, in ſuo opere euulgato Romæ an. 1550. *Conciliationis Eccleſiæ Armeniæ cum Romana* aſſerit fuiſſe antiquitus in Armenia ſeptem catholicas Eccleſias Epiſcopales, in quibus ſoli Dominicani fratres fuerunt Epiſcopi.

Egrediens de cognatione ſua (vt Abraham) & de patria perrexit in Armeniam, vt oues ſibi commiſſas Romanæ Eccleſiæ, à qua per ſchiſma receſſerant, reconciliaret. Hoc vt facilius conſequi poſſet, duos ex noſtris ſocios ſecū adduxit, videlicet P. F. Ioannem Angelum Bononienſem, & fratrem Iabum Conuerſum, qui latinos libros futuræ inſtructioni neceſſarios Idioma verteret in Armenum. Ibi bonus Paſtor Illius oræ Monachos ſchiſmaticos non ſolum ad Apoſtolicæ Sedis venerationem adduxit, verum etiam ad emittendam profeſſionem iuxta conſtitutiones noſtri Ordinis inflammauit. Vnitis Monachis cum noſtris Dominicanis, innumeri filij Eccleſiæ acceſſerunt. Pro hac re faciliùs aſſequenda B. Bartholomæus, & P. F. Ioannes Angelus Bononienſis ex latino idiomate tranſtulerunt in linguam Armenicam.

Biblia Sacra.
Miſsale.
Breuiarium Dominicanum.
Regulam S. P. noſtri Auguſtini.
Rubricas Ordinis noſtri, & conſtitutiones eiuſdem.
Quatuor libros contra gentes D. Thomæ. Item tertiam partem eiuſdem.

Poſt introductam iterum fidem in Armeniam, hic fuit primus Archiepiſcopus ibi. Illic tamen fidem antiquitus plantauerat S. Bartholomæus Apoſtolus. Fidei infenſiſſimi Turcæ Beatum Archiepiſcopum crudeli morte affecerunt, manibus lento igne combuſtis, quo in cruciatu, mœrentibus Chriſtianis, abiuit ad meliores. Exceſſiſſe e viuis anno 1318. aſſeruit Plodius affirmans B. hunc ante annum 1254. in Armeniam perueniſſe. Huius corpus vſque in hodiernum diem ſumma veneratione recolitur in Oppido Charnà propè Abaraner in Eccleſia Ordinis, in qua maximo fidelium, Schiſmaticorum, & etiam Turcarum concurſu die Aſſumptionis B. Virginis, duobuſque ſequentibus, quibus Beati feſtum colitur, veneratur.

Inter alia ingenij, doctrinæque ſuæ ſpecimina reliquit.

Commen-

Commentaria ſuper miſſus eſt Angelus, &c.

Commentaria in Canticum B. Virginis, Magnificat.

De eo ſcripſerunt Plodius *de viris illuſtribus Ord. lib.* 2. Galanus *in Conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Latina cap.* 30. Vghellus *Ital. Sacra*, Fontana *in Theatro p.*1. *cap.* 4. *tit.* 9. *num.* 1. Marraccius *in Biblioth.* Mariana, *Frontiſpicium tomi primi* Maluendæ *in commentarijs ſacræ ſcripturæ.* Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta lib.* 4. Caſtillus *Centur. p.* 1. Taegius *pag.* 1. Leander *lib.* 3. Seraphinus Ra‍ᴄtius *lib. de Beatis*, Dominicus Grauina, & alij.

HVMBERTVS FLORENTINVS vir grauis, eruditionis, famæq; percelebris fuit Eccleſiæ Piſtorienſis Epiſcopus. Scripſit:

Commentarios in Metaphyſ. Ariſtot.

Non inueni quo claruerit anno. Scripſerunt de illo S. Antoninus 3. *p. hiſt. tit* 23. *cap.* 11. Luſitanus *in Bibl.*

GVARINVS vir eruditus. Scripſit:

Vitam S. Margaritæ apud Surium.

Anno 1334.

IACOBVS DE LAVSANIA Doctor Theologus Pariſienſis, Gallus, vir diuinarum, humanarumque rerum cognitione præclarus, & Eccleſiaſticarum declamationum fâma clariſſimus. Gradum Licentiatus recepit Pariſijs ann. 1317. Paulò poſt doctoratum. Deinde cum multos annos legiſſet, creatus eſt moderator Prouinciæ Franciæ. Cumque illam ſapientiſſimè moderaretur, ad Lauſanenſis Eccleſiæ cathedram fuit aſſumptus. Ex Caſtillo, & ſcripturis antiquis, quæ aſſeruantur Barcinone in noſtro Conuentu.

Nomen ſuum apud Poſteros celebre fecit ſcribendo:

In Pentateuchum libros quinque, quorum initium: *In principio creauit.*

In Iob librum vnum incipit: *Suſtinentiam Iob audiſtis.*

In Prouerbia librum vnum, incipit: *Aperiam in Parabolis.*

In Cantica Cantic. librum vnum. Circa principium huius libri.

In Sapientiam librum vnum, incipit: *Sapientia clamat.*

In Eccleſiaſticum librum vnum, cuius initium: *Iſte liber diuiditur.*

In Iſaiam librum vnum. Non eſt bonū.

Super quatuor libros Sententiarum.

Item libros tres Sermonum de Tempore, de Sanctis, & Quadrageſimalibus.

Scripſit etiam ſuper multos alios libros Bibliorum feliciſſima quædam, quæ ſimilitudinibus egregijs interdū explicat; opus egregium pro concionatoribus, quod impreſſum vidiſſe, ac legiſſe in Belgio in conuentu noſtro Inſulenſi fatetur Luſitanus *in Bibl.* Ioannes Turrecremata *tract. de Conceptione par.* 6. *cap.* 29. Caſtillus *Cent.* 2. *lib.* 1. *cap.* 49. & alibi. Gozzeus, Ra‍ᴄtius, idem Antonius *in Bibliothec. Prædic.* & Sixtus Senenſes *in Bibl. lib.* 4. Fontana *in Theatro part.* 1. *c.* 5. *tit.* 321. Vghellus *in manuſcriptis notis ad Galliam Chriſtianam antiquam fol.*400.

Hic Iacobus claruit anno gratiæ 1317. Antonio Senenſi *in Bibl. Prædic.* At Sixtus Senenſis refert ipſum floruiſse anno 1390. Leander 1314. Alij anno 1375. ita Suplem. Chronic. Alij referunt ad ann. 1262. aut circiter. Nos verò ex ſupradictis circa hūc annum 1334. cum anno 1317. ad gradum Licentiarum fuiſſe promotum, narret Antonius Luſitanus.

STANISLAVS Lector Cracouienſis. Circa hæc tempora ſcripſit:

De vita, & geſtis S. Hyacinthi Confeſſoris noſtri Ordinis. Liber aſſeruatur in Eccleſia Cracouienſi. Ex Maluenda *an.* 1222. *cap.* 14. Ex noſtra Chronol. *an.*1257.

DVRANDVS SENIOR nobili familia natus, vir antiquæ fidei, meri candoris, ardentis zeli, effuſiſſimæ charitatis, ſanctæ modeſtiæ, laboris in vinea Chriſti indefeſſi, melleus. Sui temporis Eccleſiaſtes, Theologus profundiſſimus, ac denique ob ſingularem diligentiam, ac pietatem numquā ſatis commendandus. Edidit:

Diuerſa ſcripta, duo ſuper ſententias.

Duo Quodlibeta.

Tractatum de Viſione Diuinæ eſſentiæ.

AMADEVS MEIGRETIVS, ſiue MACECH Lugdunenſis, vir ingenio acutus, Philoſophicis, & Theologicis eruditus. Scripſit:

Qua-

Quæstionarium ſuper libros de Cælo, & Mundo Ariſtotelis.
Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *l.* 2. Luſitanus *in Bibl. pag.* 12.

NICOLAVS A TRAIECTO Brabantinus, votis nuncupatis Religionis, ex corde operam litteris nauans, euaſit vir eminenti litteratura, cuius ingenij fructus fuere:

Commentaria ſuper Boetium de conſolatione, tam egregia, vt Diu. Antoninus putarit 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. ipſum inter omnes, qui de hac ſcripſerunt materia, meliorem cenſendum eſſe.

Item ſuper declamationes Senecæ.

Super Auguſtinum de Ciuitate Dei. Scribens ſuper prædictum opus habuit ſocium F. Thomam Valentem, ſeu Valoes, de quo an. 1332. Plodius *p.* 2. *l.* 2. *Epitome Geſneri*, Albertus Venetus, Seraphinus Ractius, Antonius Senenſis *in Bibl. fol.* 184.

LVDOLPHVS natione Saxo, vir in diuinis Scripturis admodum ſtudioſus, & eruditus, ac aliarum bonarum litterarum nonignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis, & compoſitus, vita quoque, & conuerſatione inſignis, prius fuit Dominicanus, in quo inſtituto (ex Caſtillo *Cent.* 2. *lib.* 1. *cap.* 49. ex Luſitano *in Bibl. fol.* 166. Miræo *in Auctario c.* 431. Plodio *p.* 2. *l.* 2.) perſeuerauit annos viginti ſex, at ſecundùm Sixtum Senenſem *lib.* 4. *Bibl.* poſt annum trigeſimum ſuæ profeſſionis. Deinde perrexit ad Patres Carthuſienſes, qui erant in Monaſterio Moguntino, illorumque regulam profeſſus eſt. Apud illos fuit Prior Argentinenſis, & vixit ſemper ſanctiſſimè. Edidit magnæ deuotionis, ac profundæ eruditionis opuſcula, in quibus ad otium euitandum, ingenium excitans, nomen ſuum immortalitati donauit. E quibus extat volumen magnum, & inſigne quidem, quod prænotauit:

De Vita Chriſti, in libros duos. Venetijs ex officina Dominici Guærrei, & Io. Baptiſtæ, fratrum 1572. in 4.

Librum quoque de varijs Sermonibus. Sixtus Senenſis *in Biblioth.*

Item in Pſalterium perpulchrè librũ vnum ex Hieronymi, Auguſtini, Caſſiodori, & Petri Lombardi ſententijs. Feruntur etiam alia.

Claruit an. Domini 1334. ſub Ioanne XXII. Papa, & Ludouico Bauaro Imperatore. Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, & ſupplementum ſupplemẽti Chronicorum Iacobi Philippi Bergomatis Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Miræus.

RICOLPHVS COLONIENSIS Germanus præſtantis litteraturæ ſcripſit ſatis doctè.

Super quatuor libros ſententiarum. Albertus Venetus, Seraphinus Ractius, Luſitanus *in Bibliot. fol.* 212. & Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Claruit circa currentem annum 1334. ex Caſtillo *cent.* 2. *lib.* 1. *cap.* 49.

B. ANGELVS PORTASOLE PERVSINVS fuit præuiſus Catuli forma à genitrice grauida, quæ etiam audiebat ex vtero quoſdam canis latratus, & dum quodam veſpere ad ſacrum fontem Baptiſmatis deferretur, quædam lux ante baptizandum præibat. Dominicanę Religioni adſcriptus, & decoratus laurea lectoratus legit pluribus in conuentibus ſuæ Romanæ Prouinciæ Philoſophiam, ac ſacram Theologiam. Deinde ſacris concionibus operam nauans, euaſit eloquentiſſimus. Multos flagitioſos ad meliorem reduxit frugem, plureſque hebræorum ad Chriſtum conuertit. Ioannes XXII. Summus Pontifex fama eius doctrinæ, ac ſanctitatis permotus, primum illum ſuum pænitentiarium, deinde Epiſcopum Groſſetenſem in Etruria creauit. Fato conceſſit anno 1334. die 22. Februarij.

Beatiſſimi Viri meminerunt Bzou. *in Annalibus Eccleſ. ad ann.* 1334. Plod. Ractius, Leander Albertus, Ludouicus Iacobellus *in libro de Sanctis Vmbriæ*, & Marcheſius *in ſacra Diario die* 22. *Februarij*. Compoſuit.

Regulam Tertij Ord. Fratrum Prædicatorum.

Et diuerſos modos, & ſtatuta quarundam ſocietatum, ac confraternitatum.

Hoc anno 1334. ad 19. Kalendas Ianuarij conuenere Cardinales in Conuentum Prædicatorum Auenionẽſem, & à Comite Monaſio, qui pro

Rege Roberto Narbonenſem Prouinciam regebat, in Conclaui incluſi. 13. Kalendas Ianuarij eiuſdem anni Iacobum Furnerium, virum doctiſſimum, ſummum Paſtorem Eccleſiæ ſalutauere. Hic apud Ciſtercium Monaſticam vitam profeſſus, Benedictum XII. voluit appellari. Bzouius *in Annalibus Eccleſ. anno dicto num. 6.* Noſtra Chronologia *eodē anno*, & Fontana *in theat. p. 2. cap. 4. tit. 11. num. 3.*

Anno 1335.

ANDREAS BONCIRVS Germanus, Cōuentus Traiectenſis ſuper flumen Moſam, vir omnium virtutū genere ornatiſſimus, ſuper omnia tamen cuſtos admirabilis ſui, & aſſeruator ſilentij. Librum accuratiſſimè ſcripſit, & prænotauit.

Inſigne opus regale. Reperitur in Cœnobio ſupradicto.

Luſitanus *in Bibl. pag. 20.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. 2. lib. 2.*

PAGANVS BERGOMENSIS, alius ab illo, qui natus eſt Luci in Territorio Bergomenſi Apoſtolicus Inquiſitor, vir quoque in Sanctitate, ac in litteris celeberrimus, & qui ab hæreticis impetitus (Luſitano referēte in Chronico *pag. 131.*) trucidatur anno 1277. Ita Caſtillus *centur. 1. lib. 3. cap. 44.* Plodius de Progenie S. Dominici *lib. 1. c. 13.* Fernandez in *concert. ad annum* 1277. & Paramus *lib. 2. tit. 1. cap. 5.* Non loquimur hic de Beato Inquiſitore Pagano, ſed de alio, qui ex patria ſui cognominis oriundus, ab ingenij præſtantia, & à ſingulari philoſophiæ cum diuinæ, tum humanæ peritia ſummopere ab Antonio Senenſe *in Bibl. pag.* 186. & 187. ab Alberto Veneto, à Taegio, & à Marraccio *in Bibl. Mariana laudibus celebratur.* Satis hic laudabiliter excubias duxit pro vtilitate Eccleſiæ ſcribens:

Poſtillas ſuper Pentatheucum.

Super libros Ioſue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralypomenon, Eſdram, Nehemiam, in Tobiam, Iobum, in Pſalterium.

In Parabolas Salomonis, Eccleſiaſten, in Cantica Canticorum. Edidit. quoq; *Scholaſticam Poſtillam in eadem. Cantica Canticorum.* Quæ incipit:

Sponſus, & ſponſa dicunt veni.

Extat Venetijs in Bibliotheca Diuorum Ioannis, & Pauli. Scripſit:

Super Librum Sapientiæ.

In Eccleſiaſticum.

In quatuor Prophetas maiores.

In duodecim minores.

Super quatuor Euangelia.

Super Apocalypſim.

Summam contra Hæreticos.

Librum de Aduentu Domini.

Librum ſermonum de tempore.

Sermones de Sanctis. Et plura alia.

Claruit circa hæc tempora; Eiuſq; meminerunt Caſtillus *cent. 2. lib. 1. cap. 49.* Albertus Venetus, Seraphinus Ractius, Plodius *part. 2. lib. 1. & 2.* Sixtus, & Antonius Senenſes *in Biblioth. folio 186. & 187. & 1. part. Monument. Ordinis.*

IOANNES CHACHENGDA Friburgenſis Germanus magnus ſcholaſticus, ac ſcripturiſta, à pueritia frater Dominicanus, ſacris in monaſterio inſtitutionibus eruditus, vir pius euaſit, ac doctus. Vt in perpetuum viueret moriturus, hęc reliquit poſteris monumenta.

Tractatum de quarta.

Tractatum de Contractibus.

Explanauit elegantер Epiſtolas ad Romanos.

Floruit circa hæc tempora. Caſtillus *Centur. 2. lib. 1. cap. 49.* Luſitano verò *in Bibliotheca pag.* 144. & Plodio *par. 2.* anno 1355.

Anno 1336.

VILLELMVS, ſiue GVILLELMVS Petri de Codiuo patria Baionenſis Toloſanæ diœceſis, Gallus, modicæ fuit ſtaturæ, & deformis, ſed ingenij admirabilis, maſſimæque claritatis in enodandis Theologiæ, ac ſacræ ſcripturæ arcanis. Pariſijs cum B. Fr. Latino Malabranca Nicolai III. Nepote, qui fuit S. R. E. Cardinalis, ſtudijs operam dedit, & docuit. Cum Moderator Prouinciæ Galliæ onus ſubiret, religioſæ paupertatis ſectator feruidus in Conuentuum viſitatione

ſemper

ſemper incedebat pedeſter. Ex dicta Prouiucialatus Præfectnra anno 1288. à Nicolao Papa III. procurante P. Fr. Latino, cui familiariſſimus erat, ſacri Palatij Apoſtoli renũciatur Magiſter; quo in munere viginti tres annos, ſolus ſine exemplo præfuit. Anno 1304. erat Vicarius Generalis totius Ordinis. Ad omnia natus an. 1312. à Clemente V. ad Cardinalatum aſſumitur ſub tit. Sanctæ Cæciliæ. Die 12. Septẽbris anni 1317. creatus eſt Epiſcopus Sabinenſis. Mox mittitur ab eodem Legatus à Latere ad Hiſpanos. Celebrem conuocauit Synodũ Valliſoleti anno 1322. In qua multa decreta auctoritate Apoſtolica edidit in deperditæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtaurationem. Religionem noſtram ſumma proſequutus beneuolentia, quinq; ei cænobia à fundamentis, necnon Eccleſias tres miræ pulchritudinis, vnam ſcilicet in Conuẽtu Auenionen. aliã in Toloſano, tertiam in Baionenſi conſtruxit. Tandem annorum pondere aggrauatus, extremum diem ſanctiſſimè clauſit Auenione an. 1336. die 4. Iunij. & ibidem ſepultus eſt apud noſtros. Ex Auenionenſi autem Eccleſia vt (vt mandanerat) ad noſtram translatus eſt Toloſanam, vbi cum hac ſimplici inſcriptione quieſcit.

Dominus Fr. Villermus Godinus Epiſcopus Sabinenſis, Cardinalis.

Reliquit hæc egregia monumenta.

Magnum volumen, in quo collegit iura, ſeu leges omnes, conceſſiones, & priuilegia à Romana Eccleſia elargita vſque ad dies ſuos.

De nuptijs Chriſti, & Eccleſiæ.

Librum Sermonum variorum de tempore, & de Sanctis.

De eo ſcripſere S. Antoninus. *3. p. tit. 23. cap. 11.* Caſtillus *part. 2.* Ciacconius in vitis Pontificum, & Cardinalium. Leander *lib. 3.* Seraphinus Ractius *de viris illuſtr. Ord.* Vghellus *tom. 1. inter epiſc. Sabinen.* Plodius *de vir. illuſtr. ord. lib. 4.* Taegius *in monument.* Fernandez. & Fontana *in theatro p. 1. cap. 2. num. 13.*

Anno 1338.

ALPHONSVS BONIHOMIVS, alijs Bonus-homo Hiſpanus litteris non mediocriter eruditus, necnõ varietate linguarũ, Latinè, Græcè, Hebraicè, Arabicè, eximiè doctus, ac in primis ab omni virtutum genere laudatiſſimus tranſtulit ab Arabico in latinum *tractatum Rabbi Samuelis Hebræi, in quo clariſsimè oſtenditur Chriſtum verum eſſe Meſsiam à Prophetis promiſſum.*

Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p. 2. lib. 2.* Miræus in Auctario *cap. 418.*

Anno 1339.

BENEDICTVS de ASSIGNANO, nobili Comenſis ciuitatis familia ortus in Lombardia, Magiſter Pariſienſis, vbi legit, & diſputauit cum maximo Religionis decore. Vir profundę ſcientiæ, acris ingenij, ac fideliſſimus aſſecla Angelici Præceptoris, poſt varias lecturas in Ordine noſtro laudabiliſſimè perfunctas ad Epiſcopatus culmen peruenit: nam à Ioanne XXII. patriæ ſuæ creatus fuit Epiſcopus Kalend. Ianuarij anno 1328. contra Valerianum Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconum, Franchini Ruſcæ Comenſium Principis Germanũ fratrem, à Capitulo electum; quam electionem idem Pontifex Max. nequaquam ratam habuerat. Sequebatur Ruſca, & defendebat partes Ludouici Bauari, quem Summus Pontifex nolebat confirmare Imperatorem; imò illum excommunicatione affecit. Cæterùm Valerianus Apoſtolica mandata parui faciens, à quodam Orientis Epiſcopo conſecrationis munus ſuſcepit, ac cœtera, quæ ad legitimum Præſulem ſpectant, inuaſit. His auditis à Io. Summo Pontifice, F. Lucam de Caſtello Ordinis Min. Comenſis, ſeu Nouocomen. vel Cumanæ Eccleſiæ, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, Apoſtolicum adminiſtratorem delegauit, vt Comenſem populum Benedicto, à ſe electo Epiſcopo, parere recuſantem, eccleſiaſtico percuteret interdicto. Qua-

re Comenſes multiplici execrationum tædio affecti, Benedicto adhæſere. Hic ſeptem annos à ſua Epiſcopali Cathedra exulauerat, qui tandem in ſuam Cathedralem ingenti cum populi lætitia ingreſſus excluſo Valeriano anno. 1335. in pace, & tranquillitate commiſſum ſibi gregem tres annos rexit, & pauit. Ad prouinciale Aquileienſe Concilium, in quo præſidebat Beltrandus Patriarcha, acceſſit. Monaſterium S. Annæ Ordinis noſtri in eadem vrbe conſtruxit. Cœleſtinis monachis Eccleſiam S. Mariæ de Annunciata conceſſit. Templum S. Ioannis de Pedemonte Ordinis noſtri extra Comenſis ciuitatis mœnia conſtructum auxit. Exuit mortalitatem anno 1339. in noſtra Eccleſia conditus.

Edidit omnium primus.

Concordantias in dicta D. Thomæ.

Item librum quæſtionum Theologicarum.

Ex Chronica Comenſis vrbis, Fernandez Vghellus *Italia Sacra tom.* 5. Caſtillus *Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tom.* 195. Taegius *p.p.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 1. *&* 2.

Anno 1340.

GVLIELMVS SVTHAMPTON Gallus, vir doctus, & in cognitione excellens, in noſtra Religione nuncupatis ſolemniter votis, cum Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ ſedulam poſuerit operam, euaſit vir eruditus. Edidit:

Sermones plures.

Claruit circa annum Orbis redempti 1340. *Ex Concert. Pradic.* Alphonſi Fernandez, *& Bibl. Mar.* Marrac.

HVGO DE DICTONIA, vel DVCTONIA, Anglus, Doctor Theologiæ Oxonij creatus, vir multa prudentia, grauitate, morum integritate, & varijs ſcientijs præditus. Scripſit:

Sermones de Feſtis Deiparæ.

Claruit anno partus Virginei 1340. Ex Piſeo, *& Bibl. Mar.* Marracc.

Hic fortaſſe, eſt ille Vdo, ſiue Hugo, quem Luſitanus dicit Cardinalem S. R. E. & ſcripſit:

Expoſitionem in Pſalmum Quinquageſimum, Miſerere mei Deus.

Albertus Venetus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

ARMANDVS DE BELLOVISV Hiſpanus fuit vir doctus, & pius. A Benedicto XII. anno 1335. Magiſter Sacri Palatij poſt Petrum de Pineto creatur. Præfuit huic muneri laudabiliter annis pluribus, vitamque ſemper in religioſa paupertate, ab omni eccleſiaſtica prælatura alienus, degit. Quieuit in pace circa annum 1340. Scripſit:

De Tranſcendentibus.

De Prædicamentis.

De ſecundis intentionibus.

Super quatuor libros Sententiarum.

Poſtillam Scholaſticam in Pſalmos.

Expoſitionem in hymnum Veni Creator Spiritus.

Item Sermones pulcherrimos.

Super Opuſculum D. Thomæ de ente, & eſſentia.

Edidit quoque *Declarationem difficillimam terminorum, tam Theologiæ, quàm Philoſophiæ, ac Logicæ*, quod opus Cardinali S. Euſebij, quo maximè familiariter vtebatur, dicauit.

Luſitanus *in Bibl.* Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 1. Sixtus Senen. *in Biblioth.* Olmeda *in vita Henrici Magiſt. Ordin.* Lucarinus, Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 5. *num.* 15. Hic alter eſt ab Armando de Bellouiſu Bononienſi, de quo an. 1296.

BERNARDVS PARENTINI Toloſanus Cõuentus Outeſij in Aquitania clarus Philoſophus, ac Theologus exactiſſimus. Scripſit:

De Miſſa, vbi ſoluit omnes difficultates circa hoc ſacrificium iuxta doctrinam D. Thomæ.

Trithemius, *& Supplementum Chronic.* Cæterum Michael Paccìantius *de Scriptoribus Florentinis* hunc eſſe Florentinum affirmat, eumque vocat Bernardum Parentinum, ſubditque ſcripſiſſe *Librum variorum Sermonum*, & plura alia. Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

GALANVS FLAMMA Mediolanenſis litteris humanis ornatus, Philoſophus, Scholaſticus, & Hiſtoricus celebris. Scripſit:

Chronicon Imperatorum.

Chro-

Chronicon Ord. Prædicatorum.
Chronicon Vrbis Mediolanenſis vſq; ad ſua tempora.
Summam Caſuum Conſcientiæ.
Taegius *p.1. & 5.* Plodius *p.2. lib. 2.*

Anno 1341.

IACOBVS COLVMNA Romanus nobiliſſimis ortus natalibus, hiſtoricus eruditus, quem pluries citat S. Antoninus in ſuis hiſtorijs. Scripſit:

Chronicon à Creatione Mundi vſque ad ſua tempora 1340.

Luſitanus *in Bibl.* Plod. *p.2. lib.2.* Fernandez, Fontana *de Rom. Prou. c.6.*

MATTHAEVS VRSINVS Romanus S. R. E. Card. ſacris litteris eruditus, Romæ, Pariſijs, Bononiæ, ac Florentiæ docuit. Romanam Prouinciam Prior Prouincialis rexit. Anno 1322. interfuit Capitulo Generali Burdegalæ celebrato. A S.P.Q.R. ad Ioannem XXII. Orator miſſus, Agrigentinus Epiſcopus primò, deinde Archiepiſcopus Sypontinus, demum ab eodem Summo Pontifice creatus eſt Cardinalis ſub Titulo SS. Ioannis, & Pauli. Fuit etiam Eccleſiæ Panormitanæ adminiſtrator.

Hoc anno 1341. XV. Kal. Septembris Auenione è viuis exceſſit. Poſteà eius corpus translatum fuit in Vrbem, in qua fuit ſepultum in eodem ſepulchro in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam cum B. Fr. Latino S.R.E. Cardinali etiam ex Ordine noſtro aſſumpto. Scripſit:

De Auctoritate Eccleſiæ.

Lucarinus, Fontana *in Theatro, & de Prou. Romana*:

Anno 1342.

PETRVS DE PALMA vir doctiſſimus, quem Cardinalis Turrecremata *de Conceptione par. 6. cap. 29.* vt Doctorem grauiſſimum in illa controuerſia celeberrima citat:

Fecit Poſtillam in Lucam.

B. SIMON SALTARELLVS liberalium artium, ac ſacræ Theologiæ ſuo tempore peritiſſimus nobilis Florentinus, virtutibus verò, morumque integritate nobilior, poſt noſtrum P.F. Oddonem de Sala nobilem Piſanum à Ioanne XXII. eligitur Archiepiſcopus Piſanus. Cum Vido Pater Simoni Saltarello adoleſcenti in futuræ ſucceſſionis ſpem ſpecioſiſſimam, atque nobilem virginem ſponſam deſtinaſſet, ipſe aufugit in conuentum S. Mariæ Nouellæ, in quo illum receperunt ad Ordinem. Ibi factus Dominicanus aſſumptũ inſtitutum mirificè coluit. Sacris ſtudijs, & pietati addictus, ita mirabiliter profecit in eis, vt breui annorum curriculo celebris Sacræ Theologiæ Magiſter, Prior Sanctæ Mariæ Nouellæ, ac Romanus Prior Prouincialis euaſerit. Cum hoc obiret munus, Procurator Ordinis inſtitutus fuit. Paulòpoſt à Ioanne XXII. anno MCCCXVII. Parmenſis Epiſcopus creatus eſt. Quinque fere annis hanc Eccleſiam rexit, & anno 1323. ab eodem ſummo Pontifice translatus eſt ad Piſanam. Tandem Ludouicus V. Imperator anno 1327. veniens Romam, curauit vt eligeretur in Antipapam Petrus Rinalduccius Corbarius Nicolaus V. vocatus. Lege noſtram Chronologiam anno 1327. Saltarellus vero Pontifici fideliſſimè, quo ad vixit, adhæſit, & Corbarium tamquam Pſeudo Papam facundo ore, ac calamo ſemper inſectatus eſt. Scripſit igitur contra prædictum.

Apologias, & alia.

Quapropter Bauari duriorem ſeruitutem expertus, & minas, cogitur eſt Florentiam ſe recipere: quare ab eodem Bacaro rebellis, & proſcriptus renunciatus fuit an. ſalutis 1328. atque in eius locum ſubſtitutus eſt Gerardus Rolandus Epiſc. Alerienſis. Anno Domini 1330. Corbarius in vincula coniectus, in quibus mortuus eſt poſt an. 3. menſem vnum, ſcilicet anno 1333. quare Simon ad ſuam Eccleſiam redijt anno 1334. in qua eximiæ pietatis operibus clarus, cumulatus meritis octuagenarius quieuit in Domino die 24. Septẽb. an. MCCCXLII. communibus lachrymis parentatus. Apud noſtros marmoreo tumulo conditus eſt, & inter Beatos Ordinis à ſcriptoribus noſtris accenſetur. Vghellus

lus *tom. 3. inter Piſanos*. Leander Albertus, Ractius, Fontana *in Theatro p. 1. c. 4. tit. 75. num. 3.* Caſtillus *centur. p. 2.* Plodius *de vir. illuſtr. part. 2. lib. 2.* Hic Simon alter eſt à Simone Saltarello Epiſcopo Comeclenſi, qui obijt Venetijs an. 1420. nam Simon iuuenis fuit pronepos Epiſcopi Parmenſis. Fõtana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 144. n. 4.*

Cardinales electuri ſummum Pontificem, in Prædicatorum Cænobium Auenionenſe pro conclaui ab ipſis electum, 3. Nonas Maij an. 1342. ingrediuntur & nonis eiuſdem menſis, & anni Petrum Rogetij Benedictinum S. R. E. Presbyterum Card. SS. Nerei, & Achillei ſummum Pontificem eligunt, quem Clementis VI. nomine ſalutarunt, qui 14. Kalendas Iunij in noſtra Prædicatorum Baſilica ibidem à Neapoleone Card. Vrſino coronatur. Bzouius *in Annal. eccleſ. ad an. 1342. num. 11.* Fontana *in Theatro p. 2. cap. 4. tit. 11. num. 5. & noſtra Chronologia an. 1342.*

NICOLAVS ASCVLANVS Picenus Philoſophus, ac Theologus eruditus ſcripſit.

Super vniuerſam artem veterem Ariſtotelis.

Compendium Logicæ.

Quæſtiones phyſicas, & alia.

Taegius. *p. 1.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *par. 2. lib. 2.*

Anno 1343.

MARCHESINVS MONOPOLITANVS Apulus factus Dominicanus perpetuum vitæ tenorem, quem ab omni vitiorum contagione vacuum exorſus eſt tyro, præclaro fine cõcluſit. Integritatem litteris adornauit. His omnibus attollentibus, Generalis Fidei Cenſor in RegnoNeapolitano (Regnante Regina Ioanna) meritiſſimè conſtituitur. Tametſi curis preſſus grauiſſimis, nihilominus in publicam lucem emiſit:

Tractatum magnum de Cambijs,

Quem lector in monaſterio Tarentino anno 1638. in eius Bibliotheca legi manuſcriptum.

Huius meminerunt Vallus *in Hiſtoria Prouinciæ Regni part. 1.* Fontana *in Theatro part. 3.*

BARTHOLOMAEVS FERRARIENSIS. Vir ob pietatem, & eruditionem inſignis S. Th. Magiſter, Inquiſitor doctiſſimus concinnauit.

Tractatum Moralem de illis, qui non debent egredi tempore peſtis à ciuitate.

Volumen ſermonum, & alia multa.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. 2. lib. 2.*

BONIOANNES à Meſtana vndequaque vir etuditus in profanis, in moralibus, in diuinis, Librum compegit.

Quadripartitum fabularum de figuris moralibus & plura alia.

Meminerunt de illo Luſitanus *in Bibliot. pag. 57.* Gozzeus, Plodius *part. 2. lib. 2.*

Anno 1344.

BEATVS VENTVRINVS Bergomenſis efficaciſſimus concionator, qui ſuis prædicationibus attraxit quadraginta millia Lombardorum deuotionis cauſa, perduxitque Romam, omnes vociferando: *miſericordia, & pax.* Id egrè tulit Pontifex maximus, quare profectus Auinionem B. Venturinus, carceri à Pontifice mancipatur. Villanus *in Chronico lib. 11. cap. 23.* præter vitæ ſanctitatem fuit doctiſſimus: ſcripſit.

Plures ſermones, ac conciones.

Item Epiſtolas digniſſimas, eruditione, atque doctrina refertas.

Albertus Venetus, Plodius *p. 1. lib. 2. num. 37. & par. 2. lib. 2.*

BORNASIVS SICVLVS perinde doctus, ac pius: edidit.

Librum de vita S. P. Dominici.

Gozzeus, Plodius *p. 2. lib. 2.*

Anno 1345.

BOETIVS natione Dacus, Philoſophus clarus, ac Theologus, ſcripſit.

Commentaria in libros de ſenſu, & ſenſato.

De morte, & vita. De ſomno, & vigilia Ariſtotelis.

Item librum de mundi æternitate.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 2.*

An-

Anno 1347.

BARTHOLOMAEVS à S. Cõcordio Piſanus vir doctus, ac pius, diuinarum litterarum inſtructiſſima merce munitus, at in moralibus longè doctior. Fuit animarũ ſalutis ſitientiſſimus, & adeò ieiunij cuſtos, vt per totam vitam ſuam ſemel manducauerit in die. Scripſit:

Sermones quadrageſimales:

Super Virgilium Poetam.

Item ſuper tragedias Senecæ.

Et præter alia edidit.

Summam caſuum conſcientiæ Piſanã, quæ dicitur Piſanella, ſeu Magiſtruccia, quam, vt ipſe teſtatur (inquit Trithemius) perfecit anno Chriſti 1338. Hanc imitatus eſt Angelus de Clauaſio. Obijt anno 1347.

Eius meminerunt Bellarminus *de Script. Eccleſ. eumque ponit ann.* 1335. Plodius *p. 2. lib. 2.* Fontana *de Prouincia Roman. cap. 6.* Philippus Labbe *ad Bellarminũ de ſcriptor. Eccleſ. pag.* 373.

Alter hic noſter eſt à Bartholomæo Albicio patria ſimiliter Piſano, ex Riuano in Tuſcia oriundo ordinis minorum Conuentualium Sancti Franciſci, qui die quarta Nouembris obijt in Conuentu Piſano circa annum 1380. & ſcripſerat librum conformitatum, & de vita, & laudibus B. Mariæ Virginis libros ſex.

DOMINICVS GRENIER Gallus de Conuentu Toloſano, doctor Pariſienſis. Poſt diuerſas in ſua Prouincia obitas præfecturas, Apoſtolicus Pænitentiarius inſtituitur. Anno 1326. menſe Ianuario Sacri Palatij Magiſter renunciatur à Io: XXII. cui muneri duobus tantùm præfuit menſibus: nam ab eodem ſummo Pontifice die 13. Martij eiuſdem anni 1326. euectus eſt ad Eccleſiam Appamienſem in Gallia. Extant in Toloſano Conuentu Apoſtolicæ litteræ Ioannis XXII. an. 1330. & Benedicti XII. anno 1335. eidem datæ. Cum erga Ordinem, tum in ſuum Toloſanum conuentum maximè munificus fuit. Nam in eius maiori clauſtro Sacellum in honorem S. Antonini Martyris pro fratrum ſepultura conſtruxit, & conclaue pro hoſpitibus, atque infirmis ibidem erexit à fundamentis. Die 7. Nouembris ann. 1341. Capellæ opus perfecit, ad cuius memoriam extat inſcriptio hæc:

F. Dominicus, Dominici cultor benedictus.

Doctor mirificus, & Epiſc. Appamien.

Sumptibus immenſis opus hoc fabrefecit amicus.

Inde Deo gratus regnet ſine fine beatus.

Viginti annis huic Eccleſiæ præfuit optimus Paſtor, quieuitque in Domino an. 1347. ſcripſit Doctiſsimus Præſul.

Super libros hiſtoriales Bibliorum.

Super Pentateuchum.

Gallia Chriſtiana *tom. 2.* Plodius *p. 2. lib. 2.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 41. & p. 2. c. 5. num.* 12. Seraphinus Ractius.

MARCVS RONCIONVS nobilis Piſanus ex Dom. de Ripa fracta, vir æquè doctus, & pius, cum à Clero ad petitionem Dominorum Reipublicæ Piſanæ (poſt mortem F. Simonis Saltarelli Dominicani) fuiſſet electus ex Priore Cõuentus Piſani Archiepiſcopus eiuſdem ciuitatis, electionem Clemens VI. non approbauit; ſed Marcum creauit Præſulem Vrbinatatem 12. Kalend. Decemb. anno 1342. At cum pro arduis Eccleſiæ ſuæ negotijs Auenionem, vbi reſidebat Pontifex Max. Clemens VI. petiuiſſet, & omnia pro voto conſecutus fuiſſet, ad ſuam Eccleſiam per mare reuertens, ſeuam procellam paſſus eſt, & miſerum ſubiuit naufragium anno ſalutis 1347.

Librum cenſuum ad Eccleſiam ſuam ſpectantium confecit. Ex Monum. Conuentus Piſani, Vghell. *tom. 2.* & Fontana *in Theatro 1. p. c. 4. tit. 115. n. 1.*

Anno 1348.

GALGANVS Senenſis ſingularis doctrinæ, pietatiſque vir, ex Priore Prouinciali Romanæ Prouinciæ à Io. XXII. Maſſenſis Epiſcopus ſub Metropoli Senenſe in Tuſcia anno 1332. datus eſt. Hic Senenſi populo, maximo fuit in pretio; quare opera,

ra Galgani, atque concilio, in vrgentibus, trepidiſque negotijs, ſæpiùs vſus eſt. Sexdecim annis Populonis, ſeu Meſlanenſibus ſacrum ius dixit. Tandem ſenio confectus dormiuit cum Patribus ſuis Senis anno 1348. die 19. Martij, & conditus fuit in noſtro S. Dominici templo. Scripſit:

Sermones Quadrageſimales.

Item Commentaria in libros D. Auguſtini de Ciuitate Dei.

Vghellus *tom.* 3. *Ital. Sac.* Vgurgetius *in Pomp. Senen. tit.* 7. Fontana *de Prou. Romana c.6. & in par. 1. cap. 5. tit.* 371. *num.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Lucarinus, & alij.

P. F. GVILLELMVS GAVANTVS de Lauduno Gallus Pariſienſis Doctor celeberrimus, inter viros Ordinis doctiſſimos meritò recenſitus, ingentij præſtantia, profunditate doctrinæ, & dicendi claritate præ cæteris commendatur. Anno 1312. à Clemente V. Sacri Palatij Magiſter renũciatur. Nouem annis in hac nobili perſtitit præfectura. Die autẽ 11. Aprilis anni 1321. à Io: XXII. creatus fuit Archiepiſcopus Viennenſis in Gallia. Doctrinæ D. Thomę propugnator cum eſſet acerrimus, illius impugnatores verbo, & ſcripto confudit. Mentio fit de eo in quodam decreto Stephani Epiſcopi Pariſienſis de approbatione doctrinæ eiuſdem Angelici Præceptoris cum Guillelmo Pariſienſi anno 1324. deinde anno 1328. ab eodem ſummo Pontifice translatus fuit ad Eccleſiam Toloſanam. Quatuor præbendarios, S. Dominici nuncupatos in ſua Metropolitana Eccleſia die 10. Septembris anni 1340. fundauit, ita vocatos ex Dominicano Archiepiſcopo fundatore. Item ex veteri Scheda obſeruantiæ Toloſanæ Iunij 13. anni 1345. Collegiatis Narbonenſis Vniuerſitatis, petente Guasberto Arelatenſe Epiſcopo, facultatem faciendi exomologeſim eiuſdem Collegij capellanis conceſſit. Tandem oculorum lumine penè orbatus Toloſanam Eccleſiam, in fauorem Card. Raymundi Cauillac an. 1347. congrua penſione pro ſui neceſſaria ſuſtentatione ſibi retenta, dimiſit. Scripſit:

Varia opuſcula in defenſionem Doctrinæ D. Thomæ Doctoris Angelici.

Gallia Chriſtiana *tom.* 1. Fernandez *in Archiepiſc. Gallia.* Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Luſitanus, Fontana, *in Theatro par.* 1. *cap.* 4. *tit.* 104. *num.* 2. *& tit.* 113. *nu.* 1. *& p.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. & reliqui ſcriptores Ordinis:

ROBERTVS EBORACENSIS Anglus, verſatiſſimus in litteris ſacris, & in quacumque ſcientia ſcripſit:

De Magia Ceremoniali.

Corruptorium Alchimiæ.

De Myſterijs rerum ſecretarum.

Claruit circa hunc annum 1348. Epitome Geſneri, Luſitanus *in Bibl. fol.* 214. Plodius *par.* 2. *lib.* 2.

SIXTVS PONCELLVS egregia, & excellẽti doctrina, zelator maximus fidei, ſcripſit Italicæ,

Defenſionem fidei contra hæreticos ſui temporis.

Mediolani, 1570. in 8. Claruit his temporibus 1348. Luſitanus *in Bibl. fol.* 227. Plodius *par.* 2. *lib.* 2.

CONSTANTINVS ASCVLANVS Picenus doctiſſimus ſcripſit:

varias quæſtiones.

Claruit ſub hoc anno. 1348. Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *l.* 2.

DOMINICVS PISANVS ETRVSCVS in litteris humanis inſignis, in alijs non ignarus edidit;

Commentarium in Senecam.

Floruit ſub hoc tempore 1348. Luſitanus *in Bibli. pag.* 68. Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

FEDERICVS VENETVS Sac. Theologię Magiſter ſummis encomijs à viris ſui temporis celeberrimis commendatus eſt, à commendatiſſimis celebratus, nec tamen pro dignitate vel commendatus, vel celebratus eſt: magnus fuit Theologus, & Philoſophus, neq; politioris litteraturæ ignarus edidit.

Commentaria ſuper Apocalypſim Ioannis.

Anno labente 1348. Florebat. Gozzeus, Luſitanus *in Biblioth. pag.* 78. Plodius *par.* 2. *lib.* 2.

BEATVS BONAVENTVRA PTOLOMAEVS Senẽſis nobiliſſimo Sanguine ortus, ſed maiori virtutum ſtemmate

ſtemmate nobilitatus, cuius vitam admirandam Gregorius Lombardellus Senenſis, Faſti Senenſes, aliique complexi ſunt ſtylo. Ei natalis dies D. Michaeli Sacra nomen Archangeli fecit. Propinquante partu, paternis Ptolomæis ædibus nouus quidam ſol deficiens, ac triſtis imminere primùm viſus, qui naſcenti mox puero nitidiſſimus arriſit, vt publicum nitore ſolem infuſcaret. Naſcebatur enim ſol patriæ, & familiæ, Bonauentura.

Adhuc lactens feria ſecunda in Archangeli Michaelis, ſabbatoq; in Deiparæ cultum à lacte primùm, tum à cibo abſtinuit.

In Diui Dominici diſciplinam, & Ordinem adſcitus, inſolitis progreſſibus graſſabatur ad virtutem. Diuina facundia ſacer orator animos auritos, ſalubriter captiuos nectebat.

Paulo poſt concepto lethali crimine ſol iſte maculoſus, ac decolor, priorem lucem quadriennio hebetauit, obſcurauitq; donec Sancto Ambroſio Sanſedonio è Cælo monente, per piacularem confeſſionem emaculatis noxis, ampliſſimum iubar Orbi terrarum vtiliſſimè refundendum, recepit. Nam & ad ſeueriorem diſciplinam, reuocata morum licentia, vitæ genus præter modum auſterum ſuſcepit. Quare obita longinquas ad prouincias pia, ſalubriq; peregrinatione, boni lumen exēpli, ſolis inſtar, diſperſit.

Impudicæ fœminæ ſpectrum, vt denigraret famam B. Bonauenturæ ingreditur eius cubiculum; plurimi ciues, qui hoc inſpectarunt, ſcandalum patiebantur: at cum more ingreſſi eſſent ad Bonauenturam, & cum inter preces ingenti ſplendore circumfuſum inuenisſent, redux innocentiæ, maiori gloria refulſit.

Ipſi famelico Angeli epulas intulerunt.

Inquiſitoris Magiſtratu ſe abdicauit, repudiauitque Sauonenſem Epiſcopatum. Animorum arcana prænouit. Futura multa prædixit; & præſertim futuram peſtem Italiæ.

Ad meliorem vitam tranſijt ſeptimo Kal. Ianuarij anno Verbi liberatoris CIↃ CCC. XLVIII.

Deſcendit ad demortui cubiculum lux, qua in eo per duas horas nocturnas dieſcere viſum eſt. Inuentum eſt cadauer religioſa in veſte, aperto capite, ſubmiſſis genibus, iunctis ad pectus manibus, vultu, oculiſque in cœlum ſublatis, & ore hilari, ac ridibundo ſupplex. Conſecuta deinde multa, & mira beneficia ſunt, præſertim (referunt Faſti Senenſes) ab octauo humationis, ac ſepulturæ die rediuiuus fertur fuiſſe, Fr. Ioannes Polonus Dominicanus.

Inter alia præclara opuſcula, quibus memoriam ſui immortali gloriæ conſecrauit, edidit: Complura volumina docta, & pia, nempe.

De contemptu, & vanitate mundi.

De grauitate peccati, & de damnis, quæ recidiua peccata animæ ingerunt.

Tractatum de ſui ipſius cognitione.

De virtute Caſtitatis.

Hiſtoriam vitæ, ac miraculorum S. Ambroſij Sanſedonij.

Librum ſpiritualium collationum.

Volumina tria concionum de Sanctis, in quadrageſima, & in Dominicis per totum annum.

Ex Alphonſo Fernandez *in concert. Præd.* Marraccio *in Bibli. Mariana*, Faſtis Senenſibus die 26. Decembris, Fontana *de Rom. Prouinc. cap.6.*

DOMINICVS à Monte LVPORVM, Italus, vir religione præſtans, & varia litteratura ornatus ſcripſit:

De Conceptione B. Virginis *tract.* 1. Reperitur M.S. Raguſij in noſtro Cōuentu. Ambroſius Gozzeus, Alphonſus Fernandez. *in Concert. Præd.* Marraccius *in Bibliot. Mar.* Plodius *par.* 2. *lib.* 2. Fontana *de Prouinc. Rom. cap.6.* Claruit circa annum nati de Virgine Saluatoris 1348.

DOMINICVS AYANVS Magnus Theologus, & in politioribus litteris verſatiſſimus, abſolutis ſtudijs grauioribus, ſcripſit: circa hunc annum 1348.

In Senecam Commentar.

Fernand. Fontana *de Rom. Prou. cap.6.*

Hoc anno graſſatur per totam Europam peſtis; Quare Ordinum leges, obſeruantiæ, ſtudia labefactari cæperunt, & penitus aboleri. Hinc temporibus ſubſequētibus (vt dicemus) inter tot

mala, diuina miſericordia occurrente, mirabiliter effulſere ex Italia labefa-ctatæ obſeruantiæ Monaſticæ reparatores Fr. Io: Dominici Florentinus, Thomas Senenſis, Thomas Aiutami Chriſto Piſanus, Hieronymus Fulginenſis, Marcolinus Foroliuienſis, Nicolaus Rauennas, & Robertus Neapolitanus. Ex Germania verò Conradus de Graſſis Prutenus, Franciſcus Retza, Io: Nider, Iacobus de Aſſendſa, & Iacobus Stubach.

Ingens hæc peſtilentia, quæ ex India orta Aſiam deuaſtauerat, per totam ferè Europam cæpit graſſari, maximamque morum, ac pietatis ſacris ordinibus vniuerſis attulit vaſtitatem. Deſtruxit maiorem partem Europæ, præſertim Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Hungariam, atque Italiam, in quibus loca pleraque adeò fuit depopulata, vt ex decem vix fuerit vnus ſuperſtes. Templa, Cæmeteria, agrique corporibus deficiebant humandis. Et quia ad veſtium contactum lues contrahebatur, non erat qui donaret mortuos ſepultura. Ea propter homines, & animalia ipſa domeſtica relictis ædibus ad deſerta ſe transferebãt. Peſtilentiæ propter aeris inſalubritatem, agrorum cultura diu neglecta, fames ſucceſſit. Maxima intereà Religioſorum copia è viuis erepta eſt; atque cum ipſis ſacrarum legum obſeruantia, per omnia ferè dehiſcens ex incauta nouiter receptorum multitudine, relaxationis, proprietatis, inobedientiæ, vanitatumque vitia in Ordinum ferè omnium cœnobia irrepſere. Cum enim illa adeò deſerta, ac deſolata eſſent, vt penè Ordo vnuſquiſque reputaretur extinctus, qui ſuperfuerant Religioſi, cuiuſcumque generis hominibus, pueris, adultis, ineruditis, ineptiſque ſuſceptis ad habitum, dum peſtilentiæ plagis occurrere intendebant, inſanabili plaga proprium Ordinem cruentarunt. Nam vt huiuſmodi nouiter receptos ſcientiæ, & pietatis parum compotes deuincirent, omni eis commoditate, atque liberalitate indulta laxè illos educauere, ſperantes, vt ea ratione ad conſtitutiones ſeruandas aliquando promptiores redderentur. Verùm ſeriò nimis ignouerunt Patres ex otio, atque delitijs fructus, nonniſi prauos colligi potuiſſe, & à multorum inobſeruantia pauciores ſuperſtites inquinatos. Imo paucis bonis illis, qui ex contagio reſidui fuerant, viam vniuerſæ carnis ingreſſis, obliteratus planè fuit rigor Patrum noſtrorum antiquus. Vnde fugatis ieiunijs, eliminatis vigilijs, violata paupertate, ſilentioque exilio pulſo, carnes per refectoria excurrere, atque diſſolutiones effluere vndique videbantur. His plagis noſtra Religio cum cæteris ſauciata eſt. Deinde ortum habuit ſchiſma poſt tres menſes ab electione Vrbani VI quæ ſummo Purpuratorum Patrum conſenſu die 9. Aprilis anni 1378. Poſt Gregorij IX. deſceſſum fuerat ſubſequuta, de quo in noſtra Chronologia ad ann. 1378. Caſtillus *Centur. 2. lib. 2. c. 1.*

Anno 1349.

ROBERTUS HOLKOT Nordthamptoniæ in Anglia natus Auctor moraliſſimus, ac doctiſſimus in quouis genere ſcientiarum, vir planè antiquæ virtutis, & fidei, Theologus planè longè perſpicaſſimus, atque non vulgaris inter Philoſophos nominis; in diuinis Scripturis erudi-tiſſimus, & ſæcularium litterarum non ignarus: ingenio reuera præſtans, & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum egregius, clauſit extremum diem anno currente 1349. ita Luſitanus *in Bibl.* Abbreuiator Geſneri, Trithemius, Simlerus, Alphonſus Fernandez, Caſtillus *Centur. 2. lib. 1. cap. 49.* Tacgius *par. 1. & 5.* etſi Leander Albertus minus exactè referat occubuiſſe ann 1314. Aſtipulor primis: & mortuus eſt ex peſte ſub Carolo IV. Imperatore, & Clemente VI. Papa, 1349. indictione 2. Hinc corrige Sixtum Senenſem, apud quem pro anno Domini 1300. ſubroga ann. 1350. Scripſit;

Super librum Sapientiæ elegantiſſimè. Venetijs, per Presbyterum Bonetum Locatellum Bergomenſem anno humanati Verbi Dei 1509. & 1586. cum mo-

moralibus explicationibus. Et anteà Reuthlingæ 1489. in folio. Incipit: *Dominus petra mea, & rob.* Nec audiendus Labbe, qui de more ſuo oblatrar in noſtros.

In Prouerbia Salomonis.

Lecturam in Cantica Canticorum:

Super Eccleſiaſten.

Super Capitulos VII. Eccleſiaſtici Poſtillam eruditiſſimam, in octoginta, & octo lectiones diuiſam. Incipit: *Magiſter, & Dominus Gundiſaluus. Hanc morte præuentus explere non potuit.* Ibidem, & alibi pluries:

Super quatuor libros Sententiarum quæſtiones argutiſſimas. Incipiunt: *Vtrum quilibet viator.*

De imputabilitate peccati. Lugduni 1497. apud Ioannem Trechel, necnon 1518. in eadem Vrbe:

Item quaſdam (vt ipſe vocat) *Conferentias.*

De ſeptem peccatis capitalibus: Incipit: *Hæc eſt via, ambulate, &c.*

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Quadrageſimale.

Varia, & diuerſa quodlibeta.

De immortalitate Animæ noſtræ.

De Amore librorum. Ad Epiſcopum Dilmonenſem.

In Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem.

Moralitates pulchras hiſtoriarum. Venetijs 1505. de quo libro vtiliſſimo dicitur: *Eſt opus exiguum, at toto celebrabitur Orbe.* His annectitur tabula aurea Angelici Aquinatis ſuper Euangelijs, & Epiſtolis tam de Tempore, quàm de Sanctis totius anni.

Moralitates ad Prædicatores:

De libertate credendi.

De Ludo latrunculorum, vulgò *degli Scacchi.*

De vmbra Stellarum.

De natura, de motibus, & de effectibus Stellarum.

De Amore Stellarum.

Taegius *p. 1.* Luſitanus *in Bibl.* Gozzeus, Abbreuiator Geſneri, Leander *lib.* 4. Plodius *p. 2. lib.* 2. Caſtillus *Centur. 2. lib. 1. cap.* 49. Sixtus Senenſis *in Bibl. l.* 4. Miræus *in Auctario c.* 432.

Emanarunt dictata Iacobi Almaini Senonenſis ſuper ſententias M. Roberti Holkot. Labbe *de Scriptor. Eccleſ. ad Bellarm. pag.* 417.

RAMANTINVS FLORENTINVS Mathematicus, Philoſophus, & Theologus egregius ſcripſit iuſſu Clementis VI.

Commentaria in Senecam.

Librum, cui titulus *Paſchale*, in quo correxit Kalendarium, & illud direxit ad Vrbanum V.

Luſitanus *in Bibl. fol.* 208. Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 2. *p.* 1. *Monum. Ordinis.*

Lucius Annæus Seneca Cordubenſis, Sotionis Stoici diſcipulus, & patruus Lucanæ poetæ, continentiſſimæ fuit vitæ) verba ſunt S. Hieronymi de ſcriptoribus Eccleſiaſticis (ad Flauium Lucium Dextrum, amicitia ei iunctiſſimum, & Paciani Barcinonenſis Epiſcopi filium) *quem non ponerem in Catalogo Sanctorũ, niſi me illæ Epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum eſſet Neronis Magiſter, & illius temporis potentiſſimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Paulus apud Chriſtianos. Hic ante biennium, quam Petrus, & Paulus coronarentur martyrio, à Nerone interfectus eſt.* Hactenus S. Hieronymus. Huius opera reuera vtiliſſima ſunt, & moralia, quare non mirum, ſi iuſſu Clementis VI. in ea tot tantaque prodierint commentaria, illaque nuper Iuſtus Lipſius ſuis etiam doctis commentarijs illuſtrauit, lectu digniſſimis.

Anno 1350.

BONIFACIVS Cremonenſis ex patria ſui cognominis oriundus, natione Galliæ Ciſalpinæ, ſiue Lombardus, ſtudijs operam dedit Papiæ, Bononiæ, ac alibi. In politioribus litteris doctus, in Philoſophia verò, & Sacra Theologia doctior factus, cæpit eum maximo fructu docere. Cæterũ propter eminentem concionandi præſtantiam è cathedris translatus ad pulpitos, breui inter primos ætatis ſuæ concionatores iure merito obtinuit locum. Miræ verſatilis ingenij felicitati accedebat vberrima quædam excogi-

tandi, quæcumque vellet facultas. Præter hæc erat ei facundia cum lepore, ac dictio fructuoſa. Nec ocioſum ingenium concionanti; Nam in lectione ſacrorum aſſiduus. Hinc inter principes huius artis ab hiſtorijs, ab exemplis, ab argumentorum inuentione, ab omnibus habebatur. Parili felicitate reſpondit calamus linguæ, dum ſcripſit.

Sermones de tempore, & de Sanctis per totum annum.

Claruit circa annum Domini 1350. Alphonſus Fernandez *in Concert. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana*, Taegius *p.* 1. Ambroſius Gozeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Luſitanus *in Bibl. fol.* 57.

CHRISTOPHORVS MOLHVSENSIS, natione Anglus, Philoſophus, & Theologus ſui tēporis nō ſecundus, moribus verò antiquis, hoc eſt, cādidiſſimis, atque religioſiſſimis, cupidus poſteritatem iuuandi reliquit. *Sermones doctos, & varios.*

Claruiſſe putatur circa annum redemptionis 1350. Ioannes Pitſeus de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus, Aetate XIV. Marraccius *in Bibl. Mariana*.

IACOBVS patria Beneuentanus in Regno Neapolitano, orator celebris, ac integerrimæ vitæ, quem Theologum, & Philoſophum non vulgarem, diuinorum litterarum ſtudioſum, ac omnium cognitione ornatum vocant hiſtorici. Ad poſterorum vtilitatem ſummo ſtudio lucubrauit.

Opuſculum de Articulis fidei.

De *Oratione* Dominica.

De *Sacramentis*.

De decem præceptis decalogi.

De octo beatitudinibus.

Aliud de dotibus.

Item *de Fructibus.*

Rurſus *de Virtutibus.*

Sermones de tempore, & de Sanctis.

Claruit circa hunc annum reconciliationis humanæ 1350.

Leander Albertus *de viris illuſtr. lib.* 4. Vallus, concertat. prædicat. Luſitanus *in Biblioт. fol.* 125. Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 3. Ioannes Turrecremata *tract. de concep. p.* 6. *cap.* 29.

Anno 1351.

IOANNES THAVLERVS Theutonicus Colonienſis clariſſimus, & illuminatus Theologus, ætatis ſuæ decus, & lumen; tum doctrina inſignis, tum pietate, & Catholicæ Fidei cultor integerrimus; qui in Colonienſi Prouincia, ac in tota Germania propter vitæ Sanctitatem, & Euangelizandi ſcientiam cum ſpiritus feruore, ac mirabili audientium fructu, celeberrimus, velut ſol alter enituit, partem Theologiæ, quæ myſticæ, ſeu affectiuæ nomen obtinuit, eſt amplexus. Germanis loquens germanicè edidit:

Sermones de tempore, & de Sanctis totius anni: planè pijſſimos, & reliqua eius pietati, ac deuotioni maximè inſeruientia.

Opera omnia à R. P. F. Laurentio Surio Lubecenſi Carthuſiano in latinum ſermonem tranſlata ſunt.

Coloniæ, primum apud Ioannem quintelum 1548. deinde apud Arnoldum Quintelum 1603. in 4.

Elenchus autem operum eius eſt:

D. Ioannis Thauleri conuerſionis, vitaque hiſtoria, in qua pariter Inſtitutiones optimæ, & Sermones aliquot extāt.

Item *Conciones de tempore.*

Conciones de Sanctis.

Tractatus de veris virtutibus, inſtitutionibuſque diuinis.

Epiſtolæ complures deuotionem, Diuinumque amorem ſpirantes.

Prophesia de plagis noſtri temporis.

Cantica quædam ſpiritualia animæ deum, impendio amantis.

De IX. Rupibus, ſiue gradibus Chriſtianæ perfectionis.

Speculum lucidiſſimum, & exemplum D. *Noſtri Ieſu Chriſti.*

Conuiuium M. EcKardi iucundum, & pium.

Colloquium Theologi, & Mendici.

Exhortatio, ſeu oratio fidelis præparatoria ad mortem.

Præparationes IV. ad mortem felicem.

Epiſtola D. Henrici Suſonis ad quendam in mortis articulo conſtitutum.

De X. cæcitatibus, & XIV. diuinis amoris radicibus.

De

De vita, & Paſſione Chriſti exercitia deuotiſsima, & meditationes.

Sermones de meditatione vitæ internæ.

Ioannes Echius diſputans cum Martino Luthero *lib. 3. de Purgatorio* ſatis temerè Ioannem Thaulerum virum piiſſimum æquè, ac doctum appellat ſomniatorem &c. Sed vindicatur à doctiſſimo Ludouico Bloſio Abbate Letienſi, à Laurentio Surio in Apologia, qui verbis ſatis magnificis defendit maximum hunc doctorem ab Echij arrogantia.

Apologia extat annexa Sermonibus. Thauleriȷ, Typis editis Lugduni. 1557. per Sebaſtianum de Honoratis. Mortem obiuit anno 1355. Coloniæ Plagas, hæreſes contra ſacramenta, & dogmata fidei orituras fertur prædixiſſe. Luſitanus *in Bibli.* Plodius *par. 2. lib. 2.*

De eo Poſſeuinus, Balthaſar Vuerlinus Colmarienſis Continuator Catalogi, ſeu Addit. ad Trithemium, Seraphinus Ractius, Ludouicus Bloſius Abbas Latienſis, *Bibliotheca Luſitana. Concertat. Prædicatoria.* Sixtus Senenſis *in Biblioth. lib.* 4. Philippus Labbe, Miræus in Auctario *cap.* 447. & Bellarminus in Catalogo: *Hunc virum* (Bellarmini in Catalogo verba ſunt) *vt ſuſpectum circa fidem contempſit. Io: Eckius: Sed egregiè eum defendit Ludouicus Bloſius.*

Notandum verò ex Surio, inſtructionem de virtutibus, & quæ ſequuntur ex diuerſis ſcriptis Thauleri collecta eſſe; at quibuſdam aliunde ex illuſtrium virorum lucubrationibus admixtis.

Anno 1352.

THOMAS STVBEZ (alijs Scobez, vel Stolbez) Anglus magiſter in Theologia, pius, regularis obſeruantiæ ſtudioſiſſimus, nec minori veneratione dignus ob doctrinæ, quàm religionis præſtantiam, qua fulſit. Scripſit hic magnus Angliæ ſplendor:

De ſtipendijs verbi Dei prædicatoribus debitis.

De vitæ ſolitaria perfectione.

De Arte bene moriendi.

Sermones de tempore, & de ſanctis totius anni.

Ingenti volumine ſcripſit Statuta Eccleſiæ, cui titulus, ſcutum Eccleſiæ.

Aliud volumen contra impugnantes prædicta ſtatuta Eccleſiæ.

Aliud de pœnis peregrinationis huius miſeræ vitæ.

Lecturam magnæ doctrinæ in Cantica.

Compoſuit officium, & miſſam nominis Ieſu.

Item officium S. Annæ.

Claruit circa hunc annum.

Alphonſus Fernandez *in Concert.* Sixus Lambertus Lucenſis Dominicanus in vita B. Thomæ Iorgij Cardinalis, Caſtillus *Cent. 2. lib. 1. cap.* 49. *Abbreuiat* Geſneri, Plodius *in Appendice.* Antonius Luſitanus *fol.* 247.

HENRICVS CERVI Germanus Colonienſis Magiſter, & omnium ferè ſcientiarum peritiſſimus ſcripſit.

Breuem, at pulcherrimam lecturam ſuper quatuor libros ſententiarum D. Thomæ, quæ extat Louanij in conuentu Ordinis. Seraph. Ractius, Plodius *part. 2. lib. 2.* Luſitanus *in Bibliotheca fol.* 104.

HENRICVS HVNNORVM, ſiue Hunnis Germanus vir doctiſſimus ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Albertus Venetus, Plodius *p. 2. lib. 2.* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. fol.* 105.

HENRICVS HAZER profundiſſimus peripateticus, & Theologus. Has ſcientias docuit plures annos. Erat in diſputationibus efficax, & acutus.

Quatuor libros ſententiarum copioſis commentarijs illuſtrauit. Luſitanus *in Bibl. fol.* 105. Seraphinus Ractius, Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. 2. lib. 2. & alij.*

HENRICVS patria, & cognomine ignotus, natione autem Germanus, celeberrimus Prædicator ſcripſit ſatis doctè.

Super illud Euangelium: quod eſt mandatum magnum in lege.

Luſitanus *in Bibl. pag.* 105. Plodius *p. 2. lib. 2.*

An-

Anno 1353.

MARTINVS BITONTINVS in Apulia Peucetia, cuius meminit Vallus *in comp. de viris illuſtr. Prou. Regni p. 5. f. 353.* vir fuit doctrina, & integritate vitæ conſpicuus. Scripſit:

De Peſte:

De Regni Neapolitani ærumnis. Ad Ludouicum Regem Hungariæ.

Commentaria in Logicam, Phyſicam, & Metaphyſicam.

Anno 1354.

IACOBVS de ZVZARO poſt exantlatos in Schola labores, transtulit ſe ad Hiſtoriam, ex cuius lectioue aſsidua.

Copioſiſſimam ſelegit Chronologiam.

Circa hæc tempora ſuſpicor floruiſſe.

Veterem hunc Chronologum allegant noſter Petrus Pruxienſis in Magni Alberti vita *cap.* 13. & Philippus Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* ad Bellarm. *pag.* 347. & nos ad annum 1274. verbo S. Thomas.

Anno 1355.

HENRICVS de HERFORDIA, alijs de Heruordia, Prouinciæ Saxoniæ, Conuentus Mindenſis, natione Germanus, vir in humanis litteris ſingulariter doctus; in diuinis quoque non infimè; Philoſophus, Theologus, & orator egregius; Hiſtoriarũ verò diligentiſſimus ſcrutator. Præter hæc eximius fuit poeta. Quare inſignis eruditionis ergò, cui adnectebat vitæ integritatem, ab ipſis etiam æmulis laudabatur. Scripſit:

Chronicon Generale ab initio mundi vſque ad annum præſentem 1355.

Tractatum de Conceptione B. Virginis

Librum de Deis gentilium.

De ornamento clericorum.

De inuectiuis in Hebridam Metricum.

Tractatum ſuper illud Euangelium, ſuper cathedram Moyſi.

De Metris, & de pedibus carminis.

Librum de Prouerbijs.

Alium de principijs Oratorum, & Poetarum.

Plures orationes.

Catenam Auream in decem partes, in qua problematice tractat de quolibet ente. Hæc reperitur M.S. in conuentu S. Dominici de Neapoli.

Claruit anno poſt Aduentum Verbi in carne 1355. Alphonſo Fernandes *in Concertat. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mar.* Caſtillo *Centur. 2. lib. 1. c.* 49. Luſit. *in Bibl. fol.* 103. Plodio *p. 2. lib. 2.*

IOANNES SVILKILFRANS Germanus vir fama, & eruditione ſpectabilis, ſtudiorum peruigil, & aſſiduus cultor, ac multis meritis venerandus, inter alia opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad notitiam Poſterorũ transmiſit, ſcripſit *per Alphabetum vſque ad litt. M. de veritate Practica.*

Sermones Dominicales ſuper Epiſtolas, & Euangelia anni. Ac Sermones de Sanctis.

Poſtillas in Iob, in canonicas Petri, Iacobi, Ioannis, & Iudæ.

Claruit anno vitæ reſtitutæ 1355. ex Antonio Senenſi *in Bibl. Prædic.* Alberto Veneto, & Plodio *p. 2. lib. 2.* Caſtillo *Centur. 2. lib. 1. c.* 49.

BERTOLDVS à MEISBERGH clarus Philoſophus, ac Theologus ingenio promptus, feliciſſimuſque memoria.

Magnum volumen ſuper Philoſophiā Platonis.

Commentaria in librum elementorum Procli.

Librum de Tolo Arcus cæleſtis exponens meteora Ariſtotelis.

Librum de rebus Aſtrologicis.

Summam Theologiæ, & alia.

Luſitanus *in Bibl. fol.* 56. Plodius *p. 2. lib. 2.*

ADAMVS COLONIENSIS Germanus S.Th. Magiſter eruditione clariſsimus pluribus annis Theologiam, & ancillas ſcientias docuit, vt verò quæ tradiderat viuens, doceret poſteros mortuus, ſcripſit.

Super quatuor libros ſententiarum.

Floruit circa hæc tempora. Ita Luſitanus. Cæterum Ractius dicit floruiſſe an. 1370. Plodius *p. 2. lib. 2.*

Hen-

Henricus Petri ignotus patria, & natione, clariſsimus verò doctrina ſcripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Ambroſius Gozzeus, Plodius p. 2. lib. 2.

Anno 1356.

HERMANVS ab AVGVSTA Germanus ſcholaſticus peritiſſimus primum de more Logicam, & Philoſophiam, poſt ſacram Theologiam pluribus annis explicuit; tandem poſteris conſulens ſcripſit.

De cognitione creata ſenſitiua, & intellectiua.

Item plura quodlibeta, & plures quaeſtiones.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 2.*

Nicolaus Harchilech Germanus patria Triburgenſis vir grauis, ac venerandus floruit ſub Id tempus. Magnus fuit Phiſologus, & Theologus. Scripſit.

In Epiſtolam S. Thadæi.

Tractatum de abuſibus Clauſtri.

Neſcio quo anno defierit eſſe in viuis. Eius meminerunt Antonius Luſitanus *in Bibl. pag.* 181. Plodius *part. 2. lib. 2.*

Anno 1357.

IACOBVS PASSAVANTE Florentinus, Rhetor, Philoſophus, Theologus, Prædicator eximius, cum eſſet moribus grauis, ac prudens datus fuit in Vicarium Generalem Ordinis in ſola Gallia togata præter hanc, in ordine geſſit alias præfecturas. Scripſit Lingua Etruſca.

Speculum pænitentiæ.

Super librum S. Auguſtini de Ciuitate Dei.

Additiones ad Commentaria Thomæ de Valois.

Obijt in patria die 13. Iunij anno 1357. Sepultuſq; fuit in S. Mariæ Nouellæ. Michael Pocciantius Seruita, Plodius *par.* 2. *lib.* 2. Fernandez, Fontana *de Rom. Pronunc. cap.* 6.

NICOLAVS à CRVCE Venetus doctus, eximiæque virtutis ſcripſit:

Homilias ſuper Epiſtolam primam ad Corinthios.

Floruit ſub hunc annum 1357. Sanſouinus in Venetijs, Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

Anno 1358.

IOANNES MORLANDINVS, ſiue Molendinus Lemouicenſis Gallus, vir doctiſſimus, & optimus religione, ac moribus. Fuit Regens in varijs ſtudijs, Generalis Inquiſitor Toloſanus. Deinde ex Toloſana Inquiſitione à Clemente VI. die 17. Septembris anno 1347. creatus eſt Magiſter Sacri Palatij. E viuis autem ſublato Guarino Magiſtro Generali, in eius locum anno 1349. Barcinone cômuni Patrum ſuffragio electus eſt Generalis XX. Ordinis.

Hic Cardinali Gerardo de S. Adomaro Clementis VI. Pontificis Maximi ex ſorore nepoti ſocius chariſſimus, eiuſdemque Briuenſis cænobij fuit alumnus. Quare Clemens VI. obſtrictum cum Card. Gerardo Nepote ſuo familiaritatis ligamen, & ob ſingularis eiuſdem Morlandini virtutes, ſemper hunc peramans exaltauit. Ex maxima dignitate in ordine aſſumptus fuit ad Cardinalatum ab eodem Clemente VI. ſub tit. S. Sabinæ an. 1350. in quatuor temporibus Decembris.

Obijt exactiſſimus & pius Religioſus, paupertatis amator 1358. Qui Cardinalis nec veſtitum, nec victum conſuetum Religionis mutarat.

Meminerunt S. Antoninus 3. *par. tit.* 23. *cap.* 11. Ciacconius, Onuphr. Leander *lib.* 3. Seraphinus Ractius, Hieron. Borſell. *lib. de Generalibus*, Plod. *de viris illuſtr. Ord.* & Caſtillus *centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 57. & *centur.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3.

Scripſit multa (vt refert Paulus Corteſius) ſed adhuc ignorantur, quæ fuerint. Hæc ſciuntur.

De reparatione lapſi.

Sermones multi de Tempore, & de Sanctis.

Olmeda in eius vita, Lucarinus in additionibus ad indicem, Fontana *in theatro par.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. Alphonſus Ciacconius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

An-

Anno 1359.

THADAEVS DINVS Florentinus in qualibet ſcientia verſatiſſimus, & exactiſſimus religioſus, qui qualibet die Pſalterium totũ perſoluebat, & vt doceret omnes religioſos hoc miraculum admirabile, ſed quotidianum, orationem ſtudio non ſubtrahere, compoſuit:

Multa millia ſermonum in quauis materia:

Benigniſsime Lector, hoc nota. Rem ſacram quotidie faciebat; officiũ de Tempore, & illud de Beatiſsima Virgine ſtatutis diebus deuotiſsimè perſoluebat, Orationi mentali iuxta Ordinis ſanctiones intererat, & cœteris functionibus: quotidie recitabat Pſalterium, & nihilominus multa millia Sermonum in quouis propoſito argumento compoſuit. Perpendant hoc Ordinis mei tyrones ex oratione ſtudia ſumere incrementa, non minui. Quæ, & quanta ſcripſit Magnus ille noſter Albertus? Sed in preces fuit effuſus. Quæ, & quanta elucubrauit Angelicus? *At numquam ſe lectioni, aut ſcriptioni dedit, niſi poſt orationem. In difficultatibus locorum Sacræ Scripturæ, ad orationem ieiunium adhibebat.* Ex vtroque Breuiario Romano, & noſtro; non loquor de Cardinali Hugone de S. Charo, prætermitto Bellouacenſem, ſilentio Cardinales, Ioannem de Turrecremata, Caietanum, & alios plures committo. Contemplemini orationes, & ſcripta SS. Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Gregorij, Chryſoſtomi, Nazianzeni, ac omnium. *Sumit ex oratione ſtudium incrementa.*

Exceſſit è viuis in patria ann. 1359. ſepultuſque fuit in S. Mariæ Nouellæ, Michael Pocciantius, Plodius *p.* 2. *l.* 2. Fernandez, Fontana *de Rom. Prou. c.* 6.

Anno 1360.

HOc anno 1360. in Anglia ex inferorum antris erupit Io. Vvitcleph, lupus ferociſſimus, qui vlulatu ſuo terrorem, & ſeditionem intonans, obtutu malefico, & fœtido anhelitu ſimplices animas faſcinans, impetu tabido, feralique dente, innumeras ouiculas gregis Chriſti mactauit. Clamant noſtri pro fidei defenſione, & Gregorio XI. mandante anno 1372. Prouincialis Londinenſis à Cantuarienſi Archiepiſcopo inducitur, & tredecim Epiſcopis cum triginta Magiſtris ex præſtantioribus Anglicani Regni in Sacris Scripturis verſatiſſimis (omnibus ferè ex noſtra Prædicatorum familia) ibidem congregatis, dicti Hæreſiarchæ commenta, vt palam hæretica adiudicata fuere, atque præſcripta. Diſſeminauerat illa Ioannes Vvitcleph in Oxonienſi Academia, & inde per Angliam totam ſerpebant. Diſcuſſa igitur diligenter, damnata ſunt in Concilio celebrato in noſtro Londinenſi Conuentu. At tantum abfuit, vt reſipiſceret Vvitclephus, vt per contemptum, atque irriſionem, Synodum illam, *Terræmotum appellauit*, ſic dicens: *Anno Domini* 1372. *Fratres Prædicatores in ſuo Concilio Terræmotus Londonij, generaliter Regnum noſtrum intoxicauerunt.* Verùm poſtea in Concilio Conſtantienſi iterum hæreſeos damnatur, & proſcribitur. Cochlæus *hiſt. Huſit. l.* 1. *c.* 8. Fernandez *in Concert. Prædic. anno* 1372. Grauina *de ſacro depoſito cap.* 12. *num.* 7. Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 6. & alij.

IOANNES de TAMBACHO, ſeu Zumbacho natione Teuto, patria Argentinenſis, eiuſdemque vrbis cœnobij nobilis alumnus, morum ſanctitate, religioneq; celebris, & in ſacris literis verſatiſſimus, primus Pragenſis ſtudij noſtri in Bohemię prouincia Regens fuit. Eum Vrbanus V. ad Imperatoris inſtantiam anno 1366: ad Sacri Palatij Magiſterium nominauit. De hoc ita Olmeda in Simonis Lingonien. Mag. Ordinis vita: *Poſt Guillermum verò aſſumptus eſt ad Magiſterium Sacri Palatij F. Ioan. de Tambacho Prouinciæ Saxoniæ, Comenſus, Argentinenſis vir ſanctiſſ.mus, primuſque Regens ſtudij Pragenſis ad inſtantiam Imperatoris, & Regis Caroli. Multa ſcriptio mandauit iſte, quæ viri ſupereminentem, ſuperfluentemque ſapientiam præſeferunt; & quæ etiam extranei non ſilent. Migrauit*

poſt

poſt annum octuageſimum ætatis ſuæ, geſtis etiam inſignibus decoratus. Scripſit: Doctiſsimus, & religioſiſsimus Pater

Magnum volumen in quindecim libros diuiſum, quod vocauit de conſolatione Theologiæ, alio nomine *Speculum pætientiæ*, quod anno 1386. abſoluit. Primùm editum Pariſijs 1493. deinde Coloniæ 1502. poſtea Norimbergæ 1509. item Leridæ, & alibi pluries. Eſtque *in Bibliotheca* Barbarina.

De culpa, & gratia.

De Amore virtutum.

De Beatitudine.

De Simonia clauſtralium.

De ingrato commodo Sacerdotum.

De proprietate mendicantium.

De quarta, & eius moderatione.

De Priuilegijs exemptorum circa interdictum.

De identitate indulgentiarum.

De Redemptionibus.

Librum de ſenſibilibus delitijs Paradiſi.

Directorium Confeſſorum:

Librum magnum, cui titulus, de Præconijs S. Io. Euangeliſta.

Sermones multos, & varios de tempore, ac de Sanctis.

Huius meminerunt ſatis honorificæ Trithemius, Sixtus Senenſis, Antonius Luſitanus *in Biblioth. Præd.* Olmeda *in vita Simonis Lingonien. Mag. Ord.* Fernandez *inter ſcriptores*, Lucarinus, Fontana *in Theatro par. 2. cap. 5. num. 20.* Ractius, Taegius *p. p.* Plodius *p. 2. lib. 2.* Caſtillus *part. 1. lib. 3. cap. vltimo.* Mirræus *in Auctario cap.* 448.

STERLENGATIVS ſicut patria, & cognomine fuit incognitus, ita maximam nactus eſt claritudinem ex doctrina. Scripſit enim acutè:

Super quatuor libros ſententiarum.

Ponitur ſub hoc tempus: Eiuſque meminere Ambroſius Gozzeus, Seraphinus Ractius, Plodius *part. 2. lib. 2.*

Anno 1361.

NICOLAVS TREVETH Anglus vita integerrimus, Poeta, Humaniſta, Philoſophus, Mathematicus, Hiſtoricus, & Theologus maximus, quem Ioannes de Turrecremata tractatu de Conceptione *part. 6. c. 29.* appellat magnum virum, ſicut ex eius operibus celeberrimis ſatis colligitur. Scripſit:

Super Problemata Ariſtotelis.

Commentaria in Geneſim.

Poſtillam Scholaſticam in Leuiticum ad Haymericum, Magiſtrum Ordinis, cuius initium eſt: *Venerando Patri F. Haymerico.*

Aliam in Pſalterium ad Fratrẽ Ioannem Prouincialem Angliæ, quæ incipit: *Reuerendo Patri F. Ioanni.*

Catenam Auream ſuper vniuerſa Biblia ad modum illius edita à D. Thoma ſuper Euangelia.

Librum de peccatis.

Alium de virtutibus:

Alium, cui titulus Clypeum veritatis, in illos, qui impugnabant ſtatum perfectionis. Varia quodlibeta, quæ citantur à Ioanne Turrecremata vbi ſupra.

De Miſſa.

Canones de coniunctionibus, oppoſitionibus, & Eclypſibus Solis, & Lunæ.

Annales Domini.

Annales Angliæ ab anno 1135. vſque ad annum 1307.

Commentaria ſuper Metamorphoſim Ouidij. Super Iuuenalem, Valerium Maximum, & Titum Liuium.

Luſitanus *in Biblioth. pag.* 180. Plodius, & alij ei attribuunt Commentaria ſuper Boetium de conſolatione philoſophica. Sed illa edita ſunt à Nicolao de Traiecto Brabantino, vt diximus anno 1334.

Attribuunt etiam ei Commentaria in declamationes Senecæ, quæ tamen à Nicolao Traiectenſi Brabantino fuerant euulgata.

Epitome Geſneri, Albertus Venetus, Seraphinus Ractius, Plodius *p. 2. lib. 2.* Sixtus *lib. 4. Biblioth.* & Antonius Senenſes *Biblioth. fol.* 180.

Antonius Senenſis, & alij adſcribunt etiam ei Commentaria ſuper D. Auguſtinum de ciuitate Dei, quæ tamen ab eodem Nicolao Traiectenſi Brabantino elucubrata fuere.

Anno 1362.

NICOLAVS ROSELLIVS, Aragonenſis Prouinciæ alumnus Tarracone habuit ortum. A Clemente

VI. vir doctiſſimus datur in Magiſtrum Sacræ Theologiæ. Anno 1350. ætatis ſuæ XXXV. cum in regnis Aragoniæ Inquiſitor Generalis exiſteret, Prior Prouincialis Prouinciæ Aragoniæ eligitur, & vtrumque ſimul onus cum Orthodoxæ fidei incremento, atque regularis obſeruantiæ profectu ſuſtinuit peregregiè. Cum eodem anno 1350 Barcinone quidam exortus error circa Sanguinem Chriſti, publicè doceretur, ſummo ſtudio cum Clemente VI. peregit, vt reprobaretur, quod & de grauiorum doctorum Concilio Pontifex præſtitit, & eidem Inquiſitori præcepit, vt publicè errorem illum damnaret: ſicut in Cathedrali Barcinonen. coram Epiſcopo, Clero, populique multitudine copioſa abſoluit. Caſtillus *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 57. *ex Diago lib.* 1. *cap.* 22.

Anno verò ſequenti 1351. plures hæreticos Beguardos Valentiæ, clandeſtinos exiſtere admonitus, Iacobum Iuſt hæreſiarcam venerantes, eorum errores palàm damnauit, triumque hæreticorum Guilelmi Gillabat, Bartholomæi Fuſter, & cuiuſdam alterius minoris notæ corpora exhumata publico igni adiudicauit, eorumque Ducem errores abiurantem, ſignaque pœnitentiæ oſtentantem carceri damnauit perpetuo, cœteroſque condignis pœnis multauit. Fernandez ex Diago *lib.* 1. *cap.* 22. & Eymerico *q.* 2.

Eodem an. Clemens VI. apud Villam nouam Auenionen. diœceſis prædicto Nicolao Roſellio Prouinciali in Aragonen. ditione facultatem inſtituendi Inquiſitores in cunctis Regnis, ac ciuitatibus Regis Aragonenſis, eoſque amouendi conceſſit. Quod priuilegium ad futuros Prouinciales eiuſdem Prouinciæ ſucceſſores voluit Pontifex, vt tranſiret. Datis Apoſtolicis literis 4. Id. Aprilis. Sicque ab illo anno vſque ad Sixtum IV. nêpe centum, & viginti octo continuato temporis decurſu Prouinciales Aragoniæ in tota ditione Regum Aragoniæ fuere Generales Inquiſitores, atque Inquiſitores particulares ſibi ſubordinatos ibidem conſtituere. Fernandez ex Diago *lib.* 1. *cap.* 22. & Eymerico *q.* 2.

Anno 1352. ab eodem ſopita, & extincta fuerunt errores, atque deliria apud Montem Album in Catalonia à quodam damnatæ memoriæ Berengario de Monte Falcone, de Monaſterio Populeti in Catalonia diſſeminata: ita que Nicolaus publicè illa damnauit, atque ex Aragonum ditione penitus eorum eliminauit ſequaces. Fernandez *in Concertat. Prædicatoria*, Diagus *lib.* 1. *cap.* 22. Eymericus *q.* 11. Grauina *de Sacro depoſito cap.* 22. *&* Fontana 3. *p. Theat. cap.* 3. *tit.* 3.

Sublato ex ſæua peſtilentia Magiſtro Generali F. Guarino Gallo in Conuentu Gratiopolitano, Roſellius iuxta Conſtitutionum tenorem aſſumptus eſt in Vicarium. Deinde in Barcinonenſi Capitulo à copioſo vocalium numero Generalis magiſter nominatus eſt. Verùm maior pars, vt Pontifici Clementi Lemouicenſi faceret ſatis, Ioannem Morlandinum Lemouicenſem Ordinis Magiſtrum elegit. Vltimæ voluntatis Sereniſs. Infantum Mariæ, & Blanchæ exequutor ab eiſdem delectus, cuncta fideliter iuxta eorum votum compleuit. Anno 1356. menſe Decembris ætatis ſuæ XLII. ab Innocentio VI. procurante Iacobo Rege, inter S.R.E. Cardinales cooptatur ſub titulo S. Sixti. Cardinalis creatus Epiſtolam humilitate refertam, in qua ſe obbrobrium hominum, & abiectionem plebis, tantaque dignitate indignum nominans, ſummo Pontifici ſcripſit. Sacrarum Virginum Ordin. noſtri Montis Sion Barcinone conuentum ædificauit, & complura beneficia contulit Ordini. Poſtremò Florenti adhuc ætate, in Maiorica carnis onus depoſuit 5. Kalend. Aprilis 1362. Apud noſtros conditus fuit. Vixit in Cardinalatu annos V. pretioſas reliquias, & Eccleſiaſtica paramenta Monaſterio Monialium Montis Sion legauit; multorumque librorum copiam Barcinonenſi, Maioricenſi, ac Gironenſi Conuentibus noſtris. S. Anton. 3. *p. tit.* 23. Fernandez, Plodius, Ciacconius, Olmeda in vita Ioannis Lemouicenſis Mag. Ord. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 2. *num.* 17.

PETRVS STROZZI Florentinus nobili

nobili loco natus Theologus, & celeberrimus concionator, qui à Patribus Prouinciæ Tuſciæ Beati exiſtimatione habetur, inter cætera ſcripſit:

Super Aritbemeticam, quæ extat Florentiæ apud S. Mariam Nouellam.

Obijt anno 1362.

Michael Pocciantius, Plodius *p.2. l.2.* Fontana *de Rom. Prou. c.6.*

Anno 1363.

ANTONIVS Senenſis vir cordatus, ac doctus Conuentus S. Dominici de Senis alumnus creatus fuit Epiſcopus Lunenſis in Tuſcia, modò eum Sarzanen. vnita, Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecta. Obijt ann. 1363. Edidit:

Doctiſſima Commentaria in D. Auguſtinum de Ciuitate Dei. Monumenta Conuentus Senenſis, Vgurgerius *in Pomp. Senen. tit.7.* Vghellus *in Append. tom. 7.* & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 351. num. 1. & de Prou. Romana c.6.*

LVCAS MANNELLVS Florentinus nobili genere natus de Conuentu S. Mariæ Nouellæ eiuſdem Ciuitatis, Philoſophiæ, Theologiæque facultatibus ſuo tempore clarus, Poeta, Ziconenſis Epiſcopus creatur à Clemente VI. in principio ſui Pontificatus. Anno 1345. Nonis Nouembris ab eodem Pontifice Max. transfertur ad Eccleſiam Auximaten. in Piceno. Hnic Eccleſiæ præfuit vſque ad annum 1360. quo ad Fanenſem in Vmbria Senonen. ab Innocentio VI. transfertur. Eam tribus tantummodo rexit annis. Deceſſit Florentiæ anno 1363. fuitque conditus in cæmeterio S. Mariæ Nouellæ, Iuſſu Clementis VI.

Moralia Senecæ doctiſſimis Commentarijs illuſtrauit; einſdemque præceptionibus refertas epiſtolas. Quod aureum opus in S. Mariæ Nouellæ Bibliotheca vſque hodie cuſtoditur. Vghellus *tom.1. Italiæ Sacra*, Fontana *in Theatro par. 1. c. 5. 241. num. 3.* & alibi plures. Taegius *par. 1.* Michael Pocciantius, Plodius *p.2. l.2.* Fernandez.

Anno 1364.

DOMINICVS LEO, ſiue LEOnus, Venetus, Philoſophus, ac Theologus ſua tempeſtate inſignis, inter alias litterarias vigilias, quibus memoriam ſui poſteris commendauit, exhibuit opus prænotatum:

Primum, & ſecundum volumen de vexillo B. Virginis.

De Matris Domini ortu dilucidationes, quæ aſſeruantur in Bibliotheca S. Dominici Bononienſis.

Multa alia volumina in eadem noſtra Bibliotheca ſeruantur manu ſcripta. Exarauit præterea:

Poſtillam in Lucam, quæ incipit: *Principijs ſuper ineffabilis.*

Floruit ſub hunc annum Chriſtianæ ſalutis 1364. Ita Iacobus Albericus *in Catalogo illuſtrium Scriptorum Venetorũ*, Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marraccius *in Bibliot. Mar.* Sixtus Senenſis *lib.4. Bibl. Sancta.*

Anno 1365.

RActius, & Plodius hoc anno 1365. ponunt Henricum quendam Germanum Archiepiſcopum Cæſarienſem, qui ſcripſit:

Super quatuor libros Sententiarum.

Hic alter eſt ab Henrico Kaltyſſen. Theutone, patria Confluentino, qui Sedem Archiepiſcopalem Cæſarienſem regendam ſuſcepit 3. Kalend. Martij 1452. à Nicolao V. Pontifice, de quo nos anno 1465.

Anno 1367.

GVILLELMVS RHEDONENSIS Sacræ Theologiæ Magiſter habitum Ordinis ſe ſumpturum vouit 1367. quem & induit in Rhedonenſi Conuentu poſtquam magnificentia Sereniſſimi Britanniæ Ducis fuit in gratiarum actionem pro parta victoria inſigni, erectus. Erat in iure canonico, & ciuili famoſus, eximiamq; ingenij ſui fecunditatem poſteris demonſtrauit, cũ contexuit apparatum:

In Summam D. Raymundi, quàm

Raymundinam appellant. Scripſit etiã:

Praelarat.in ius ciuile, & canonicum adnotationes, de quibus Iuris conſultorum competenti iudicio profertur, nullum in hoc ſcribendi genere Guillelmo euaſiſſe ſuperiorem. Luſitanus *in Bibl. pag.* 101. Hunc appellat Celdonenſem. Huius meminerunt Gozzeus, Caſtillus *p.* 1. *lib.* 3. *cap. vlt.* Plodius *p.* 2. *lib.* 1. & 2. Godefridus Languedoc. *in m. s. conuentus Rhedonenſis.*

Anno 1368.

NICOLAVS de S. MARTINO Piſanus ex Romana Prouincia, nobili loco natus, ſed doctrina, virtutibuſque nobilior, ſacra prædicatione, vitæque ſanctitate ſpectabilis, poſt multas in ordine ſingulari cum laude obitas præfecturas, Vicarius Generalis Ordinis fuit; ex quo munere Archiepiſcopus Piſanus electus, moxque anno 1349. à Lucenſi Capitulo poſtulatus Epiſcopus fuit. At Clemens VI. vtraque electione reiecta, Nicolaum Maceratenſem Epiſcopum eodem anno creauit. Hac de cauſa Pontifex Maximus prædictas annullauit electiones, & virum aliàs digniſſimum illis exauthoratum, Maceratenſi præfecit Eccleſiæ, quòd dudum Ioannes XXII. Epiſcoporũ Italiæ ſibi reſeruaſſet electionem. Anno 1357. ab Innocentio VI. renunciatur Epiſcopus Recanatenſis. Deceſſit ſpectabilis præſul hoc anno 1368. ſcripſit:

Magnum volumen ſermonum de tempore, & de Sanctis.

Eius meminerunt Caſtillus *Centuria* 1. *lib.* 3. *cap.* 57. Vghellus *tom.* 2. *Italia Sacræ*, Fontana *in Theatro pluries*, Plodius *part.* 2. *lib.* 2. Luſitanus *Chron. & in Bibl. pag.* 179. & 180. Ractius, Albertus Venetus. Taegius hoc fatetur de Nicolao: *tempore ſuo parem non habuit in orbe terrarum.*

Anno 1370.

GVILLIELMVS IORDANVS, ſeu IARDANVS Anglus, alijs Scotus in Oxonienſi Academia diu in ſtudijs educatus, & ibidem Theologici Magiſterij ſupremi inſignibus donatus, vir integritate vitæ, & ſingulari eruditione conſpicuus, alius ab illo, de quo anno 1230. edidit.

Quæſtiones de Conceptione B. Mariæ Virginis.

Claruit hoc anno labente 1370. de quo conſulendi ſunt Ioannes Pitſens *de Scriptoribus Angliæ*, Thomas Dempſterus *in hiſtoria Scotica lib.* 9. Marraccius *in Bibl. Mariana & plures alij ſcriptores.*

IOANNES STOKEZ Sudbenienſis moribus honeſtiſſimus æquè, ac doctrina illuſtris, Religionis acerrimus propugnator, quare inuehens in maledicos, in eoſque acuens ſtylum. Scripſit:

Librum in Ordinis defenſionem contra quoſdam Religioſos detractores.

Præterea librum ad rationes Hornebij.

Epitome Geſneri, Plodius in Appendice. Viuebat hoc anno 1370. ex antedictis. De hoc ſic loquitur Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. p.* 145. *vir geminâ bonitate præditus, & morum honeſtate conſpicuus, & doctrina non ignobilis.*

Anno 1372.

F. THOMAS de CLARASCO natione Pedemontanus, Inquiſitor Prouincia Lombardiæ, & confeſſarius comitis Sabaudiæ. (tunc enim non adhuc inſignitus erat titulo ducis) Scripſit:

Librum ſermonum perutilem, & *alia plura*, quæ dicit Luſitanus ſe vidiſſe in Conuentu S. Petri Martyris Toletani:

Refert cum alijs Luſitanus tempore ſchiſmatis à Clemente VII. Antipapa hunc Thomam coaptatum fuiſſe inter Cardinales. Ita Olmeda in vita B. Raymundi de Capua Magiſtri Ordinis, qui poſt relatos duos Cardinales noſtros Gezzam, & Caracciolum ab Vrbano VI. creatos, ita ſubdit. *Nec minus in altera obedientia, tamquã & ipſa ædificante Eccleſiam, teſtimoniumque ab ordine habere volente, aſſumpti deſcribantur ex eo ad cardinalatus culmen, nec numero, nec merito inæquales: dictus eſt vnus Nicolaus de S. Saturnino de Prouincia Francia, vbi multo tempo-*

re

re Prouincialatus officio præfuit. Alter verò Thomas de Claraſchè Prouinciæ Lombardiæ Conuentus Cherienſis, confeſſor comitis Sabaudiæ, Prouincialis Lombardiæ, necnon Inquiſitor Pedemontanus. Ille quidem dictus vulgò Cardinalis de Alncruia; hic verò nominatus Cardinalis Sabaudienſis. Hæc ille. Fontana *in Theatro part. 1. cap. 2. num.* 24. Luſitanus, Plodius *in Appendice*.

THOMAS BRADVADINVS, ſiue BRAVARDINVS Anglus, validus hæreſum propugnator, ac ſcholaſticus eruditus. Scripſit

Librum aduerſus Pelagianos.

Librum de vnitate Dei.

Et alia plura.

Luſitanus *in Bibl. fol.* 248. Plodius *in Appendice*.

Anno 1373.

GVILLELMVS SVDRE Gallus, patria Tullenſis, ex Toloſana Prouincia, de Briuenſi Conuentu, vir omniũ ſcientiarum genere ornatus, in Pariſiẽſi Vniuerſitate Laureatus, in qua annis pluribus & didicit & docuit. Socius & chariſſimus fuit P. F. Gherardo de S. Adomaro nepoti Clementis VI. ex Sorore Cardinali, & Cardinali P. F. Io: Morlandino, eiuſdem Briuenſis Conuentus alumnis ex Ordine noſtro aſſumptis, cum quibus in Pariſina vniuerſitate litteris nauauerat operam. Hic cum potens eſſet in opere, & ſermone ob egregias animi dotes, præſanteſque virtutes, à Clemente VI. in magiſtrum S. Palatij anno 1349. eligitur: quo in munere, factus omnibus norma virtutis decem, & ſeptem annis emicuit. Anno 1366. 14. Kalend. Octobris ab Vrbano Papa V. creatur S. R. E. Cardinalis, SS. Ioannis, & Pauli Tit. Pammachij, necnon Oſtienſis, ac Veliternus Epiſcopus. In Neapolitanum Regnum Legatus de Latere ab eodem Pontifice Maximo ad controuerſias inter Principem Tarentinum, & Atriæ ducem componendas mittitur. Deinde anno 1369. die 7. Decembris ab eodẽ Pontifice Maximo creatur Epiſcopus Maſſilienſis in Galli. Eaxceſſit è viuis Auenione 4. Kalend. Octobris 1373. ſepultuſque eſt apud noſtros ibidem cum hac breuiſſima epigraphe.

Requieſcat in pace.

Scripſit Doctiſſimus vir.

De Myſterijs Sanctæ Crucis.

De Argutijs Logicæ.

Epiſtolas plures in cauſis Fidei.

Gallia Chriſtiana *tom.* 3. Olmeda *in vita Ioannis* Morlandini. Vghellus *tom.* 1. *Ital. Sacræ*, Plodius *inter Cardin.* Lucarinus *in adnot. indicis*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 18. & alibi pluries. Alphonſus Ciaconius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1374.

IOANNES BREGENSIS Polonus, patria Sileſius, Epiſcopus Culmenſis in Pruſſia, deinde Heldeſemenſis, vir doctrina, & morum probitate inſignis, cuius Starouolſcus in elogijs, & vitis 100. Poloniæ ſcriptorum *pag.* 176. Alphonſus Fernãdez *in Concertat. Præd.* Marraccius *in Bibliothec. Mar.* Perhonorificè meminere. Claruit anno à ſalutiferò Virginis Partu 1374. Scripſit:

Conciones.

SALVIVS de BARIO, quem Taeg. Saulum appellat, vir diuerſorum conuentuum in Ordine regimine, ac doctrina conſpicuus, Vrbanoque V. in paucis charus, Ab eodem ſummo Pontifice die 26. Decemb. an. 1364. creatus fuit Epiſcopus Salpenſis, quæ Eccleſia poſtea vnita fuit à Martino V. cum Metropolit. Tranenſi. In hac ſede vixit cum laude ferè annos decem. Tandem anno 1374. in domino obdormiuit.

Taeg. *in Mon. Ord.* Vghellus *Ital. Sacr. tom.* 7. & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 507. *num.* 1. Scripſit.

Sermones de tempore, & de Sanctis, & alia plura.

Anno 1375.

SIMON LINGONIENSIS Gallus S. Theol. Magiſter doctiſſimus anno 1352. in Capitulo Generali Caſtrẽſi Prouinciæ Prouinciæ fuit in Magiſtrum Generalem Ordinis XXI. electus

ctus. Anno 1360. fœderi pacis inter Philippum Franciæ,& Eduardum Angliæ Reges in Britãnico vico pagi Carnotenſis apud Froiſſartum interfuit. Erat enim magnæ prudentiæ vir. At his de cauſis à Synodis Generalibus Ordinis quandoque aberat. Ea propter diffinitores aliquando tractauere de alio Magiſtro loco ipſius eligendo, qui paucioribus curis occupatus, attentiùs Religionis negotia promoueret. Magno incommodo Religionem vexari, Generali ferè ſemper in curia exiſtente, cunctaque per Vicarios adminiſtrante dicebant. At veriti ne id ſummus Pontifex, ac Cæſar, qui eius opera vtebantur,ægrè ferrent,non auſi ſunt hoc attentare. Olmeda in eius vita, & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 1. tit. 2. num.* 24.

Poſt hæc anno 1366. die. 17. Aprilis ab Vrbano V. pontificatus ſui anno IV.ad Nannetenſem Eccleſiam minoris Britanniæ ſub Metropolit. Turonen. Epiſcopus eleuatur. Pluribus Legationibus Apoſtolicis fuit conſpicuus. Poſtremò multis bonis Eccleſiam ſuã, quam duodecim annos laudabiliter rexit, locupletauit. In bona ſenectute 7. Iunij anni currentis 1375.terminauit feliciter dies ſuos. Fuit conditus apud noſtros ibidem.

Synodalia decreta in commiſſi ſibi gregis reformatione vtiliter condidit. Horum plurima his temporibus adhuc extant. Ex libris prouis. Prælator. Vrbani V. Item Gallia Chriſtiana *tom.* 3 S. Antoninus *tit.* 23. Plodius *part.* 2. *lib.* 2. Olmeda *in eius vita*, Fontana *in Theatro p.* 1.*cap.*5.*tit.*409.

GERARDVS ELTEM natione Germanus à moribus, & modeſtia, à vitæ integritate, ab omnigena diſciplina illuſtris, & commendabilis, qui claruit ſub hoc anno, in Bibliotheca repoſuit.

Super quatuor libros ſententiarum feliciſſima commentaria.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

THOMAS ANGLVS diuerſus à ſupradictis, qui floruit hac tempeſtate ſub anno 1375. edidit.

Commentaria in quatuor libros ſententiarum. Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

GVIDO VIRMANVS de Auinio ea fuit ingenij felicitate, vt in humanis, atq; diuinis litteris ſtatim à ſua profeſſione progreſſus fecerit maximos, & eximios. Curſu ſtudiorum emenſo, Lector renunciatus, Philoſophiam, & Sacram Theologiam docuit admodũ laudabiliter plures annos. Et quoniã cum ab amænitate naturæ, tum à fine ſuæ Sacræ Religionis ad animarum ſalutem impellebatur, concinnauit.

Summam de virtutibus, & de vitijs.

Illuſtris eruditione, ac moribus floruit ſub hoc anno 1375. Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.*2.

GOFFREDVS, vel GOTTIFREDVS incognitus natione, patria, & cognomine, ex libro tamen, quem edidit, argumentor eximium fuiſſe Theologum, & poetam, compoſuit enim.

Librum, cui titulus Pantheon.

Huius meminerunt Bernardus Lucemburgenſis *in principio catalogi de Hæreticis*, Plodius *p.*2.*lib.*2.

FRANCISCVS à BELVNO Forlanus inter Patres ſuæ Prouinciæ celeberrimus,cum litteris polleret,ac moribus, laurea decoratus eſt Magiſterij, & moderator ſuæ Prouinciæ Lombardiæ inferioris renunciatus. Scripſit:

In Geneſim commentarios.

In Tobiam, & alia plura.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1376.

DOMINICVS PANTALEONVS, ſeu de PANTALEONIBVS Florentinus, vir, vt ingenij, & memoriæ felicis,& naturalibus dotibus ornatus, ſic doctrina, ac pietate ſpectabilis, & venerandus. Scripſit:

De Conceptione B.Mariæ Virginis per modum dialogi lib. 1. item.

*De eadem materia tract.*1.qui Florentiæ in Bibl. cænobij S. Mariæ Nouellæ, cuius fuit alumnus, conſeruantur. Michael Poccianti us *in Catalogo ſcript. Florent.* Marracc. *in Bibl. Mar.* Lucarinus, Poſſeuin. & Fontana *de Prou. Rom.* ſcripſit etiam:

In ſalutationem Angelicam commentarium.

Vt patet ex indice vniuerſali Fabiani Iuſtiniani, verbo ſalutatio Angelica,& ex Marrac. *in Bibl. Mar.*

Viuendi finem fecit Florentiæ anno poſt verbum hominem factum 1376. die 28. Auguſti. Scripſit etiam:

De peccato Originali.

De corpore Chriſti.

Item ſuper Auerroem de ſubſtãtia cæli. Iacobus Suſatus, Plodius *par.* 2. *lib.* 1. qui hunc ponit ſub an. 1262.niſi fuerit ille alter Dominicus Pantaleonus Florentinus à præſenti.

GERARDVS de MINDA Germanus Baccalaureus. Scripſit:

Super Eccleſiaſten.

In duodecim libros Metaphyſices. Luſitanus *in Bibliot.* Taegius *p.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1377.

ANDREAS TVRRIANVS Mediolanenſis ſanguinis præſtantia illuſtris, Doctor egregius, diuinique verbi annunciator celeberrimus. At quia ſcientia ſine pietate inflat, hanc ab Ordinis incunabulis fecit ſibi contubernalem. Puritatis obſeruantiſſimus cuſtos, quare fæminas (in quibus orbi patuit ruina magna,dicebat ipſe) etiam conſanguineas euitabat. Cum eſſet Pænitentiarius Papæ, & hoc munus fideliſſimæ adimpleret, ab Vrbano V. 3. Kalendas Martij anno 1368. creatus eſt Archiepiſcopus Ianuenſis. Pro reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina *Synodum* in metropolitana die 15. Maij anni 1377. celebrauit, & edidit. Nouem annos Paſtor egregius Eccleſiæ ſibi creditæ præfuit; diemque obijt ſuum anno Orbis reparati 1377. Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Vghellus *tom.* 4. Fontana *in Theatro part.* 1. *c.*4. *tit.* 52. *num.* 2. *& alibi.*

IO: SCANDELANDVS de Colmis ex Prouincia Theutoniæ de Conuentu Coloniæ Agrippinæ Mag. in Theologia celeberrimusAuguſtenſem Eccleſiam in Alemania ſub Moguntina Metropol. obtinuit. Varias legationes pro Apoſtolica ſede, atque Inquiſitoris munus peregregiè maximo cum Chriſtianæ fidei incremento ante obiuerat. Deceſſit è vita Confluentiæ anno 1377. Apnd noſtros ad maioris aræ dexteram iacet. Ita Fernandez inter Epiſcopos Germanos. Alij volunt ab Vrbano V. Epiſcopum etiam Vormatien. in Alemania, quæ ſuffragatur Moguntinæ Metropolitæ, creatum fuiſſe anno Do. 1370. 13. Kalend.Februarij, ibique præfuiſſe annos ſeptem & fato functum eſſe hoc anno Conſtantiæ,apud noſtros ibidem ſepultum. *Ex libris prouiſ. Prælat. eiuſdem Pontif.* Gall. Chriſt. *antiqua fol.* 312. Plod. *p.* 2. *lib.* 3. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 65. *& tit.* 646. Razius, Luſitanus *in Bibl.* Ingenij ſui præclara monumenta poſteris reliquit,de quibus Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 2. *&* 3. & Leander Albertus *lib.*3. *cap. penultimo.*

Anno 1378.

POſt deceſſum Gregorij IX. die 9. Aprilis vnanimi Purpuratorum conſenſu, eligitur in Summum Pontificem Vrbanus VI. At Cardinales electionem Vrbani cauſantes, menſe Septembri Robertum Cardinalem Gebennenſem in Pſeudopontificem elegere.Fundis in Regno Neapolitano, Hic Clementis VII. ſibi nomen vſurpans Auenionem cũ ſequacibus adijt. Cum generali catholici Orbis ſciſſura diuiſionem quoque paſſa eſt noſtra Religio. Nam Pſeudopontifici cum Hiſpania, Francia, Scotia, Aragonia, atque noſtri Regni Neapolitani Prouincijs obedientiãexhibebat Pſeudogeneralis Magiſter, Elias Toloſanus. Vrbano autem vero Pontifici adhærebat Magiſter Generalis B. Raymundus Capuanus cum cæteris prouincijs Ordinis, ſcilicet reliquæ partis Italiæ, Germaniæ, Angliæ, Portugalliæ, Hyberniæ, Datiæ, Poloniæ, Boemiæ, atque Hungariæ.

PHILIPPVS GEZZA de RVFINIS Romanus de Regione Parionis nobili loco natus, eloquentia, variarumque ſcientiarum cognitione clariſsimus. Fuit prætereà vitæ inculpatæ, excelſique animi, ac concionator famoſus:

Per omnes ferè præcipuas Italiæ partes reliquit ardoris ſui in animabus lucrandis luculenta veſtigia. Nec minus inſignis in ſcholis. Primùm Magiſter Sacræ Theologiæ, deinde Pænitentiarius Apoſtolicus in Vaticana Baſilica. Ex hoc munere glorioſo circa annum 1345. Epiſcopus Iſernienſis in Regno Neapolitano meruit promoueri. Præſul digniſſimus, virtute illiciente, multorum Pontificum aſſequutus beneuolentiā, ex Iſernienſi, quam viginti circiter annis ſāctiſſimè rexit, ab Vrbano V: 6. Idus Decemb. anni 1367. translatus eſt ad Eccleſiam Tyburtinam. Vacante inter hæc Sede Apoſtolica ex deceſſu Gregorij XI. Philippus à Senatu, Populoque Romano Cuſtos conclauis, in Vaticano Palatio habiti conſtituitur. Poſthæc Vrbano VI. ad Pontificatum Summum euecto, in prima creatione Cardinalium, quæ XIV. Kalendas Octobris ann. 1377. contigit, fuit Gezza Cardinalis ad Tit. S. Suſannæ renunciatus.

Cætui Cardinalium cooptatus ab eodem Summo Pontifice ad totam Italiam Legatus de Latere conſtituitur. Cumque Piſas, Lucam, Florentiamque perluſtraſſet, nutantes populos in obedientiam conſolidauit Vrbani. Quod deinde Anno 1381. proſequutus eſt pariter eodem Eccleſię zelo Marinus de Iudice S.R.E. Cardinalis. Ita Ciacconius: *Marinus de Iudice Amalphitanus Archiepiſcopus Tarentinus, & Commendatarius Eccleſiæ Auerſanæ, S.R.E. Camerarius Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ tit. Paſtoris ſub Vrbano VI. grauiſſimas legationes geſſit, primùm ad Florentinos, Peruſinos, Picentes, Inſubrum Principes, & per totam ferè Italiam pro arduis Romanæ Eccleſiæ negotijs, vt hos ſcilicet Populos, & Principes Romanæ hactenus Eccleſiæ rebelles conciliaret, & Vrbano VI. obtemperantes redderet. Poſtremò in Hungariam Legatus eſt ad Ludouicum Regem.* At redeamus, vnde proceſſit oratio, ad Philippum. Huic, & Poncello Vrſino facultatem conceſſit Vrbanus, vt pignorare, vendere, alienareque poſſent quædam bona Eccleſiaſtica, etiam ſine Prælatorum, ac Capitulorum conſenſu, ſi Romanæ Eccleſiæ neceſſitas poſtularet. At non longè poſt ſub eodem Pontifice obijt Romæ, cuius corpus ad Sanctam Sabinam apud Prædicatores humili loco iacet. Scripſit:

Quædam volumina. Ex Paulo Corteſio. At neſciuntur, quæ fuerint. Scripſit etiam:

Super 8. Libros Phyſicorum Ariſtotelis doctiſſima Commentaria.

Huius meminerunt cum laude S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. Onuphrius, Alphonſus Ciacconius, Leander *lib.* 3. Seraphinus Ractius, Plodius *de viris illuſtr. Ord.* Vghellus *Italia ſacra tom.* 6. *inter Iſernien. Epiſc. & tom.* 1. *inter Epiſc. Tiburt.* Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 4. *tit.* 10. *& alibi plures*, & Fernand.

Anno 1379.

THOMAS Anglus vir fuit (ex Vghello *in Addictionib. ad Ciacconem in Cardinalibus ab Vrbano VI. creatis*) *cui pietas, & eruditio celebrem famam repererat: Ricardo II. Anglorum Regi magno in pretio, eique ſucceſſu temporis factus eſt ab arcanis conſcientiæ in ys, quæ ad Deum ſunt; & demum inter purpuratos relatus creatus eſt S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Petri ad Vincula. Sanè ſcripta eius, quæ adhuc inueniuntur, eminentem Philoſophum; res geſtæ, & diuerſa opera, quæ ab ipſo editæ fuerunt, eum & optimum virum, & non vulgarem fuiſſe Theologum abūdè teſtantur. Vixit anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſub præfato Angliæ Rege Ricardo.* Hæc Vghellus. Huic doctiſſimo Cardinali ſequens elogium noſter Antonius Senenſis, Luſitanus *in Bibliot.* contexuit. *F. Thomas natione Anglus Magiſter in Theologia eruditiſſimus, qui fuit Regis Angliæ Ricardi Confeſſarius, & poſtmodum Presbyter Card. creatus ſub Tit. S Petri ad Vincula, ſcripſit ſuper totam Philoſophiam Ariſtotelis. Quodlibeta etiam varia: hæc legi Toleti in Conuentu noſtro S. Petri Martyris in libro peruetuſto coniuncto Summæ Alberti Brixienſis.*

Quidam Scriptores ex noſtris confundunt hunc Thomam cum altero B.

Thoma Iorge Anglo Cardinali, de quo diximus anno 1311. ſed malè: nã hic fuit à ſacris confeſſionibus Ricardi II. Regis Angliæ, qui cœpit regnare an. 1377. ille verò Eduardi I. Langſcanx, qui ceſſit fato an. 1307. Io. Pitſeus, Vghellus *Italia ſacra*, Luſitanus *in Biblioth.* & Fontana *in Theatro p. 1. c. 2. num. 21.*

Fuit hic Thomas ex nobili, & antiqua familia de Theobaldis, ex quo accidit ab aliquibus vocatũ fuiſſe Theobaldum. Scripſit doctiſſimus vir:

Super quatuor Libros Sententiarum.
Librum de doctrina Scholarium.
De Conceptione Beatiſſimæ Virginis.
Super Boetium de conſolatione.
Librum contra Ioannem Scotum.
Aliquas poſtillas ſuper quinque Libros Moyſis.
Super Ioſue, Iudices, Ruth, quatuor libros Regum, ſuper duos Paralipomenon, Iſaiam, Nehemiam, Tobiam, Iudith, Eſther, Iob, Pſalmos; ſuper libros Sapientiales. Quatuor Prophetas maiores, duodecim minores, Machabæos, quatuor Euangeliſtas, Epiſtolas Pauli, Canonicas, Actus Apoſtolorum, & Apocalypſim.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p. 2. l. 1.*

IACOBVS CINVS, de S. Andrea cognomento, natione Etruſcus, patria Collenſis, nobilis adoleſcens in cœnobio Senenſi Sancti Dominici, pietate, regularibus, ſcholaſticiſque diſciplinis inſtructus, adeo in ijs profecit, vt doctoratus laurea meruerit inſigniri. Varijs præfecturis fuit in Ordine cohoneſtatus. Et inter cœteras glorioſè ſuam Romanam Prouinciam adminiſtrauit. Præterea in pluribus vniuerſitatibus in magna auditorum frequentia docuit. Ab Vrbano VI. anno 1379. Termulanus Præſul in Prouincia Capitaneata Regni Neapolitani ſub Metropol. Beneuentana renunciatus eſt. At morte fatis præpropera non longum tempus in ea dignitate vir piiſſimus ſuperuixit. Attulit Bibliothecæ Commentaria:

Super IV. libros ſententiarum.
Quadrageſimales duos.
Sermones pro defunctis.
Sermones ad clerum.
Duo Dominicalia.
Alphabetum ſuper opera S. Iſidori, quod ipſe cum eſſet frater, vt illud corrigeret, ac probaret, obtulit Gregorio XI. Summo Pontifici.

Vghellus *tom. 8. Ital. Sac.* Vgurgerius Azolinus *in Pompis Senenſibus tit. 7.* Luſitanus *in Biblioth. pag. 122. vbi dicit floruiſſe an. 1262.* Plodius *part. 2. lib. 1. & 2.* Fontana *in Theatro p. p. cap. 5. tit. 581. num. 1.* Lucarinus *in M. S.*

S. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus, ſæpius iunior appellatus, tenuit Archiepiſcopatũ ab anno Chriſti 595. ad 636. ſcripſit Originum, ſiue Etymologiarum libros XX. quos cùm non compleuiſſet, S. Braulio Cæſaraugustanus Epiſcopus, cuius hortatu illud opus ſuſceperat, perfecit, digeſſitque in eam, quam cernimus, formam; Cinus addidit Alphabetum.

Anno 1380.

SANCTA CATHARINA SENENSIS, Virgo lectiſſima, eximioque omnium virtutum ſplendore, toto Orbe celeberrima, ſuæ patriæ gloria, ſexus decus, ſæculique miraculum, Chriſti ſtigmatibus intimè impreſſis cœlitus decorata, quæ innumeris gratiæ prærogatiuis, diuinis reuelationibus, cœleſtibus viſis, intelligentiæ lumine, prophetiæ ſpiritu, chariſmatibus inexplicabilibus ditiſſimè cumulata, à cunis ipſis, primiſque vnguiculis, tanta vitæ ſanctitate emicuit, vt Angelicos mores puritate conuerſationis, & ſpiritus claritate, ac feruore perfectiſſimè exhibuerit. Numeretur inter doctores, & ſcriptores ſacros oportet. Altiſſimè prædicauit verbum Dei, & volumina omni referta edidit ſapientia.

Plures habuit confeſſarios ex ordine noſtro probitate inſignes, Fratrem Thomam à Fonte Senenſem, eius conſanguineum, & primum confeſſarium; F. Bartholomæum de Dominicis Senenſem quartum confeſſarium Sanctæ, & eius familiariſſimum. F. Bartholomæum Montuccium nobilem Senenſem eius confeſſarium V.

Habuit filios plures, & filias ſpirituales, ſocios, ac comites, inter cœteros

rus F. Auguſtinum Piſanum, F. Simonem à Caſcina, ſororem Alexam Saracini Senenſem, ſororem Liſam, & ſororem Franciſcam Colombini Senenſes tertij habitus, omnes vitæ ſanctiſſimæ, & inter beatos, & beatas à Lombardello recenſitos.

Inter alia nobiliſſima ſapientiæ cœlitùs infuſæ monumenta,quibus Chriſtianum orbem non ſolum affluenter ditauit, ſed perenni luce,claritateq;illuſtrauit;anno à Virginali partu 1379. ſcripſit, atque in templo S. Mariæ ſuper Mineruam Romæ habuit:

In die Annunciationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ orationem ſui in deiparam impenſiſſimi amoris ſpecimen luculentum.Quæ per B.Raymundum à Vineis Capuanum ex Italico ſermone in latinum conuerſa, cum alijs eiuſdem Sanctæ orationibus impreſſa eſt Ingolſtadij, typis Sartorianis anno 1583. ex Marraccio *in Biblioth. Mar.* Habetur dicta oratio apud Marrac. *Lil. Marian.*

Dialogos in ſex Tractatus tributos, in quibus profundiſſimè de Prouidentia Dei ſit ſermo. Ingolſtadij 1583. Coloniæ 1601. Venetijs 1611. apud Iacobum Sarzinam in 8. alibi pluries.

Volumen epiſtolarum 364. grauium, & plenarum pietatis, ac doctrina lingua vernacula ad varios Summos Pontifices, Cardinales, Reges, Principes, & ad cuiuſcumque generis viros. Venetijs 1506. per Aldum Manutium in folio.

Item quoſdam Tract. de vita ſpirituali.

Ad eum Theologiæ myſticæ gradum, & ſublimitatem deuenit hæc ſacratiſſima Virgo, vt à ſponſo ſuo Præceptore exhauſerit,quicquid docuerãt Dionyſius Areopagita, S. Thomas Aquinas, D. Bonauentura,Vercellenſis, Linconienſis, Gerſon, Dionyſius Carthuſianus, & alij diuino lumine illuminati doctores.

Ad vitam æternam tranſlata eſt anno Domini 1380.Pridie Kalend.Maij, ætatis ſuæ 33.

Scripſere de illa Beatus Raymundus Capuanus,qui fuit ei à ſacris Confeſſionibus, & XXIII. Magiſter Generalis noſtræ Religionis. D. Stephanus Senenſis Carthuſianus diſcipulus noſtræ Sanctæ, Pius II. Pontifex Maximus in BullaCanonizationis eiuſdem, D.AntoninusArchiepiſcopus Florentinus *3. par.* Fr. Raynerus Palearenſis diſcipulus Sanctæ, Caſtillus *Centur. 2. lib. 2.* Laurentius Surius, Luſitanus *in Biblioth. pag. 58. & 59.* Plodius *par. 2. lib. 2.* Mirtæus *in Auctario c. 466.* Fontana *de Prou. Romana cap. 6.*

Varias ſcripſit epiſtolas ad Gregorium XI. ad quem ex Italia perexit Auinionem illi perſuaſura vt reſtitueret cathedramVrbi.Hanc Pius II.Albo ſanctarum appoſuit anno ſalutis 1461.

Conſule noſtrum Panagion, Elogium VIII. partis primæ.

Hodie mane cum in huius ſacratiſſimæ Virginis ara feciſſem rem ſacram, compoſui hoc elogiolum.

AD SEPVLCHRVM
S. CATHARINAE SENENSIS,
Quod eſt Romæ ſub Virginis
de Roſario ara.

ELOGIVM.

Hoc candidiſſimum lilium,
Quod totã tranſegit vitam inter ſpinas
Ab his in morte noluit ſeparari.
Igitur
Sub hoc ſpineto Roſarij,
Vt magis redoleat Orbi,
Etiam in ſepulchro in Vrbe
Languet exulceratum Amore.
Meritò, cuius capiti
Corona fuit ex ſpinis,
Poſt tot victorias partas triumphatrici
Orbis præſtandum erat in capite
Capitolium in ſpineto.
CATHARINAM
Ritè hoc ſub Altari:
Socrus cuſtodiat nurum.
CATHARINA ergo hic iacet
Roſarij ſacratiſſimi ſub Altari:
Religionem ſapientiſſimi putauiſſent,
E Matris ſinu dulciſſimæ
Filiam dilectiſsimam ſeparare.
Iure,quæ malignantes ſpiritus vicerat
viuens,
Poſt vitæ agonem
In hoc VICTORIAE curru
Triumphet victrix in capitolio Romæ.
Hæc non gemunt ſaxa,
Sed lilijs mixta, & roſis
Vernantia perenniter olent.
Adoleſcentulæ, quæ nimis diligitis
MARIAM, & CATHARINAM,
Hos currite in odores.

Anno 1382.

THOMAS FILE natione Anglus à puero lubentiſsimè receptus in Ordinem, emiſſa profeſsione, lubentiùs ſe applicuit ſtudijs. Poſt Logicam, Philoſophiam, & ſacram Theologiam luſtratas, publicè cœpit docere. Cumque plurimùm valeret ingenio, exercitio literaturam conſequutus eſt non vulgarem. Ex cathedra (verè frater Dominicanus, quod ſonat, Inſtituto concionator) ad eccleſiaſtica proceſsit orcheſtra. Illum cum fructu populi audiuere, ac plauſu. Et vt erat non minus fœlix calamo, quàm ſermone, publici fecit iuris.

Librum ſermonum per totum annum.

Altercationum ſcholaſticarum librum.

Claruit anno currente 1382. Taegius *p.1. Additio 2. ad Trithemium*, Seraphinus Ractius, Plodius *p. 2. lib. 2.* Luſitanus *in Biblioth. pag.* 247. *&* 248.

Anno 1383.

ADAMVS FERRARIVS Aurelianenſis Gallus poſt Philoſophiæ profeſsionem, ac ſacræ Theologiæ, Auctor pietate clariſsimus, & doctrina, reliquit Bibliothecæ Scriptum:

Super quatuor libros ſententiarum.

Quæſtiones in Metaphyſicam.

Vt autem *ſuper libros de cælo, & mundo*, Commentaria ederet exactiſsima, operam etiam dedit Aſtronomiæ, ſine qua ęgrè illorum librorum ſuſcipitur expoſitio. Poſt edidit.

Floruit ſub hos annos: Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.2. lib.2.*

Anno 1384.

HVGOLINVS de Camerino cunctis titulis magnus, litteris, pietate, honoribus, fortitudine. Maximinominis homo ab Vrbano Papa VI. anno 1379. Magiſter Sacri Palatij declaratur. Nec vacua præfectura in eo: nam cum eloquentia ſumma floreret, intrepidus, ac prorſus admirandus concionator partes Vrbani veri Pontificis è ſuggeſtu, è cathedris, in priuatis colloquijs verbo, calamo indefeſsè, quoad vixit, defendit. Quantum fructus in Dominicum intulerit horreum, docuere illius æui Scriptores. In hoc honorifico Magiſterio plures annos egregiam poſuit operam. Hæc poſt ſe ingenij ſui monumenta doctiſſima reliquit:

Sermones de Tempore, ac de Sanctis.

De Beata Virgine.

De Ferijs Quadrageſimæ.

Hac floruit tempeſtate. Plodius *p. 2. lib.* 2. Fernandez, Lucarinus, Ambroſius Gozzeus, Fontana *in Theatro p.2. cap.5. num.* 23.

Anno 1385.

DOMINICVS PETRI de NARDIS, Florentinus, ingenio clarus, eloquio facundus, in differendis Sacræ Scripturæ locis apprimè ſubtilis, atque in Ariſtotelica doctrina nobiliter doctus nomen ſuum poſteritati cum gloria commendauit, ſcribendo:

Sermones Quadrageſimales.

Item ſermones de Tempore, ac de Sanctis, qui m. s. extant Florentiæ in Bibl. S. Mariæ Nouellæ.

Ex hac ad meliorem euolauit vitã, anno gratiæ per Chriſtum 1385. die 15. Decembris. Michael Pocciantius *in Catalogo Script. Florent.* Marrac. *in Bibl. Mar.* Plodius *p.2. l.2.* Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. cap.6.*

Anno 1386.

DOMINICVS DE LAGNE, adeptus de more ſcientias, illas in ſcholis explicuit. Plurimùm igitur cum profeciſſet in litteris, vt erat pietate inſignis poſt magiſterium Sacræ Theologiæ, Sauonenſi thiara cohoneſtatus eſt à Gregorio XI. anno 1376. qua potitus eſt annos nouem, & menſes aliquot. Edidit:

Plures Conſtitutiones digniſſimas in ſua Eccleſia, in qua obiuit ann. 1386. Ioannes Zuccarellus *in deſcriptione Præſulum Sauonenſium*, Plodius *par. 2. lib.2.* Vghellus *tom.4. Italia Sacra inter Sauonenſes Epiſcopos*, Fontana *in Theatro p.1. c. 5. tit.527. num.2.*

DOMINICVS STELEOPARDVS DE AVFRAGOLA prope Neapolim S. Theologiæ Profeſſor, ac Philoſophus. Scripſit:

Commentaria in Animam Ariſtotelis. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *par. 2. lib. 2.* Cæterum Grauina *pro ſacro depoſito c. 22. num. 24.* Vallus *in compendio par. 2.* & alij teſtantur ſe vidiſſe eiuſdem Stelleopardi alia opera inſignia in Bibliotheca regij Conuentus ſancti Dominici de Neapoli. Vir iſte fuit doctiſſimus, acceptiſſimus concionator, ac gratioſus, necnon Theologus profundiſsimus; quare, per Breue ſpeciale Apoſtolicum ab Vrbano VI. ad prædicandum contra iniquitatis alumnos, Robertum Antipapam, qui auſu temerario ſe Clementem Papam nominare præſumebat, ac eius complices, & ſequentes, necnon credentes, receptores, & fautores eorum, ad Regnum Siciliæ perſonaliter miſſus fuit. Præterea munus Generalis Inquiſitoris in Regno Neapolitano exercuit. Anno Orbis redempti 1391. creatus fuit in Regno Prior Prouincialis, quo tempore in Capellanum, & familiarem Regis Caroli Tertij fuit receptus. Similiter à ſacris confeſſionibus, Capellanus, ac familiaris fuit Sereniſſimi Regis Ladislai. Denique vt paucis abſoluam, claruit literis, & ſanctimonia vitæ. Strenuè aduerſus Antipapam, ac ſchiſmaticos nũc calamo, nũc eloquio inſtitit. Plures pro Eccleſiæ pace reddenda paſſus labores, vigilias, perſecutiones, ærumnas. Grauina *vbi ſupra, Regiſt. Caroli III. ſign. 1381. fol. 263. à tergo, Regiſt. Regis Ladislai ſign. 1390. lit. A. fol. 68. ſign. 1392. & 1393. lit. T. fol. 186.* Luſitanus *Bibl. Fratrum pag 69.* Michael Plodius *part. 2. lib. 2.* Vallus *in Compendio par. 2.*

Anno 1387.

BERNARDVS, alijs BERTRANdus Germanus vir pijſſimus, ac doctiſſimus, gratioſuſque Verbi Dei annunciator in Teſelicenſem Epiſcopum, ſuffraganeumque Metenſis Eccleſiæ circa annum 1380. eligitur. Eſt Teſelicenſis Eccleſia in Creta. Scripſit:

De illuſionibus Dæmonum. Ad Cunnonem Archiepiſcopum Treuerenſem.

De ſchiſmate Eccleſiæ ad eundem.

Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Confluentiæ anno 1387. vitæ curſum compleuit. Ita Miræus *de Scriptor.* Luſit. *in Bibl. pag.* 55. Gallia Chriſtiana antiqua *inter Meten. Epiſc.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 576. num. 2. & tit. 585.* Plodius *in Indice Epiſcoporum, & p. 2. lib. 2.* & ex Trithemio, Taegio, & Fernand. *in Epiſc. Germanis.*

Anno 1388.

NICOLAVS MOSCHINVS, CARACCIOLVS Neapolitanus clariſſimis natalibus ortus poſt aditam noſtram Religionem, Tyrocinium Neapoli poſuit. Primùm Magiſter ſacræ Theologiæ, & in vniuerſo regno Neapolitano hæreticæ prauitatis inquiſitor, renunciatur. Vir clariſſimæ virtutis, & famæ ab Vrbano VI. Cardinalis S. Cyriaci. 14. Kalend Octobris 1378. ad inſtantiam S. Catherinæ Senenſis creatus eſt. Fuerat in pluribus ſuæ Prouinciæ Regni cænobijs Prior, cumque hoc fungeretur officio, ad charitatem, pietatem, obſeruantiamque regularem ſubditos inflammabat. Generalis Inquiſitor exiſtens non ſemel graues calamitates pro ſuo munere obeundo perpeſſas, forti animo ſuperauit. Ab eodem ſummo Pontifice miſſus Legatus Peruſium, Venetias, & ad Carolum III. Regem Neapolitanum, his ſuaſit, vt partes ſummi Pontificis, quem ſemper quouſque vixit, & ipſe peregrinantem ſequutus eſt, ſequerentur. Anno 1380. ab eodem ſummo Pontifice creatur Archiepiſcopus in Sicilia. Sed breui tempore pluribus legationibus impeditus illam Eccleſiam rexit. Obijt Romæ 4. Kalend. Auguſti anno Domini 1389. & in S. Mariæ ſuper Mineruam conditus fuit. Vndecim annos fuit Cardinalis. *Reliquit quædam opera*, quorum nomina Paulus Corteſius non exprimit *lib. 1.* Cardin. ſicut nec Vallus *in Compendio.*

Scripſere de tanto viro S. Anton. *3. p. tit. 23. c. 11.* Taeg. *p. 1.* Alphonſus

ſus Ciacc. Leander.*lib*. 3. Seraph. Raſt. Onuphr. Plodius *de viris ill. Ord. lib.* 4. Vghellus *in addit. ad Cardin. Vrbani VI.* Fernandez, Pyrrh. *Sicilia ſacra* Bonfilius *inter Epiſcopos Meſſanen.* Fõtana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 19. & *part.* 1. *cap.* 4. *tit.* 61. *num.* 4. Vallus *in Compendio part.* 2.

Hoc anno mortuus eſt Pſeudomagiſter Ordinis F. Elias Auenione, & apud noſtros fuit tumulatus. Quo demortuo, Prouinciæ, quæ eius partes ſequebantur, in eius locum elegerunt P. F. Nicolaum Troianum Apulum Daunum.

Anno 1389.

IO: TEVTONICVS patria Baſileẽſis in diuinis ſcripturis, & Philophicis egregiè verſatus Lomberienſis Epiſcopus in Gallia ſub Metropolitana Toloſana die 20. Maij ann. 1389. creatur. Præfuit Eccleſiæ ſuæ laudabiliter plures annos. Scripſit:

Libros quatuor ſuper ſententias.

Librum vnum ſermonum.

Trithemius *de vir. illuſtr. Germaniæ.* Gallia Chriſtiana *tom.* 2. Fontana *in Theatro* 1. *p. c.* 5. *tit.* 344. *num.* 2.

ANTONIVS MALLET Conuentus Rhedonenſis Doctor Regens Pariſinus admiſſus ad Ordinem, poſtquam vota pronunciauit, ſe ſtudio mancipauit, Probus iuxta ac doctus cum euaſiſſet. Scripſit:

De SS. Roſario.

Hiſtoriam Seiani.

Librum de viris illuſtrib. qui floruerunt in Conuentu S. Iacobi Pariſienſis.

Godefridus *in monument. Conuentus Rhedonenſis m. s.*

Anno 1390.

GVILELMVS à RAIOTTO Gallus, optimus canoniſta, moribuſque ſanctiſſimis vir, aliquando ſuæ Prouinciæ Franciæ Prior Prouincialis *Summam confeſſariorum* à F. Ioanne Teutonico editam redegit in compendium.

Item ſummam confeſſariorum compoſuit.

Ac librum variorum ſermonum.

Floruit circa hæc tempora 1390. Luſitanus, Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

HENRICVS FERRARIENSIS vir grauis, prudens, facundus, ac doctus in ſcientijs cum diuinis, tum humanis, conſignauit noſtræ Bibliothecæ

Tractatum curioſiſſimum de quatuor inſtinctis.

Luſitanus *in Bibl.* Plodio *p.* 2. *lib.* 2.

ROBERTVS VMBLETON Anglus, ingenio, eruditioneque præſtantiſſimus noſtræ deſtinauit Bibliothecæ:

Summam Theologiæ.

Librum lectionum ſcholaſticarum.

Alium contra Vuicleſiſtas, & alia plura.

Epitome Geſneri, Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Luſitanus *in Bibl. pag.* 215. vixit *hoc anno* 1390.

ADAMVS BRADVADINVS Cãtuarienſis Anglus Baccalaureus acerrimus hæreticorum hoſtis & vindex, fuit ingenio facili, copioſo, perſpicaci, & humanarum, diuinarumque cognitione ornatus. Hæreditario ardore, quo noſtra Religio flagrat pro cõſeruanda illibata fide catholica, in hæreticos, ſcripſit:

Contra Pelagianos, & fidei hoſtes.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

HENRICVS de FRANCOVAR Germanus, vir grauis, regularis obſeruantiæ vigilantiſſimus cuſtos, ingenio præſtans, concionator celeberrimus, & litteraturæ fama ſpectabilis, inter alios ſuorum partus laborum in Bibliothecam portauit.

Sermones de tempore, ac de Sanctis.

Claruit anno reparationis humanæ 1390. ex Antonio Senenſi *in Bibl. fol.* 107. & Plodio *p.* 2. *lib.* 2.

BASCALCVS de ERFORDIA Germanus Magiſter S. Th. pius, prudentiſſimus, ac ſtrictioris præſertim diſciplinæ ſtudioſus. Par illi in moralibus quæſtionibus eruditio, quo in genere quicquid ſcripſerant alij, in numerato habebat. Optimus in conſilijs erat. Euulgauit.

Quoſdam libros de doctrina, & pietate.

Item de Virginum ſtatu, Deo dicatarũ

Am-

Ambroſius Gozzeus, Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

THOMASINVS FERRARIENSIS Italus ex patria ſui cognominis oriundus, ex illa, etſi ferrea, traxit mores, dulciſſimos, ſuauiſſimos. Toto pectore Bononiæ, in patria, & alibi nauauit operam litteris. Emenſo curſu diſcipuli, & docentis, euaſit Philoſophus, & Theologus celeberrimus. In ſacris litteris quoque multum, diuque verſatus. Scripſit:

In quatuor libros ſententiarum.
Librum ſermonum de tempore.
Alium ſermonum de Sanctis.
Alium ſermonum de quadrageſima.
Et plura alia.

Vixit an. 1390. Taegius *p.* 1. *Monum. Ord. Epit.* Geſneri, Luſitanus *in Bibl. pag.* 259. Plodius *p.* 2 *lib.* 2.

BARTHOLOMAEVS FERRARIENSIS, diuerſus ab illo, de quo memini an. 1343. vir eruditus, & pius ſcripſit ſimplici ſtylo.

Sermones de tempore, ac de Sanctis.
Quadrageſimale.
Item libros ſex de Chriſto abſcondito, quem cum Romæ legiſſem expurgatũ, illum citaui in prima Octaua noſtri Melchiſedech. Albertus Venetus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Luſitanus *in Bibl. pag.* 42. & 43.

Anno 1391.

SIMON ANGLVS, ingenio feliciſſimo, doctina clara, atq; interpres Sacræ Scripturæ inſignis ſcripſit:

In Iſaiam, Ieremiam.
Super Threnos.
Ezechielem, Danielem, & Baruch.
In Prouerbia Salomonis.
Super libros Machabaeorum.
Et in Præfationes D. Hieronymi ad Biblia.

Floruit circa hæc tempora.

Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Luſitanus *in Bibl. pag.* 225.

Anno 1392.

NICOLAVS EYMERICVS de Catalonia, à Gerunda oriundus, hiſpanus, vir in Theologicis diſciplinis, & ſacris legibus ſatis eruditus, integerrimus floruit in primis temporibus Vrbani V. & Gregorij XI. Pontificis maximi, & Petri IV. Regis Aragonum. Erat in regnis Aragonum ea tempeſtate, eruditione, & ſanctitate clarus Nicolaus Roſell noſtri inſtituti dominicani ſacræ Theologiæ Magiſter, ac in toto dominio Regis Aragonũ inquiſitor Generalis. Is ab Innocẽtio VI. an. Dominicæ natiuitatis MCCCLVI. Cardinalis S. Xyſti creatur, quare illi ſucceſſit alter hic Nicolaus in tanto inquiſitionis officio. Erat enim vir doctrina, & ſolertia præditus (vt teſtantur communiter omnes cum Sebaſtiano Olmeda in Chronicis de initio, & progreſſu Ordinis Fratrum Prædicatorum) & ſanctitate vitæ illuſtris.

Pro grauiſſimis fidei negotijs Auinionem proficiſcitur Eymericus ad Põtificem Gregorium XI. cui erat charus, ſicut erat gratus Regi Aragoniæ Petro IV. Creatus eſt Inquiſitor Generalis anno 1356. quo munere functus eſt an. no 43.

Anno 1383. ſcripſit:

Librum de poteſtate Pontificis contra hæreticos.

Item 1390. *alium de duabus Chriſti naturis, & de tribus perſonis in Deo. Aduerſus errores Parochorũ Valentinorum.*

Hi enim quando infirmis viaticum porrigebant, illis dicebant: *Credis quod hac ſacra hoſtia eſt Pater Filius, & Spiritus Sanctus?* & reſpondentibus illis: *Credo:* viatico ſacro eos reficiebant.

Eodem anno ſcripſit:

Alium librum de excellentia Chriſti, & B. Virginis Mariæ contra quoſdam hæreticos male ſentientes de ipſis.

Anno 1295. ſcripſit:

Librum aduerſus alios hæreticos S. Ioannem Euangeliſtam filium naturalem B. Virginis aſſerentes.

Cumq; ſtrenuus, & præclarus fidei catholicæ propugnator multa iam ætate eſſet grauis, cupiens in ſanctis, & quietis occupationibus vltimam diem claudere, dimiſſo iudiciorum ſtrepitu reuerſus Gerundam in conuentu Sancti Dominici, poſtquam ſuper *epiſtolas*

B. Pauli ad Galatas, & ad Hebræos ſcripſiſſet commentaria, *& Epiſtolam ad Romanos* enarrare cæpiſſet, ab humanis ereptus eſt quarto die Ianuarij anno Dominicæ Natiuitatis 1399. ſicut docet vetuſtum epitaphium eius ſepulchro inciſum Gerundæ in eodem S. Dominici conuentu, vbi ſepultus iacet. Anno 1375. multos articulos Raymundi Lulli detexit, quos Gregorius XI. Auenione, Petro Cardinali Hoſtienſi, & alijs magiſtris à Pontifice congregatis, vt errones hæreticos proſcripſit. Diagus *lib. 1. cap.* 25. Caſtill. 2. *p. lib.* 2. *c.* 4. & Grauina *de ſacro depoſito c.* 22.

Plurima ſcripſit, quibus nomen ſuũ cum gloria tranſmiſit ad notitiam poſteritatis: nam præter dicta ſcripſit:

Super quatuor Euangelia commentaria.

Item plures conciones tam de tempore, quàm de Sanctis:

Super Logicis, & Phyſicis codices edidit.

Directorium Inquiſitorum in tres diuiſum partes.

Cui addidit commentaria Franciſcus Pegna S. Th. ac vtriuſque Iuris Doctor. Venetijs apud Marcum Antoniũ Zalterium 1595. in folio, & Barcinone 1503. compilauit:

Vitam, & miracula Beati Fratris Dalmatij Moner, cuius ipſe fuerat alumnus. B. Dalmatius Moner noſtri Ordinis Prædicatorum veneratur Gerundæ.

Ex vetuſto epitaphio, ex Franciſco Pegna in eius vita, Fernandez *in concert. Prædic.* 1399. Diagus *lib.* 1. *cap.* 26. *&* 27. Caſtillus *cent.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. Fontana *in Theatro p.* 3. *cap.* 3. *tit.* 3. Leander *lib.* 4. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice*.

Annõ 1393.

NICOLAVS TROIANVS Apulus vir vndequaque doctiſſimus, in Philoſophia, in ſacra Theologia, in hiſtorijs, & humanis admodum eruditus, tempore ſchiſmatis adhærens Clementi VII. Antipapæ Cæſarauguſtæ anno 1390. electus eſt Magiſter Generalis Ordinis noſtri. Erat Vicarius Ordinis ex parte Clementis VII. Nicolaus Eymericus, ſucceſsitque Nicolaus Troianus F. Heliæ, & mortuo poſt tres annos Troiano, ei ſucceſſit F. Nicolaus Valliſoletanus. Ex Caſtillo *centur.* 2. *lib.* 2. *cap.* 62. Erat Nicolaus vir rectus, ac pius: quamuis enim adhæreret Clementi VII. Antipapæ, putabat tamen illum eſſe verum Pontificem; adeo anceps erat caſus: de quo legantur Caietanus *opuſc. de auctoritate Papæ, & Concilij cap.* 8. & Syluester *verbo lex quæſt.* 13.

Scripſere de Nicolao Relationes Prouinciæ Apuliæ, Caſtillus *vbi ſupra*, Vallus *in Compendio vir. illuſtr. Prou. Regni p.* 2. *Chron.* Luſitanus *fol.* 205. Schiſma hoc pernicioſum, ac diuturnum factum eſt Fundis in Regno Neapolitano die 23. Decembris, alijs verò 20. Septemb. anni 1378. Vbi contra Vrbanum VI. verum Pontificem Cardinales VIII. Galli Clementem VII. elegerunt. Obediebant Clementi Ioanna Regina vtriuſque Siciliæ, Rex Gallus, Rex Caſtillæ, Aragoniæ, ac Nauarræ. Vrbano verò potior pars Italiæ, Imperator Vinceslaus, Germania, Anglia, Luſitania, Hibernia, Dacia, Polonia, Boemia, Hungaria. Antipapa Auinionem progreſſus, ibidem poſuit Sedem. Vrbanus Vrbem incoluit. Petrus Mexia Hiſpalenſis in Cæſarum vitis, & mea Chronologia eodem anno. Eodem pacto Ordines conſciderunt. Helias ex noſtris obediebat Clementi. Vrbano Sexto Raymundus de Vineis Capuanus magnæ vir ſanctitatis, de quo anno 1399. Annos XXX. ſchiſma hoc perdurauit. Subrogauerunt (vt dixi) Pſeudogenerali Heliæ Troianum, & huic Nicolaum Valliſoletanum. Vnuſquiſque tamen ex tribus erat doctiſſimus, prudentiſſimus, & illis dotibns fretus, quæ tanta virum dignum redderent præfectura. Quæ concinnauit magnus hic Nicolaus, ob tot tumultus, peſtes, prælia, & Cœnobiorum incuriam, non reperio, nec extant. Referebant tamen mihi Tyrunculo ſeniores, indagatores antiquitatis, ac doctiſſimi, Fratres Thomas Griptolenſis, Dominicus Maglianus Grauinas, Ioannes Melle Meduníenſis.

dunienſis, omnes viri graues, & Sacræ Theologiæ Magiſtri edidiſſe.

Commentaria in Logicam Petri Hiſpani.

In octo libros Phyſicos de Auditu.

In libros de cælo, & mundo.

In XII. libros Metaphyſices Ariſtotelis:

De libera electione Pontificis.

Commentaria in quatuor libros Regum.

Vnde hæc Patres illi acceperint, neſcio. Hoc vidi, Conuentum ſuum (vt dicunt) Originale penè dirutũ Troiæ, & ibi pulcherrimos libros chorales, quibus pijſſimus Pater Eccleſiam ſuam donarat.

Anno 1394.

IOANNES VINCENTIVS de MONTE SONO S. Theologiæ Magiſter noſtris cum ſe adiunxiſſet, multùm profecit in doctrinis. Logicam, Philoſophiam, Theologiam, ſacraſque literas, quas ſummo didicerat ſtudio, & labore, alijs præſtitit facillima breuitate. Grauis, pius, & in pertractandis negotijs dexter. Principibus gratus, & plebi. Sui denique inſtituti rigidiſſimus obſeruator ſub Bonifacio IX. fuit collector Spoliorum, ac iurium ad Apoſtolicam Sedem ſpectantium in Regno Siciliæ inſtitutus die 17. Iulij anno 1393. Pyrrhus *in Sicilia Sacra in notitia 1. Eccleſ. Catanen. ſub numero 36.* Fontana *in Sacro Theatro p. 2. cap. 2. tit. 5. num. 3.*

Edidit Libellum ſupplicem ad Summum Pontificem.

DOMINICVS à VICO PISANO ſacrarum literarum ſtudioſiſſimus, in naturali, & morali Philoſophia, necnon in Sacra Theologia verſatus. Scripſit lingua materna:

Librum variarum rerum.

Luſitanus *in Biblioth. pag. 68.* Plodius *par. 2. lib. 1.*

Anno 1395.

BERNARDVS HISPANVS, at ignotus patria, & cognomine, Religioſiſſimus, ac in Sacris Scripturis verſatus. Scripſit:

Poſtillam ſuper Geneſim.

In Leuiticum. In Numeros, & in Deuteronomium, & in Paralipomenon.

Super Ioſue, ſuper librum Iudicum, & in Ruth.

In quatuor libros Regum.

Super Eſdram, Nehemiam, & Tobiam.

In libros Eſther, Iudith, & Iobi.

Super Pſalterium.

In Prouerbia, Sapientiam, Cantica, Eccleſiaſten, in Eccleſiaſticum.

In Iſaiam, Ieremiam, & Baruch:

In Danielem, Ezechielem, Oſeam.

Super Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, Micheam, Nahum, Abacuch, Sophoniam, Aggeum, & Zachariam.

In primum, & ſecundum Machabæorum,

Super acta Apoſtolorum.

Super quatuor Euangelia.

Super omnes Epiſtolas Pauli.

Super Canonicas.

Super Apocalypſim.

Quæſtionem de creaturis ſpiritualibus.

Quæſtionem de potentia Dei.

Tria quodlibeta.

Librum de Anima coniuncta, & ſeparata, & plura alia.

Leander Albertus *lib. 4.* Ambroſius Gozzeus, & Plodius *in Appendice:*

Anno 1397.

MOritur poſt quatuor annos Pſeudogeneralatus P. F. Nicolaus de Valliſoleto. Cum aſſumptus fuit ad hoc altiſsimum munus, erat Prouincialis Hiſpaniæ, vir aliàs doctiſsimus, & vndequaq; ſpectabilis; ſed ſchiſmatis labe fœdatus at ſine criminis nota.

Huic ſucceſsit P. F. Ioannes de Podio, qui pluribus annis eaſdem Prouincias ſchiſmaticas rexit vſque ad electionem Martini V. quæ cecidit die S. Martini anno 1417.

Anno 1398.

THOMAS IORGIVS Anglus ex eadem familia B. Thomæ Iorgij Cardinalis, de quo anno 1311. vir eximiæ literaturæ. Scripſit:

Supra quatuor libros ſententiarum.

Super

Super Geneſim.
In Pſalterium.
In Iſaiam, Ieremiam, & Threnos.
In quatuor Euangeliſtas.
Sermones per totum annum.

Floruit circa hæc tempora 1398. Sixtus Senenſis *in Bibliotheca Sancta*, Ambroſius, Gozzeus, Plodius *p. 2. lib.* 2. Cœterum Abbreuiator Geſneri, & Luſitana *Bibliotheca pag.* 245. aſſerunt clarniſſe anno 1310.

Anno 1399.

BEATVS RAYMVNDVS DE VINEIS Capuanus, in patria ſua remittens ſæculo nuncium, noſtrum Ordinem eſt ingreſſus. Vir celebris ſanctitate, & doctrinæ nomine conſpicuus, à Deipara Sanctæ Catharinæ Senenſi à ſacris confeſſionibus deſignatur. Ob ſingularem eius prudentiam, claraque celſiſſimæ virtutis teſtimonia ab Vrbano VI. Pænitentiarius Apoſtolicus inſtituitur. Item ad Italiæ Principes, Ianuenſes, Florentinos, ad Carolum V. Galliæ Regem, ad Imperatorem, ad Petrum Regem Aragonenſem, ad Ludouicum Ducem Andegauenſem, ad Galeatium, & Barnabum Vicecomites, ad Petrum & Angelum Cardinales anno 1378. Legatus, & Nuncius Apoſtolicus, illos in obedientia erga ſummum Pontificem Maximū conſtabiliturus, quod & fideliter præſtitit, mittitur. Senis graſſante lue anno 1373. eadem laborantibus, charitate maxima inſeruiuit. Anno 1380. quo magno ſchiſmate torquebatur Eccleſia Dei, à Prouincijs, quæ verò Pontifici Vrbano VI. parebant, in Capitulo Bononienſi Magiſter Generalis noſtri Ordinis XXIII. eligitur. Quo munere annis decem, & nouem, multùm pro vnione, & reformatione totius Religionis laborans, functus eſt laudabiliter. Epiſcopatus plures, ac Cardinalitiam purpuram ab Vrbano VI. & à Bonifacio IX. ſibi oblata conſtantiſſimè vir humillimus recuſauit. Vrbanus VI. frequentiſſimè loquens de eo in quibuſdam Breuibus Apoſtolicis, ac epiſtolis ipſum appellat tenerrimè ſuum caput, oculos, os, linguam, manus, ac ſuos pedes. Præterea eidem commendans Eccleſiam, & ſeipſum, omnes hortatur, Imperatorem, Reges, Cardinales, Principes, atque reliquos, vt Raymundum reuereantur.

Clarus miraculis ad gaudia Paradiſi migrauit Norimbergæ in Alemania die V. Octobris hoc anno redemptionis 1399. Eius corpus translatum fuit Neapolim in Eccleſiam S. Dominici ſui Ordinis. Moderator vigilantiſſimus poſteritati ex ſuis vigilijs inter alia tranſmiſit:

Vitam S. Agnetis de Monte Politiano.

Super Magnificat Beatiſsimæ Virginis tractatum lectu digniſſimum.

Officium quoque Viſitationis eiuſdem Deiparæ.

Vitam Sanctæ Catharinæ Senenſis, & aliarum Sanctarum.

Epiſtolas exhortatorias ad diuerſos, doctas, & deuotas.

Eius meminerunt Antonius Senenſis *in Bibliot. Prædicatorum*, Caſtillus *Cent. 2. lib. cap. 62. Martyrologium Dominicanum*, Vallus *de viris illuſt. Prou. Regni Ord. Prædic. part.* 2. Fontana *in Theatro p. 2. c. 2. tit. 2. num. 26. & alibi.* Plodius *part. 2. lib. 2.* S. Antoninus *3. p. hiſtoriæ*, Taeginus *part.* 5. Hieronymus Burſellus. Iacobus Suſatus, Leander, Monachus *in Sanctuario Capuano*, Ambroſius Gozzeus, Poſſeuinus, & alij plures.

BEATA MARIA VENETA genere nobiliſſimo, vtpote Patre Nicolao Storione, Matre ex familia Veneroſi exorta, ætatis anno 14. pulcherrima, diues, ac vana nupſit Ioannino à Plaza nobili Veneto.

Huius vitam ſcripſerunt Magiſter Fr. Thomas Antonij de Senis, & Caſtillus *par. 2. lib. 2. cap. 64. & 65.*

Obijt ex peſte anno 1399. die 28. Iulij. Aetatis verò 20. Omnium virtutum genere, & miraculorum gratia fuit illuſtris: A Martyrologio Dominicano inter beatas noſtras reponitur. Poſt mortem corpus eius tanto fragrabat odore, vt nihil terreſtre ei quiuerit comparari. Scripſit:

Aliquas epiſtolas familiares, ad religioſas, ſpiritu, ac magna deuotione refertas,

T

ferias, quæ aſſeruantur Venetijs in Monaſterio Corpus Domini. Caſtillus *par. 2. lib. 2. cap. 64.* Vide elogia mea *part. 4.* cui titulus *Religio Libata*. Sub hos annos (vt ſecundæ huic Centuriæ colophonem vltimum apponamus) recenſenda eſſent opera tot Doctorum, quæ Bibliotheca noſtra non caperet; at ea vel cooperuit puluis, vel violenta flamma conſumpſit, vel impia manu ſchiſmaticus lacerauit. Vbi lucubrationes illæ laborioſæ Hieronymi de Bononia eruditiſſimi viri, de quo anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo *folio 207. Chronica Luſitana*? Vbi Guidonis Curtij præclariſſima Commentaria? Vbi ſubtiliſſima ſcripta Ioannis de Caſtronouo Aragonenſis, qui ex Magiſtro Palatij Apoſtolici factus Tullenſis Epiſcopus, in ſchiſmate fit à Clemente VII. Cardinalis ſub titulo Quatuor Coronatorum, & Epiſc. Oſtienſis? Vbi explanationes, & gloſſæ Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Alexandri Hungari Archiepiſc. Cretenſis? Riboldi etiam Hungari Præſulis Bergomenſis? Andreæ de Vancherinis Antiſtitis Mileuitani, Hieronymi Epiſcopi Ariminenſis, Franciſci eiuſdem Vrbis, qui Ceruienſem moderabatur Eccleſiam, Iacobi de Altouitis, qui Feſulanam, & Vbertini de Florentia, qui Sedem Piſtorienſem? In ſchiſmate tam ancipite, tam immiti quot editas eſſe putatis Apologias? quot reſponſiones? quot ſpatio triginta annorum allegationes hinc, inde? At ſicut proſcripti Epiſcopi, & Scriptores vagantur tota Europa, ita Codices abſumuntur, delentur, pereunt, lacerantur. Vrbano VI. qui functus eſt vita (ex mea Chronologia) XV. Octobris anni 1389. & Bonifatio VIII. qui ei ſucceſſit, parebant Catharina Senenſis Virgo lectiſſima, Beatus Raymundus de Vineis Capuanus, & alij innumeri celebres ſanctitate; & vice verſa Clementi VII. qui mortalitatem expleuit XVI. die Septembris anni 1394. & Benedicto XIII. quem ſuffecerunt Clementi, Vincentius noſter Ferrerius Valentinus vir integer, & ſanctiſſimus. Caietanus *in Opuſculo de Authoritate Papæ, & Concilij cap. 8.* & Siluester *verbo lex quæſt. 13.* tractant quomodo vtraque pars excuſabatur. Hinc igitur controuerſiæ, libelli, in vtroque iure, & in ſacra Theologia allegationes, Apologiæ, argumenta, reſponſiones, quæ omnia periere.

Explicit Secunda Centuria Bibliothecæ Dominicanæ Romæ Die XX. Aprilis Anni ab Orbe reparato per Chriſtum CIↃ. IↃCLXXV. Aetatis meæ LXVII. Menſibus V. Diebus IV.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CENTVRIA III.

Anno 1400.

THOMAS ANGLICVS, patria Galenſis, ingenio florentiſſimo, vir ex quacumque parte laudabilis, & varietate doctrinæ, & morum ſuauitate, & ſanctimonia vitæ. Scripſit:

Lecturam in Geneſim, quæ incipit: *Non recedat*, *&c.* Habetur in Bibliotheca D. Ioannis, & Pauli, Venetijs.

Item in vigintiquinque Pſalmos Poſtillam, quæ incipit: *Beatus vir, qui cuſtodit*.

In Iſaiam, Ieremiam,

Epiſtolas Canonicas Apocalypſim.

Boethium de Conſolatione Philoſophiæ:

Claruit anno Domini currente 1400. Sixtus Senenſis *lib.4. Bibl.* D. Antonin. *3.p. hiſtor. tit.* . . . *c.* 10. Miræus *in Auctario cap.*456. confundit hunc cum alio Thoma, de quo dictum eſt anno 1321: Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliot. pag.*245. dubium mouet vtrum hic idē ſit cū Thoma de Vvaleis, ſeu Vvalenſi, præſertim cum Vvalenſis etiam ſcripſerit in Pſalterium, &c. At ſunt diuerſi: nam Galenſis, ſiue Guallenſis floruit an. 1400. ille verò 1332. Præterea Galenſis (Authore Abbreuiatore Geſneri,) Edidit:

*Librum de formis veterum Deorum, moralizatum in Ouidium l.*15.

Item Librum aduerſus Iconoclaſtas:

Quæ opera, Scriptorum à nemine Thomæ Vvalenſi hactenus inueniuntur adſcripta.

IOANNES HERLOT, vulgò diſcipulus appellatus, S. Theologiæ Magiſter Germanus, vir ſacra doctrina pleniſſimè inſtructus, & in declamando diuino verbo nulli ſua tempeſtate ſecundus. Quem Deus miſericors tamquam ſtellam matutinam dedit Germaniæ, vt multorum mentes luce Catholicæ veritatis illuminaret. Scripſit:

De Bello Albigenſium.

Caſtillus *in præfatione Chronic.*

Item librum variorum exemplorum.

Librum de exemplis B. Virginis.

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Quadrageſimale.

Auctor moraliſſimus eſt, dignus, ac clarus. Luſitanus *in Bibliotheca*, Ambroſius Gozzeus, Taegius, Plodius *p.2. l.3.*

Claruit in Germania circa an. 1400.

ANDREAS DE BOCAGNIS, ſeu de FRANCHIS nobilis Piſtorienſis ab Vrbano VI. circa annum milleſimum trecenteſimum octogeſimū creatur Epiſcopus patriæ ſuæ. Fuit vir egregiæ doctri-

ctrinæ, magnique nominis concionator. Præfuit Eccleſiæ laudabiliter vſque ad annum Iubilæi 1400. Eodem propriæ quieti conſulturus, à Bonifacio IX. dimiſſiones ſuæ Eccleſiæ impetrauit. At eodemmet anno 26. Maij vitæ curſum clauſit ſanctiſſimè. Sepultus eſt ibidem in noſtra Eccleſia. In commune prædicantium commodum ſcripſit:

Volumen Sermonum de Sanctis, & de Tempore.

Item Sermones de Quadrageſima, pro ſingulis diebus ſermones quatuor varios. Vghellus *tom.* 3. *Ital. Sac.* Luſitanus *in Bibliot.* Fontana *in Theatro p.*1. *cap.*5. *tit.* 467. *num.*2. *&* 3. *& de Prou. Rom. cap.*6. Plodius *de vir. illuſt. Ord. p.*2. *lib.* 2. & Fernandez *inter Epiſc. Italos* numerat duos Andreas Piſtorienſes patriæ Epiſcopos, vnum creatum Epiſcopum ann. 1394. & alterum an. 1380. Idem cenſet Seraph. Ractius. Alij dicunt eſſe tantum vnum Andream. Alij vnum creatum eodem tempore Epiſcopum ab Vrbano VI. & alterum à Pſeudopontifice Benedicto XIII. erat enim tunc ſchiſma maximum in Eccleſia. Caſtillus *verò Centur.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Marraccius, & alij ponunt Andream floruiſſe circa an. 1314. ex quo colligitur diuerſum eſſe ab hoc, qui vixit an. 1400. vt apparet ex epitaphio exculpto in Eccleſia noſtra Piſtorienſi, apud Vghellum, & alios vbi habetur:

Annus millenus quadringentenus in Vrbe
Tunc Maij bis dena dies, & ſexta fluebant.

Anno 1401.

VINCENTIVS Vlyſiponēſis Luſitanus morū ſanctitate, & ſcientia præclariſſimus, cuius admirabilem vitam ſcripſerunt Souſa *p.* 2. Caſtillus *par.* 1. Io: Lopez 3. *p. Hiſtor.* Cardoſus *in Agiolog. Luſitano*, Dominicus Marcheſius *Ianuarij die* 5. *& alij*; Vir fuit omni exceptione digniſſimus, & admirabilis. In pueritia malè à quadam muliere baptizatus fuit, quam ob rem poſtea anno trigeſimo ætatis ſuæ iterum baptizatus eſt. Lege Ludouicum Granatenſem *in ſimbolo Fidei* 2. *p. c.* 27. Fuit Prouincialis Prouinciæ Caſtillæ, & Inquiſitor Generalis totius Hiſpaniæ, & chariſſimus Ioanni I. Regi Portugaliæ, cui & fuit à ſacris confeſſionibus, eiuſque ſacer Eccleſiaſtes. Scripſit:

Multa Opera Spiritualia.

Et ex ſuo Epitaphio habentur hæc verba. Edidit etiam:

Varios Libros excellentis doctrinæ, tàm pro Verbi Dei prædicatoribus, quàm pro Scholaſticis.

In vita, & in morte, & poſt mortem miraculis claruiſſe dicitur, &c. Obijt autem Anno Domini 1401. in Vigilia Epiphaniæ.

Præter allegatos Hiſtoricos lege de tanto viro Fratrem Io: de Sanctis *in Aethiopia Orientali*, Paramum *in directorio Inquiſitorum*, P. Aluarum Louom *tomo de Religionibus, & Indicem Sanctorum, ac Beatorū Ordinis noſtri in Martyrologio Dominicano*, in quo habetur: *Fr. Vincentius Luſitanus Conuentus Olyſiponenſis Monialium noſtri Ordinis de Saluatore vocati, & Conuentus Benficani Fundator, probitate morum, & miraculorum dono laudatur.*

Anno 1402.

IO: TOMEVS MARAVITIVS, alijs MARNAVITIVS Boſnenſis Epiſcopus in Hungaria ſub Metropol. Colocenſe, Eccleſiæque Lucerinæ in Apulia ſuffraganeus fuit.

Vitam noſtri B. Auguſtini Epiſcopi Lucerini conſcripſit: Ita referūt Vghellus *inter Lucerinos Epiſcopos in vita eiuſdem S. Auguſtini*, Ferrarius noſter *in titulo vitæ eiuſdem, & pluries alibi*, & Fontana *in Theatro p.*1. *c.*5. *tit.*99. *n.*5. *& tit.*652. *nu.*2. quo tempore vixerit; præfati Authores non referunt.

ANTONIVS PARVVS Bononiēſis Theologus profundus, ac Prædicator illuſtris edidit:

Volumen Sermonū Quadrageſimaliū.

Sermones Dominicales per annum.

Sermones de Sanctis.

Leander *lib.*4. Plodius *par.*2. *lib.*2.

Anno 1403.

NANONIMVS reliquit Hiſtoriam manuſcriptam, concinnatam

natam ante annos 200. quæ eſt S. Dominici Realis Toletani. Ex Caſtillo *in præfatione Chronicorum*.

MAXIMINVS SALERNITANVS Regnicola Sanctæ Catharinæ Senenſi familiariſſimus, vir fuit ſanctiſſimæ vitæ, quem Beatum nuncupat Lombardellus, ſcripſit Venetijs:

Compendiosè vitam eiuſdem Sanctiſſimæ Virginis Catharinæ, quam in tres diſtribuit partes;

Floruit his temporibus.

Gregorius Lombardellus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Vallus *de vir. illuſtr. Ord. Præd. Prouinciæ Regni par.* 2.

Anno 1404.

ANTONIVS de AZARIO Natione Italus, Patria Parmenſis, Magiſter in Theologia, vir opinione doctrinæ celebris, inculpatæque vitæ homo, nec triuialis Diuini Verbi proclamator. Inter alia egregia opera, quibus ſuæ eruditionis teſtimonium manifeſtiſſimè tulit, edidit:

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Quædam fragmenta Hiſtoriarum, quæ reperiuntur in noſtro Conuentu Foroliuienſi.

Claruit ſub hunc annum. Leander *lib.* 4. Plodius *par.* 2. *lib.* 2. Luſitanus *in Bibl. pag.* 23. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marraccius *in Biblioth. Mariana*.

PETRVS de CANALIBVS Hiſpanus, vir doctiſſimus, inſignis Peripateticus, & Valentinæ Eccleſiæ Lector Canonicus, ſcripſit (vt in *Concert. Præd.* teſtatur Alphonſus Fernandez.)

Tractatum valdè eruditum ſuper Salue Regina.

Claruit circa annum Virginei partus 1404.

Anno 1405.

SOROR PETRONILLA BAVA Monialis Monaſterij S. Margaritæ de Vercellis ſcripſit:

Vitam B. Emiliæ de Bichierijs, de pænitentia S. Dominici, Fundatricis Monaſterij S. Margaritæ extra Muros ex Ciuitate Vercellarum, quæ obijt anno 1314. ætatis ſuæ anno 76. Plodius *p.* 2. *lib.* 1.

Anno 1406.

RAYNERIVS PALEARESI nobilis Senenſis, vir maxima integritate, inter beatos à pluribus computatus. Scripſit:

Breue opuſculum ad laudes S. Catherinæ Senenſis.

Gregorius Lombardellus Senenſis, Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

HERMANVS TARVISANVS peritus Theologus ac in ſacris literis verſatiſsimus edidit *Librum in Cantica, & plura alia.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

PETRVS BRIXIENSIS Lombardus eximiæ ſanctitatis, à pluribus inter beatos Ordinis numeratus poeta maximè cultus, Scripſit:

Carmine latino opus ad laudes S. Catherinæ Senenſis.

Gregorius Lombardellus Senenſis, Plodius *part.* 2. *lib.* 2.

HERMANVS ZITHARVS Colonienſis Germanus S. Theol. Mag. ſcripturiſta, & poeta ſatis venuſtus. Scripſit carmine.

Librum, cui titulus Manuale confeſſariorum.

Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.* 2. *lib.* 2.

PAVLVS ROMANVS vita integerrima, quem inter beatos Ordinis ponunt, Bonifacio IX. à ſacris confeſſionibus. Adeo in ſacra Theologia audiuit, vt eius eruditionem, ac ſanctitatem admirando venerata fuerit Roma. Scripſit:

Librum Concionum.

Item Conciones quaſdam ad laudes S. Catherinæ Senenſis, & alia opuſcula.

Plodius *lib.* 1. *& par.* 2. *lib.* 2. Fontana *de Romana Prou.* Gregorius Lombardellus.

IACOBVS ROMANVS Prouinciæ Tuſciæ doctrina, & alijs dotibus præclariſsimus. Scripſit:

Eruditum librum de Perſecutionibus.

Alium de victorijs.

Item de virtutibus, & de vitijs.

De Regibus Romanorum.

Sermones de tempore, & de Sanctis.

Fernandez, Luſitanus *in Bibliotheca* Plodius *p. 2. lib. 1. & 2.* Taegius *p. 1.* Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

IOANNES de NEAPOLI doctor, & Prædicator celeberrimus, quem Lombardellus inter beatos noſtræ Religionis reponit. Scripſit:

Multas conciones de S. Catharina de Senis, & collegit in librum vnum eiuſdem Sanctæ laudes, ac geſta:

Gregorius Lombardellus, Plodius *p. 2. lib. 2. & 3.* Leander *lib. 4.*

Anno 1407.

ANGELVS de BARIO poſt mortem F. Petri de Auerſa doctiſſimi, & Theologi inſignis noſtri Ordinis Epiſcopi Bitectenſis circa annum 1402. datus eſt in Epiſcopum dictæ Vrbis à Bonifacio IX. Fuit Angelus alumnus eiuſdem Cœnobij Barenſis in Prouincia de Apulia Peucetia, quæ tunc vnita erat cum Prouincia Regni. Fuit hic vir ſcientia, & pietate inſignis. Quieuit in pace Bitecti anno 1407. ſed Barium, vt mandauerat, delatus eſt, & in choro noſtræ Eccleſiæ S. Dominici tumulatus cum hac inſcriptione:

Hic iacet
D. F. Angelus de Bario Epiſcopus Bitectenſis Ordinis Fratrum Prædicatorum 1407.

Ibi, inquam conditus eſt, vt vbi Religionis lac ſuxerat, vſque ad nouiſsimum diem quieſceret eius corpus.

Reliquit poſteris *Conciones de tempore, & de Sanctis.*

Expoſitionem ſuper Epiſtolas Pauli.

Eius meminerunt Vallus de Prouincia Regni *p. 3.* Fontana *p. 1. Theatri cap. 5. tit. 93. num. 2.*

IACOBVS PERVSINVS vir grauis, & profundæ doctrinæ euectus eſt ad Epiſcopatum Narnienſem à Gregorio XII. an. 1407. deinde anno ſequenti deſiderium ſui ouibus relinquendo deceſsit. Scripſit.

Sermones prædicabiles. Fontana *de Prou. Romana,* & Luſitanus.

Anno 1408.

CHRYSOLORA BIZANTINVS affert in Italiam græcas litteras quæ ibi annos 500. dormiuerant, ex hoc prodiere deinde cum Guarino, Victorino, Philadelpho, Ambroſio Monacho, Leonardo Aretino, Cardone, ac alijs quam plures Dominicani. Ex mea Chronologia ad hunc annum 1408.

Anno 1409.

HOc anno Piſanum Concilium Generale pro reddenda pace, ac vnione Catholicæ Eccleſiæ celebratur. Huic interfuere Cardinales viginti ſex, Patriarchæ tres, Archiepiſcopi, & Epiſcopi centum octoginta, Abbates, Monaſteriorumque præfecti trecentum, ac Theologi centum ſeptuaginta. Ex his conſedere ſequentes Dominicani.

I. Cardinalis Io. Dominici Archiepiſcopus Raguſinus, de quo an. 1420.

II. Nicolaus Bonitus Archiepiſc. Arborenſis in Sardinia. Hunc Berutum Abbas Vghellus appellat. Fuit doctiſſimus, & primùm Epiſcopus Taruiſinus ſub Patriarchali Aquileienſi. Deinde à Bonifacio IX. tranſlatus eſt ad Eccleſiam Maſſenſem in Tuſcia 5. Idus Septembris anno 1394. Quam cum annis decem probè rexiſſet, an. 1404. tranſlatus eſt ad Arborenſem Archiepiſcopalem in Sardinia. Plodius *de Pregenie S. P. Dominici in Italia lib. 2. cap. 89.* Vghellus *in Italia Sacra,* & Fontana *in Theatro pluribus locis.*

III. Iulianus de Mileto Epiſcopus Cephaleditanus. Hic vir genere nobilis, doctrina, & pietate illuſtris in minoribus Prior Regius monialium S. Catharinæ de Caſſaro Panormi factus eſt anno 1397. inſtitutus iam fuerat an. 1392. Generalis fidei Cenſor in Regno Siciliæ à Bonifacio IX. Demum cum in Sicilia Prouincialis gereret præfecturam, Cephaleditanus Epiſcopus in eadem inſula ſub Metropolitana Meſſanen. delectus eſt an. 1398. Hanc Eccleſiam optimè dum annis

rexiſſet

rexiſſet duodecim, ſenio confectus in Domino obdormiuit anno 1410. Huius egregia facta recenſet Pyrrhus *in Sicilia Sacra inter Epiſcopos Cephaledit. num. 23.*

IV. Gregorius Maleſardus Epiſcopus Cæſenatenſis in Romandiola ſub Rauennaten. Metropoli. Hic Cæſenatenſis Ciuis S. Theologiæ doctor celebris ab Innocentio VII. ſuæ patriæ Sedis creatus eſt Paſtor 4. nonas Decembris an. 1405. Nouam Cathedralem cum Epiſcopali Palatio conſtruxit. Feltrenſem gentem cum Malateſta diſſidentem rato fœdere ſociauit; & dum maiora pro ſuarum ouium moliretur ſalute, inter mortales deſijt eſſe anno 1419. Plodius *par. 2. lib. 2.* Vghellus *Italia Sacra tom. 2.* & Fontana *in Theatra p. 1. cap. 5. tit. 162. num. 3.*

Petrum Monticellum Epiſc. Comaclenſem lacunoſis in locis ad Adriaticum Mare ſub Pontificijs clauibus adfuiſſe huic Concilio ſcribit Fontana; ſed fallitur; nam hic Comaclenſe Eccleſiam ſuſcepit regendam à Benedicto XI. an. 1304. quam annos 23. ſanctiſſimè rexit, atque interijt an. 1327. qui fuerunt anno 82. ante Piſanum Concilium.

V. Federicus Frezzius de Fulgineo Epiſcopus Fulginatenſis, de quo anno 1416.

VI. Iacobus Arigonus Epiſc. Laudenſis, qui primùm Piſano Concilio interfuit, deinde Conſtantienſi, de quo ibi anno 1414. Arigonus ortus eſt pauper, & vili ſtirpe, quare à puero ſutoriam artem exercuit, vt ſibi quæreret victum puer, vel ex ludo, vel ira, ſtylo puerum alium, vel vulnerauit, vel occidit. Ob timorem, aufugit in templum. Fortuitò illac pertranſijt quidam Gallus, qui admiratus promptitudinem, ſagacitatem, ac pulchritudinem pueri, ei ſuaſit, vt pergeret ſecū in Galliam. Peruenit ergo in Galliam in qua Grammaticam diſcens, Ordinem noſtrum ingreſſus eſt, & profeſſus; & adeo ardenter ſe literis dedit, vt multoties, deficiente olio ei, è cella pergeret ad dormitorium, ibique ſtuderet ad lumen lampadis, quod de more erat in dormitorio. Redijt in Italiam, & creatus fuit Magiſter. Deinde vir doctiſſimus in Capit. Generali Norimbergen. an. 1405. in ſtudio Bononienſi datus eſt Regens. Romam accerſitus renunciatur Epiſcopus.

VII. Antonius Corrarius Venetus, Gregorij XII. Pontificis Max. Nepos de Conuentu SS. Ioannis, & Pauli eiuſdem ciuitatis ab Innocentio Papa VII. 9. Kalend. Iunij anno 1406. Emonienſis, ſeu ciuitatis Nouæ creatur Epiſcopus in Dalmatia ſub Patriarch. Aquileien. deinde ad Cenetenſem Eccleſiam etiam in Dalmatia ſub eadem Aquileienſi Patriarchali tranſlatus fuit ab eodem Gregorio XII. cuius erat nepos. Hoc anno 1409. Patrui partes Antonius in Piſano concilio ſuſcepit, ac pro viribus defenſauit. Sed cum idem Pontifex Maximus in Sacro Concilio fuiſſet à Sede Apoſtolica deturbatus, ipſe ad Alexandri Quinti veri Pontificis Maximi ſedis Epiſcopatum dimiſit, qui iterum illum in eandem dignitatem reſtituit. At Alexandro morte præuento, expeditæ poſtea literæ Apoſtolicæ fuere hac de re à Io. XXIII. E viuis exceſſit anno 1445. Eccleſiam Cathedralem ornauit, & duas conſtruxit turres fortiſſimas à fundamentis in Caſtro S. Martini contra hoſtium incurſiones. Iacet in Eccleſia noſtra SS. Io. & Pauli Venetijs, quam ipſe conſecrauerat anno 1430. Vghellus *tom. 5. Ital. Sacr.* & Fontana *in Theatro parte 1. cap. 5. tit. 156. num. 3.*

Adijt & inter illos Magiſter Generalis Ord. Thomas de Firmo cum pluribus alijs filijs ſuis viris præſtantiſſimis, videlicet cum magiſtris Simone de Piſis Regente in conuentu Florentino, Michaele de Florentia Vicario nationis Tuſciæ, Iacobo de Piſis Leonardo de Florentia. Andrea de Prouincia Poloniæ Regente Cracouienſi. Ardizono de Padua Priore Patauino, & Vicario Generali Prouinciæ S. Dominici, qui omnes zelo Dei cum Patribus Concilij freti, vt in Catholica Eccleſia vnum ouile & vnus paſtor fieret, inſudarunt, Abbas Ferdinandus Vghellus *in Italia Sacra*.

Inter cœteros verò, qui pro hac

vnione

vnione facienda laborauere, fuit noſter Card. Io. Dominici, qui cum Prioris onus in Conuentu Florentino S. Mariæ Nouellæ ſuſtineret, à Florentina Republica ad Gregorium XII. ad vnionem, & pacem Eccleſiæ vniuerſali reddēdam Orator miſſus, Spiritu æterni Patris per os eius loquente, eundem ad ſummum Eccleſiæ regimen deponendum diſpoſuit. Summus Pontifex tanti Oratoris pietatem, zelum, dicendique facundiam admiratus, Archiepiſcopum Raguſinum primò, moxque S. R. E. Cardinalem Tit. S. Sixti illum creauit 4. nonas Iunij anno 1408. de quo anno 1420.

Electione igitur Alexandri V. ſubſequuta, ipſoque poſt decem menſes defuncto, electoque Balthaſare Coſſa, qui Ioan. XXIII. ſibi nomen aſſumpſit, à ſexdecim Cardinalibus facta eſt maior, quàm vnquam, diuiſio in Eccleſia: nam tres Pontifices Maximi, Benedictus VIII. Antipapa, Gregorius XII. & Ioannes XXIII. nouiter electus inſurrexerunt. Vt verò tantis malis occurreret noſter Card. Io. Dominici, manus miſit ad fortia: nam ſimulato habitu ad Sigiſmundum Imperatorem perrexit, cui ſuaſit, vt ſanctæ vnionis Eccleſiæ negotium pro viribus tandem aliquando ſuſcipere dignaretur; reque optimè diſpoſita, ad Gregorium reuerſus, eum, vt ſe abdicaret Summo Pontificatu, efficaciſſimis rationibus, & precibus ſummis adduxit. Suſcepto igitur itinere, de hoc certiorem Imperatorem proprio ore facturus (tantum negotium alicui fidere, ſummus facinus æſtimabat) in via ab aſſeclis Ioannis XXIII. Pontificis fuſtigatur. Inceptum negotium ad optatum finem vt perduceret ſeruus Chriſti, deuio itinere ad Imperatorem peruenit. Cæſarem itaque, Principem reuera pijſſimum ad Conſtantienſis Concilij collectionem pro Eccleſiæ vnione reddenda, induxit, & inflammauit. Lege anno 1420.

P. F. Franciſcus de Auſtria ab Erneſto Auſtriæ Duce ad hoc concilium directus fuit orator pro vnione Eccleſiæ conſtabilienda. Vghellus *tom. 3. in Archiepiſ. Piſanis ſub num. 65.* & Fontana *in Theatro parte 2. cap. 6. tit. 4. num. 24.*

Anno 1410.

NICOLAVS BAIARDVS, vel BYARTVS Anglus, Sacræ Theologiæ Magiſter, & doctor Oxonienſis, vir pius, ingenioſus, induſtrius, concionator eloquentiſſimus, diſputator ſubtilis, atque in ſacris litteris benè verſatus reliquit.

Sermones varios.

Claruit anno poſt Natiuitatem Chriſti 1410. ex Pitſeo.

REINARDVS de FRONTHOVEN, Germanus, quem virum in diuinis ſcripturis ſtudioſum, & longa exercitatione peritum appellat Trithemius in catalogo illuſtrium virorū, memoriam ſui poſteris commendauit edendo.

Sermones.

Clarebat an. Saluatoris noſtri 1410.

Innumeri ſub hos annos doctrinis enituerunt, qui voce, ac calamo Religionem plurimùm illuſtrarunt. Inter quos non infimum tenet locum Antoninus Bononienſis, de quo Luſitanus in Chronico anno 1400. *fol.* 218.

Ex his etiam fuit Bartholomæus Florentinus Epiſcopus Coronenſis, illuſtris Theologus, & orator eloquentiſſimus, alius (vt accuratè aduertit in Chronico Luſitanus anno 1400. *folio* 219.) à Bartholomæo Lampatio Florentino, de quo infra anno 1466.

BARTHOLOMAEVS MONTVCCIVS Senenſis, nobilis, quem inter Beatos reponit Lombardellus, ſcripſit:

Librum, cui titulus *itinera ſenenſiū, &c. in quibus exponit plura encomia S. Catharinæ Senenſis.*

Gregorius Lombardellus, Plodius *p. 2. lib. 2.*

Fuit Bartholomeus Montuccius à ſacris confeſſionibus etiam S. Catharinæ Senenſi.

Anno 1411.

IOANNES de GENVA vir eruditiſſimus in Liguria à ſacris confeſſionibus, à diſciplinis, à morum probitate illuſtris.

Compoſuit magnam ſummam, quã appellauit *Catholicon*, in quinque partes diuiſam, in prima parte tractat de Orthographia, in ſecunda de Accentu, in tertia de Ethymologia, & diaſyntaſtica. In quarta de figuris. In quinta per alphabetum de orthographia, ethimologia &c. Opus planè mirabile, ſumma lectura, ac eruditione elaboratum, & confectum ex ſactis Biblijs, ex Patribus, Poetis, omnibuſque inſignioribus oratoribus recollectum. In folio caractere peruetuſto editum typis. Neſcio autem annum, quo Auctor ipſe floruerit.

Anno 1413.

OCtauo Idus Ianuarij labentis anni 1413. Ioannes XXIII. in Huſſitas conuocat Concilium Romam. Bzouius *Annal. Eccleſ.* Vghellus *Ital. Sacra tom. 3. fol.* 814. Conſule meam Chronologiam anno dicto.

Anno 1414.

BARTHOLOMEVS de BOLSENECH, natione Germanus, Philoſophus, & Theologus acutiſſimus, Leonardo Statij de Datis Generali renunciato, ei Magiſter Sacri Palatij an. 1414. à Ioanne XXIII. ſufficitur. Fuit vir quidem inter homines ſui temporis vnicè doctus, eloquentia, litteris humanioribus, doctrina ſana, & alijs animi dotibus exornatus. Breue tempus in hoc Magiſterio vixit. Reliquit *Bibliothecæ* ... *Librum rarum, & pulcherrimum de materijs theologicis, quem inſcripſit.*

De viro completo.

Item diffuſiſſima, & ſubtilia commentaria ſuper quatuor libros ſententiarum. Fernandez, Plodius *p. 2. lib. 2.* Lucarinus, Olmeda *in vita Leonardi Dati Mag. Ord.* & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. num. 26.* Falsò per aliàs eruditiſſimus noſter Caſtillus *cent. 1. lib. 3. cap.* 57. refert Bolſeneeh circa annum 1301. floruiſſe, & Plodius, & Luſitanus *cum alijs p. 2. lib. 1. circa an.* 1312.

THOMAS FIRMANVS Picenus Italus Magiſter doctus, ac prudens eligitur Generalis Vdine 1401. Obijt Genuæ 1414. ſcripſit:

De origine pœnitentiæ S. P. Noſtri Dominici.

Leander, S. Antoninus *3. p. hiſt. tit. 23:* Ludouicus Panormitanus *in Chronol.* Hieronymus Burſellus, Luſit. *Chron.* Seraphinus Ractius, Taegius *p.* 5. Iacobus Suſatus, & Plodius *p. 2. lib. 2.*

TANCREDVS TANCREDI Senenſis alter à B. Tancredo Tancredi, de quo an. 1241. vir doctus, & pius, quem Beatum appellat Gregorius Lõbardellus, compoſuit orationem elegantiſſimam.

De laudibus S. Catharinæ Senenſis.

Flornit circa hæc tempora.

Gregorius Lombardellus, Plodius *p. 2. lib. 2.*

Hoc anno incipit celebrari Concilium Conſtanſienſe. In hoc interfuerunt multi ex noſtris, inter quos fuit P. F. Iacobus de Balardis, Laudenſis ex Prouincia Lombardiæ, & dudum Bononienſis ſtudij Regens, quem de Arigonijs alij nuncupant, vir doctiſſimus. Hic cum eſſet eximiæ famæ Theologus, fuit ad Magiſterium ſacri Palatij promotus. Hoc Magiſterium, optimi, & docti viri ſibi nomine acquiſito, exercuit. A Gregorio XII. deinde ſuæ patriæ Epiſcopus creatur die 26. Februarij anno 1407. Alij dicunt ab Alexandro V. an. 1409. deinde Tergeſtinus Antiſtes 4. Kal. Ianuarij anno 1417. ex quo deinde aſſumptus eſt à Martino V. ad Eccleſiam Vrbinatem 3. Id. Decembris anno MCDXXIV. ibidem tranſiuit ad ſuperos die 12. Septembris anno 1434. Lucarinus Epiſcopus Ciuitatis Plebis in aduotationibus ad indicem lib. prohib. quæ M. S. in Vaticana Biblioth. aſſeruantur. Vghellus *tom. 4. & 5.* Fontana *p. 1. c. 4. tit. 115. num. 3. & p. 2. c. 5. num.* 24. Hic (vt dixi) Piſano Concilio interfuit annò 1409. in quo Alexander Pa-

V pa

pa V. fuit electus, cuius partes, eidem ſemper acceptiſſimus, defenſauit.

In Conſtantienſi Concil. an. 1414. inchoato, ſeſſione 21. contra Hieronymum de Praga hæreſiarcham perorauit, cuius orationem tranſcripſit Cochlæus *lib. 3. hiſtor. Huſſitarum*. Ioannem XXIII. in eodem Concilio à ſummo Pontificatu depoſitum, duorum menſium hoſpitio munificentiſſimè, cum Conſtantiam à Patribus Concilij ad dicendam ſuā cauſam vocatus fuiſſet, recepit. Iacobi ſententia in Concilio pro oraculo à cunctis habebatur, tantam de illo exiſtimationem Concilij Patres conceperant. Lucarinus *in Adnotat. ad indicem lib. prohib.* Vghellus *Ital. ſacra tom. 4. in Epiſ.* Landenſ. Fontana *in Theatro p. 2. c. 3. tit.* 8. Luſit. *Chron.* Leander, Taegius, Razzius, & Plodius *in Appendice*.

2. Interfuit in eodem Concilio Conſtantien. F. Antonius Ponticorona Panormitanus, qui fuit generis claritate, diſciplinarumque omnium corona redimitus, S. Theologiæ Magiſter doctiſſimus, eccleſiaſtes eximius, Prior Prouincialis Siciliæ, fidei quæſitor in eodem Regno, ac Ferdinandi I. Regis confeſſarius, à quo miſſus eſt ad Concilium Conſtantienſe: Pyrrhus dicit miſſum fuiſſe ab Alfonſo filio Ferdinandi I. Aragonenſis. Antonius Epiſcopus Cephaleden. miſſam de Spiritu Sancto deuotè cantauit *in ſeſſ.* 30. die Mercurij 10. menſis Martij in Concilio in maiori EccleſiaConſtantienſi ſolemniter. Pyrrhus *in Sicilia ſac.* A Martino V. ad petitionem eiuſdem Regis creatus eſt circa hunc annum 1414. Epiſcopus Cephaleditanus in Sicilia ſub Metropolitan. Meſſanen. Anno verò 1445. ab Eugenio Papa IV. tranſlatus eſt ad Eccleſiam Agrigentinam. Vixit vſque ad annū 145 . Pyrrhus *in Sicilia ſacra*, Plodius *p. 2. lib. 3.* Fontana *in Theatro Domin. p. 2. c. 5. tit. 12 num.* 4.

3. Interfuit F. Martinus Porè ex Senonenſi Conuentu; Erat hic nobilis Pariſienſis doctor, Io: Duci Burgundiæ, Flandriæ &c. à ſacris confeſſionibus, à quo ad Conſtantienſe Concilium Orator directus eſt. Vt verò Patres Conſtantienſis Concilij diu optatam Eccleſiæ Catholicæ vnionē ad finem perducerent, quatuor ex diuerſis nationibus hominauere Epiſcopos, quos eiuſdem Concilij Legatos, ac procuratores ad Ioannem XXIII. cum præſcripta formula renunciandi Papatui miſerunt. Inter hos enituit præſtantiſſimus, ac doctiſſimus vir P. F. Martinus Porreus Atrebatenſis Epiſcopus Ord. noſtri, qui ambone conſcenſo, eandem formulam coram Cōcilio alta voce legit, quæ fuit à ſacris Patribus approbata. Perrexere igitur Concilij Legati ad Ioannem, qui illam ſubſcribere renuit. Quare à Concilio citatus, & non comparens, Friburgi ſub cuſtodia detentus, coactus Papatui ceſſit anno 1415. Taeg. *in Monument. Ord.* Spondanus *in Annal. ad an.* 1415. *n.* 14. & Font. *in Theatro p. 2. c. 3. tit. 2. n.* 1.

Creatus fuerat Martinus à Gregorio XII. anno 1408. Epiſcopus Atrebatenſis, quæ ciuitas Metropolis eſt Arteſiæ. Tandem in pace quieuit die 6. Septemb. 1426. in ſua Eccleſia conditus. Gall. Chriſtiana *tom.* 2. Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit.* 62.

4. Interfuit ex Vincentio Baronio F. Dominicus de Florentia ex prouincia Romana, cuius aliquando fuerat Prior Prouincialis. Hic cum fuiſſet Clementi VII. Pſeudopont. à ſacris confeſſionibus, ex Albinenſi Eccleſia tranſlatus, creatus fuit Archiepiſcopus Toloſanus. Huic Eccleſiæ præfuit ab anno 1412. vſque ad annum 1421. quo ex hac luce migrauit ad Chriſtum 17. Maij, de quo Gallia Chriſtiana *tom.* 1. Fontana *in Theatro p. 1. cap. 4. tit.* 104. *num.* 3. Grauina *de Sacro Depoſito cap.* 22. *num.* 8. & Fernandez *an.* 1414.

5. Adfuit Petrus de Ripa Tranſona Archiepiſcopus Corinthienſis in Romania, Firmani Conuentus alumnus, vir acris ingenij, & doctrina ſpectabilis, maximus morum cenſor, prædicatorque gratioſus, & hoſtis acerrimus Pſeudopōtificis Benedicti XIII. populos enim ab eiuſdem obedientia reuocare infracto animo nunquam deſtitit. Hic Petrus dè Ripa Tranſona cum F. Dominico Florentino Archiepiſ. Toloſano maximè in Ioannis Vuicleff

cleff articulis confutandis ſtrenuam operam nauauerunt. Fernandez *in Concert. Præd. ad annum* 1414. Ioannes Garzo Bononienſis *libro de Rebus Ripanis* Petrum appellat virum maximæ eloquentiæ, qui fuit maximus morum cenſor. Huius meminere Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Vghellus *inter Firmanos Archiepiſ. num.* 5 t. & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 4. *tit.* 33 *num.* 5.

6. Conradus Exienhurſt Epiſcopus Arben. in Sclauonia ſub Metropolit. Iadren. creatus à Io: XXIII. anno 1412. 4. Kalend. Nouemb. *ex lib. Promiſ. Prælat. eiuſdem Summi Pontificis*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 47. *n.* 1.

7. Simon de Tomacis ex Prouincia Lombardiæ cum Prioris præfecturam in Ianuenſi conuentu exerceret, à Io: XXIII. Brugnatenſis Eccleſiæ in Liguria ſub Ianuenſi Metropolitana, regimine 7. Id. Aprilis an. 1412. decoratur. In hac Eccleſia ſex annis peractis, obiuit an. 1418. Taeg. *in Monum. Ord.* Vghellus *tom.* 4. *Ital. ſacr.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 17. *nu.* 2.

8. Antonius de Caturcis Epiſc. Caprulenſis in Veneta ora inſulari ſub Patriarchali Venetiarum creatus fuit à Io: XXIII. Kal. Octobris 1412. qui cum boni Paſtoris fama annos decem, & nouem rexiſſet Eccleſiam ſuam, an. 1431. deceſſit. Vghellus *tom.* 5. *Ital. ſacra*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 135. *num.* 1.

9. Garſias à Caſtronunno Hiſpanus Taurenſis cænobij alumnus Caurienſis Epiſcopus in Extremadura ſub Metropol. Tolet. creatur circa annum 1400. Fuit Reginæ Catharinæ, & Io: II. confeſſarius. Turrim in palatio Epiſcopali conſtruxit; & poſt plurima Eccleſiæ ſuæ collata beneficia, obijt an. 1418. ſepultuſque fuit in Taurenſi noſtro Cænobio. Ex Catal. Caurienſ. Epiſcop. apud Vghellum, Fernandez Gil. *in Theatro huius Eccleſiæ*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 156.

10. Antonius Corrarius Epiſc. Cenetenſis, de quo anno 1409. *nu.* 7.

11. Gregorius Maliſardus Epiſc. Cæſenaten. de quo codē an. 1409. *n.* 4.

Guarinum Epiſc. Sagonem. ponit Fontana adfuiſſe quoque huic Concilio: at fallitur: nam hic creatus fuit Epiſcopus Sagonenſis Eccleſiæ in Corſica à Clemente V. 3. Nonas Iulij an. 1306. compleuitque dies ſuns Pariſijs 1323. Vghel & idem Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 503. *num.* 2.

Neque Petrus Monticellus Epiſc. Comaclen. eadem ratione adducta ad ann. 1409 *nu.* 4.

12. Affuit etiam Thomas Thomaſinus Venetus, Epiſcopus Emouienſis, de quo an. 1423.

13. Gualterus Epiſcopus Inſulanenſis in Calabria ſub S. Seuerinæ Metropoli creatus fuit à Gregorio XII. in locum Petri à Benedicto XIII. Pſeudopontifice intruſi an. 1410. At cum in Piſano Concilio Gregorius ſummo Eccleſiæ catholicæ regimine priuatus fuiſſet, Gualteri electio vacillauit, donec à Io: XXIII. idibus Ianuarij, ann. 1413. iterum huius Eccleſiæ renunciatus eſt Paſtor. *vt ex lib. promis Prælat. eiuſdem Pont. colligitur.* Sedit poſtea omni laude digniſſimus Paſtor pluribus annis in Eccleſia ſua pacificè, in qua tandem in Domino obdormiuit. Vghellus *tom.* 9. *Ital. Sacra*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 300. *num.* 1.

14. Franciſcus Seruandi Florentinus, quem de Blondis vocant Fernandez, & Plodius, Arbenſis Epiſcopus in Dalmatia ſub Metropolit. Iadrenſi à Martino V. creatus eſt, præfuitque huic Eccleſiæ vſque ad annum 1428. quo ab eodem ſummo Pontifice 7. Kalend. Martij ad Iuſtinopolitanā ſedē in Iſtria ſub Patriarchali Aquileia translatus eſt, in qua viginti annos reſedit, atque deceſſit anno 1448. de quo noſter Olmeda *in vita Magiſtri Ordinis Bartholomæi Texerij: Frater Franciſcus Seruandi, & ipſe Florentinus ſocius quondam, Comeſque Ioannis Dominici Cardinalis, vir vndequaque clarus, apud Iuſtinopolim ibidem Epiſcopus moritur, & ſepultus cum tanto fletu illius Ciuitatis, quod ſi in qualibet domo iacuiſſet defunctus, vix æquari potuiſſet planctui Populi illius; nec immeritò quidem, cum benigniſſimus, ſolertiſſimuſque totius Patriæ Pater fuerit. Quotidie eleemoſynis, & orationibus vacans, Eccleſiam, quam paſcendam ſuſcepit, quaſi de nihilo*

ad feliciſſimum ſtatum perduxit. Vghellus *tom. 5. Ital. Sacra*, & Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 47. nu. 2. & tit. 307. nu. 2.*

15. Federicus Frezius Epiſc. Fulginaten. qui die 3. Ianuarij an. 1416. *ſeſſioni* 20. ſubſcripſit, & in eodem Concilio extremum clauſit diem, de quo anno 1416.

Copioſa quoque, ac nobilis Theologorum corona ex noſtris Prædicatoribus in eodem Sacro Concilio emicuit, inter quos numerantur P. F. Ludouicus Valliſoletanus, Ioannis II Regis Caſtillæ confeſſarius, atque pro eodē ad Concilium Orator, qui ſcripſerat: *Vitam B. Alberti Magni*, vt an. 1280. Antonius à Coſta Luſitanus, Ioannes Nucibo Illemus, alijque præſtantiſſimi viri, qui in eadem arena ſtrenuè dimicarunt. Ferrar. *de Rebus Hungar. Prou. Ord. Præd. p. 2. lib. 1. cap.* 45. Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit. 8.*

Interfuit prę alijs noſtris huic Synodo Cardin. Io: Dominici Florentinus Archiep. Raguſinus, de quo an. 1420.

Anno 1415. comparuit Io: Hus Hæreſiarcha citatus à Concilio: quapropter in *ſeſſ.* 15. aſſignati ſunt ei Commiſſarij quatuor, inter quos Princeps eminebat Cardinalis Io: Dominici noſter, vt cauſam illius examinarent, atque in illa vſque ad definitiuam ſententiam procederent incluſiuè. Eodem die fuit facta citatio à Concilio in Hieronymum de Praga, qui acceſſit die 21. poſt Paſcha ad Concilium: Tandem in hæreſi pertinaces, Io: Hus relaxatus fuit brachio ſęculari in *ſeſſ.* 15. habita die 7. Iulij eiuſdem anni, & degradatus publico igni traditus fuit. Eadem pœna anno ſequenti 1416. 2. Kal. Iunij affectus fuit Hieronymus.

Interfuerunt Sacro Concilio Magiſter Generalis Leonardus Statius de Datis Florētinus, quem comitati ſunt Ioannes Conſtantinopolitanus, Nicolaus Iaquerius Flander, Andreas de Piſis, & ex Prouincijs, quæ Benedicti partes ſequebantur, venit ad Cōcilium alter Magiſter Ordinis, Fr. Io: de Podio Nucis cum doctiſſimis Dominicanis, Gallis, Hiſpanis, & alijs, de quibus omnibus in ſuis locis.

Cum procedere decreuiſſent Concilij Patres ad electionem noui Pontificis, vltra Cardinalium vota, determinarunt ſuperaddere aliquos viros præſtantiſſimos ex præcipuis nationibus Orbis Chriſtiani ſelectos, inter quos duo ex Dominicanis delecti ſunt Electores, Fr. Dominicus Florentinus Archiepiſcopus Toloſanus, & Leonardus Statius de Datis Magiſter Generalis Ordinis noſtri, qui cum Io: Dominici Cardinale, in electionis Scrutinio à pluribus vocalibus Pontifice Maximo ſalutato, Summum Eccleſiæ Paſtorem cum alijs Electoribus Othonem Columnam die 11. Nouembris, Martinum V. vocatum erearunt.

Adfuit Andreas de Piſis ex Romana Prouincia inter ſui ſęculi laureatos doctos nemini ſecundus, qui Piſani ConuētusPrior, & Romanę Prouinciæ fuit Prouincialis. In Concilio, Martini V. cum gratiam promeruiſſet, ab illo an. 1424. Sacri Palatij Magiſterio decoratur. Præfuit in hoc munere vſq; ad annum 1429. quo ab eodem Summo Pontifice pridie Kal. Martij Paſtor Sutrinus ſeligitur, tres annos ſua in Eccleſia præfuit; & anno 1431. in Domino obdormiuit. Regeſta Martini V. Monumenta Conuētus Piſani, Vghellus in m. s. & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. num.* 28.

Anno 1415.

FRANCISCVS de RETHSA, ſeu de RETZA, Germanus magnus ſui temporis Theologus, ſacræ paginæ diſciplina eximiè excultus, & deuotiſſimo ad Beatiſſimam Virginem affectu inſigniter nobilitatus. Hic legendo in Viennenſi Auſtriæ vniuerſitate Prouerbia Salomonis publicè duodecim annorum ſpatio interpretatus eſt illud thema ſemper reiterando: *Primi, & puriſſimi fructus eius cap. 3. 6. 14.* & ad Beatiſſimam Virginem omnium cum maxima audientium voluptate illud ſemper applicando, de quo multa volumina pulchra, & magna compoſuit. Scripſit præterea:

In Salue Regina tria ingentia volumina, quorum Autographum ex Colo-

Ionienſi Bibliotheca deſcriptum, extare Antuerpiæ apud Dominicanos, refert Hyacinthus Coquetius *in lib. de Viſceribus Maternis B. Virginis erga Ordinem Prædicatorum cap.24.*

Claruit circa annum nati Saluatoris 1415. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marrac. *in Biblioth. Mar.* Luſitanus *in Bibl.* & Plodius *p.2.lib.3.*

Hic fuit vnus ex illis, qui ſanctam regularem obſeruantiam iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorem inſtituit in Germania. Socij verò fuerunt Conradus de Groſſis Prutenus mirabilium magnalium patrator, qui primus omnium extitit, qui in Prouincia Theutoniç in Conuentu Columbarienſi Baſilienſis Diæceſis triginta circiter Fratribus congregatis, Regularem Obſeruantiam reparauit. De quo Bonifacius Papa IX. in Bulla, quæ incipit:

Apoſtolicæ Sedis Benignitas. Ioannes Nider, de quo anno 1435. Item Iacobus de Aſſendſa, & Iacobus Stubach, de quibus Fontana *de Reformat. Ord.*

Anno 1416.

FEDERICVS FREZZIVS de Fulgineo ex Prouincia Romana vir tàm in humanioribus, quàm in ſacris litteris verſatus, Poeſi operam dedit, & amæniores coluit muſas. In ſua Prouincia cum Prioris Prouincialis officio fungeretur, die 17. Octobris anno 1403. à Bonifacio IX. Epiſcopus Eccleſiæ Fulginatenſis in Vmbria Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectæ primò anno 1409. creatur. Piſano Concilio, deinde Conſtantienſi pro pace Eccleſiæ Catholicæ reddenda interfuit. Die 3. Ianuarij anno 1416. vigeſimæ ſeſſioni ſubſcripſit; & paulo poſt in eodem Concilio raptus eſt è mortalibus. Carminibus feliciter panxit opus inſcriptum:

Quatriregium.

Plodius *p.2. lib.4.* Vghellus *tom.1. Ital. Sacra, nu. 5. Arch. Ord.* Fontana *in Theatro p.1. cap.5. tit.251. nu.2.* Leander, qui malè dicit floruiſſe an. 1519. in quem errorem impegit etiam Plod.

Anno 1417.

BARTHOLOMAEVS DOMINICI Senenſis Religioſus fuit miræ perfectionis, cum quo Seraphica Virgo S. Catharina Senenſis dulcia cæleſtium arcanorum colloquia frequentabat. Regularis Obſeruantiæ vnus ex primis promotoribus in tota Italia fuit cum FF. Thoma Senenſe, B. Ioanne Dominici Florentino, qui fuit poſtea Cardinalis, cum B. Marcolino Foroliuienſi, & alijs. Quare B. Raymundi de Capua Magiſtri Generalis gratiam promeruit, à quo inſtitutus fuit Ordinis Procurator. In Bononienſi ſtudio

Libros ſententiarum abſoluit. Edidit:

Librum de principio Tertij Ordinis S. Dominici.

Tandem Coronenſis Epiſcopus in Græcia ſub Metrop. Corinthien. creatur. Poſt aliquot annos Arimini diem clauſit extremum 3. Iulij 1417. ætatis ſuæ 72. Vgurgerius *in monumen. P. P. Theolog. Colleg. Senen.* Fontana *in Theatro 1.p.cap. 5. tit. 201. nu.2. & de Prouincia Romana cap. 6.* Plodius *p.2. lib.2.* Luſitanus *in Biblioth. fol.42.*

ANGELVS BONONIENSIS vir celebris, & eruditus, acutus, & in diſputando mirabilis, in qualibet ſcientia verſatiſſimus, Epiſcopus Florentinus; Scripſit:

Super Libros ſententiarum.

Martinus V. deinde erexit Eccleſiam Florentinam in Archiepiſcopatum. Seraphinus Ractius, Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *de Viris Ill. p.2. lib.3.*

Hoc anno electus in Summum Pontificem, Martinus V. die S. Martini, reddidit tranquillitatem Eccleſiæ, & finẽ impoſuit Schiſmati: quare P. F. Ioannes de Podio in Cathalonia nobili ſanguine ortus, obedientiam præſtitit, cum ſuis Prouincijs P. Fratri Leonardo Dato Florentino vero, ac legitimo Ordinis Generali Magiſtro. In Concilio igitur Conſtantienſi Io: de Podio Nucis ceſſit ſupremo Ordinis Magiſterio, quem Martinus V. ſibi in confeſſarium ſtatim elegit, Epiſcopum Catanenſem creauit, & illi iniunxit, vt orationem in diſſolutione eiuſdem

Con-

Cōcilij ad illius Patres haberet, quod & præſtitit, aſſumpto pro Themate Verba Ioannis 16. *Vos nunc triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.* Et tandem Pontificatus ſui anno ſecundo Apoſtolicum Nuncium in Siciliam eundem legauit, anno ſcilicet Chriſti 1419. Cum verò eius prudentia, atque in agendis dexteritas maxima Alphonſo I. Aragonum, ac Siculorum Regi benè innotuiſſent, ab eodem Siciliæ Prorex anno 1421. conſtituitur, rexitque Regnum annis tribus. Obijt circa annum 1428. *Ex Regeſt. Martini V.* Olmeda *in Vita B. Raymundi Capuani Mag. Ord.* Pyrr. *Sicilia Sacra lib. 3.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 5 1. nu. 3. & p. 2. c. 2. tit. 2. n. 28.*

Ioi de Podio Nucis electus fuerat Pſeudo Magiſter Ordinis à Prouincijs, quæ Benedicti partes ſequebantur. Venit igitur hic Theologus celeberrimus ad Concilium, nobili Fratrum Gallorum, atque Hiſpanorum corona ſociatus, quorum doctrina, & ſanctitas morum maximo decori in illa S. Synodo Ordini S. Dominici attulere; inter quos ita Ioannis ſcientia micuit, vt electi Martini V. ſingularem beneuolentiam promerens, Catanenſi Eccleſiæ (vt diximus) datus fuerit in Epiſcopum, & illum in proprium confeſſarium Summus Pontifex elegerit. Lege Bzouium *in Annalib. ad ann. 1416.* Plodium *de Viris Ill. p. 2. lib. 2.* Extat Epiſtola S. Vincentij Ferrerij ad hunc Generalem apud eundem Plodium.

Anno 1418.

IOANNES CAPREOLI ex oppido Ratinenſi diœceſis Toloſanæ oriundus, vir doctiſſimus, & Princeps Thomiſtarum, egregius, & acerrimus S. Thomæ doctrinæ defenſor, & propugnator, memoria tenaciſſima, & arca ſcientiarum. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum in defenſionem doctrinæ S. Thomæ ita egregiè, ſubtiliter, profundè, ac copioſè, vt meruerit appellari exinde Princeps Thomiſtarum. In his enim S. Thomæ doctrinam ex ipſius Sancti Doctoris ſcriptis explicat, & obiectiones eorum, qui illum impugnarunt, optimè diſſoluit, egregieque Thomiſticam ſcholam tuetur. Venetijs 1484. & 1514. edita. Scripſit etiam:

Quoſdam Sermones ſuper Metaphyſicam, & alia multa, quæ accenſo maximo igne, & combuſta eius cella, perierunt quoq; & ſcripta tanti doctoris.

Clarebat hoc anno 1418. At Trithemio *anno* 1415. Antonio Senenſi 1424. Bellarmino 1410. Matthias Aquarius, Luſitanus *in Bibl.* Seraphinus Ractins, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 3.* Miræus *in Auctario cap.* 457. Philippus Labbe *de Scrips. Eccleſ.* Ego puto peruениſſe ad an. 1431. nam interfuit Cōcilio Baſileenſi.

De Ioanne hoc elogium concinnaui.

IOANNES CAPREOLVS

Princeps Thomiſtarum.

ELOGIVM.

A. Eſto tu Princeps noſter:
Iuſtè non potes hanc recuſare pro- (uinciam;
Frater es noſter, domeſticus Patris (noſtri.
Precibus acquieſce.
Veſtimentum habes polymitum;
Hoc eſt,
Variorum colorum doctrinas.
B. Ruina, quam nobis Aureolus, Sco- (tus,
Durandus, Ioannes de Ripa, Henricus,
Guido de Carmelo, Garro, & Adam
Parauerant impugnando Doctorem (noſtrum,
Sub manu tua eſt.
Medicus es celeberrimus,
Et ex vtraque farina
(Philoſophica, Theologica)
Domi tuæ panis redundat.
Ergo
Eſto tu Princeps noſter.
C. Non vna es, ſed ſeptiformis co- (lumna,
Qua Sapientiæ Domus Thomiſticæ,
Ne collabatur, fulcitur.
Verè Ioannes:
D. Niſi tibi aſſiſteret Gratia,
In ſcribendo
Non excederes captum hominis.
Aquila es; nam Ioannes:
Alioquin tam altè
Non perueniſſes ad Solem;

Sic

Sic profundè non attingeres mentem
Thomæ.
Tibi Cognomen indidit Genus,
CAPREOLVS:
Natura dedit euentum: ſed Gratia
complementum:
Caprea es, acutiſſimo polles viſu:
Hinc in S. Thomæ doctrina
Nihil tibi fuit occultum.
In hoc non caprea,
Quòd inſtar venarici canis
Lupos inſectaris Eccleſiæ.
Conuentus tuus Toloſæ
Diui Thomæ corpus cuſtodit,
Tu eius intelligentiam.
Toloſam
Ex Foſſa noua Campaniæ corpus
Translatum eſt:
Spiritus in te Toloſanum è cœlis.
In doctrinis
Tanti facio te, quanti Thomam:
E. Quia ſi reſpondes, ſi probas,
Non loquitur, niſi Thomas.
In cœlo Dominicano
Vos planè gemini Soles,
F. (Parheliam dixerim melius)
At cum dicto:
ALTER, & IDEM.
G. Rectiùs te Mercurium vocauiſſem:
Nam ſemper
Solis ſtas ſub radijs Thomæ.
Niſi quòd ille verſatilis eſt natura,
Tu Angelica conſtantiſſimus in do-
(ctrina.
Solem Thomas habet in pectore, vbi
Tu in capite, in quo ſenſus. (cor:
Ex Foſſa noua Toloſam
Diuina Prouidentia
Translatus eſt Sanctus Doctor:
Venit ad tua,
Vt tu Toloſanus defenderes,
Tu reſponderes pro illo.
Verè Aquila, & Ioannes:
Peracutè nam introſpicis Solem
(Thomam.
Angelicus, quòd Præceptor,
Religioni præit in diſciplinis;
Tu ſequeris præcedentem;
Principem te ſequentem
In Schola
Subſequitur totus Ordo.
H. Sol Thomas;
Tu ſpeculum pellucidum vnum,
Alterum Caietanus,
E quibus ad nos ſolare
Reflectirur lumen Thomæ.
Thomas, Phœnix ingeniorum,
In perpetuum reuicturus
Toloſæ habuit pyram.
Ex hoc funere felix Phœnix
Noſtris Scholis
Tu renaſceris immortalis.
Adeò Angelico es addictus,
Vt alia loqui lingua, quàm eius,
Grande facinus reputares.
Ferrea ad pertrahenda ingenia
Magnes es admirabilis:
At Thomas eſt polus tuus.
Ad hanc, (ſuram.
Quocumque pergas, verteris Cyno-
Si Solem dixerint Thomam,
Helitropium tu diceris.
At veriùs quoq; te appellauero Solẽ,
Etenim (doctrinæ
Tuam ad ſplendidiſſimam ſphæram
(Aquilæ inſtar pullorum)
Thomæ diſcipuli, legitimi experimur.
Schola Thomæ eſt ſapientiæ mater
Nutrix tu Sapientum.
Præter Sententias
Reliqua ſcripta tua combuſta ſunt;
Illæ, præter Phyſicas diſciplinas, ſat
(erant
Ad Eccleſiam ſuſtentandam.
I. Et reuera (vt Sybillina) hoc opus
Tanti emeret noſtra Schola,
Quanti fuiſſent & alia licitati.
Fidei conſulendo
Dominicus iecit Toloſæ
Prima Ordinis fundamenta:
Tu ſacræ Theologiæ, ibidem
Cathedras inſtruxiſti.
Vterque Toloſæ igitur reparaſtis
Eccleſiam ille, tu Aquinatis doctri-
(nam.
In ſcriptis tuis vmbram conſpicio nul-
(lam
Tibi Toloſano Toloſæ
Sol illucet perpendiculariter, Thomas.
Hactenus de ſcientia:
Quid dicam de ſanctitate?
Exactus diſcipulus Thomæ;
At exactior proles Dominici.
K. Lector, ſi ſuperlationes has eſſe
(credis,
L. Capreolum non legiſti, & vitam
(eius ignoras.

SCHO-

SCHOLION.

A. Iſaiæ *c.3. Apprehendet enim vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui: Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hæc ſub manu tua. Reſpondebit in die illa, dicens: non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis.*

B. Sic ipſe *q.* 1. *Prolog. Sentent. Obiectiones verò Aureoli, Scoti, Durandi, Iohannis de Ripa, Henrici, Guidonis de Carmelo, Garronis, Adam, & aliorum S. Thomam impugnantium propono locis ſuis adducere, & ſoluere per dicta Sancti Thomæ.*

C. *Prou. cap.9. a.1. Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.*

D. Ioannes, hebraicè, gratioſus, pius, miſericors.

E. Capreolus in hoc excelluit; quia omnibus argumentis reſpondet per verba, ſeu dicta S. Doctoris.

F. Parelij ſunt Solis imagines in aliqua nube expreſſæ, quæ (vt diximus in Meteoris) traductæ ad nos plures Soles videmur aſpicere. Lege ibidem, Io. de S. Thoma *tract. 4. cap. 3.* B. Albertum Magnum, Conimbricenſes, & alios,

G. Mercurius ſecundum Aſtrologos verſatilis eſt naturæ, ac anceps: aliquando propter vicinitatem ad Solem exiccat, cum verò eſt proximus Lunæ, vel terræ, humectat. Imitatur præterea cæterarum erraticarum qualitates, dum eis aſſociatur. A Sole tandem numquam plus XXVIII. partibus quit recedere. Vide Maginum Iſagog. *tract. 1. c. 4. & meum Introduct. Aſtrol.*

H. Vt Solem aſpiciamus, duobus vtimur ſpeculis, alioquin lux illa vehementiſſima oculos obcæcaret. Proſilit è ſpeculo in ſpeculum, atque iterum reſilit mutuus fulgor: radius enim corpus lucidum, ex quo micat, dum emittitur, non dimittit, atque viciſſim cum reflexo itinere refluit, non euaneſcit, nec friget: ſed replicatus viriliter incaleſcit.

I. Libros Sybillinos Tarquinius Superbus diuina oracula continentes, ſex deuſtis, tris tanti emit, quanti anus licitata fuerat nouem. Sabellicus *l.6. Enneadis* 2. Dionyſius *lib.3.*

K. De ſuperlatione, ſiue Hyperbole vide Quint. *lib.8. cap. 6.* Auctorem ad Herennium *lib.4. tit.50. Ariſtot. 3. Rhetor. cap.* 11. de qua nos fuſius noſtri Sacri Oratoris *lib.3. tract.* 1. *ſect.3. c.* 16. Hyperbole, latinè exceſſus, & ſuperlatio, eſt ementiens ſuperiectio, cuius virtus eſt ex aduerſo pars augendi, ac minuendi. *Aeneid.* 5.

Et fulminis ocyor alis.

Item *Eneid. 7. de Camilla.* (*vel*

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma vola-
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet
ariſtas.

L. Conſule ad annum 1419. noſtram Chronologiam, vbi vita tanti Doctoris ex Matthia Aquario, Luſitano *in Bibliotheca*, Seraphino Ractio, Plodio *de vir. illuſt. p.2. lib.3.* Bellarmin. Labbe, & alijs vberiùs recenſetur.

LAVRENTIVS VERONENSIS eloquentiſſimus concionator. Scripſit

Sermones ſuper decem præcepta.

Sermones in Symbolum Apoſtolicum.

Taegius *p.1.* Plodius *de vir. ill. p.2. l.3.*

Hic non eſt diuerſus à Benedicto Veronenſi, de quo an. 1420. nec Plodius, & Taegius ſui memores ſunt.

SANCTES BESARAM Generalis Inquiſitor in Aragonia erat ann. 1413. quando ſcripſerat:

Eruditum librum in errores Arnaldi de Villanoua. Vixit vſque ad an. 1420. Fernand. *ad annum* 1413. Diagus *lib. 1. cap.13. & lib. 2. cap. 92.* Fontana *in Theatro p.3. c.3. tit. 3.*

Anno 1419.

SANCTISSIMVS PATER B. VINCENTIVS FERRERIVS, Valentinus, Hiſpanus ſui ſæculi Paulus rediuiuus, & vir in primis eximiæ ſciẽtiæ, vitæ ſinceriſſimæ, ac Apoſtolorum gratijs multum ditatus. Hic annos 40. ſpiritu Apoſtolico præditus, ſignis, & prodigijs corruſcans quotidie prædicauit, fecit rem ſacram, & alia opera præclariſſima. A confeſſione fuit Petri Lunæ, qui Clementi ſuccedens in ſchiſmate, Benedicti XIII. nomen ſortitus eſt, Auenioneque ſedit cum curia. Vrbano VI. Pontifice maxi-

maximo, & vero Romæ agente. Aragoniam, Cataloniam, Valentiam, Caſtellam, Apuliam, Britanniam, ſed eam minorem, Allobrogos, Borbonium, Franciam, aliaſque regiones plurimas ſuis concionibus, miraculis, ac ſanctitatis exemplis mirabiliter annorum triginta ſpatio illuſtrauit. Igitur apud omnes ferè nationes Europę, ad quas Euangelij lumen intulit, eximia ſanctitatis, atque eruditionis fama doctrinam miraculis confirmabat: cæcis lumina aperiebantur; claudis gradiendi reſtituebatur facultas, omne genus expellebatur morborum, ad vitam mortuos reuocabat. Quid mirum ſi ſua prædicatione, ac opera pluſquã 25. millia Iudæorum, octo millia Saracenorum ad catholicam fidem conuerterit, & vltra centum millia hominũm perditorũ ad meliorem reduxerit frugem? Linguarum gratiam, vt Apoſtoli, meruit obtinere. Nam prædicans ſuo idiomate cathalano, cuiuſcumque fuiſſet nationis, quod paucis ab Apoſtolorũ temporibus contigit, intelligebatur. Aetatis ſuæ anno 70. migrauit ad Dominum anno 1419. die 5. Aprilis in ciuitate Venetenſi apud Armoricos Britones.

Bellarminus, Antonius Senenſis Luſitanus, Poſſeuinus, & plures alij minus rectè hanc eius ſanctiſſimam mortem aſſignant ann. præterito 1418. Etenim ipſi non ſolent Gallicanum veterem ſupputationem ſequi, quæ annũ à Paſchate inchoabat; ſed Romanam, annum Ianuarijs à Kalendis exordientem. Hoc tempore tamen ſupputatio annorum Romanis, & Gallis eſt indiſcriminatim communis.

Sixtus quoque Senenſis peccauit *in lib. 4. Bibl. Sancta* cum dictum obitum ad annum ſequentem 1420. protraxerit. Fuit in numerum Sanctorum à Calixto III. Papa relatus anno orbis redempti 1455. indictione tertia.

De eo ſcripſerunt S. Antoninus, Ioannes Trithemius, Petrus Ranſanus Siculus, Ferdinandus de Caſtillo, Bellarminus, Antonius Senenſis, Bzouius, Spondanus, Philippus Labbe, cæteriſque omiſſis, Vincentius Iuſtinianus Antiſtius, qui opera eius collegit, ſcholijſque explicata edidit Valentiæ apud Petrum Patricium anno 1591. ex quo multa deſcripſere Poſſeuinus, ac recentiores alij hoc ordine.

Tractatus de vita ſpirituali, ſiue de interiori homine. Sæpius vna editus cũ meditationibus Sanctorum Auguſtini, & Bernardi, & cum Speculo Religioſorum B. noſtri Humberti, & alibi. Magdeburgi anno 1493.

Tractatus conſolatorius in fidei mutationibus.

Epiſtola ad Benedictum XIII. Papam, ſiue Antipapam, cuius meminit Sanctus Antoninus.

Epiſtola ad Ioannem de Podio Nucis noſtri Ordinis Prædicatorum Generalẽ.

Fragmentum Epiſtolæ ad Bonifacium Carthuſianorum Generalem.

Fragmentum Epiſtola ad Ioannem Gerſonem.

Epiſtolæ duæ ad infantem Martinum Petri IV. Aragonum Regis filium, tunc Ducem Segobricenſem, poſtea Regem, ex Lemouicenſi idiomate, quod à tempore Iacobi primi Regis in Regno Valentino erat in vſu, in latinam linguam conuerſæ.

Epiſtola ad Ferdinandum primum Aragoniæ Regem, olim Caſtillæ infantem.

Addit Antiſtius Sanctum Vincentiũ pollicitum quidem fuiſſe infanti Martino ſe conciones ſuas in vnum corpus redactas ipſi cum Epiſtola dedicatoria conſecraturum: verùm neſcire ſe an id poſtea præſtare quiuerit.

Conciones de tempore, ac de ſanctis, quæ tribus voluminibus comprehenſæ circumferuntur ſæpius Lugduni per Ioannem Moylin, alias Carabray anno 1527. in 8. Antuerpiæ, ac Venetijs per Iacobum de Leucero 1406. in 8. excuſæ.

De his ita Labbe, rectè. *Dictæ conciones excuſæ ſub eius nomine, doctrinam quidem illius continent, ab eius diſcipulis curſim exceptæ videntur, vnde, & in eis ipſemet interdum citatur. Nec omittenda eiuſdem Antiſtij clauſula, qua Lectorem obſecrat, ne contemptibili ſermone offenſus, perſuaſibilia humanæ ſapientiæ verba à Pauli diſcipulo flagitet; ſed ſi diuino cupiat amore caleſcere, aut potius vri, ſpiritum, & virtutem perpendat*,

atque in ijs meditandis diligenter incum-bat. hæc ille.

Liber de fine Mundi. Neapoli in 4.

In hoc libro continentur 1. de caſu, ſeu ruina vitæ ſpiritualis 2. de ruina Eccleſiaſticæ dignitatis 3. de ruina fidei Catholicæ, cum prædictione multarum calamitatum 4. de duplici Antichriſti aduentu, ſcilicet puro & mixto.

Huc reſpicere videtur Ioannes Iacobus Friſius Tigurinus in additamentis ad Bibliothecæ Geſneri Simlerianam Epitomen: Vincentij Ordinis Prędicatorum tres terribiles Prophetiæ Danielis Prophetæ, nempe de defectione vitæ ſpiritualis; de diminutione Eccleſiaſticæ dignitatis: de interitu Catholicæ fidei: de aduentu Antichriſti: deque fine Mundi: Germanicè in 4. ann. 1582.

Librum de ſuppoſitionibus.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus Plodius *de viris ill. p. 2. lib. 3.* Sixtus Senenſis *in Bibl. Sancta lib. 4.* Miræus *in Auctuario cap. 451.* Bellarminus *de ſcriptor. Eccleſiaſt.* & Philippus Labbe *ibidem*.

Defuncto Martino Rege Aragonēſi abſque legitimis filijs, D. Vincentius Ferrerius arbiter conſtitutus, Regnum Aragoniæ Infanti Regis Caſtillæ ex iuſtitia adiudicauit.

S. Vincentij Ferrerij præceptor fuit F. Thomas Caruicerius in Regno Cataloniæ, qui ſepultus in Conuentu Illerdenſi, virtutibus, & miraculorum fama nobilitatus magno in pretio habetur. Corpus eius incorruptum adhuc conſeruatur. A Martyrologio Ordinis Prædicatorū reponitur inter Beatos Ordinis confeſſores. Habuit verò innumeros ſui ſimiles diſcipulos, inter quos fuere F. Iofre de Blanes, & Frater Blaſius in Prouincia Aragoniæ, optimi imitatores tanti Magiſtri, qui quaſi transfuſam in ſe pietatem mirificè coluerunt. Reponuntur inter Beatos cōfeſſores Ordinis noſtri à Martyrologio eiuſdem Ordinis.

Mirum verum fuit tam multas regiones potuiſſe vnius hominis paſſibus percurri, quot Vincentius euangelizando peragrauit (Verba ſunt Nicolai à Ieſu Maria Carmelitæ diſcalceati Poloni in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis) *Primum enim in Hiſpania Valentiæ Regnum, Cataloniam, Arragoniam, Nauarram, denique excepta Galitia, & Luſitania, quibus ob certas cauſas abſtinuit, ſingulas Prouincias, ſingulas Vrbes, ſingula fermè oppida obyt. Hinc Galliam ingreſſus, Regnum Occitanum, Delphinatum, Franciam, Burgundiam, Norsmaniam, Prouinciam, Aluerniam, Vaſconiam, Britanniam, & Flandriam ipſam, ac totam Sabaudiam. Poſtea in Italiam deſcendens, Pedemontum, Inſubriam, Liguriam, & omnia eius littora adyt. Poſtremò etiam ad Baleares inſulas nauigauit. Deinde ab Henrico Angliæ Rege humaniſſimis litteris, ac nuncys, & naui ad hoc ipſum miſſa inuitatus, eam primum Inſulam totam, mox Scotiam, poſtremò etiam Hiberniam luſtrauit, & quidem (vt ante dixi) non metropoles tantum, aut maiores ciuitates, ſed vbique villas ipſas, & ignobiles pagos Chriſti exemplo circumiens. Itaque quis præter Deum numerare poſſet, quot ille animas ex vitiorum cœno, & ipſis inferni portis euocauerit? quæ vitia ex totis Ciuitatibus & Prouincijs eradicauerit? Quantam vbique lucem diuinarum rerum reliquerit? Illud quidem conſtat Iudæorum tantum, contra quorum, cum eo tempore abūdaret illius zelus exarſerat, ſupra viginti quinque millia, Saracenorum octo millia ab eo ad Chriſtum adducta fuiſſe, Chriſtianorum verò, qui ſe ad bonam frugem receperunt, pluſquam centum millia. Sed facilius, & certius ſit Prouincias, & Regiones, quam animas numerare, quas ille ad ſalutem reuocauit. Sic enim ſcribitur, quod quocumque is pedem intuliſſet, ſtatim ibi ſequi conſueuiſſe generalem pænitentiam priorum delictorum, generalēq; morum reformationem, aleam, blaſphemias, periuria, aliaque flagitia, imò verò etiam ineptias, & ludos, ita ceſſare ſolitos, vt ne eorum quidem eſſet recordatio. Denique tantum fuiſſe omnium contritionem, religionem, modeſtiam, nec ſolum dum ipſe adeſſet, ſed aliquandiu poſtea, vt priſca illa Apoſtolorum ætas rediyſſe videretur*. Hæc ille.

Declinauerat glorioſiſſimus hic cōfeſſor cum Prouincijs vltramontanis ad Pſeudopontificum partes, tanta enim

enim erat in vero, ac legitimo Pontifice cognoſcendo ambiguitas illo tempore, vt præſtantiſſimi, ac Sanctiſſimi viri, Clementis VII. ac Benedicti XIII. partibus adhærerent. Quapropter S. Vincentius à Benedicto XIII. Sacri Palatij Magiſter delectus, annis pluribus præfecturam illam ſuſtinuit. Cæterum Eccleſiæ vnione in Synodo Conſtantienſi peracta, necnon electo in ſummum Pontificem Martino V. hic Sanctus abdicato à ſe magiſterio Sacri Palatij, non ſemel Petrum de Luna, Benedictum XIII. appellatum, hortatus eſt, vt depoſito ſuo prætenſo Papatu, ad Martini Pontificis Maximi pedes, accederet, & eum vniuerſalem Eccleſiæ Præſulem recognoſceret. Cum verò ſe oleum, & operam perdere animi pependiſſet, in eundem Petrum de Luna priuatis, publiciſque colloquijs, ex ſuggeſtu, & vbique illius pertinaciam increpans, ſententiaſque contra eum à ſacra Synodo latas propalans, declamauit. Doluit de hoc ſupra modum Petrus de Luna, & Ferrerium purpuræ promiſsione allicere, deinde minis perterrefacere conatus eſt: at quidem fruſtra. Nam Vincentius & Ferdinandum Regem Aragonum, necnon Regnum Caſtellæ, ac Legionis ad Pſeudopontificem execrandum; ac Martinum Papam ad venerandum exhortationibus ſuis adduxit. Lucarinus *in Adnotationibus ad Indicem librorum Prohibit.* Fernandez *in Concertat. Prædicat. ad annum* 1415. Plodius *in vita S. Vincentij*, & Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 3. *tit.* 8.

Hoc S. Vincentius præſtitit non ſolum ex ardentiſsimo zelo vnionis Eccleſiæ, verùm & ad inſtantiam Patrum Conſtantienſis Concilij eius ſanctitatis fama, quæ omnium per ora volitabat, allectorum. *Ita in lect. 9. Breuiarij Ord. Præd. Patres quoque Concilij Conſtantienſis plurimum ei detulerunt, honorifica ad eum legatione deſtinata.* Legatio hæc ſuper quædam dubia circa noui Pontificis electionem, vererumque trium abolitionem; necnon vt Benedictum in ſua obedientia XIII. dictum, apud quem confeſſarij, ſacrique Palatij Magiſtri muneribus fungebatur, ad abdicandum à ſe prætenſum Pontificatum, Regemque Aragoniæ ad execrandum eundem Benedictum induceret, verſabatur. Quod Sanctus vir vna cum P. F. Didaco Tamarenſe Regis confeſſario pariter ex ordine noſtro præſtitit fideliſsimè; Adeo enim Rex animum ſuum ad id præſtandum induxit, vt publico decreto vetuerit ſub grauioribus pœnis, ne vllus in poſterum in regnis ſibi ſubiectis Benedicto præſtare obſequium, mandatiſque illius auderet obtemperare: Fernandez *in Concertat. Prædic.* an. 1415. Legantur de hoc Epiſtolæ Petri de Aliaco Cardinalis, & Ioannis Gerſonis Cancellarij Pariſienſis *lib.* 1. *tract.* 22. qui Vincentio gratias referunt de tot laboribus ab eo pro Eccleſia exantlatis, & quòd ſubtraxerit à Benedicti obedienta populos. Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 3.

LAVRENTIVS de VBALDINIS, alijs Laurentius Valdinus dictus Lauterius Florentinus in ſacris ſcripturis oppidò conſumatus, ac Theologus eruditus imitatus Raymundum, de quo an. 1283. ſcripſit:

Contra Iudæos librum dictum Capiſtrum Iudæorum.

Epitome Geſneri. Albertus Venetus, Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 3. Fernandez, & Fontana *de Romana Prou. cap.* 6.

Anno 1420.

IACOBVS DE SVSATO Conuentus Colonienſis, Philoſophiæ, Theologiæ, ac eruditione ſacræ paginæ celeberrimus. Cum ſacro Inquiſitionis officio an. 1415. in Germania fungeretur, infractus propugnator, & validus in hæreticos, in fugandis præſertim ex ſibi creditis populis Vvicleph erroribus plurimùm inſudauit. Scripſit eruditiſſimus vir:

Super quatuor libros ſententiarum ad litteram.

Super librum Sapientiæ volumina duo ſatis magna.

Super Matthæū tria magna volumina.

In Epiſtolas ad Hebræos.

Super Epiſtolam ad Titum duo magna volumina.

In Miſſam, vnum volumen.

Tractatum de Veritate Conceptionis B. Mariæ Virginis.

De origine, & vnitate Eccleſiæ.

Tractatum de hora mortis Chriſti.

Chronicon magnum.

Mappam Mundi.

Ordinauit priuilegia Ordinis noſtri cum defenſione eorumdem.

Collationes breues.

Sermones latinos.

Diſtinctiones breues, & longas pro arte colligendi.

Breue Chronicon Ordinis; ex quo pro maiori parte excerptum eſt Chronicon Breue, quod noſtris Conſtitutionibus eſt annexum. Plodius *de vir illuſtr. Ordinis*, *Martyrologium Dominicanum*, Fernandez ad anno 1415, Fontana *in Theatro p. 3. cap. 3. tit.* 40. Taegius *p.* 1. Luſitanus *in Bibl. pag.* 125. *&* 126.

BENEDICTVS VERONENSIS ex patria ſui cognominis oriundus, vir pietatis, ac doctrinę opinione ſuo tempore celeberrimus, quem in diuinis Scripturis exercitatum, ingenio promptum, & clarum eloquio appellant *in Bibliotheca Prædicatorum* F. Antonius Senenſis Luſitanus, & Marraccius *in Bibliotheca Mariana* præſtitit,

Sermones ſuper decem præcepta.

Sermones de Tempore, de Sanctis, & in orat. Dominicam.

Sermones ſuper Symbolum Apoſtolicũ. Reor eundem eſſe cum Laurentio Veron.

Claruit circa annum Verbi Incarnati 1426. Taegius *parte* 1. Plodius *in Appendice*, Luſitanus *Bibl. pag.* 51.

B. IOANNES DOMINICI Florentinus vir eruditionis eximiæ, miræ facundiæ, prudentiæque pergratæ, in lucem prodijt anno 1340. nomen dedit Dominicanæ Religioni an. 1362. Cum eſſet balbus, & ab ineunte ætate perrudis appareret, adeo poſtea euaſit doctus, & perfectiſſimus concionator, vt alter Paulus communiter haberetur. Refert de illo Caſtillus 2. *p. Chron. lib.* 2. *cap. vltimo* pluries in patria ſua vna die quinque ſermones in diuerſis Eccleſijs cum habuiſſe, fuiſſeque adeo gratioſum, & efficacem, vt Populus Florentinus æquè libentiùs audiret quintum ſermonem, ac libentiſſimè, & maxima eũ voluptate audierat primũ. Cum S. Vincentius Ferrerius Genuæ moraretur, inuitatus, vt prædicatum Florentiam pergeret, abnuit, inquiens: ſe numquam iturum ad illas ciuitates commiſſas F. Ioanni Dominici, cuius doctrina, vitæ ſanctitas, & modeſtia ſatis erant cuique. Fuit pluries in ſua Romana Prouincia Prior, & adhuc Prouincialis. In cœnobio S. Mariæ Nouellæ Florentiæ receptus ad Ordinem, ſacriſque in literis, ac pietate enutritus eſt, licet prius ob linguæ aliquale impedimentum ab eiſdem Patribus Ordinis fuiſſet paſſus repulſam. Erat etiam Florentiæ humili loco natus filius cuiuſdam Dominici, à quo deinceps ſortitus eſt nomen. Tyrunculus ieiunijs, ac diſciplinis macerans corpus, illud ſeruire ſpiritui impellebat. Ad Religionem S. Antoninum, qui fuit Archiepiſcopus Florentinus, recepit. Cum officio Prioris in Sancta Maria Nouella Florentiæ fungeretur, à Florentina Republica ad Gregorium XII. Summum Pontificem pro pace Eccleſiæ reddenda Orator mittitur. Summus Pontifex tanti viri pietatem, ac facundiam admiratus, Archiepiſcopum Raguſinum illum creauit, moxque S.R.E. Cardinalem ſub tit S. Sixti 4. nonas Iunij anno à Virginis partu 1408. quem Cardinalem de Raguſia communiter nuncupabant. Hanc promotionem in deteriorem partem Florentini accipientes, ei in propriam Vrbem regreſſum interdixere. Ab eodem Summo Pontifice Gregorio XII. ad Sigiſmundum Imperatorem pro vnione Eccleſiæ procuranda Legatus mittitur. Hic diſſimulato habitu ad Imperatorem perrexit, cum quo ſancito vnionis Eccleſiæ modo, reuertitur ad Gregorium. Loquente igitur per os eloquentiſſimi Cardinalis Spiritu Sancto, Pontificem tandem, vt ſe ſummo Eccleſiæ regimine abdicaret, induxit. Quod & præſtitit: nam annorum pondere prægrauatus Gregorius eundem Io. Dominici Cardinalem ad Generale Conſtantienſe Concilium Legatum ſuum, & Procuratorem cum facultate renunciandi ſuo nomine deſtinauit. Ad Concilium igitur Cardinalis cum acceſ-

acceſſiſſet, Gregorij ceſſionem iurium omnium, quæ ad Pontificatum habebat, coram Patribus & Imperatore ſolemni ritu perfecit. Deinde ad Patrum pedes proiectus, ſuam Cardinalitiam dignitatem, diù optatæ paci, ac vnioni Eccleſiæ conſulturus, depoſuit. Orationem Ioannes Dominici hanc habuit in Concilio. *Et ſi virtutes omnes, Præſul ampliſſimè, tuque Imperator inuictiſſime, & vos, qui adeſtis omnes, qualis, quantuſque homo ſit, aſtruant, atq; probent; nulla tamen eſt, quæ ita homines prodit, vt fides facit. Et quidem fide ſaluati ſunt omnes, eademq; ſaluantur. Per fidem enim ſancti victoriam ſunt conſequuti, per fidem iuſtitiam operati, perque fidem æternas promiſſiones adepti. Ea verò, quamuis in rebus multis poſita ſit, in nulla tamen re magis, quàm in capitis vnitate conſiſtit. Nam & vna fides, & vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, magiſterque vnus, & legislator exiſtit. Vnum præterea corpus multi ſumus, omneſque vno pane, vnoque calice participamus. Neque verò plures partes inconſutili tunica ſua paſſus eſt fieri Chriſtus; nec cum alia veſtimenta diuiſerint, eam ſcindere, aut diuidere impijs illis conceſſum eſt; ſed illam ſortiri, vt vnius tantùm vſui eſſe poſſit. Spiritu Sancto illis (vt arbitror) inſpirante, quatenus hoc exemplo futuris hominibus ſuaderet ab eius tunicæ ſciſſura, quàm maximè eſſe cauendum. Poſtremò, cum vnica ſit, & incontaminata Virgo mater Eccleſia, vni dumtaxat viro copulanda profectò eſt; quandoquidem Apoſtolo teſte, & virum ipſum vnius eſſe vxoris oportet. Quos autem Deus coniunxit, homo non ſeparet: quæ omnia cum ingenti, ac ſummo deſiderio cuperet noſter ipſe Gregorius, diſtulit tamen in hanc vſque horam, & diem; quòd hominum non cerneret animos, ad eam rem, vt opportunum fuerat, eſſe diſpoſitos. At vbi ex multis ſignis diuina illi voluntas innotuit, pro Eccleſiæ tranquillitate, ac pace, nos ſuos Legatos ad hanc ſanctam Synodum deſtinauit, vt eius nomine in Dei, & Eccleſiæ manibus omnia reponentes, ea diſponatis, & de illius dignitate, & de cæteris omnibus, quæ videantur vniuerſorum conducere ſaluti: Pontificatui ergo, & omni, quod in eo habuiſſet iuri, aut habere potuiſſet, eius nomine liberè cedimus, & ſincerè, ac ſine dolo renunciamus, humilitatis, & operit à Domino præmia præcepturi. Ego quoque qui illius hic Legatus aſſiſto, cum meo iam functus ſim officio, & Cardinalitio pileo, & dignitati à Gregorio mihi collata ſpontè, ac vltrò reſigno.*

His dictis Cardinalitium galerum ad Imperatoris pedes proiecit, & ad locum ſibi debitum inter Archiepiſcopos ſe contulit. Tanti viri factum admirati Imperator, & Patres cuncti, ex vnanimi, omniumque Concilio aſſiſtentium, voto, & Cardinalatus dignitati reſtitutus, & Præſes eiuſdem Synodi, magna ſui, Ordiniſque noſtri gloria delectus fuit. Itaque nihil deinde in ea S. Synodo geſtum fuit; nihilque apud Cæſarem tractabatur, niſi, vbi Io. Dominici, Cardinalis de Raguſio conſilium intercedebat. Fernandez *in Concertat. Prædicat. ad annum* 1414. Leander Albertus, Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit. 8. & alij.*

Hac in nobiliſsima præeminentia perſtitit vſque quo electus fuit in ſummum Pontificem Odo Columna Diac. Cardin. S. Georgij in Velabro die 11. Nouembris anno 1417. qui ſibi Martini nomen ob diem, quo creatus eſt Papa, aſſumpſit. Ioannem Dominici Cardinalem præcipuum Authorem fuiſſe electionis præfatæ, illius temporis Scriptores pleno calamo profitentur. In Concilio Ioannes non ſolum pro extinguendo Pontificum ſchiſmate laborauit; ſed hoc magnum Eccleſiæ ornamentum plurimùm inſudauit, vt Huſsitarum, & VViclef ab Eccleſia eliminaret errores. Præterea pius, & doctiſsimus Pater à Martino V. in Aragoniam, Bohemiam, & Poloniam Legatus in hæreticos deſtinatur. Illic aduerſus hæreſim turpiſsimam Neognoſticorum (eo enim tempore Bohemia Adamitas inſpexit nudos incedentes, & promiſcuos concubitus exercentes, ex Matthia Rege Hungariæ apud Bonfinium 4. Decade *lib.* 2.) egregiè dimicauit. Sed cum argumentis hæretici vinci non paterentur, nec arma Imperatori Sigiſmundo, qui Cardinalem vocauerat, ſuppeditarent, ad

tempus

tempus dimiſsi; mox vt fœnum, velociter exiccati ſunt, & ad nihilum deuenerunt, ſicut aqua decurrens.

Hic Beatus vir ex Italia, Thomas de Senis, Thomas Aiutami Chriſto Piſanus, Hieronymus de Fulgineo, Marcolinus Foroliuienſis, Nicolaus Rauennas, & Robertus Neapolitanus prolapſam obſeruantiam regularem Ordinis noſtri, omni, quo valuere, conatu reſtituerunt. De quibus Fontana de Reformatione Ordinis.

Beati Io. Dominici opera Feſulanus Conuentus noſtri Ordinis fuit conſtructus, in cuius rei memoriam Patres Conuentus ad eius effigiem hoc marmoreum monumentum ibidem erexere. *B. Io. Dominici de Florentia Archipræſul Raguſinus, & Presbyter Card. regularis vitæ in Italia reparator, & Cænobÿ huius fundator.* Animam à Deo electam, & prælectam ad beatas cœli manſiones efflauit, Budæ in Pannonia, cum ibi eſſet Legatus Apoſtolicus anno ſalutiferæ reparationis 1420. die...; Sepultus fuit in noſtro Conuentu Sancti Pauli primi Heremitæ Budæ propè mænia, de quo hæc, & alia S. Antoninus *eius familiaris 3. parte Hiſt. tit. 23. cap. 11.* Antonius Senenſis *in Biblioth.* Alphonſus Fernandez *in Concert. Præd.* Ciaeconius *in eius vita*, Plodius *inter Card. Ord. Ioannes Carolus Florentinus Dominicanus in libro vitarum quorundam Ordinis Fratrum.* Caſtillus *Centur. 2. lib. 2. cap.* Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1408. *numero* 5. Grauina *de Sacro depoſito cap. 22. &* Fontana *in Theatro par. 1. cap. 2. num. 25. & alibi pluries.* A noſtro Martyrologio inter Beatos Confeſſores Ordinis noſtri his verbis reponitur: *F. Ioannes Dominici S. R. E. Cardinalis, excellenti vita perfectione, & multis miraculis claruit. Vir omnium ore egregiè laudatus.* Scripſit;

Super Eccleſiaſten.

Super Cantica Canticorum.

Commentaria in Matthæum.

Commentaria in Epiſtolas Pauli.

Super Magnificat, Almæ Dei Genitricis laudes multa deuotione conſpicuas.

Super primos nouem Pſalmos conciones habitas in Cathedrali Florentina.

De Amore charitatis. Ad moniales noſtri Ordinis Monaſterij Veneti, quod dicitur corpus Domini, & aiunt ædificatum fuiſſe ab eo.

Vitam B. F. Marcelini Foroliuienſis,

Quadraginta quatuor ſermones ſuper illud: Si linguis hominum loquar.

Quadrageſimale.

Sermonarium de Sanctis, & de alÿs feſtiuitatibus anni:

Librum, qui prænotatur Lucula noctis. In Collucium ſalutatum poetam, qui in libro de Fortuna, & Fato multa ſcripſerat conrra fidem. Ita referunt Caſtillus *vbi ſupra*, Leander Albertus *lib. 3. de Viris illuſtribus Ordinis Præd.* & alij.

Itinerarium deuotionis.

Epiſtolas multas doctrina, ſanctitate, & deuotione refertas.

Præterea. *Edidit ſermones de Beata Virgine.*

Tractatum de Conceptione Virginis, qui citatur ab Aegidio Luſitano *tract. de Conceptione lib. 3. q. 57. art. 181.*

Multa alia ſcripſiſſe fertur. Lege citatos Auctores, & Michaelem Poec. Seraphinum Ractium, Sixtum Senen.

De Præfato compoſui hoc Elogiolum.

Beatus Ioannes Dominici Florentinus.

ELOGIVM.

Ioanni Dominici Florentino,
Natalibus quidem obſcuro;
At Sanctimonia
Doctrina, prudentia, dignitate
Clariſſimo.
A teneris annis
Linguæ impedimento aliquantulum
laborauit:
Luſus ſunt Prouidentiæ.
Nouus hic Iſaias,
Ac ſi fuiſſet calculo expurgatus
Floruit ad miraculum eloquentia.
Hanc in eo ne crederes naturalem,
Produxit balbum Natura.
Ne acquiſitam;
Perbreui totam exhauſit.
Ob eximiam morum integritarem,
Omnigenam virtutem, ſpectatamque
ſapientiam
Eum primùm Patres Priorem,
Deinde Prouincialem, vt dicunt,
crearunt;
Ad Gregorium XII. Reſpublica Florentina

Pro

Pro pace reddenda Eccleſiæ Oratorē.
Admiratus Pontifex hominem
Dedit Archiepiſcopum Raguſinum,
Moxque S. R. E. Cardinalem.
Accipiens reddidit Purpuræ ornamentum.
Tandem
Pro vnione Eccleſiæ à Gregorio
Ad Sigiſmundum Imperatorem
Legatus miſſus eſt,
Columba
Prudentiſſimè emittitur in Diluuio.
Reuerſus, Pontificem,
Vt ſe ſummo Eccleſiæ regimine abdicaret,
Induxit.
Spiritus Sanctus erat in eo.
In Concilio Conſtantienſi.
Faciens, quæ docuerat,
Sua ſponte poſuit purpuram.
Hàc breui venit ad ſumma.
Exauctorato
Purpuram reſtituens Synodus, illum
Sui Præſidem declarauit.
A Martino V.
In Aragoniam, Bohemiā, in Poloniam,
Legatus in Hæreticos deſtinatur.
Prolapſam noſtri Ordinis obſeruantiam conreſtituit:
Plura ſcripſit, dixit, & fecit;
Denique eius, quod mortale fuit,
Spiritu in cœlum recepto,
Depoſuit Budæ
Anno redemptionis noſtræ
CIƆ. CCCC. XX.
AEtatis LXXXI.

BENEDICTVS SENTINVS Cameracenſis Polonus Theologus eruditus. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Albertus Venetus, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 3.*

IOANNES ZINEDOLVS Placentinus Lombardus varia eruditione ornatus: Scripſit:

Librum de varijs ſermonibus.

Item plures collationes.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 3.*

Anno 1421.

IOANNES FONTANA PLACENTINVS Lombardus, priſci vir moris, ac perferuidi ſpiritus, ſeueriorisque diſciplinæ: Præter ſanctimoniam morum, fuit (vt decet dominicanos) doctiſſimus. Ad ſimilitudinem noſtri eruditiſſimi Vincentij Belloüacenſis edidit.

Librum variarum rerum moralium.

Albertus Venetus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 3.*

GOMBALDVS de VLIGIA, ſeu de Vlagia hiſpanus Aragonenſis S.Th. Magiſter doctiſſimus, nec non moribus religioſis inſignis, ac ſui inſtituti maximè tenax. Scripſit:

Super quatuor libros ſententiarum.

Floruit ſub hoc anno. Luſitanus *in Bibl. pag. 92. & in Chronico pag. 231.* Taegius *p. 1.* Albertus Venetus, & Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.* Seraphinus Ractius tamen arbitratur floruiſſe circa 1360.

Anno 1422.

HENRICVS de PLANO, ſiue de Palatio Aſtenſis Pedemontanus, qui litteris ſummis vitæ ſanctimoniam, quod eſt præcipuum, feliciſſimè ſociauit. Fuit prædicator ſatis grauis, ac gratus. edidit.

Quadrageſimale.

Et alia de eadem materia.

Luſitanus *in Bibl. pag. 107. & in Chronico pag. 230.* Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.*

LAVRENTIVS BRANCFORDIVS Placentinus Lombardus religioſiſſimus, ac doctus tam in ſcientijs humanis, quam in diuinis adeo percrebuit fama, vt inter doctiſſimos ſui temporis non iniuria reputaretur à cunctis. Scripſit:

In Pſalmos Dauid.

Collationes Sanctorum.

Varios ſermones.

Librum de principijs Theologia.

Albertus Venetus, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.*

SYLVESTER MEDIOLANENSIS, æquè inſignis ſcholaſticus, ac ſcripturiſta ludum litterarium pluribus in locis aperuit, tandem poſteritati tranſmiſit.

Librum de ente, & eſſentia.

Item plures quæſtiones de varijs materijs.

Albertus Venetus, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.* Luſitanus *in Bibl. pag. 223. & in Chronico pag. 231.*

IOANNES COPEZ, Lupius, Salmãticenſis Conuentus, hiſpanus ad petitionem D. D. Elionoræ Pimentelli Comitis Placentinæ in Hiſpania in litteras retulit.

Vitam S. Vincentij Ferrerij Valentini, cuius fuerat coetaneus.

Vincentius Iuſtinianus *Antiſt.* Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.*

Anno 1423.

HOc anno 1423. cum tempus celebrationis Concilij Papienſis *in ſeſſ.* 44. Conſtantienſis Synodi decreti, aduenifſet, Martinus V. Pontifex Max. conſultis Cardinalibus, præmiſit quoſdam Prælatos illius Concilij Præſides, videlicet Petrum Donatum Creten. Archiepiſc. Iacobum Spoletanum Epiſcopum, Petrum Abbatem Roſarium Benedictinum, & Leonardum Statium de Datis Generalem Magiſtrum noſtri Ord. Prædic. vt Concilium inchoarent. Hi Papiam perentes, illud menſe Maio inchoauere. Verùm graſſante ibidem lue, poſt duos menſes, à Martino V. Pontifice translatũ eſt Senas, & die 22. Auguſti ibidem inchoatur Concilium, ad quod ex omnibus Chriſtiani orbis partibus Sacri Paſtores, plures Regum, atque Principum Oratores interuenerunt, quatuor illi ſupra relati præcedère. Adfuere adhuc ex noſtris multi Archiepiſcopi, atque Epiſcopi, necnon Theologi præſtantiſſimi. Spondanus, Bzouius *in Annalibus Eccleſ. ad præſatum annum nu. 1. & 2.* & Fontana *in Theatro p. 2. c. 3. tit. 9.*

THOMAS THOMASINVS Venetus, Italus, vir doctrinæ, prudentiæ, aliarumque virtutum celeberrimus adoleſcens ſtuduit in Anglia, & Pariſijs. Legit in Conuentu S. Io: & Pauli Venetijs: in Conuentu verò S. Auguſtini Patauini Biblicus fuit. Aſſumptus eſt à Gregorio XII. anno 1410. ad Emonienſem Eccleſiam, ſeu Ciuitatis Nouæ in Dalmatia ſub Patriarč. Aquileien. Fuit Thomas iurium ſuæ Eccleſiæ propugnator acerrimus, bonaque vſurpata ab alijs, eidem recuperauit. Decem annos huic Eccleſiæ præfuit, deinde à Martino V. anno 1420. euectus eſt ad Polenſem ſub eadem Patriarch. in Dalmatia. Polenſem anno 1423. commutauit cum Vrbinate.

Erat Thomas origine Turca, ex ea gente, Thomaſa nuncupata, quæ cum alijs nobilibus Florentia pulſa Venetias ſe recepit. A Martino V. cui in Conſtantienſi Concilio Thomæ virtutes, doctrina, ac prudentia innotuerant, ex Vrbinate anno 1424. translatus eſt ad ſedem Traguriẽſem in Sclauonia ſub Metropolit. Spalaten. quam rexit vndecim annos. Anno 1435. Racanaten. & Maceraten. Epiſcopus ab Eugenio IV. 4. idus Octobris creatus, ſuis Eccleſijs præfuit annos quinque. Poſtea ad Bellunen. & Feltren. translatus eſt anno 1443. Vghellus *tom. 5. Ital. ſacra.*

Reliquit poſt ſe ingenij ſui plures partus, præcipuè *heroicis carminibus diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum* panxit. Scripſit:

Etiam varios ſermones de Sanctis.

Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 8 1. & tit. 594.* Sanſouinus *in Venetijs*, Plodius *de vir. illuſtr p. 2. lib. 3.*

Anno 1424.

NICOLAVS IAQVERIVS Flander vir doctiſſimus, qui in Concilio Conſtantienſi contra Ioannem Hus inualuit cùm lingua diſputans, tum calamo librum componens, quem ſuppreſſo nomine euulgatum Chriſtianus orbis vidit, primis ſui nominis litteris ranrum appoſitis N. I. Hic tandem eundem Hæreſiarcham in Concilio tortoreo igne conſumptum conſpexit. Lucarinus *in Chronol. Ordinis Præd.* *Le-Feburè in manuali Hiſt.* Plodius *de viris illuſt. Ord. p. 2. lib. 3.* & Fontana *3. p. c. 3. tit. 8.*

IOANNES patria Conſtantinopolitanus vir doctiſſimus, atque græcæ linguæ peritiſſimus cum Fr. Nicolao

Ia-

F. Nicolao Iaquerio, & F. Andrea de Piſis comitatus eſt Reuerẽdiſſimũ Patrẽ Generalẽ F. Leonardũ Statiũ de Datis Florentinum. Hic poſt varias in Prouincia Græciæ expletas Præfecturas, ac eiuſdem regimen completum, à P. F. Bartholomæo Texerio Magiſtro Ordinis aſſumptus fuit in ſocium. Deinde anno 1429. procurante prædicto Texerio, Sacri Palatij Magiſterium ex Martini V. conceſſione obtinuit. Nidroſienſis Archiepiſcopus in Noruegia ab eodem Pontifice Max. renunciatus, oblatam ſibi dignitatem viriliter reſpuit, cuius extat memoria in vaticanis Regeſt. Martini V. ſub anno 1430. & paulò poſt in pace quieuit. Lucarinus, Taegius *in Monumen. Ord.* & Fontana *in Theatro p. 2.*

Anno 1425.

LEONARDVS STATIVS de Datis noſtri Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis XXV. fuit Patria Florentinus in conuentu S. Mariæ Nouellæ educatus, & vir planè excellenti ingenio, doctrina, & vita conſpicuus, omnique veneratione proſequendus. Concionator in primis per totam Italiam celebris; Florentiæ, & alibi Prior, Prouincialis Romanus, & Bononienſis inquiſitor anno 1408. à Gregorio XII. anno 1409. Sacri Palatij Magiſter renunciatur. Ita in hac præfectura ſe laudabiter geſſit, vt in Capitulo Generali Florentiæ an. 1414. fuerit Magiſter Gen. Ord. communi Patrum voto electus. In ſuo regimine ſe ambilem cunctis exhibuit regulatemque obſeruantiam promouit. A Florentina Republica ad Conſtantienſe Concilium Orator miſſus, ita Patrum ſacrorum beneuolentiã ibi promeruit, vt communi eorum ſententia delectus fuerit vnus ex electoribus futuri Pontificis Maximi. Leonardus igitur Cardinalem Othonem Columnam cum cæteris electoribus, tamquã tanto apice digniorem elegit in Papam. Ab eodem ſummo Pontifice vnicè ſemper dilectus, Præſes Papienſis Concilij creatus, illud aperuit, & inchoauit an. 1423. Verùm graſſante lue tranſlata eſt Synodus, cui etiam auctoritate Apoſtolica præfuit, Senas. Referunt nonnulli Auctores ab eodẽ Martino V. S. R.E. Cardinalem anno 1425. creatum fuiſſe Leonardum, abſentem tamen. Cæterum vno, vel altero die ante dictam creationem è viuis exceſſerat Leonardus. *Olmeda in eius vita, Ciacconius inter Cardinales Martini V.* Spondanus *in Annalibus ad annum* 1423. *num.* 11. Bzou. *ibidem n.* 1. & Fontana *in Theatro p. 2. c. 3. tit. 1. num. 2. & cap. 5. num. 25. & de Rom. Prou. cap. 6.* & alij ex noſtris, qui nedum hæreſum capita conculcarunt, ſed & illud trinum Pontificum horrendũ ſchiſmatis monſtrum interciderũt.

MARTINVM V. Pontificẽ Maximũ ex Conſtantienſi Concilio reuertentem Florentiæ in Conuentu S. Mariæ Nouellæ excepit hoſpitio.

Vita exceſſit Florentiæ anno ſalutis 1425. 17. Kalendas Aprilis. Scripſit:

Quaſdam compoſitiones Aſtrologicas, & Matematicas.

Sermones de Flagellis.

Sermones de Sanctis.

De tempore.

Sermones in Concilio Conſtant habitos.

Librũ, cui titulus: Petitiones. Incipit. *Faciem tuam laua, Anima fidelis.*

Carmine Meteora Ariſtot. expreſſit.

Olmeda *in eius vita* Fernandez, *in Concertat.* Lucarinus, Plodius, Fontana, & alij.

Sub hoc Generali in Bohemia Huſſiti magnam ſtragem de noſtris Conuentibus peregerunt. Cauſam reddidit Coehlæus *lib. 4.* hiſtoriæ Huſſitarum dicens. *Quia fratres Ordinis Prædicatorum, qui per ſolidam D. Thomæ doctrinam, hæreticis acerrimè ſolent reſiſtere, præ cæteris inuiſi erant Huſſuis, in illorum monaſteria primitus irruerunt, & impetum fecère.* Multũ enim in Huſſitas Fratres Ordinis in Conſtantienſi Conſilio inſudarunt.

Anno 1426.

MATTHAEVS IGNOTVS Natione, patria, & cognomine, vir doctiſſimus, Patriarcha Conſtantinopolitanus.

ex Monumentis molis Adrianæ, quæ præſtitit illi eruditiſſimus D. Carolus Cartarius Aduocatus Conſiſtorialis, eiuſdemque Archiuij cuſtos. Seraphinus Razzius, Plodius *de viris illuſt. par.* 2. *lib.* 3. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.*

Anno 1430.

HENRICVS HACHEMBVRGENSIS, ſiue de Hachemberg Germanus, Conuentus Confluentini filius, vir ſcholaſtica, & diuina eruditione illuſtris, atque in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, & magnæ opinionis. Scripſit:

Sermones de Sanctis, & de Tempore.

Sermones Quadrageſimales.

Claruit circa annum ſalutis noſtræ 1430. Antonio Senenſi *in Bibl. Prad.* Marracio *in Biblioth. Mariana*. Trithemio, Plodio *p.* 2. *lib.* 2.

Anno 1431.

HOc anno, qui eſt à Natiuitate Chriſti Domini 1431. inchoatur Generale Concilium apud Baſileam iam à Martino V. Pontifice Maximo, congregatum legitimè contra Huſſitarum errores, ac pro Eccleſiæ reformatione; perdurauitque annos plures. Verùm à viſibili Eccleſiæ capite Pontifice Max. tandem deficiēs, verſum eſt in Conciliabulum, ac Congregationem ſathanicam ann. 1438. Spondanus *in Annal. Eccleſ. ann.* 1430. *num.* 11. *& anno* 1438. *num.* 11.

Mortuo Martino V. die 20. Februarij currentis anni 1431. apoplexia, qui Baſileenſe Concilium congregauerat, Cardinales Pontificem electuri cænobium noſtrum Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe elegerunt, & conclaue ibidem Kalendis Martij ingreſſi, 5. nonas eiuſdem menſis, & anni Gabrielem Gondulmerium Venetum Cōgregationis S. Georgij in Alega Summum Pontificem ſalutarunt, quem Eugenij IV. nomine appellauere. Plod. *de viris illuſtr. Ord. lib.* 4. poſt Summos Pontifices Ordinis, Olmeda *in vita Texerij Mag. Ord. Monumenta Conuentus Mineruæ*, Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 4. *tit.* 11. *num.* 6. *& noſtra Chronol. ann.* 1431.

Cum vero Summus Pontifex iuſtis de cauſis præpeditus ad eandem Synodum accedere nequiret, Cardinalem Iulianum Cæſarinum ex primaria Romana nobilitate, virum quidem præſtantiſſimum, ac doctiſſimum Concilij Præſidem, Apoſtolicumque Legatum de Latere creauit. Dum verò hic in expeditione contra Bohemos in Germania totus occuparetur, inſtaretq; indictæ Synodi celebratio; Ioannem de Palomar Apoſtolici Palatij Auditorē, & Ioannem Stoicum de Raguſio Dalmatam Procuratorem Generalem noſtri Ordinis Baſileam miſit, vt Concilium cum ſuo, tum Apoſtolicæ Sedis nomine auſpicarentur, eidemque vſq; ad ſuum in Baſileam aduentum præſiderent. Concilium igitur ſupradicti Ioannes de Palomar, & Io: Stoicus die Lunæ 23. Iulij eiuſdem anni 1431. inchoauerunt. Spondanus *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1431. *num.* 8. Ferrarius *de rebus Hungar. Prou. Ord. Præd. part.* 3. *lib.* 4. & Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 3.

P. Fr. Io: Nyder vir doctiſſimus, Deique honoris zelantiſſimus, Baſileenſis Conuentus Prior cum Ioanne Helgufio Monacho Ciſtercienſe, à Patribus Baſileenſis Concilij anno 1432. Legatus Concilij ad Fridericum Marchionem Brandeburgenſem, & Io. Ducem Bauariæ, alioſque Germaniæ Principes directus eſt; vt ſaluum conductum Bohemis hæreticis promitterent, ac iurarent, vt incolumes, & abſq; moleſtia poſſent accedere ad Concilium ad diſputandum de articulis, in quibus ab Eccleſia ipſi deficiebant. Quæ omnia iuxta Concilij vota Legati adimpleuere. Cochlæus *hiſt. Huſſit. lib.* 6. Fernandez *in Concert. Prædicat.* Spondan. *in Annal. Eccleſ. ad an.* 1431. *num.* 13. & Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 3. *tit.* 2. *num.* 2. At de Ioanne Nyder vide an. 1435.

Interfuere huic S. Synodo ex noſtris Andreas Archiepiſcopus Coloſſen. de quo an. 1438.

Andræas de Doria Epiſcopus Andrenſis in Gręcia ſub Athenarum Metro-

tropolitana, qui vitam commutauit cũ morte ſub Eugenio IV. anno 1436. Fontana *in Theatro par.* 1. *cap.* 5. *tit.* 32. *num.* 2.

Antonius Corrarius Epiſcopus Cenetenſ. de quo anno 1409.

Antonius Ponticorona Epiſcopus Cephaleditanus, de quo anno 1414.

Matthæus Bonimpertus Nouarienſis, qui ob ſingulares animi dotes à Martino V. dilectus 7. Kalend. Iunij an. 1428. creatus eſt Epiſcopus Mantuanus. Erga ordinem noſtrum maximè affectus, S. Mariæ Angelorum monaſterium ad Gaciripam Fratribus noſtris donauit. Beatum Ioannem de Toſſignano in Ferrarienſem Epiſcopũ ordinauit. Sexdecim annos rexit Eccleſiam, & obijt ann. 1444. Vghellus *tom.* 1. *Ital. Sac.* & Fontana *in Theatro pt. c.* 5. *tit.* 364. *num.* 3.

Interfuit ex decreto Eugenij Papæ IV. Io. Stoicus Raguſæus Procurator Generalis Ordinis, qui poſteà fuit Epiſcopus Argentinenſis, de quo anno 1438.

Ioannes de Turrecremata Magiſter Sacri Palatij, de quo ann. 1468.

Ioannes Nider Sueuus (vt dictum eſt) de quo anno 1435.

Henricus Kaltiſen Confluentinus, de quo anno 1465. Et plures alij ex noſtris, qui omnes ſtrenuam operam nauauerunt in confutandis Huſſitarum erroribus, & in conſeruanda Eccleſiæ pace quo vſque ſacrum Concilium in obedientia Eugenij Papæ IV. perſeuerauit. At à Summo Pontifice Synodo declinante, omnes noſtri ſe ad Summum, & verum Pontificem contulere. Fernandez *in Concert. Præd. ad an* 1431. Cochlæus *lib.* 6. & 7. *Hiſtor. Huſſit. anno ſupradicto*, S. Antoninus 3. *p. tit.* 23. *c.* 11.

Inter cæteros Ioannes Turrecremata è conciliabulo Vrbem diſcedẽs, lingua, & calamo Eugenij auctoritatẽ ſupra Concilium, primatumque in Catholica eccleſia acriter defenſauit. Fernandez, & S. Antoninus *vbi ſupra.*

Anno igitur 1433. Bohemorum Oratores ad Concilium, cui exhibuerunt ſuorum deliramentorum articulos, acceſſere. Decretum fuit à Patribus, vt primò articulo propoſito à Rockyſana, reſponderet noſter Ioannes Stoicus de Raguſio Procurator Ordinis, qui octo diebus antemeridianis horis, quàm ſapientiſſimè hæretico fecit ſatis. Secundo articulo à Vvenceslao Taborita propoſito Aegidius Carlerius Cameracenſis Eccleſiæ Decanus per quatuor dies reſpondit. Tertiò ab Vdalrico Presbytero Orphanorum propoſito, noſter P. F. Henricus Kaltiſen Confluentinus, qui fuit poſtea Sacri Palatij Magiſter, & demũ Nidroſienſis Archiepiſcopus in Noruegia, per tres dies reſpondit. De quo ann. 1465. Quarto verò articulo à Petro Payne exhibito per tres dies Ioannes Palonarius Auditor Cauſarum Apoſtolici Palatij, & Archidiaconus Barcinonenſis peroptimè ſatisfecit. Et hi omnes in pleno Concilio confutauere articulos. Spondanus *in Annal. Eccleſ. ad annum* 1433. *num.* 11.

In eadem quoque Synodo Oecumenica interfuit P. F. Ioannes Capreolus Toloſanus Princeps Thomiſtarum, & Theologus celeberrimus, qui ibidem plurjes cum præfatis Oratoribus diſputauit. Spondanus *in Annal. Eccleſ. an.* 1433. *num.* 10.

Poſtremò cum Patres Concilij ab obedientia Eugenij Summi Pontificis defeciſſent, (in ſeſſ. 34. Eugenium depoſuerunt) Andreas Coloſſenſis Archiepiſcopus Ordinis Prædicatorum orationem habuit ad ſuadendum eiſdem contumacibus, vt cum Eugenio pacem haberent, & vnionem. At cum id conſequi non valeret; Conciliabulum execrans, illud ſtatim deſeruit. Quod & cuncti alij Fratres Ordinis noſtri fideliter præſtitere, itaut nullus remanſerit ibidem Dominicanus. Sicque in electione Amadei Ducis Sabaudiæ dicti Felicis Antipapæ, nec vnus quidem ex noſtris inter illos triginta duos electores repertus eſt Frater. Imò nec in noſtro Conuentu Baſileenſi, vbi plures iam habitæ fuerant ſeſſiones, Fratres noſtri deinceps congregationem illam ſathanicam admiſere. Ea propter plura perpeſſi mala, *ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt* pro fidelitate in

Apo-

Apoſtolicam Sedem contumeliam pati. Cochlęus *in hiſt. Haſſit. lib. 6.* Fernandez *in Concertat. Prædic. ann.* 1433. Lucarinus *in Chronologia Ord.* Fontana *p. 2. cap. 3. tit. 10.*

Anno 1432.

NICOLAVS BVRGVNDIO vir acuti, & longè maioris animi, quàm corporis fuit. Hic iuuenis non ſegnem operam dedit Theologiæ, in pluribus conuentibus aperiens ludum, artes, & ſacras litteras docuit noſtros. Poſt infinitam prope, ac admirabilem lectionem, diſciplinarum varietate, ac elegantia ſermonis, diſſertorum erat nemini poſtponendus. In Concilio Baſileenſi per quatuor dies contra Huſſitas conſtantiſſimè vir doctiſſimus diſputauit. Syluius. Quæ ſcripſerit diſſertiſſimus, vel quo deceſſerit anno, non reperio.

Anno 1433.

NICOLAVS ALEXANDRINVS, natione Lombardus, emiſſa in Ordine noſtro profeſſione, ſtatim ſe applicuit ſtudio Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ eo animo, & ſucceſſu, vt præſtantiſſimorum ſui æui Theologorum laudem, ac meritum adæquauerit. Erat vir ingenio acri, & memoria tenaciſſima. Sacræ Theologiæ adeptus eſt Magiſterium, & feliciſſimus Scriptor edidit.

Super quatuor libros Sententiarum Commentaria.

Floruit circa hæc tempora. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 3.*

Anno 1434.

BEATVS PETRVS IEREMIAE Siculus, Panormitanus, vir ingenio clarus, eloquio facundus, vitæ probitate conſpicuus, concionibus ad Populum ſuo tempore celebris, & vndequaque doctus, qui omnia, quæ ad diuinæ, humanæque modos ſapientiæ explicandæ pertinent, tam cumulatè complexus eſt, vt qui ſolos eius labores inſpexerit, aliunde ſibi ipſi nihil omninò ſit indagandum. Ita F. Benedictus Britannicus Brixianus *in epiſtola nuncupatoria.*

De VII. Gaudijs & de VII. Doloribus Beatæ Virginis.

Item Sermones de Pœnitentia:

Pulchros, & doctos Sermones de Tempore, & de Sanctis, quos Hagenoæ excudit Henricus Gran 1521.

Item Sermones de Peccatis.

De Fide.

De Paſſione Chriſti.

Viginti quinque Sermones in Orationem Dominicalem.

Obijt anno ſalutis 1434. ex Leandro Alberto *lib. de viris illuſtr. Ord. Prædicatorum.* At Thomas Fazelus Siculus *lib. 2. de Rebus Siculis decade 1. cap. 4.* & Plodius *p. 2. lib. 3.* dicunt floruiſſe an. 1444. Obijſſe verò an. 1452. Hic Bononię ad Ordinem receptus eſt, deinde ad Siciliam profectus, magnā illorum conuentuum partem reformauit. Poſtremò ſanctè obdormiuit in Domino (vt dixi) 1452. Ita in epitaphio, quod habetur Panormi.

Spectatiſſimi Patris, F. Petri Ieremię oſſa in hoc ſepulchro ſita ſunt, cuius doctrina, & ſanctitas vitæ, ſibi nomen æternum præbuit, & Prædicatorum Ordini, laudem peperit glorioſam à Ieſu Chriſto. 1452. quinto nonas Martij obijt mortem.

Recenſetur inter Beatos Confeſſores Ordinis noſtri à Martyrologio Dominicano his verbis: *F. Petrus Ieremia obijt Panormi poſt multa ſanctitatis, & miraculorum egregia monumenta.*

Luſitanus *in Chronica, & in Biblioth.* Leander *lib. 5.* Plodius *p. 1. lib. 3. n. 18.*

VBERTINVS de ALBIZIS nobilis Florentinus ob excellentem doctrinam, morumq; candorem adhuc ſimplex frater Feſulani Epiſcopi fuit Vicarius. Erat Philoſophus peritiſſimus, Theologus, Canoniſta, & celebris Prædicator. Adeò Florentinis Senatoribus fuit in pretio, vt eum ad Piſtorienſem Sedem euehendum à Martino V. anno 1426. die 6. Iunij impetrauerint. Enixi erant prius illum euehere ad Florentinam, cęterum non potuerunt. Annis octo Eccleſiam hanc guber-

guber-

gubernauit, tandem fato functus 1434. in ſua Cathedrali Ecclefia ſepelitur. Edidit:

In Ariſtot. Metaphyſicam doctiſſima Cõment. Vghell. *tom.* 3. *Ital. Sac.* Plod. *p.* 2. *lib.* 3. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 467. *num.* 4. Taegius *par.* 1. Michael Poccіant. *Luſit. in Biblioth.*

B. THOMAS CAFFARINVS Senenſis, quem alij eum Michaele Pio *in Vit. Dominicanorum illuſtr. lib.* 2. *vit.* 80. ducto in cognomen nomine Antonij eius patris, appellant, Thomam Antoniorum, ſeu de Antonijs, alij verò ab auo Naecio Caffarino vocant Thomam Naecium, vir fuit eruditionis profundæ, celeberrimus, & egregius concionator, ac ſingularis virtutis. Multo tempore fuit Prior in S. Dominici de Venetijs, vbi totos quinquaginta per annos permanſit. Ibi ad Deum conuertit noſtram B. Mariam Storionam Venetam celebratæ ſanctimoniæ matronam, quæ concionantis Thomæ vehementia commota, retineri non potuit, quin illicò omnibus florentiſſimæ ætatis, & elegantiſſimæ, qua prædita erat, formæ, oblectamentis, omnibus item diuitiarum, & nobilitatis domeſticæ commodis paupertatem Chriſti, & voluntariam corporis afflictationem præferret, ac in aſperum Virginum à pœnitentia dictarum, ſeu Tertij Ordinis S. Dominici ingrederetur cænobium. At de hac Beata lege Michaelem Pio *lib.* 2. *vit.* 24. Martyrologium Dominicanum *inter Beatas Sorores Ordinis*, Caſtillum *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 64. *&* 65. Faſti Senenſes Academiæ Intronatorum *in vita B. Thomæ Caffarini, Februarij die ...* Et noſtra Elogia *part.* 4. Eius vitam diffuſè ſcripſit hic Beatus Pater.

Noſtræ S. Catharinæ Benincaſiæ ibidem virtutum, partæque per virtutem gloriæ primus, & præcipuus adiutor Thomas fuit. Salubribus enim conſilijs, monitiſque inter audiendam eius conſcientiæ hiſtoriam opportunè ſuppeditatis, primos illi ad capeſſendam eam, qua deinde claruit, ſanctimoniæ magnitudinem impetus iniecit: Nec vnum dumtaxat laudatiſſimæ operæ ſuæ fructum ex clariſſimo ipſius alumnæ progreſſu cœpiſſe viſus eſt; verùm etiam in eo, quod efficaci eius opera, ſtudioque ſæpè vſus eſt ad aliarum animarum quæſtum, quem augendo cæleſti theſauro, amplificandæque diuini nominis gloriæ cupidiſſimè faciebat.

Comitantibus Riginaldo Florentino, & Bartholomæo Dominici de Senis, Principes Europæ Prouincias luſtrans ex præſcripto Vrbani VI. Summi Pontificis, Dominicanum Ordinem in priſtinæ nitorem diſciplinæ reuocauit.

Hieroſolymam petijt, vbi Sanctum, ac venerandum Domini noſtri ſepulchrum coluit, ac adorauit. Paulò poſt redditum ab Hieroſolymitana peregrinatione meritis plenus ad cæleſtem Hieruſalem euocatur. Obijt ergo Venetijs an. 1434. die .... Februarij.

Veneti ei marmoreum tumulum his carminibus honeſtatum erexerunt:

Frigida præclarum claudunt hæc marmora Patrem:
Thomam de Senis, mens cuius in alta relucet.
Relligionis honos, ſpeculum virtutis in omnes
Semper vbique fuit: Diuini ſemina verbi
Feruidus in populo ſparſit gratiſſimus omni.
Dominici præclara ſequẽs veſtigia patris
Intulit æternis poſt hæc peritura triũphis.

Verùm miraculorum fama in dies illuſtrius Thomæ cadauer meruit inter cætera Beatorum lipſana transferri in arcam aureis ornamentis conſpicuam.

Conciones habens ad populum, in extaſim pluries rapiebatur. Ita in veteri codice, in quem referebantur nomina Dominicanorũ obeuntium, Cænobio Senenſi addictorum:

Sancta, ac beatæ memoriæ Fr. Thomas Antonij Naccij extitit feruentiſſimus illorum temporum Verbi Dei Prædicator. Nam inter prædicationem in extaſim pluries raptus, magis diuinum, quàm humanum ſapiebat, &c.

Ad hunc Beatum P. Fratrem Thomam Antonij decus noſtræ Italiæ extant

tant aliquot epiſtolæ S. Catharinæ Senenſis.

Alia plura vide apud Taegium *p.* 1. Seraphinum Razium *lib. de Beatis*, *Bibl.* Luſitani, Borſelli, Michaelem Pio *in vit. Dominicanorum illuſtr. lib.* 2. *vit.* 80. Plodium *in Appendice*, eundem Taegiũ *p.* 5. Albertum Venetum, Gregorium Lombardellum in epiſtola apologetica ad librum Commentariorum de origine Conuentus Senarum Fratrum Prædicatorum, & Faſtos ſenenſes *Acad. Intronat. Februarij.* Scripſit:

Vitam B. Mariæ Storionæ Venetæ, cuius ſemper fuerat à ſacris confeſſionibus.

Edidit etiam compendiosè vitam S. Catharinæ Senenſis.

Collegit vno volumine epiſtolas dictæ Seraphicæ Virginis.

Curauit, vt colligerentur miracula, & atteſtationes de eiuſdem Virginis ſanctitate, vt poſſet proceſſus canonizationis formari, & in numerum Sanctarum referri. Scripſit:

Librum à principio, & confirmatione tertij Ordinis S. Dominici.

Item vitas aliquarum Monialium Ordinis noſtri.

Præterea librum de merito vitæ Regularis.

Item librum de geſtis S. Patris Dominici.

Fernandez *p.* 5. *Mon. Ord.* Albertus Venetus, Luſitanus *in Bibl.* Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6.

Anno 1435.

IOANNES NIDER Sueuus Magiſter in Theologia eruditiſsimus, & in declamandis ſermonibus Populo gratiſsimus, quem verum ſpeculum obſeruantiæ regularis, & ſcientiarum omnium promptuarium vberrimum, nobiliſsimumque appellat in ſua Bibliotheca Antonius Senenſis Luſitanus. Fuit nunc Prior, nunc Vicarius, nunc Regens Viennæ, & in Concilio Baſileenſi Legatus, vir quidẽ doctus, & pius, arcana, & myſtica diuinarum ſcripturarum interpretatione ſublimis, Hæreſio-maſtix acerrimus, propugnator intrepidus fidei, de quo in Concilio Conſtantienſi sũma fuit habita ratio. Bis Legationis titulo ad Bohemos anno 1431. inſignitus fuit.

Obijt anno gratiæ 1438. & ſepultus fuit in choro Norimberbę. Lege Taeg. *p.* 5. Luſit. *in Bibl.* Grauinã *in vita, & teſtimonijs* de Fr. Ioanne de Neapoli, Vallum *in compendio de vir. ill. part.* 2. Gozzeum *in Catalogo.*

Hic cum Bartholomæo Texerio Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum Turrecremata tum magiſtro Sacri Palatij, & F. Ioanne Raguſino in Baſileenſi Concilio à Martino V. in dicto acerrimè contra Huſsitas, & pro Eugenij cauſa, & omnium Pontificum authoritate pugnauit. Ex Vincentio Baronio, Grauina *de Sacro depoſito cap.* 22. & Fernandez 1431. & 1433. Scripſit.

Præceptorium legis diuinæ ſuper 20. *caput Exodi. Rudi, ſed aperto ſermone, ſeu de decem præceptis decalogi eruditum, & grande volumen, cuius initium eſt:* decalogi legem Sacratiſsimam.

Item de Religione Scholarium.

De contractibus mercatorum.

De abſtinentia à carnibus.

De reformatione Cænobitarum.

Conſolatorium timoratæ conſcientiæ. Recuſum Romæ, apud Stephanum Paulinum 1604. in 8.

De vigore conſuetudinis.

De diſpenſatione canonica.

De perfecta paupertate.

Librum de lepra morali ſuper caput 13. *Leuitici.*

De vera, & falſa nobilitate.

De moralitate formicarum, cui titulus Formicarium. tractatum reuera vtilem, & pulcherrimum.

Speculum perfectionis.

Diſpoſitorium ad bene moriendum.

Dialogum ſoliciti cum pigro.

Sermones quadrageſimales.

Sermones de tempore, & de ſanctis tomos duos.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 3. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.*

Anno 1436.

IOANNES de MONTE NIGRO Italus, fœlici ingenio, & eminenti do-

interfuit cum magna laude virtutum. Fuit Regens in ſtudio Bononienſi, Prouincialis Lombardiæ inferioris.

Lectiones diſcipulis ſuis à ſe dictatas publicauit:

Super Phyſicam Ariſtotelis.

Super Prædicabilia, Prædicamenta, Perihermenias, Priora, Poſteriora, Topica, & Elenchos.

Et quia erat ſtudioſus valde in Scripturis Sanctis, gratiſſima nobis reliquit doctrinæ ſuæ monumenta, ſcilicet:

Quadrageſimale valde notabile, ſeu ſermones Quadrageſimales de legibus. Venetijs, per Franciſcum de Hailbrun, & Nicolaum de Francfordia 1473.

Sermones aureos de Sanctis.

Sermones Dominicales.

Edidit alia quam plurima opuſcula cum in Philoſophia, tum in Logica, quæ in ſuo Conuentu habentur.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 3.*

Anno 1438.

IOANNES RAGVSAEVS Dalmata, Procurator Generalis à noſtro Magiſtro Generali deligitur. Vir fuit grauiſſimus, & omnigena literatura peritus. Cumque fama eſſet percelebris, Baſileenſi Concilio ex decreto Eugenij IV. Papæ ad vnionem Eccleſiæ aſſerendam, & habitus ſui ſplendorem interfuit. Anno 1433. orationem diſſertam habuit, & doctiſsimam per octo dies *de Sacra Communione ſub vtraque ſpecie contra Huſſitas*. Hæc extat apud Henricum Caniſium tomo tertio Antiquæ Lectionis, vbi etiam alia plurima recenſentur de hæreſibus, vita, moribus Bohemorum.

Hunc alij ex Scriptoribus noſtris vocant Ioannem Stoicum, illumque faciunt Germanum. Fuit planè vir doctiſsimus, & publicas diſputationes in Germania cum Ioanne Rochezena Huſſita perfido hæretico habuit, quem circa annum 1430. deuictum validiſsimis argumentis ſumma confuſione perfudit. Ita refert Gabriel Prateolus *lib. 9.* de Hæreticis *cap. 2.* Erat Ioannes vir eloquens, & affabilis, ſed affabilitate, quam grauitas adornabat. Hinc potens erat in opere, & ſermone, moribus religioſiſsimis præditus, diuiniſque verbi dono facundus. Patribus in Baſileenſi Synodo congregatis libellum contra Huſſitarum impia dogmata porrexit. In Concilio Baſileenſi permanſit, donec Synodus Oecumenica, Sacroſancta in Conciliabulum verſa fuerit. Tunc enim cum cœteris ad Eugenium IV. velociter receſſerunt. Fernandez *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1433.* His permotus Eugenius IV. tametſi inuitum, & obſiſtentem, inuictum hæreticorum Antagoniſtam, Argentinenſem ſub Moguntiua Metropol. creauit Epiſcopum, & illum pro grauioribus Eccleſiæ negotijs ad Conſtantinopolitanum Imperatorem circa annum 1440. Legatum Apoſtolicum deſtinauit. Vir magnus præter libellum ſuperius recenſitum. Scripſit:

Librum ſermonum de tempore, ac de Sanctis.

Alium opuſculorum:

Item quædam quodlibeta.

Quidam apud Philippum Labbe aſſerũt S.R.E. renunciatũ fuiſſe Cardinalē: At errant. Erat quidem digniſsimus purpura; ſed eã morte præoccupatus, aſſequutus non eſt, nec illam aliquando Epiſcopus modeſtiſsimus concupiuit. De eo S. Antoninus *3. p. tit. 23.* Grauina *de Sacro depoſitio cap. 22.* Gozzeus, Fontana *in Theatro 1. part. cap. 5. tit. 49. num. 1.* Luſitanus *in Bibl. pag. 145.* Miræus *in Auctario c. 457.* Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Poſſeuinus, Fernandez, Plodius *part. 2. lib. 3.* Bellarminus *pag. 389. de Scriptoribus Eccleſ. & ibidem* Philippus Labbe. Clarebat hoc anno.

Execrato Baſileenſi Conciliabulo, Eugenius Papa IV. Generale Concilium Ferrariam euocauit. Illuc Imperator Io: Paleologus cum Patriarcha Conſtantinopolitano Ioſepho, Marco Epheſino Archiepiſcopo, Beſſarione viro doctiſſimo, pluribuſque alijs Eccleſiæ Græcæ pro vnione cum Latina conſtabilienda anno 1438. acceſſere. Et cum Pontifex præpeditus eſſet podagra, prima ſeſſio habita eſt Feria 4. die 8. Octobris in amplo Sacello Palatij

latij Pontificij. Plurimi ex noſtris Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Theologi, inter quos maxima Ordinis gloria, tamquam ſol effulſit P. F. Io: de Monte Nigro Prior Prouincialis Lombardiæ, interfuerunt. Spondanus *in Annalibus an.* 1438. *num.* 19 & Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 11.

Intererat & Concilio P. F. Andreas Rhodius Græcus, Archiepiſcopus Coloſſenſis, de quo anno 1439. Andreas igitur orauit in concilio Ferrarienſi *in ſeſſ.* 2. *at in ſeſſ.* 3. 4. 5. 6. *&* 7. diſputauit cũ Marco Archiepiſcopo Epheſino. *In ſeſſ.* 8. diſputationem inſtituit cum Beſſarione ex Græcis præſtantiſſimo, qui poſtea fuit S.R.E. Cardinalis, & idem *in ſeſſ.* 9. præſtitit peregregiè. Bzouius *in Annalibus an.* 1438. *n.* 7. 8. 9. 10. *&* 11.

In 10. *ſeſſ.* Ioannes de Monte Nigro cum Beſſarione diſputauit *in ſeſſ.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. In 16. quę & vltima, Græcorum difficultatibus ſatisfecit Cardinalis Iulianus Cæſarinus vir eruditiſſimus. Bzouius an. 1438.

In eadem ſeſſione ex Eugenij Papæ, Io: Palæologi Imperatoris, ac Patrum voto decretum eſt transferendam Synodũ eſſe ob ingraueſcentẽ luem Florentiam: ea tamen conditione, vt Pontifex Maximus Orientalibus de alimentis, ac vitæ neceſſarijs interim prouideret. Et ſic terminatum eſt Ferrarienſe Concilium. Bzouius *in Ann. an.* 1438. *num.* 18.

IOANNES FLANCHENBERGH Polonus Philoſopus acutus, Theologus, & hiſtoricus ſcripſit:

De rebus Vladislai Regis Poloni.

At ob hunc librum, quoniam de Rege loquebatur nimis liberè, ac de Polonis, à Patribus Concilij Baſileenſis in carcerem fuit detruſus; quem reſtituit libertati Nicolaus V. ad ſupplicationem Archiepiſcopi Gneſenſis, Primatis Regni Poloniæ, qui viderat, & iam probauerat opus. Martinus Cromerus de rebus Polonis *lib.* 8. Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 3.

Anno 1439.

EVGENIVS Pontifex Maximus, Io: Paleologus Imperator Græcus, Ioſeph Conſtantinopolitanus Patriarcha cum eiſdem Patribus Concilij Ferrarienſis ex hac vrbe menſe Ianuario an. 1439. egreſſi, Florentiam petiere, in qua celebrata eſt prima ſeſſio Concilij Florentini, quæ in continuatione Synodi Ferrarienſis 17. ponitur.

In ſeſſ. 2. P.F. Io: de Monte Nigro Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ cum Marco Epheſino de proceſſione Spiritus Sancti profundiſſimè diſputauit. Quę diſputatio in ſequentibus quinque ſeſsionibus fuit à Ioanne, & à Marco in Concilio agitata. Spondanus *in Annalibus Eccleſ. an.* 1439. *num.* 1. *&* 11.

Hoc Concilium celebratum eſt apud noſtros, nempe in Conuentu S. Mariæ Nouellæ, cui inter cæteros noſtros interfuit S. Antoninus, tamquam particularis doctor Theologus: nondum enim Florentinus Archiepiſcopus fuerat inſtitutus.

Vt diſputarent, electi fuere quatuor ex Latinis, duo nempe Antiſtites, vnus noſter Andreas Archiepiſcopus Coloſſenſis, & alter ex ordine minorum. Et Theologi itidem duo, nempe Ioannes de Monte Nigro pariter dominicanus, & Ambroſius Generalis Camaldulenſium. At præfectus diſputationis erat Ioannes, qui ſolum cum Archiepiſcopo Epheſino in Concilio ſedentibus Patribus manus conſeruit. Spondanus *in Annal. an.* 1439. *num.* 3. & Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 3. *tit.* 12.

Diputauit etiam in eodem Sacro Concilio Ioannes de Turrecremata Cardinalis, de quo an. 1468. & P. F. Bartholomæus Lapatius vir præſtantiſſimus, de quo an. 1466.

Horum omnium rationibus ducti Imperator, Ioſephus Patriarcha cum alijs Græcis Epiſcopis veritati catholicæ ſubſcripſere Spiritum Sanctum non ſolum à Patre, ſed etiam ab ipſo Filio procedere. Solus Marcus Archiepiſcopus Epheſinus in ſua obſtinatione permanſit. Ioſeph autem Conſtantinopolitanus Patriarcha in fide Romanæ Eccleſiæ ibidem quieuit in pace, & conditus fuit in noſtra Eccleſia S. Mariæ Nouellæ. Spondanus *anno* 1439. *numer.* 4.

mer. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Fernandez *in Concertat. Prad. eodem anno*, & Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 3. *tit* 12.

In eadem Sacra Synodo Florentina ad Patres pro vnione Eccleſiæ Græcæ cum Latina ſtabilienda noſter P.F.Hieronymus Ioannis orauit. Lucarinus *in Chronologia Ordinis*, & Fontana *in Theatro p.*2.*c.* 3. *tit.* 12. *vide an.* 1454.

Andreas Græcus vir infinitæ prope lectionis, magnique iudicij Archiepiſcopus Coloſſenſis renunciatus eſt circa annum 1430. de quo S. Antoninus 3.*part. tit.* 23. *cap.* 11. Vir hic præſtantiſſimus interfuit Concilio Ferrarienſi, in quo *ſeſſ.* 2. graui oratione, Pontificis, Imperatoris, Patriarchæ, totiuſque Synodi laudes, ac gloriam celebrauit. Spondanus *in Annal. an.* 1438. *num.* 30. qui tamen præfatum Andreã Dominicanum fuiſſe ſilet. At S. Antoninus, qui tunc temporis viuebat, ſcribens de eo 3. *p. tit.* 23. *c.*11. id explicat.

*In ſeſſ.*3. diſputauit cum Marco Archiepiſcopo Epheſino, idemque fecit *ſeſſ.* 4. 5. 6. *&* 7. Bzouius *in Annalib. Eccleſ. an.* 1438. Spondanus *ibidem*.

*In ſeſſ.*8. diſputauit cum Beſſarione. interfuit etiam Concilio Florentino 1439. quod celebratum fuit apud noſtros fratres Prædicatores in conuentu S. Mariæ Nouellæ, vt diximus.

Anno 1440.

BERNARDVS LVTZEMBVRGENSIS, ex Ducatu eius nominis oriundus, Germanus, Theologus profundiſſimus, & Conuentus Louanienſis Regens, vir multiplici doctrina, & magna vitæ Religioſæ ſanctimonia clarus, Catholicæ quoque religionis ſtrenuus propugnator, omniumque hæreſum iuratus hoſtis, Scripſit.

*Sermones de Roſario B.Virginis n.*27. quos citat Coppenſteinius in claue prædicandi Roſarium *lib.* 1. *c.* 1.*& lib.* 3. *cap.* 13.

Catalogum hæreſum ex Caſtillo *cent.* 2. *lib.* 1. *c.* 58.

Tractatum de Purgatorio. Coloniæ 1510. & alibi pluries.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

Floruit anno Dominicæ Natiuitatis 1440.

Anno 1441.

GVIDO GALLICVS à natione, ſui cognominis originem trahens, ignotus verò patria, magiſter in Theologia Pariſienſis, vir fama ſpectabilis, doctrina celebris, & in concionibus ad populum perraræ facundiæ, cui morum probitatem æqua lance adiungebat, cuigilando compoſuit.

Summam compendioſam de Philoſophia naturali.

Super Epiſtolas, & Euangelia totius anni.

Sermones de Sanctis per annum.

Emicuit circa annum reparationis humanæ 1441. ex Bibliothecis Antonij Senenſis, & Marraccij: Ex Taegio *p.* 1. & Plodio *de vir. ill. part.* 2. *lib.* 3.

IOANNES FRANCOFORDIENSIS Germanus vir doctrina clariſſimus, atque eruditione in ſacris litteris conſpicuus, celebris concionator, ſcripſit:

Expoſitionem ſcholaſticam in Iob. Cuius meminit Vincentius Bandellus in libro de Chriſti conceptione. Habetur Lugduni in Bibliotheca Prædicatorum cum hoc initio: *O vos omnes, qui tranſitis per viam.*

Sermones de tempore, & de ſanctis.

Et Quadrageſimale.

Claruit anno redemptionis humanæ 1441. Antonius Senenſis *in Bibl. Prædicat.* Taegius *p.* 1. Plodius *de viris ill. p.*2. *lib.* 3. Sixtus Senenſis.

Anno 1442.

IOANNES II. PISTORIENSIS Etruſcus vir per totam Italiam notiſſimus concione, edidit.

Sermones de Tempore, & de Sanctis per annum.

Item Quadrageſimale.

Hic maximo ſpiritus feruore enunciabat per vrbes miracula S. Vincentij Ferrerij, & reddidit illa clariſſima. Albertus Venetus *in Addit. ad trigeſimum primum caput Speculi hiſtorialis* Vincen-

tij Bellouacenſis, Leander Albertus *de viris illuſtrib. lib.* 4. Luſitanus *in Bibl. p.* 137. Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 3. & Taegius *part.* 1.

Claruit ſub hos annos.

Anno 1443.

FAuſtiſsimus fuit annus hic Chriſtianis, qui Amurathem Regem Turcarũ clade eruentiſſima affecerunt. Vide meamChronologiã hoc anno, ſub quem ore, ac calamo Ordinem illuſtrarunt Ioannes à Puteo Bonellus, Petrus de Maiorica, Damianus à Finario, qui obijt Regij anno 1450. Petrus Gallus, Gaſpar ex oppido S. Io: in Perſiceto, Bononiæ cenſor hæreticorum, Matthæus de Bompartis Nouarien. Epiſc. Mantuanus, & alij Luſit. *in Chron.*

Anno 1444.

LEONARDVS MICENSIS, alijs Bellunenſis, Italus, ſtudij Bononienſis aliquando Regens præclarus, & Prouinciæ Sancti Dominici, quæ dicitur Lombardia, moderator vigilantiſſimus, vir in Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ ſtudijs exactè, & ſolidè doctus, ſcripſit:

Sermones de præcipuis feſtis Beatiſſimæ Virginis.

Sermones V. excuſos Venetijs an. 1475. *typis Ioannis de Colonia in* 4.

Claruit circa annum Dominicæ Incarnationis 1444. *ex Bibl.* Antonij, *&* *Concer. Præd.*

Anno 1445.

IACOBVS de AQVA MALORVM in Regno Neapolitano Sacræ Theologiæ Magiſter eruditiſſimus cum litteris latinis, tum græcis Concilio Florentino interfuit ſub Eugenio IV. Pont. Maximo, pluries ibi cum ſua maxima gloria diſputauit, Græcoſque, ac Armenos conuicit. Vir fuit maximi ſpiritus, ac ſtudio addictiſſimus.

Plures ſcripſit tractatus.

Leander Albertus *in deſcriptione Italiæ* Vallus *in compendio de viris illuſtribus Regni part.* 3.

Anno 1446.

ANTONIVS MACCVS natione Italus, Patria Fauentinus, vir in diuinis litteris luculenter exeultus, atque in concionandi ſacro munere præclarè verſatus inter alia euulgauit.

Quadrageſimale.

Conciones de Dominicis totius anni.

Item conciones de Sanctis.

Claruit circa ſalutiferæ reparationis annum 1444. ex Alphonſo Fernandez *in concert. Prædic.* Marraccio *in Bibl.* Mariana, *Relatione Lombardiæ*, & Plodio *de viris ill. p.* 2. *lib.* 3.

GREGORIVS BVCCARELLVS filius Conuentus Gradenſis Viterbij votis pronunciatis ſolemnibus, in patria, & peregrè naturales adeptus eſt facultates, Romæ quoque, ac alibi ſacram Theologiam. Lectoratus laurea redimitus, deinde Magiſterij. Scientias acquiſitas in alios cœpit effundere. Animas domino lucraturus, ne talentum ſibi conſignatum abſconderet, ſcripſit:

Summam de virtutibus, & vitijs.

Functus eſt vita currente an. 1446. Monumenta eiuſdem Conuentus, Fontana *de Rom. Prou. c.* 6.

Anno 1447.

DEfuncto die 22. Februarij currentis anni 1447. Eugenio IV. Pontifice, in conclaui in ſacriſtia conuentus noſtri S. Mariæ ſuper Minetuã, delecto die ſexta Martij dicti anni Thomas Lucanus Sarzanenſis Presbyter Cardinalis S. Suſannæ, Nicolai V. nomine aſſumpto, ſummus Pontifex ſalutatur. *Olmeda in vita Texery Mag. Ordinis, Monumenta Conuentus noſtri* Mineruitani, Garibay *tom.* 2. *lib* 16. *cap.* 38. *& noſtra Chronologia an.* 1447. Extat tantæ dignationis memoria pericillo delineata in ſacriſtia Cænobij ſupra dicti.

Anno 1448.

BARTHOLOMAEVS MVTINENSIS Lombardus grauis, & pru-

pruden, S. Theologiæ Magiſter, Inquiſitor Ferrarienſis ſcripſit:

Librum de Peſte.

Super Regulam S. Auguſtini.

Volumen in ſex libros diſtributum, de Chriſto abſcondito, ſeu (vt alij dicunt) de filio Dei credito. Reperitur in Bibliotheca S. Dominici de Ferraria manuſcriptum.

Obijt Ferrariæ an. 1448. & ſepultus fuit ibidem in choro cum hoc epitaphio.

Progenite antiquis Mutinæ ſub manibus altæ
Marmoreo hoc tumulo Bartholomæe, iaces.
Diuini interpres iuris, quæſitor, & huius
Religionis eras, philoſophuſque grauis,
Non valet hoc animi virtutem abolere ſepulchrum.
Quamuis defunctum corpus, & oſſa tegat.

Seraphinus Ractius, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.*

Anno 1449.

IOANNES MARCVS Vicentinus Venetiarum claris parentibus natus, charus omnibus fuit. Erat enim indole humaniſſima, præter philoſophiæ, Sacræ Theologiæ, hiſtoriarum, & aliarum rerum cognitionem ſumma inerant ei modeſtia, & humilitas. Præterea his adiunxit peritiam Oratoriæ. In principibus vrbibus dixit cum plauſu, & fructu. Qui proderat coætaneis, ne deeſſet poſteritati, ſtylo illi ſæculo conſueto compoſuit:

Sermones de tempore per totum annū.

Floruit ſub hunc annum; Eiuſque meminerunt cū laude Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, & Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 3.*

Anno 1450.

IOANNES LEO Romanus S. Theologiæ inſignis doctor, Canonumque peritia illuſtris ab Eugenio IV. LarinenſisPaſtor in Neapolitano Regno ſub Archiepiſc. Beneuentano renunciatus fuit 16. Kalend. Septemb. 1440. Longo annorum curſu in ſua Eccleſia vixit. Tandem Communem mortalium viam & ipſe ingreſſus eſt. Luculenta Commentaria ſcripſit:

De Synodo, atq; Eccleſiaſtica poteſtate.

De Concil. Baſileen. Ferr. Florent.

Ad eundem Eugenium Papam, quæ M. S. in Vaticana Bibliotheca aſſeruantur. Vghellus *tom. 8. Ital. Sacra,*

Anno 1451.

SIBITO PATRIA Viennenſis, natione Germanus, nobili ortus progenie, cœterùm pietate, ac religione nobilior. Cum ſtudijs ſe toto pectore addixiſſet, varias adeptus eſt diſciplinas. Studiorum curſu emenſo in diſcendo, & in docendo, ad ſtudium, & lectionem ſacrarum Scripturarum ſe contulit tandem. Vt quæ lucratus erat, in ſalutem animarum expenderet, poſteris tradidit *in orationem Dominicalem doctiſſima Commentaria.* Floruit ſub hunc annum 1451. De eo Albertus Venetus, Taegius *parte 1.* Ambroſius Gozzeus Epiſcopus in Catalogo, Plodius *de viris illuſtribus part. 2. lib. 2. & iterum lib. 3.* & Antonius Senenſis Luſitanus *in Biblioth. Ord. Præd. folio 222.*

Anno 1452.

IOANNES BIBBIA Bononienſis Lombardus varia eruditione præclarus, eleganti ingenio, & omni titulo admirandus. Scripſit:

Volumen magnum, *Quodlibetorum 28. quæ diſtinxit in quæſtiones, haſque rurſus in articulos.*

Librum ſermonum ad Clerum.

Quaſdam collationes varias, ac breues, quas habuit in fratrum Communione.

Luſitanus *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum pag. 136.* Plodius *de viris illuſtribus Ord. parte. 2. lib. 3.*

IOANNES PARMENSIS Lombardus, doctor Pariſienſis doctiſſimus. Scripſit.

Maximum volumen, quod incipit: quæritur quomodo eſſentia.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Plodius *de viris illuſtribus parte 2. lib. 3.*

Anno 1453.

RICHARDVS cognomine, ac patria incognitus, literatus, pruden-

tiſſimus, ac probatiſſimæ vitæ. Scripſit:

Librum de virtutibus.

Item de interpretatione vocabulorum veteris Teſtamenti.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtribus parte 2. lib. 3.*

ROBERTVS ANGLVS ſacrarum literarum peritiſſimus, ac fideliſſimus earum interpres. Scripſit:

Commentaria, & Poſtillas in Danielem.

Item in Iobum.

Super Danielem.

In D. Matthaum.

In Lucam.

In Ioannem.

Sixtus Senenſis *in Biblioth.* Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 3.* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca fol.* 217.

Hæc in Bibliotheca Prædicatorum habentur Bononiæ.

Hic Robertus diuerſus eſt à Roberto Anglo Eboracenſi de quo an. 1348. à Roberto Anglo Holchot, de quo anno 1349. à Roberto Anglo Humbleton, de quo anno 1390. à Roberto Anglo Orfor, de quo anno 1295. à Roberto Anglo Caſtrico, de quo anno 1239. à Roberto Anglo Bilibri Cardinali, de quo anno 1276. à Roberto Anglo Ribuerbio, de quo anno 1238.

Anno 1454.

HIERONYMVS IOANNIS Florentinus, Rhetor, Philoſophus, Theologus, & celeberrimus prædicator pluries maximo auditorum plauſu orauit in Concilio Florentino ad Patres propter vnionem Eccleſiæ Græcæ cum Latina ſtabiliendam. Datus fuit Græciæ in Priorem Prouincialem, deinde Procurator Ordinis Generalis. Scripſit:

Duo quadrageſimalia.

Quaſdam res Grammaticales.

Librum Antiphonarum.

Omnia hæc extant in Conuentu S. Mariæ Nouellæ, cuius erat alumnus.

Obijt ætatis anno 77. Domini verò 1454. die 30. Auguſti in Patria.

Michael Pocciancius, Plodius *de viris illuſtr. par. 2. lib. 3.* Lucarinus, Fontana *in Theatro part. 2. cap. 3. tit. 12. de Prou. Romana cap. 6.* & Fernandez.

Anno 1455.

MARIANVS BITONTINVS in Apulia Peucetia plurimum valens, omnium partiū vir, diſcretus, prudens, grandis experientiæ, & in primis literis, & obſeruantia regulari clariſſimus. Scripſit:

Subtiliter, ac profundè ſuper diuerſos tractatus variarum ſcientiarum.

Videlicet *in VniuerſamLogicam Ariſtotelis.*

In octo libros de Phyſico auditu.

De Generatione, & corruptione.

Super parua naturalia.

In libros quatuor de Cælo, & Mundo:

In Metaphyſicam Ariſtotelis lib. duodecim.

In primam partem Diui Thomæ.

De ente, & eſſentia.

Super Elementa Euclidis:

In Sphærica Theodoſij, & alia plura.

Fuit chariſſimus Præceptor illius doctiſſimi viri Fratris Franciſci Neritonenſis, qui fuit ſplendor Italiæ, & Magiſter noſtri eminentiſſimi Card. F. Thomæ de VioCaietani, de quo 148e.

Eius facta eſt mētio à Mazzella in deſcriptione Apuliæ Peucetiæ, à Vallo in compendio *p.4.* & ab omnibus hiſtoricis, & coſmographis cum Regnum Neapolitanum, & Apuliam Peucetiam deſcribunt, ſummis laudibus tantus vir recenſetur.

Anno 1456.

IACOBVS de Bruxellis, ſeu de Angia in doctrina S. Thomæ verſatiſſimus multa induſtria, & labore collegit annotationes in margine ſuperSummā D. Thomæ, in quibus citantur loca, ad quæ idem S. Doctor ſe remittit, cum dicit, *vt ſupra dictum.* Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *de viris illuſtr. p.2. lib.3.*

Anno 1457.

IOANNES de MOVETA Germanus in Philoſophia, & Theologia illuſtris; ſed in vtroque iure longè illuſtrior. Scripſit:

Com-

Commentaria ſuper decretũ Gratiani.
Super decretales Gregorij Noni.
Item ſuper ſextum.
Super Codicem.
Super Extrauagantes.
Summam Caſuum conſcientiæ.
Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 3.* Luſitanus *in Bibliot. pag. 132.*

Anno 1458.

IOANNES FAVENTINVS Flaminius doctiſſimus Theologus ſcripſit:

De Præſcientia, & de Prouidentia Dei Luſitanus *in Bibl. fol. 137.* Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 3.*

THOMAS patria Valentinus, natione hiſpanus ſcripſit.

Librum, cui titulus, Flores conſolationis ad Chriſtianum.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 3.*

PASCHALIS, ſiue PASCHASIVS hiſpanus doctus, & magnæ integritatis expoſuit hiſpanicè.

Euangelia dominicalia anni.

Scripſit quoque ſermones per omnes anni feſtiuitates.

Albertus Venetus, Plodius *de viris ill. p. 2. lib. 3.*

Hic fortaſſe non eſt diuerſus à Paſchali de Fonte pudico, de quo anno 1512.

Anno 1459.

SANTONINVS ciuis, & Archiepiſcopus Florentinus. Ad quam dignitatem ab Eugenio IV. an. 1446. 4. Idus Februarij renunciatus fuit inuitus: illam enim, non niſi Apoſtolicis minis vrgentibus acceptauit. Erat tunc Vicarius Generalis Congregationis Neapolitanæ, ſucceſſerat in hoc munere B. F. Paulo à Miletto Calabro, qui lapſam ibi noſtri ordinis diſciplinam ad primam pietatem reuocauit. Fuit Antoninus conſiliorum, clariſſimus Romanæ vrbis olim Auditor cauſarum, in vita, & poſt mortem innumeris miraculis clarus. Didicit omnia abſque opera præceptoris. A baptiſmate Antonius vocabatur; ſed ob puſillam ſtaturam Antoninus poſtea dictus. Aubertus Miræus *in Auctario de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 469.* Functus eſt officio Prioris in Conuentu S. Marci Florentino, Feſulis, Cortonæ, Senis, Caietæ, Sueſſæ, in Diui Petri Martyris Neapoli. Legationis munus adhuc Prædicator fraterculus pro Republica Florentina ad diuerſos Principes Chriſtianos, quibus maximè charus fuit, & præſertim ad Martinum V. & ad Eugenium IV. obiuit. Donans pauperem propria cappa, alteram recepit diuinitus. Neapoli, duabus piiſſimis tertiarijs Ordinis, quæ ſecundum carnem erant ſorores, vaſe in vno parum olei, in altero parum mellis multiplicauit, atque adeo affluenter, vt ſeptem annos continuos non defecerit. Plodius *p. 2. lib. 3.* & Vallus *in compendio p. 3.* Mulierem ſterilem reddidit ſua benedictione fæcundam. Conſtitutus in dignitate Vicarij Prouincialis, vel Prioris in vilioribus ſe humiliter exercebat. Nam abluebat & patinas in coquina, & ſeruis ipſis inſeruiebat hilariter. De illo adhuc in viuis agente, Nicolaus V. Pont. Max. aſſeruit, non minus Archiepiſcopum Florentinum in Sanctorum numerum referre exiſtimarem, quam Bernardinum Senenſem vita functum. Ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Præd.* Inter alia ingenti ſudore, aſſiduiſque vigilijs elaborata duas edidit ſummas *vnam Theologiæ Moralem in quatuor partes diſtinctam.* In quarta parte illius diffuſiſſimè tractat de Beatiſſima Virgine explicans primum Lucæ caput de Annuntiatione, de Salutatione Angelica, & de Cantico magnificat. Alteram *hiſtorialem, ſeu Chronicam,* ab initio mundi vſque ad tempora ſua: definit enim in annum 1458. quam in tres partes partitus eſt.

Item trialogum de Chriſto, & duobus diſcipulis euntibus in Emmaus, in quo explicantur omnia, quæ de vita, morte, & reſurrectione domini prædicta fuerant. Opus incipit: *Incipiens à Moyſe.*

Confeſſionalia tria, vnum latinum, cui titulus: defecerunt; & duo vulgaria:

Ser-

Sermones plurimos.

Tractatum de decem præceptis, & ſeptem peccatis capitalibus.

Clarus miraculis obijt ſexto Nonas Maij 1459. & ſanctorum numero eum adſcripſit Adrianus VI. Anno domini 1523. Prope mortem repetebat: *Seruire Deo, regnare eſt.* Et illud: *Sancta, & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam, neſcio.* Septuagenarius intendens in Crucifixum, quem manibus tenebat, oculos, ac dicens: *Oculi mei ſemper ad Dominum*, expirauit.

Scripſerunt de illo Franciſcus à Caſtilione, Leander *lib. 3.* Luſitanus *lib. de Beatis*. Vghellus *in Ital. Sac. tom. 3. Chronica* Vincentij Mainardi Geminianen. Sixtus Senenſis *in Bibl.* Razius, Plodius *de vir. ill.* Marraccius *in Bibl. mar.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 4. tit. 45.* Eius encomia lege apud Gobellinum, Io: Trithemium, Bzouium, Spondanum, Voſſium, Bellarminum *de ſcript. Eccleſiaſt.* Philippum Labbe, & *elogia mea p. 1. elog. 9.*

Anno 1460.

IACOBVS CATALANVS, dictus de Catalonia, hiſpanus, vir pius, & doctus, ac propter eruditionis præſtantiam, qua fulſit, multa veneratione dignus, compoſuit.

Librum de Conceptione B. Virginis.

Citatur à F. Vincentio Bandello Ord. Generali in lib. de Sanctificatione.

Claruit circa annum Orbis redempti 1460. Alphonſo Fernandez *in concert. Prad.* Ambroſio Gozzeo, Vincentio Bandello, Plodio *de viris ill. p. 2. lib. 3.* Luſitano *in Bibl. p. 127. & 128.*

IOANNES AQVILANVS Italus ex patria ſui cognominis oriundus, quē virū eruditione, æquè atq; animarum zelo plenum appellant Fernandez *in concert. Prad.* & Plodius *in Appendice* fuit Theologus inſignis, facundiſſimus concionator.

Hic ſimul cum Fratre Daniele Vicētino ſcripſit.

Librum ſermonum de tempore, ac de ſanctis.

Item ſermones quadrageſimales, vitiorum Limam nuncupatos. Venetijs per Angelum Britannicum 1497. in 8. & iterum Venetijs in Aedibus Aegidij Regazolæ 1576. Luſitanus *in Bibl.* Fernandez *in Concertat.* Plodius *in Appendice*, Gozzeus, Leander *in deſcrip. Italia*, & Vallus.

Floruit circa annum Domini 1460.

ANTONIVS de CARLENIS Neapolitanus nobilis ex dominis de Monte Aquilo natus, Piſano Concilio interfuit adhuc in minoribus conſtitutus, vbi glorioſiſſimè pluries diſputauit, & Alexandri Papæ V. partes infracto animo ſuſcepit. Amalphitanam Eccleſiam in Terra Laboris regendam obtinuit à Nicolao V. Pontif. Maximo 3. Idus Auguſti anno 1449. cui ob præclaras virtutes, acceptiſſimus fuit. Annis vndecim in ſua Eccleſia præfuit Archiepiſcopus, exemplar pietatis, & charitatis ouibus ſuis effectus, mortemq: annoſus aſpexit anno 1460. in D. Thomæ Aquinatis nobili ſacello à ſe in Cathedrali conſtructo tumulatus. Scripſit ſuper Magnificat.

Item quæſtiones, & docta commentaria ſuper Metaphyſicam, quæ aſſeruantur in Bibliotheca S. Dominici de Neapoli. Vallus *de Prou. Regni Ord. Præd.* Vghellus *tom. 7.* & Fontana *in Sacro Theatro Dominicano p. 1. cap. 4. tit. 2. num. 1.*

Scripſit etiam.

Super quatuor libros ſententiarum.

Et plura alia, quæ habentur manuſcripta in præfata Bibliotheca S. Dominici de Neapoli. Ita refert P. noſter Grauina in vita, & teſtimonijs F. Ioannis de Neapoli. Plodius *p. 2. lib. 2.*

IACOBVS de THESSALONIA magno iudicio, nec minori doctrina Theologus, ac celebris prædicator ſcripſit.

Grande volumen de moribus hominū, & de officijs nobilium, & popularium.

Diuiditur in quatuor partes.

Item varios ſermones.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 3.*

Anno 1461.

BEATVS IOANNES Neapolitanus ſecundus huius nominis per to-

totam Italiam in concionibus notiſſimus diuæ Catharinæ Senenſis laudes fuſiſſimas lingua, & calamo clariſſimas reddidit, quæ præconia in librum vnũ redegit.

Floruit circa hunc annum; & apud Montem peſulanum diem ſuum obiuit. Antonius Luſitanus *in Bibl.* Leander Albertus *de viris illuſt. lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Gregorius Lombardelli, Vallus *in Compendio par.* 3.

Anno 1462.

LEONARDVS vir eruditiſſimus, multarum linguarum, græcæ, atque latinæ præcipuè, peritia clarus in Inſula Chij humilibus ortus natalibus, ibidemque in S. Dominici conuentu ad ordinem receptus, Patauium ſtudiorum cauſa miſſus eſt, vbi & didicit, & docuit. Sacræ Theologiæ Licentiatus declaratur. Petente Maria Iuſtiniana eiuſdem Inſulæ domina, ab Eugenio IV. creatus eſt Archiepiſcopus. A Nicolao V. ſummo Pontifice poſtea cum Legato de Latere Iſidoro Card. Sabinenſi ad vltimum Imperatorem Conſtantinum XI. Paleologum, vt Græcos in vnionem cum Latinis in Florentino Concilio ſancitam, ex qua turpiter receſſerant, reuocaret, Conſtantinopolim mittitur. Capta à Mahomete Conſtantinopoli in ſolemnitate Pentecoſtes 29. die Maij 1453. Leonardus dies ſuos crudeli morte compleuit. At Abbas Michael Iuſtinianus eruditiſſimus vir inquit: *Conſtat nihilominus Mahometem prænominatum anno* 1458. *vt ſcribit Boſius, vel an.* 1462. *vt tradunt alij Hiſtorici, Leſbum vi cepiſſe, incolaſque latini ritus, inter quos adnumerabatur Archiepiſcopus, aut diriſſimè interemiſſe, aut Conſtantinopolim ad duram reduxiſſe ſeruitutem. Finis equidem deplorabilis, & tanto viro indignus* Scripſit eruditiſſimus Paſtor.

Tractatum Apologeticum contra Carolum Poggium Florentinum Eugenij IV. ſecretarium. Cuius initium eſt.

Cum coram præſtanti viro Luchino Gateluxio mihi &c.

Hoc opus, & vitam Leonardi Archiepiſcopi impreſſit Abbas Michael Iuſtinianus Abellini Typis hæredum Camilli Caualli anno 1657. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 4. *tit.* 55.

Hoc anno 1462. Celebris illa diſceptatio coram Pio II. habita eſt de Sanguine Chriſti in triduo mortis eiuſdem. Vertebatur hæc diſputatio inter Patres minores, & noſtros. Ex noſtris coram ſummo Pontifice diſputabant P. F. Iacobus Brixienſis Ordinis Procurator vir doctiſſimus, qui poſtea obijt apud montem Roſiũ prope Nepeſinam ciuitatem, ibidem ſepultus, P. Magiſter Gabriel Barcinonenſis noſtri Bononienſis ſtudij Regens, & P. F. Vercellinus de Vercellis, qui doctiſſimi viri ſibi obtinuit nomen. Alter eſt hic Vercellinus ab illo, quem recenſuimus an. 1301. Olmeda *in vita Conradi* Aſtenſis *Mag. Ord.* Taegius, & Fontana *in Theatro p.* 2. *cap. de Procuratoribus Ord. tit.* 1. *num.* 20.

Anno 1463.

BARTHOLOMAEVS SENENSIS vir omni æuo laudandus: Fuit enim iucundus cum modeſtia, doctus ſine elatione; eloquens ſine faſtu, paribuſque litteris, & religione inſignis. Scripſit:

Compendium ſeptem artium liberalium.

Summam notabilem. quæ reperitur in Conuentu Foroliuienſi in Flaminia. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 3.

Anno 1464.

NICOLAVS dictus Cuſanus à Vico diæceſis Treuirenſis ad ripã Moſellæ è Regione Vrſicaſtri, vbi natus eſt, ab Onuphrio Pennoto, Hippolyto Marraccio *in Bibl.* Marian. Canonicis Regularibus annumeratur. Cæterum Cochlæus *lib.* 11. *hiſtor.* Huſſitatum, Ambroſius Gozzeus, Sixtus Senenſis *in Bibl.* Luſitanus, & alij inter Dominicanos reponunt. Fuit Germanus, vir doctiſsimus, & magnum lumen Eccleſiæ. Inſuper perfectiſsimus mathematicus. Primum Archidiaconus Leodienſis, & Decanus S. Florini

Conſtantienſis, poſtea factus Dominicanus creatus eſt Epiſcopus Brixinēſis in comitatu Tirolenſi, tandem S. R. E. Cardinalis titulo S.Petri ad vincula à Nicolao V. ſummo Pontifice 20. Decembris ann. 1448.

Obijt die XI. Auguſti anno 1464. Tuderti in Vmbria;natus annos 63.

Multa edidit, quæ typis data ſunt Baſileæ anno 1565: ex officina Henricopetrina tomis tribus:

Tomo primo continentur.

De docta ignorantia libri tres.

Apologia doctæ ignorantiæ.

De coniecturis libri duo.

De filiatione Dei.

De Geneſi.

Idiotæ libri quatuor.

De viſione Dei.

De ludo globi libri duo, ſeu de Myſtico ludo globi.

De fortuna.

Compendium, directio vnitatis.

De Poſſeſt, ſiue de principio rerum omnium.

Trialogus.

De beryllo.

De dato Patris luminum.

De quærendo Deum.

De venatione ſapientiæ.

De apice, ſiue de ſumma Theoria.

De Deo abſcondito.

Tomo II. continentur.

De Annunciatione dialogum.

Excitationum libri decem.

De Aequalitate.

De catholica concordantia.

Liber epiſtolarum ad varios.

De pace fidei.

Cribrationum Alchorani tract. 3.

De nouiſſimo die, & coniectu . .

Tomo III. continentur.

De Geometricis traſmutationibus.

De Arithmeticis complementis.

De Mathematicis complementis.

De quadratura circuli.

De finibus, & chordis.

De vna recti, curuique menſura.

Complementum Theologicum.

Contra Bohemos de perfectione Mathematica.

Reparatio Kalendarij.

Correctio Tabularum Alphonſi.

Alia quadam ex Gaurico in Cuſam adiecta.

Hæc ex dicta editione, quibus addenda ſunt.

Liber, cui titulus, *Dux ſpeculatiui, ſeu Directorium ſpeculantis.*

Liber ſermonum.

Correctio Indicis Apocalypſis:

Et alia, quæ habentur impreſſa duobus magnis voluminibus, excuſis Pariſijs, 1514. Norimbergæ, & Baſileæ 1565.

Pro ſede Apoſtolica varias legationes, in his Germanicam, & Conſtantinopolitanam, ſumma cum laude obiuit.

Sigiſmundus Dux Auſtriæ hunc carceri mancipauit: erat nihilominus carcer honorabilis. Summus Pontifex id ægrè ferens affecit anathemate Ducem, quem etiam priuauit Ducatu.

Fuit Cuſa vir magnus, memoria incredibili, Theologus, Mathematicus, & hiſtoricus.

Circa Cuſam in patria in honorem S. Nicolai Epiſcopi domum hoſpitalariam conſtruxit, eamque copiosè dotauit, vbi in medio chori cor eius ſepultum eſt.

De eo Ioannes Trithemius, Iacobus Faber Stapulenſis, Ioannes Auentinus, Onuphrius, Platina, Sixtus Senenſis *in Bibliotheca Sancta*, Cochlæus, Poſſeuinus, Spondanus, Miræus *in Auctario* 476. Matthæus Palmerius *in Chronica*, Luſitanus *in Bibl. pag.* 182. & 183. Bellarminus *de Scriptor. Eccleſ.* Philippus Labbe, Alphonſus Fernandez, Plodius *de viris illuſtr. Ord. Prædicat. parte 2. lib. . . .* & alij.

In additione ad lib. 31. Speculi hiſtorialis Vincentij Bellouacenſis hæc habentur: *Frater Nicolaus de Cuſa vir fuit ſua tempeſtate doctiſſimus, vitiorum hoſtis acerrimus, integritate animi admirabilis, ſupra opinionem eloquens, & latinus, & tanta omnium doctrinarum vbertate præditus, vt quicquid ex tempore dicendum incidiſſet, id tali copia diſſereret, vt illi ſoli facultati ſtuduiſſe cenſeretur. Hiſtorias omnes recentiores, & antiquas memoria tenebat, & in Mathematicis diſciplinis fuit ſuo tempore, illo doctior nullus. Ariſtotelis quoque doctrinæ, & ſcholaſtica peritiſſimus.* Hactenus ille.

Circa dialogum de Geneſi habet Sixtus

Sixtus Senenſis *in Bibl. lib.* 4. Virum illum ſupra quam cuique credibile eſt eruditiſſimum, cui docta quædam ram in verbis, quàm in ſententijs amica fuit obſcuritas, ediſiſſe in principium Geneſços breuem Dialogum tantę obſcuritatis, vt vix à doctiſſimis viris poſſit intelligi.

Item in illud Iacobi cap. primi, *omne datum optimum* ad Gerhardum Epiſcopum Solonenſem de dato Patris luminum librum vnum.

Præterea compoſuerat Cuſa ſermones encyclicos per anni circulum & quadrageſimam: quorum longitudinem ipſemet pertæſus ex eis collegit, veluti ex vberrimis campis flores elegantiores, quos in libros 10. Exercitationum ſpiritualium (in editis vulgò excitationes dicuntur) prænotatos immiſit. Ita incipiunt: *Tu quis es?*

Anno 1465.

HENRICVS KALTYSENVS ſeu CALTEISENIVS Teuto, patria Confluentinus vir omni commendatione digniſſimus, in ſacris literis, & in Theologia Scholaſtica magnificè verſatus, Sacræ Theologiæ Magiſter, fideique apud Colonienſes Inquiſitor. Anno 1433. in Concilio Baſileenſi diſputauit contra Huſſitas *de libera praeditatione Verbi Dei* per tres dies; & diſputatio, ſiue oratio extat apud Henricum Caniſium *tom.* 4. *part.* 2. Antiquæ lectionis. Ex Bellarmino *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* Diſputauit, inquam, per triduum cum Vldarico Presbytero hęretico. Ita Bernardus Lucemburgenſis in Catalogo hæreticorum, Philippus Labbe. Anno deinde 1440. creatur Magiſter Sacri Palatij, & in Germania hæreticæ prauitatis Inquiſitor, & antea Sanctæ Crucis prædicator. Anno poſtea 1452. 3. Kal. Martij à Nicolao V. duarum Prouinciarum, Nydroſien. videlicet, & Cæſarienſis Archiepiſcopus in Noruergia conſecratur. Erat in rebus agendis dexterrimus, animo ſedatus, & probitate vitæ illuſtris. Edidit.

Commentaria ſuper libros ſententiarum.

Librum ſermonum de Sanctis, & Tempore.

Collationes varias ad Clerum.

Quæſtiones diuerſas.

Et inter alia ſua ſapientiæ argumenta ſcholaſtico eloquio edidit in Canticum Mariæ, Magnificat librum vnum.

De huius vitæ ergaſtulo liberatus eſt anno à Chriſto nato 1465. VI. Kalendas Octobris. Olmeda in vita Conradi Aſtenſis Magiſtri Ordinis, Plodius *part.* 2. *lib.* 3. Fernandez *in Concertat. Prædicat.* Marraccius *in Biblioth.* Mariana, Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 25. *& parte* 2. *cap.* 5. *num.* 32. Taegius *in Monum. Ordinis*, Luſitanus *in Biblioth.* Seraphinus Ractius, Lucarinus, Bernardus Lucemburgenſis *in Catalogo hæreticorum*, Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta*, Miræus *in Auctario cap.* 457. Trithemius, Bellarminus *de Scriptor. Eccleſ. pag.* 399. *& ibidem* Philippus Labbe.

PETRVS POLONVS, in Polonia natus, vir doctus, aſſiduaque ſacrorum voluminum lectione eruditus. Scripſit:

Commentaria ſuper Lucam.

Claruit circa hunc annum 1465. Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædicat.* Luſitanus *in Bibliotheca* Plodius *parte* 2. *lib.* 3.

RAPHAEL de PRONASIO, ſeu PARNASIVS, Italus, patria Genuenſiś vir & propter ingenij, & religionis præſtantiam, & propter Theologicæ doctrinæ eruditionem non vulgarem, publicis pręconijs meritò celebrandus. Scripſit:

Librum de Conceptione B. Virginis Mariæ.

Tractatum de Proprio non habendo ad Religioſos. Habetur in Bibliotheca S. Dominici de Matera in 8. & alios tractatus.

Claruit anno gratiæ per Chriſtum 1465. Antonius Seneſis *in Bibl. Præd.* Taegius *parte* 1. Plodius *de viris illuſtribus p.* 2. *lib.* 3.

IOANNES STERNAGESTEM Germanus doctiſſimus & variarum linguarum peritus. Scripſit:

In Sapientiam.

In Pſalterium.

Super quatuor libros ſententiarum.

Quæſtiones ſuper vniuerſam Philoſophiam

phiam moralem, & ſpeculatiuam.

Quæſtiones in librũ de Bona Fortuna.

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Leander *lib.* 4. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 1. *&* 3. Luſitanus *in Biblioth.*

THOMAS HIBERNVS in doctrina Sanctorum Patrum verſatiſsimus. Scripſit:

Librum, cui titulus, manipulus Florum, Placentia 1483. *in folio.*

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Hunc Luſitanus appellat Ioannem *in Biblioth. pag.* 152.

Anno 1466.

BARTHOLOMAEVS LAPACVS, ſeu LAPATIVS de Vbertinis nobili ſanguine natus Florentiæ, ibidem in S. Mariæ Nouellæ Conuentu inter Dominicanos adſcitus, vir doctiſſimus euaſit, Græcæ linguæ peritiſſimus, & ſui ſæculi Sacræ Theologiæ celeberrimus Laureatus. Fuit Diuini Verbi facundiſſimus præco; in Hungaria, Polonia, atque Pannonia Generalis hæreſum cenſor, necnon ſummus orator euangelicus, Geometra inſignis, Muſicus, & expugnator hæreticorũ acerrimus, quos verbo, & ſcripto, quo ad vixit, perſequi nõ deſtitit. Concilio Florentino interfuit anno 1439. de quo Olmeda: *Cum non modò latino eloquio, ſed & græca redoleret eloquentia, ita errores Græcorum in Concilio demonſtrauit, vt induceret Ioſeph Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui è Græcia Florentiam cum Imperatore Græcorum aduenerat, ad fidem Rom. Eccleſiæ, in qua & paulò poſt defecit, apud nos in S. Maria Nouella ſepultus: Necnon & contra Epiſcopum Epheſinum Græcorum peritiſſimum maximè inualuit; non iam in funda, & lapide, ſed in ſolo Scripturæ verbo.* Fuit datus Magiſter Sacri Palatij ab Eugenio Papa IV. à quo deinde creatus eſt Epiſcopus Argolicenſis in Romania. Ita Plodius *parte* 2. *lib.* 3. & Fernandez *in Epiſc. Italis.* Terminato Concilio Florentino, ab eodem Summo Pontifice datus eſt Epiſcopus Cortonenſis die 24. Ianuarij 1440. cui præfuit vſque ad annum 1449. Ex qua Sede à Nicolao V. translatus eſt ad Eccleſiam Coronenſem in Græcia ſub Metropolit. Corinthien. anno 1449. Aliquibus annis Coron. Eccleſiæ præfuit. Poſtea propriæ quietis cupidiſſimus, illa liberè dimiſſa, Florentiam ſe recepit, vbi Eccleſiæ S. Romuli Commendatarius effectus, quieuit tandem in pace, Sanctioris vitæ odore poſt ſe relicto die 24. Maij ann. 1466. in S. Maria Nouella ſepultus cũ hac inſcriptione.

Bartholomæo Lapatio Coron. Epiſcopo.
Armis omnibus Eccleſia.
Militi inuictiſſimo.
Pietas curauit.

Cum igitur eſſet peritiſſimus linguæ Græcæ, dicendi facundia præſtantiſſimus, atq; in diſputando ſubtiliſsimus, vnà cum FF. noſtris Andrea Archiepiſcopo Coloſſenſe, Ioanne de Turrecremata, qui fuit Cardinalis, atque Io. de Monte Nigro Prouinciæ Lombardiæ Prouinciali viro doctiſsimo & eloquentiſsimo, in Concilio Florentino contra doctores Græcos de proceſsione Spiritus Sancti, diſputauit. Et ita egregiè cũ Epiſcopis Niceno, & Epheſino, vt illos fœliciſsimè, aſsidentibus Græcorum Imperatore, & Patriarcha, qui ad vnionem Eccleſiæ cum ſuis doctoribus venerant, conuicerint. Epiſcopus Epheſinus in ſua obſtinatione permanſit. Terminato ſacro Concilio, Cardinalis Venetus Apoſtolicus de Latere Legatus ab Eugenio Papa IV. cum eodem Bartholomæo iam Corton. Epiſcopo Conſtantinopolim mittitur. Cardinalis Lapatio, publicum certamen cum eodem Epheſino Archiepiſcopo ibidem habendum ad Imperatoris Græci, eiuſque Procerũ inſtantiam, indixit: in quo Marcus Archiepiſcopus Epheſinus ita à Bartholomæo ſuperatus, & confuſus fuit, vt ex mœrore, ac confuſione intra paucos dies in perfidia ſua perſiſtens, ceſſerit fato. Fernandez *in Concertat. Prædicat. anno* 1439. A Nicolao V. in Hungariam, Bohemiam, & Poloniam Legatus Apoſtolicus directus fuit anno 1448. Scripſit ſapientiſſimus Pater:

Sermones de Tempore, & de Sanctis, volumina duo.

Quadrageſimale.

De diſtinctione Spiritus Sancti à Filio. Ad Cardinalem Beſſarionem.

Controuerſiam de diuiniſſimo Sanguine Chriſti.

De glorificatione ſenſuum poſt Reſurrectionem.

De effuſione Sanguinis Chriſti in Cruce. Ad Pium II.

De Incarnatione Scholaſticè;

Librum de ſenſibilibus delicijs Paradiſi ex tractatu Ioan. de Tambacho deſumptum.

Conciones de B. Virgine.

Commentaria ſuper Pſalmum Quinquageſimum.

Horum quædam Pio II. Pont. Max. dicauit, coram quo ſæpiùs perorauit.

Reliqua eius opera manuſcript. in Bibliothecis S. Marci, & S. Mariæ Nouellæ de Florentia aſſeruantur. Vghellus *tom.* 1. *Ital. Sacr.* Olmeda *in vita* Barthol. Texerij *Mag. Ord.* Reginaldus Lucarin. *in Adnotat. ad Indicem lib. prohibit.* Fernandez *in Concertat. Præd. ad an.* 1439. *& Catalog. Epiſcop. Italiæ.* Luſitanus *in Biblioth.* Fontana *in Theatro* 1. *p. cap.* 5. *tit.* 50. *num.* 2. & alibi pluries. Pocciancius *in Catalogo Scriptor. Florentinorum*, Marraccius *in Bibl. Mariana*, Taegius, & Plodius.

Hunc Summus Pontifex Eugenius IV. Verbi Ducem, ac tubam celebrem nominandum duxit.

PETRVS GALDINVS Bononienſis ſummæ religionis vir, ac doctrinæ meritò venerandus. Scripſit:

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Eius Antonius Senenſis *in Biblioth. Prædicat.* Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicat.* Vincentius Bandellus, Taegius *parte* 1. & Plodius *de viris illuſt. parte* 2. *lib.* 3. perhonorificè meminere.

IOANNES BREHALLVS, quem citant Spondan. ad ann. 1304. Philippus Labbe *de ſcriptor. Eccleſiaſt. verb.* Ioannes de Pariſijs, magnus fuit Theol. & Hiſtoricus, quid ſcripſerit ignoratur.

CONSTANTIVS FABRIANENSIS Picenus iuuentutem optimis & diſciplinis, & moribus imbuit. Scripſit:

Vitam B. Corradini Brixienſis Ordinis noſtri, & aliorum Beatorum, ac Beatarum eiuſdem Religionis.

Hieronymus Borſellus Bononienſis, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. parte.* 2. *lib.* 3.

Anno 1468.

IOANNES DE TVRRECREMATA Hiſpanus ab oppido natali Torquemada, vulgari idiomate nuncupato, diœceſis Palentinæ in Regno Caſtellæ, fuit ex Prouincia Hiſpaniæ, Conuentus S. Pauli Valliſoletani profeſſus. Pariſios ſtudiorum cauſa miſſus, Sacræ Theologiæ, iuriſque Pontificij conſultiſſimus euaſit Interpres. Curſu Philoſophiæ, ac Theologiæ peracto, in Priorem Sancti Pauli, necnon Conuentus Toletani aſſumitur. Pariſijs pluribus annis docens, præſtantiſſimi ingenij ſui acumen ibidem manifeſtauit. Diuulgata eius fama per Orbem, inter celebriores ſui ſæculi viros, ob ſcientiarum cumulum, vitæ integritatem, fidei zelum, & in pertractandis negotijs dexteritatem maximam, habebatur. Quapropter ab Eugenio IV. in ſui Pontificatus primordijs Romam accitus Sacri Palatij Magiſter ſummo Curiæ applauſu eligitur. Quo in munere, tamquam lucerna ſuper candelabrum poſitus illuxit toti Eccleſiæ. Cuius præſtantiſſimam ſapientiam, vitæque probitatem commendans Eugenius Papa IV. datis eidem Apoſtolicis litteris 3. Kal. Nouemb. an. 1436. ſic inquit: *Cum autem ſcientia, virtutes, & probitates tuæ nobis, Sedi Apoſtolicæ, & Rom. Eccleſiæ plurimùm per hæc tempora fuerint fructuoſæ, cupientes eiſdem, vt tenemur, aliquali ex parte retribuere, & commiſſum tibi Magiſterium propter te in conſuetis honoribus reintegrare, ac nouis honorare, &c.* Ad Baſileenſe Concilium miſſus ab eodem Summo Pontifice an. 1431. pro reformatione morum fidelium, tam Clericorum, quàm Laicorum, & contra Huſſitas hæreticos congregatum, in eodem Concilio ex Patrum decreto contra Huſſitas, illorum hæreſes impugnando, ac deliramenta *Librum de Chriſti Corpore* ſacra eruditione refertum compoſuit. Scripſit quoque:

De

De B. Virginis Conceptione, magnum volumen, quod exhibuit Concilio Baſileenſi. Denuò cuſum opera Fr. Alberti Diuinij de Catharo Ordinis Prædicat. S. Theologiæ Magiſtri, & in Sapientia Vrbis diuinæ ſpeculationis interpretis, qui fuit Epiſcopus Modruſien. Romæ apud Antonium Bladum Aſculanum 1547. in 4.

Recognouit etiam S. Brigittæ reuelationes, eiuſdem Concilij iuſſu, & illas doctiſſimo commentario illuſtrauit. Cæterùm cum Synodus illa in Conciliabulum degeneraſſet, ex ea Ioannes proteſtatione ibidem facta diſcedens, Vrbem petijt, atque authoritatem Eugenij ſupra Concilium, primatumque in Catholica Eccleſia defenſauit. Fernandez *in Concertat. Prædicat. ad annum* 1431. S. Antonin. 3. *p. tit.* 23. *cap.* 11. Deinde cum Gallici Epiſcopi dubitarent, an eſſet obediendum Concilio Baſileenſi, an Eugenio IV. ex Regio decreto Caroli Gallorum Regis congregatus eſt aliquot Epiſcoporum Conuentus in Bituricenſi ciuitate anno 1432. cui Epiſcopi, & Doctores plures interfuere, cuinam parti adhærendum eſſet conſulturi. His ab Eugenio cognitis, Ioãnem de Turrecremata Sacri Palatij Magiſtrum cum plena poteſtate, Sedis Apoſtolicæ cauſam defenſaturum, illuc miſit; qui Gallos in fidelitate, ac veneratione erga Summum Pontificem confirmauit, atque induxit, vt obedientiam Patrum Baſileenſium Summo Pontifici debitam, reſtituere procurarent. Spondanus *in Annal. Eccleſ. an.* 1432. *num.* 6. Olmeda *in vita Bartholomæi Texerij Mag. Ord.*

Euocatum igitur fuit Sacrum Generale Concilium Ferrariam; vbi habita ſeſſione 16. translatum poſtea fuit ab eodem Papa Eugenio IV. Florentiam, illuc translato, Florentiæ cum Græcis diſputauit, atque reſpondit Oratoribus Conciliabuli Baſileenſis, necnon primatum Eugenij; cunctorumque Summorum Pontificum in Catholica Eccleſia, eiuſdemque auctoritatem ſupra Concilium mordicus defendit. Quare ob hæc, & alia in Baſileenſi Concilio geſta *Defenſoris fidei* nobile titulum à Patribus eiuſdem Synodi promeruit. Olmeda *in vita Bartholomæi Texerij Mag. Ord.* Plod. *p.* 2. *lib.* 2. Lucarinus *in Chronologia Ord.* & Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 12.

Ab eodem Eugenio IV. pro grauioribus Apoſtolicæ Sedis negotijs in Germaniam, & Hiſpaniam ad Regem delegatus, dum Romanam Curiam repeteret, S. R. E. Presbyter Cardinalis creatur ſub titulo S. Mariæ Transtiberim 15. Kal. Ianuarij anno 1439. In eodem templo ſupra portam laterale, quæ ad Septentrionem ſpectat, videtur adhuc eius effigies in Cardinalitio habitu genuflexa ante Beatam Virginem Matrem Dei, deinde ſub tit. S. Xyſti. In ea dignitate conſtitutus, lanea veſte ad carnem ſemper eſt vſus, ac reliquos noſtri inſtituti ritus adamuſſim, & fideliter obſeruauit. Erga pauperes munificentiſſimis charitatis viſceribus ſemper affectus, in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam ſocietatem Sanctiſſimæ Annunciatæ, cui copioſiſſimos redditus pro pauperibus virginibus ſingulis aunis, vel cæleſti, vel terreno ſponſo iungendis legauit, erexit. Has dotes ſingulis annis Summus Pontifex, Cardinalium, Epiſcoporum, Prælatorum, Oratorum, & Nobilium ſpectabili comitatu ad ædẽ S. Mariæ ſupra Mineruam aſſociatus, Feſto Annunciationis inter Miſſarum ſolemnia propria manu elargitur. Meminit huius piæ legationis Miræus *de Script. Eccleſ. cap.* 477.

Plurima, & præſtantia contulit beneficia diuerſis noſtris conuentibus. Interfuit magno illi Concilio Conſtantienſi, vt ipſemet teſtatur ſuper decretum *diſt.* 17. *num.* 14. Promotus etiam fuit anno 1450. ad Epiſcopatum Orenſanen. in Gallecciæ Regno, quem paulo poſt dimiſit in fauorem P. F. Petri de Silua ex Ordine noſtro, qui in ſua Eccleſia Synodum celebrauit anno 1454. Quo in meliorem vitam translato, Oreſanus Paſtor electus eſt D. Io: Conzalez Deſa. Anno 1464. Ioannes à Pio II. aſſumptus eſt ad Eccleſiam Sabinenſem, & à Nicolao V. Epiſcopus Albanus fuit renunciatus. Fuit Abbas Valliſoletanus. Tandem D. Ioan-

D. Ioanne Conzalez Deſa ad Patres appoſito, ex Apoſtolica conceſſione idem Cardinalis de Turrecremata iterum Eccleſiæ Orenſanen. præficitur. Gil. *in Theatro huius Eccleſ.* Fuit planè vir præter doctrinam, obſeruantia regulari, pietate, & omnigena virtute conſpicuus, qui (vt dixi) ob glorioſam nauatam operam contra Conciliabulum Baſileenſe, ab Eugenio IV. *defenſor fidei* fuit iure optimo appellatus. Quo glorioſiſſimo titulo ob feruentiſſimum fidei zelum, quo ardebat, & ob excellentiam ſuæ doctrinæ etiam à Pio II. promeruit appellari, nempè *Fidei protectorem, defenſoremque.* Tandem ſenio confectus; ætatis ſuæ octogenarius, & amplius Romæ ſub Paulo II. die 26. Septembris, anno 1468. Cardinalatus autem anno XXIX. laborum ſuorum præmia percepturus in Domino obdormiuit. Hæredem ex aſſe S. Mariæ ſuper Mineruam Conuentum reliquit ad centies mille aureorum, quæ omnia Sixtus Papa IV. in conſtructionem pontis, qui de eius nomine Sixtus nuncupatur, conſumpſit.

Eius corpus in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultum eſt cum hac ſimplici inſcriptione:

Hic quieſcit D. Io: de Turrecremata,
Natione Hiſpanus, Epiſcopus Sabinus:
S. R. E. Cardinalis S. Sixti:
Qui obijt 26. Septembris.
Anno MCDLXVIII. Requieſcat in pace:

Poſtea ſodalitas ſanctiſſimæ Annunciatæ fundatori ſuo nobiliorem tumulum cum hoc elogio ſtabiliuit.

F. Io: Hiſpano Valiſoletano
Ex veteri, pura, nobilique familia
De Turrecremata,
Ordinis Prædicatorum,
S. R. E. Card. Epiſcopo Sabinen.
Pietate, ac doctrina clariſſimo:
Multis Legationibus egregiè functo,
B. Virginis Annunciatæ
Sodalitas
Auctori ſuo poſuit.
Obijt Romæ VI. Kalend. Octobris
Anno Dom. MCDLXVIII.
Ætatis verò ſuæ LXXX.

Ad pedes tumuli in terra legitur:

D. O. M.
Oſſa F. Io. de Turrecremata
Ordinis Prædicatorum S. R. E. Card.
Epiſcopi Sabinen.

Vghellus autem *tom. 1. in Epiſc. Sabinen.* hæc habet: *Vir vtique ob eximiam doctrinam, probitatemque morum percelebris, cuius ſanè laudes nemo vnquam, vel exactiùs, vel ſplendidiùs, quàm eiuſdem doctiſſima ſcripta, poterit celebrare. Ideò autem defenſoris fidei perilluſtre tulit cognomen, quòd in Florentino Concilio, non modò contra Græcos pietatem Chriſtianam opportuniſſimè defenſarit, ſed quòd vtramque Eccleſiam, Græcam ſcilicet, & Latinam icto concordiæ fœdere, communicatiſque capitibus fidei, curarit iungendam. Sed adeò cultus Monaſtica obſeruantia è clauſtro Turrecremata prodierat, vt haud mirum ſit in externis rebus tractãdis adeò valuiſſe, &c.* Hæc ille:

Scripſit doctiſſimus Præſul, præter ea, quæ ſupra retulimus:

In totum Gratiani Decretum quinque ingentia volumina per modum quæſtionum ſtylo theologico cum notis, ac ſummis Nicolai Boerij Præſidis Burdegalenſis. Lugduni, apud Clandium Seruaniub ann. 1555. Ijdem Venetijs 1578. apud Hæredes Hieronymi Scoti.

I. In Diſtinctiones.
II. In cauſas à 1. ad 12.
III. in Cauſas à 13. vſque ad 36.
IV. In diſt. de Conſecratione:
V. In diſtinctiones ſeptem de Pœnitẽtia.

Item librum Gratiani parùm diſtinctum in formam diſtinctiorem redegit. Huic permagno volumini titulus eſt:

Ordinatio Decreti.

Scripſit adhuc: *De Cõcilio Florentino.*

De Pœnitentia.

Super Pſalterium ad Pium II. Pont. Max. breuiſſimam, locupletiſſimam, lucidiſſimamque paraphraſim, ſimplici, & aperto ſermone dictatam: cuius initium eſt: *Beatiſſimo Patri, & clementiſſimo.* Venetijs 1513. apud Lazarum Soardum.

De Conſecratione.

De Concilijs, & Eccleſia.

De Corpore Chriſti, ſeu de Sacramento Altaris.

De aqua luſtrali, ſiue de Aqua ſancta: Ro-

Romæ 1559. apud Antonium Bladū.

De auctoritate Romanæ Eccleſiæ, ſeu *De poteſtate Papæ* inſigne, ac magnum volumen quatuor libris partitum. Venetijs apud Michaelem Trameżinum.

De vnione Græcorum cum Latinis.

Meditationes de vita Chriſti.

Expoſitionem Regulæ S. Benedicti cum Smaragdo, & alijs. Coloniæ 1575.

Super Euangelia totius Anni ad Arſenium.

Sermones de Tempore, & de Sanctis. Lugduni 1509. apud Stephanum Gueruardum.

Quæſtiones ſuper Euangelia de Tempore, & de Sanctis, profundiſſima quidem doctrina, & ſancta curioſitate refertas.

De veritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ tractatum in tredecim partes diuiſum. Ex mandato Patrum Concilij Baſileenſis ſcriptum, & impreſſum Romæ apud Antonium Blandum 1547. in 4.

Contra Alcoranum Mahometi.

Librum contra eos, qui arcebant Hebræos, ne ad fidem Chriſti venirent.

Expoſitionem Regulæ Sanctæ Brigittæ. Sancta Brigitta vidua, in Suetia illuſtriſſimo genere nata, fundatrix Ordinis Saluatoris ſcripſit volumen Reuelationum, quod à noſtro Ioanne recognitum, & à Conſaluo Duranto, Theologo, notis illuſtratum Romæ, & Coloniæ 1628. typis extat publicatum vna cum Regula Ordinis S. Saluatoris, & Synopſi priuilegiorum eiuſdem Ordinis. Obijt Brigitta ann. 1373. quam Bonifacius IX. albo Sanctorum appoſuit *not. Martyrol. Romani 23. Iulij.*

Conſeruantur plurima manuſcripta in Conuentu S. Pauli Valliſoletani, nempe: *Magnum volumen variorum tractatuum, & variarum reſolutionum.*

Super aliqua dubia, & quæſtiones particulares.

De ſalute Animarum.

Magnum librum contra Iſraelitas noſtri temporis.

Tractatum de Sacramentis, & alia.

Poſt mortem huius clariſſimi viri Dominicana Religio extitit abſque Cardinalibus annos XLIX. nempe ab anno currente 1468. vſque ad an. 1517. quo creatus fuit ſplendor Italiæ, ac Orbis eminentiſſimus Thomas de Vio Caietanus.

De Ioanne immortalitate digniſſimo ſcripſerunt S. Antoninus, qui fuit eius coætaneus *in 3. part. tit. 23. c. 11.* Sixtus Senenſis *in Bibl. Sancta*, Caſtillus *Centuria p. 1. lib. 3. cap. 42.* Onuphrius Panuinius, Alphonſus Ciacconius, Seraphinus Ractius, Leander *lib. 3.* Taegius *1. part.* Olmeda *in vita Texerij Magiſtri Ord.* Ioannes Trithemius, Flauius Blondus, Mariana, Franciſcus Suuertius, Bellarminus *pag. 399.* cum Philippo Labbe *ibidem*, Plodius *par. 2. lib. 2.* Fonrana *in Theat. part. 1. cap. 2. num. 27.* Lucarinus *m. s.* Antonius Senenſis *in Bibl. pag. 146. & 147.* Alphonſus Fernandez; & alij, qui vel de Cardinalibus, vel de rebus noſtris ſcripſerunt. In Concilio Tridentino exhibita fuerunt prædicti Authoris hæc opera.

De Summi Pontificis auctoritate.

De Reſidentia Epiſcoporum, & beneficiorum pluralitate.

De Pontificis Maximi, & Concilij Generalis auctoritate ad Baſileenſem Oratorem reſponſio coram Sanctiſſimo D. Noſtro Eugenio Papa IV. Sacro Cardinalium Senatu, cæteriſque Romanæ Curiæ proceribus in Synodo Florentina viua voce exhibita per eundem Io. de Turrecremata Presbyt. Cardinalem S. Xyſti nunc primùm in lucem edita, opera Camilli Campegij Theologi Pariſienſis. Venetijs 1563. in 4. apud Iordanem Ziletum.

IOANNES DE TVRRECREMATA
S. R. E. Cardinalis.
ELOGIVM.

Qui vtriuſque iuris viam,
Et Theologiæ ſemita meditaris,
Securus (hoc comitante) incede.
Etenim
Sic verſat Iuris prudentiam,
Sic tractat Theoſophiam
Aequabiliter, & citra errorem,
Vt cœleſtem Intelligentia Orbem.
Hoc Duce, tibi ne time,
A. DEFENSOR Fidei eſt.
In legibus illuſtrandis adeò clarus;

Vt

Vt inter Legum peritos
Verè Sol habeatur:
Sol equidem, ſed in Libra,
Ei intima eſt Aſtræa:
Turris eſt, & Ioannes.
Scilicet, Dei Gratia,
Eminentiſſima titulis, & reipſa.
B. Mille clypei pendent ex ea
In Hoſtes.
Ex hac, velut è ſpecula
C. In Concilio Baſileenſi deteximus,
Quæ ſchiſmatici non videbant.
Ex hac altiſsima Turri
D. In Concilio Conſtantienſi
Errores
Ioannis Hus, & Pragenſis,
Vvicleff, & aliorum
Detecti ſunt, & deiecti.
Pijſsimè Concremati.
Ad huius Turris proſpectum
Qui Conſtantiæ inconſtanter
In dubio ſchiſmatis pelago fluctuabāt,
Seſe
In ſpem maximam erexere.
Turris hæc
Data eſt in Damaſcum, in qua
Accendit Deus lumina ſua,
Ad quæ, qui nauigabant in ſchiſmate,
Dirigerent iter ſuum.
Turris eſt fortiſſima Dauid:
In ipſa
Ad deprimendos errores
Omnium fortium armatura.
Ad inſidias detegendas
Bohemorum, vel Huſsitarum
Hac indice, duce, luce,
Alterius face non egeo Cynoſuræ:
Turris eſt: igitur
Sublimis intelligentia.
Turris eſt, & Cremata,
Scilicet
Incendio charitatis.
Incapax alio torreri carbone,
Quàm calculo Iſaiæ,
Qui purgat, & non conſumit.
Octogenarius vixit, & amplius:
At non annorum curſu ætatem;
Sed incremento virtutum,
Et numero dignitatum diſtinxit.
Omnem honorum ſemitam
Laudatiſſimis calcauit exemplis.
Conuentus S. Pauli Valiſoletani
Profeſſus primùm, & Prior:
Deinde Toletani.
Ad hæc
Dignus Magiſter Orbis in Vrbe
Magiſter Sacti Palatij deſignatur.
Romam docuit, & correxit.
Eugenio IV. facta fuit religio
Tantā virtutem ſine præmio præterire,
Anno 1439.
IoannemCardinalem pronunciauit.
Noluit Purpuratus
Alio incrementum cognoſci honoris,
Quàm incremento virtutis.
Quare
Alijs meritis attollentibus
Renunciatur Epiſcopus Hoſtienſis.
Nouoque meritorum rotatu
Delatus ad Apogæum,
Antiſtes dictus eſt Sabinenſis,
Abbas Valiſoletanus, Epiſcopuſque
Orenſis.
Supremis ab Eugenio IV.
A Nicolao V. - A Caliſto III.
A Pio II.
Auctus honoribus,
Cum non poſſet
A Paulo II. maioribus exornari,
Auidus immortalitatis,
Vt ornaretur æternis, petijt cælum.
Tanti viri authoritatem
Ipſa propè Mors venerata
Vltra annos Neſtorianos, & amplius
Diſtuliſſet ictum fatalem:
At Animam cœlo maturam nō potuit
Non corripere in Autumno.
Diuino coacta imperio
Cæca licet, & atra
VI. Kal. Octobris Anni MCDLXVIII.
Tanto funere illuſtrauit.
Multiplici Eminentiæ
Litterarum, dignitatum, Candoris
Ordo Prædicatorum parentans
Annos IXL. in veſte ſedit doloris;
Se in ſolemnitatibus purpura non veſtiuit:
Non erat iactura tanta lugenda
Tempore breuiori.
Abſque Cardinalibus
Reliquit Ordinem Roma:
Porrò gratiſſima Mater
Degeneres noluit dare;
Ioanni æqualem non potuit, niſi ſerò.
Leo X. Anno MDXVII.
Rediuiuum Ioannem reperiens,
Caietanum,
Hunc ſtatim illi ſuffecit.

Sicque Medicæa manu
Doloris vulneri medens,
Reſtituit
Dominicanis purpuram, & lætitiam.
Induſtria extitit æqua
Dimidij ferè ſæculi Caietanus.

SCHOLION.

A. Ob glorioſam nauatam operam Contra Concilium Baſileenſe Ab Eugenio IV. ſummo Pontifice defenſor fidei fuit iure optimo appellatus. Quo glorioſiſſimo titulo ob feruentiſſimum fidei zelum, quo ardebat, & ob excellentiam ſuæ doctrinæ etiam à Pio II. promeruit nuncupari.

B. *Cant. cap. 4. v. 4. ſicut turris David collum tuum, quæ adificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*

C. Concilium Baſileenſe inchoatum anno Domini 1431. Primùm inchoatum fuerat Senis, deinde translatum eſt certis de cauſis Baſileam per Martinum V. Ita notatur in ſeſſione prima eiuſdem Concilij.

In ſeſſione 34. & ſequenti tractarunt de depoſitione Eugenij IV. Papæ.

In ſeſſione 36. de Conceptione glorioſiſſimæ Virginis. *In ſeſſ.* 37. *&* 38. de electione noui Pontificis. *In ſeſſ.* 39. Depoſito vero Pontifice Eugenio, fuit in Antipapam electus Amadeus Dux Sabaudiæ. Quare illud Concilium in conciliabulum abijt.

D. Concilium Conſtantienſe ad tollendum trium Pontificum ſchiſma cõgregatum, inchoatum eſt nonis Nouembris 1414. & protractum eſt vſque ad initium anni 1418. in hoc Concilium è noſtro Ordine viri digniſſimi conuenerunt, Io: Dominici Florentinus, Eccleſiæ Raguſinæ Antiſtes, ac S.R.E. Cardinalis. Leonardus Statius Magiſter Generalis XXV. Patria Florentinus, qui in dicto Concilio fuit vnus ex electoribus Papæ. Dominicus Archiepiſcopus Toloſanus. Ex Fernand. 1414. ex Grauina *de ſacro depoſito c.* 22. Inter hæc, & alia luminaria magna noſtræ Religionis fuit Ioannes Turrecremata. Ita ipſemet teſtatur ſuper Decretum *diſt.* 17. *num.* 14. Caſtillus 1. *p. lib.* 3. c. 42.

Anno 1469.

LVPVS BARIENTOS Regij Metymnenſis Conuentus alumnus, primarius in Salmantina vniuerſitate Theologiæ profeſſor, Henrici IV. dum Princeps Hiſpan. eſſet, præceptor, Segobienſis Epiſcopus in Hiſpania ſub Metrop. Toletana renunciatus eſt ab Eugenio IV. anno 1440. quam Eccleſiam cum, ſicut decet Apoſtolicum Paſtorem, ſanctiſſimè duobus annis gubernaſſet, ad Abulenſem ab eodem Eugenio translatus eſt anno 1442. ad Ioannis II. Caſtellæ Regis inſtantiam. Hanc cum pluribus annis optimè rexiſſet, ad Conchenſem tranſijt anno 1445. poſſeſſione inita 12. Auguſti eiuſdem anni. Tandem cum Compoſtellanus Archiepiſcopus fuiſſet nominatus, ſibi oblatam dignitatem conſtanti pectore recuſauit. Cum eſſet in Hiſpania hæreticorum Inquiſitor Generalis combuſſit Matriti in foro S. Dominici libros Magiæ, & Necromantiæ Henrici de Villena. Præterea factus eſt magnus Regni Hiſpaniæ Cancellarius. Ita Olmeda in vita Bartholomæi Texerij Mag. Ordinis. Cum Io: primo Caſtillæ Rege egit, vt Conuentus noſter, qui dicitur *La Pegna di Francia* erigeretur. Monaſteria S. Petri Segobiæ, & S. Andreæ apud Medinam de Campo conſtruxit. Tandem operibus illuſtrioribus diues quieuit in domino anno 1469. vel ſecundum Fernandez 1456. ſcripſit: contra artem Magicam librum cui titulus.

Adiuinar, y de ſus eſpecies, y dell'Artemagica.

Alteram, Fortuna, y ſuennos.

Alium, Inſtruccion Synodal.

Item La tabla de la ſumma de S. Antonin Arzopiſpo de Florentia. *Mag. Gil. in Theatro Eccleſia Conchen. Abulen. Segobien.* Fernand. *in Catal. Epiſc. Hiſpan.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Vghell. *Ital. Sacra*, Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 3. *num.* 3. *tit.* 196. *num.* 1 *tit.* 540. *num.* 1. *& alibi & Chronica Luſitani.*

An-

Anno 1470.

GABRIEL à BARLETTA Apulus, ab oppido Barulo ſic dictus, celeberrimus ſacræ ſcripturæ Profeſſor, cæleſtis, ac diuinus omnium præclariſsimus concionator, æquè gratiſsimus, ac facundus, & fructuoſus ſæculi decus, Philoſophus, Theologus, & vtriuſque iuris longè peritus ob copiam, perſpicuitatem, doctrinæque grauiſsimum pondus, indelebilis gloriæ præconijs efferendus, & in primis prædicandæ Euangelicæ veritatis munere adeo conſpicuus, vt communi diceretur elogio *neſcit prædicare, qui neſcit Barletare*, mortem ſanctiſſimam obijt. Scripſit:

Sermonem per totam quadrageſimam, tomum primum.

Item tomum ſecundum de tempore Aduentus, Aſcentionis, Pentecoſtes, & de Sanctis. Item de Beata Virgine, qui prodierunt innumerabilibus vicibus, & præſertim Venetijs apud Valerium Bonellum anno 1585. in 8. Claruit anno poſt Chriſtum natum 1470. ex concertatione Prædic. Alphonſi Fern. *ex Bibl. Mar.* Marraccij, Luſitano *in Bibl. p.* 86. Ambroſio Gozzeo, Seraphino Ractio, Plodio *p.* 2. *lib.* 3. Leandro Alberto *de Script. Italiæ*, ac Vallo *in compendio*. Mortem tamen obiuit poſt annum 1480. nam ſcribit poſt an. 1480 quo captum fuit Hydruntum à Turcis.

THOMAS TOLETANVS hiſpanus Magiſter in Theologia, quem virum doctum, in ſtudijs aſſiduum, & iucundæ poſteritatis cupidum appellat in Bibliotheca F. Antonius Senenſis Luſitanus. Compoſuit *Mariale*.

Item tractatum quendam de Laudibus Portæ Paradiſi, ſcilicet Beatæ Virginis.

Parauit etiam *Indicem per Alphabetum ad tractatum F. Auguſtini de Ancona ſuper miſſus eſt Angelus, & ſuper Magnificat.*

Alium Indicem per alphabetum ſuper quodlibeta S. Thomæ.

Alium indicem ſuper ſummam eiuſdem ſancti Doctoris.

Indicem ſuper ſermones noſtri Voraginis.

Indicem ſuper Nicolaum de Lyra.

Indicem ſuper tractatum de virtutibus & de Vitijs.

Indicem ſuper tractatum Innocentij Papæ.

Indicem ſuper ſummam Decreti perutilem.

Scripſit ſuper ſeptem Pſalmos: & plura alia.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice*. Claruit circa annum ſalutis noſtræ 1470.

SIFRIDVS Germanus, præſtantiſſimi ingenij vir, inſigniſq; S. Theologiæ doctor, græcæ, latinæque linguæ peritiſſimus datus fuit Cyrenenſi Eccleſiæ Paſtor in partibus infidelium. Scripſit:

Librum de vſura Iudæorum.

De Cenſibus, & eorum retrouenditione.

Librum variarum quæſtionum.

Alterum collationum.

Tertium ſermonum.

Floruit circa annum 1470. Plodius *de vir. illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 3. Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 216. *num.* 1. Trithemius, *Epitome Geſneri*, Ioannes Mar.

IVLIVS, alijs Tullius, ſcholaſticus fuit ingenio efficaciſſimo, ac præclarus religione ex Prouincia Dalmatina:

Euulgauit poſtillas ſuper duodecim Prophetas minores.

Librum de Potentijs Animæ.

Taegius *p.* 1. Plodius *in Appendice*, Luſitanus *in Bibl.*

PETRVS PAVLVS CIANCIANVS diæceſis Cluſinæ in Etruria, cuius Epiſcopalis ſedes Senenſem Metropolitanam veneratur, filius Conuentus S. Dominici Senenſis doctor Theologus celebris, prædicator inſignis, & adeo moribus pijs, & honeſtiſſimis, vt à Lombardello inter Beatos noſtri ordinis reponatur, ſcripſit:

Quadrageſimale, & alia multa opuſcula.

Floruit hoc anno 1470. Gregorius Lombardellus, Plodius *p.* 2. *lib.* 2. Fernandez, & Fontana *de Rom. Pro. c.* 6.

CONRDAVS Aſtẽſis Pedemõtanus. Fuit Pater optimis moribus, doctiſſimus,

ſimus, rigidus obſeruator fui inſtituti, benignus, ac manſuetus, & inter cætera humilis. Cum eſſet ordinis Procurator Generalis an. 1462. electus eſt Generalis Magiſter. At anno 1465. à Paulo II. ſuſpenſus eſt ab officio. Tulit id Conradus animo ſatis æquo; erat enim humillimus. Hilaris ergo rediens in conuentum ſuum Aſtenſem, totum ſe mancipauit ſtudijs, & quieti. Tandem podagra nimis grauatus deuotiſſimè reddidit animam Deo, anno 1470.

Multa poſt ſe reliquit digniſſima, quæ eruditione refecta in Cænobio Aſtenſi conſeruantur.

Luſitanus, Plodius *de vir. ill. part. 2. lib. 3.*

THADAEVS VRBEVETANVS in Tuſcia optimus humaniſta, & in ſacris ſcripturis non mediocriter eruditus ſcripſit.

Commentarium in D. Auguſtinum de ciuitate Dei.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Fontana *de Rom. Prou. c. 6.*

PAVLVS BONONIENSIS celebris Magiſter, & prædicator eximius, quondam Bononienſis Regens, qui adeo habebat in numerato omnia loca ſacræ ſcripturæ veteris, & noui teſtamenti, vt de illo dici poterat illud D. Antonio Minoritæ addictum, *Arca teſtamenti*. Scripſit:

Super omnes epiſtolas Pauli.

Leander *lib.* 4. Plodius *part. 2. lib. 3.*

Anno 1471.

GERARDVS RENERIVS, vir multiiugæ eruditionis, & pietatis, humanitatis, atque modeſtiæ ſingularis ſub hunc annum ex Vincentio Baronio *lib. 1. lect. 2. art. vltimo* §. 1. Scripſit:

De Conceptione B. Virginis.

Aldobrandinus Ferrarienſis multiplicis eruditionis, ac virtutis clariſsimus titulis, fuit vir grauis, & non ſemel munus geſſit Prioris alibi, & in patria. Compoſuit:

Officium translationis S. Thomæ de Aquino.

Alia multa cum latino, tum vulgari ſermone. Scripſiſſe fertur.

De eo Luſitanus *in Biblioth. Ordinis noſtri folio* 10. & Plodius *in Appendice.*

Claruit circa hunc annum:

Cuiuſdam Aldobrandini noſtri Ordinis Neapoli *in Biblioth.* Sancti Seuerini liber ſermonum videtur antiquis caracteribus manuſcriptus. Num verò huius Aldobrandini, vel Aldobrandini de Toſcanota, de quo diximus anno 1313. vel Beati Aldobrandini Paparoni, de quo anno 1289. vel Alterius neſcio terminare. Meminit huius libri Antonius Luſitanus *in Biblioth. Ordinis noſtri pagina* 10.

Anno 1472.

PETRVS NIGER, qui floruit anno 1472. natione Germanus. Factus religioſus poſuit primùm operam ſtudijs, & virtuti. In vtriſque multum profecit, euaſitque acutiſſimus diſputator, ac doctrinæ Sancti Thomæ acerrimus propugnator.

Edidit Clypeum Thomiſtarum anno 1481. quem dicauit Regi Hungariæ Matthiæ Coruino, impreſſuſque fuit eodem anno Venetijs. Luſitanus *in Biblioth. pag.* 197. Plodius *in Appendice.* Vallus *in Compendio p.* 2.

Floruit ſub hoc tempore.

Anno 1473.

MARTIALIS AVRIBELLVS Gallus Narbonenſis, patria Auenionenſis S. Theol. Magiſter eruditus, prudentiſſimus, in tractandis negotijs Ordinis maximè ſolers, memoriaque tenaciſſimus. Vir planè miræ conſtantiæ, ac intrepidus. Electus fuit Ordinis Generalis an. 1453. S. Vincentio Ferrerio in Sanctorum numerum relato à Caliſto III. an. 1455. *ipſe edidit officium.*

Hinc acroſticè in hymno ad veſperas primæ litteræ cuiuslibet ſtrophæ componunt, & indicant nomen Auctoris, ſcilicet *Martialis.*

Anno 1465. amoto à Generalatu F. Conrado Aſtenſi reaſſumpſit Auri bel-

bellus iterum dignitatem. Obijt die 21. Septembris 1473. Leander, Taeg. *p.* 5. Seraphinus Ractius Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Lucarinus, Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

IACOBVS CANFARVS Genuenſis, quem ſingularibus dotibus locupletauit natura, induſtria adauxit. Religionem amplexus in patria, plurimum profecit in litteris. Edidit:

Tractatum lingua vulgari de immortalitate Animæ in modum dialogi. Cuius titulus, & initium ſatis rudia.

De immortalitate animæ in modum dialogi vulgariter.

Incipit prologus: lege feliciter. Al venerabile, & diſcreto ſuo maggiore Iohanni di Macchauo cittadino de la felice città di Venetia. Frate Iacobo Canpharo di Genoa dell'Ordine de' Frati Predicatori in ſacra Theologia licentiato in vniuerſità de Oxenfordi cum recomandatione &c. Aſſeruatur in Bibliot. Sapientiæ in vrbe.

Claruit ſub Sixto IV. ſummo Pontifice. Abbas Iuſtinianus *de ſcript. Liguribus.*

Anno 1474.

BALANVS de RVPE (cuidam, ſed malè Alarius) Natione Batauus, in declamationibus ſacris egregius S.Th. Magiſter eruditus, Chriſti gloriæ, multis in prouincijs, quas prædicando peragrauit ſtudioſus prouector, Deiparæque virginis, erga quam eximio ferebatur amore, pientiſſimus cultor, eiuſque Roſarij feruentiſſimus Promotor & Reſtaurator, multarum virtutum titulis, & cæleſtium reuelationum gloria clariſſimus, doctrina, eloquentia, feruore deuotionis cum ijs, quos eſt mirata antiquitas comparandus, inter alia ingenij ſui cæleſtiſque ſapientiæ inſignia monumenta reliquit.

De dignitate Roſarij B. Virginis lib. vnum.

Apologiam pro eodem ad Ferricum de Cluniaco, Epiſcopum Tornacenſem.

De Fraternitate Roſarij lib. vnum:

Compendium Pſalterij Mariani alium librum.

De Miraculis Sanctiſſimi Roſarij librum alium.

In Cantica canticorum ſingula Salomonis verba ad Chriſtum, & B. Virginem, ſe inuicem colloquentes, decentiſſimè accommodando.

De 15. *Laudibus Pſalterij B. Mariæ ſecundum* 15. *lapides in Rupe altiſſima Angelicæ Salutationis repertos.* M. S. Vltraiecti *in Bibl. publica*. Ex Suuertio in Athenis Belgicis, *ex Bibl.* Mariana, Marraccij, & alijs. Scripſit: *Etiam ſermones quadrageſimales. Item de ſanctis per totum annum, & plura alia.*

Luſitanus *in Bibl.* Taeg. Plodius *in Appendice*, Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. Sanctæ.*

Clarus miraculis ad lucem tranſijt immortalem vir pius, & B. M. Virginis cælorum Reginæ feruidus amator, anno Sal. per Chriſtum reparatæ 1474. pridie Aſſumptionis. Eius hactenus præter illuſtriſſimum nomen, vix aliquid lectum fuiſſe, dolendum aſſerit *in Bibl. Belgica* Valer. Andreas: Rediuiuum tamen produxit ex parte, edito de Dignitate Pſalterij Ieſu; & Mariæ libro, Ioannes Andreas Coppenſteinius ex noſtro Ordine Theologus, Friburgi 1629. in 4.

Sepultus fuit Zuul in Olandia.

Scripſerunt de Alano Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. Præd. fol.* 1. *&* 2. Taegius *in monum. part.* 5. Seraphinus Ractius, Plodius *de vir. ill. Ordinis lib.* 1. qui non rectè obitum eius ad annum 1475. reiecit, & alij.

A Martyrologio dominicano inter Beatos Confeſſores Ordinis noſtri his verbis annumeratur: *Beatus Alanus Brito, vir Sanctiſſimus fuit, cui Diua Virgo apparens, vt deuotionem Roſarij magno feruore prædicaret, admonuit.* Huic adſtipulatur Breuiarium Dominicanum in lectione 6. in feſto Sanctiſſimi Roſarij dicens: *Sacratiſſima Virgo immenſa circumdata lumine, Fratri Alano Britanno eximio concionatori ſe viſendam exhibuit; atque monuit, vt tum ipſe, tum eius ſocij Prædicatores collapſam Sacri Roſarij deuotionem totis viribus reſtituere conarentur. &c.*

Huic Beato viro Roſarij reparatori, cum quo frequentiſsimè ſacratiſsima Vir-

Virgo Deipara alloqui dignata eſt frequentiſsimè reuerenti deuotionis affectu compoſui ſequens

ELOGIVM.

Roſarij Reſtauratori
Dei ad gloriam,
Deiparæ ad triumphum,
Cæleſtium ad lætitiam,
Terreſtrium ad profectum,
Ad meritum, ad ſalutem,
Et infernorum ad pœnam.
Igitur
Roſarij Reſtauratori,
Beato Alano
Ab alendo Virgini Roſas:
Vel Alano
Odorem ab exhalando;
Niſi Alano,
Quod aligero fratus ingenio,
Tantùm profecit in litteris,
Vt aſcenderet ſuper Cherubim, & volaret.
Volaret per omne ſcibile.
Alano vel dicto,
Quòd aligero calamo ſuo
A. Altam reddidit Virginem, vt volaret
Inſtar Aquilæ iterum in Deſertum,
In Orbem,
B. Qui poſt deceſſum Dominici
Reputabatur Deſertum.
Obliuione Roſarij
Deſeruerat is Mariam.
Beato Alano de Rupe:
C. Sed quam aperuit Deus
In Salubres fontes doctrinæ
Pro animarum ſalute.
De Rupe,
In qua nidificauit columba,
D. Quæ deſcenderat in Iordanem.
In ore Ambroſij, ac Pindari
Apes mellificarunt:
In Steſichori accinit Philomela.
Huius in ore Rupis
Columba,
E. Quæ in Canticis commendatur,
Maria.
DE RVPE;
Sed, quæ in Alano fæcunda,
Vt hortus Roſariorum
Effloruit in Eccleſia
Sapientia, ſanctitate, miraculis.
DE RVPE
Prærupta quidem, & alta:
Hinc inacceſsibilis ei,
Qui ſupra pectus raptatur,
Serpenti.
Ad ſupplicium datum eſt Midæ,
F. Vt in aurum
Quidquid tangeret, verteretur.
G. Ad ſalutem Orbis Alano
Vertebat cuncta in Roſas.
Vel
Vertebat cuncta in Roſas,
Vt iſtis
Mariam abundantiùs coronaret:
H. Roſarium plantauit Dominicus;
Ab Ordine
Duo ſæcula cum dimidio,
Et amplius irrigatum
Exhibilante ab Aquilone Serpente
Penitus in Ièricho à radice
Arefactum eſſet:
Niſi
Deipara edocente Alanus
Anno MCDLXXIV.
Exiccatum exuſcitaſſet.
Iterum Deus contulit incrementum.
A primordijs
Niſi Dominicus plantauiſſet,
Illud Alanus in Paradiſo Eccleſiæ
Futurum fuiſſe arbitror
Vt plantaſſet.
Replantauit:
Et ex Iericho
Replendo Roſarijs Orbem
Orbauit auxiliarijs Sathan.
Dominicus Albigenſes Roſario fulminauit:
Sed tumulauit Alanus
Adeo Alanus cingebatur vndiq; roſis;
Et adeo
Roſeo ſemper loquutus eſt ore,
I. Vt roſeam eum putaſſes Auroram;
Niſi quòd Solem hæc anteuerrat,
Venerit B. Alanus poſt Solem,
Dominicum.
Hoc habuit quoque Auroræ
Excitare à ſomno torpentes,
Tenebras propulſare.
In Albigenſes Dominicus
Eccleſiaſtes, & propugnator Mariæ;
Eiuſdẽ ſponſus, & prædicator Alanus.
Sponſus eſt, ſed Nouellus;
Non vt Ioſephus, paſsibilis,
Sed fuit ſponſus Virginis glorioſæ.
K. Vt perpetua eſſent ſponſalia,
Anu-

Anulo pronubo, quem Deipara
Non auro, ſiue argento,
Sed vno crine contexuerat colli ſui,
Ab eadem Sponſa donatur.
Tunc planè Alano dicere licuiſſet:
L. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea, Sponſa,*
In vno crine colli tui.
Fuit anulus, & catena,
Qua cum Virgine
Colligatum eſt cor Alani.
A Deipara potatur & lacte:
Dapes cum faſtidiuiſſet terreſtres,
Promeruit illas de cælo.
Vt quicquid de Virgine diceret, vel dictaret,
Putum eſſet, ac dulce,
M. Eiuſdem lacte abluitur, & potatur.
Si mores ex alimento,
Ex hoc vbere nanciſcetur
Super Angelos puritatem.
Eo libato,
N. Eructauit de Virgine Mirabilia.
Quæ ſi non fuere notata,
Nec ad Poſteros deuenere;
Notata ſunt Aeternitatis in libro.
Ex vbere ſacratiſsimo hauſit Alanus
Tantum ſpiritus, quantum ſanguinis.
Si dexterum vber Alano,
Et pupulo Ieſu ſiniſtrum;
Vel è conuerſo aſsignes:
Semper eſt collactaneus Redemptoti.
Detur ſiniſtrum Alano,
Nam ſeruus.
Dexterum paruo Deo.
Huic dignius:
(Quod propre cor) ſuauius ſit Alano.
Tandem collapſa ſacri Roſarij deuotione
Vndique reſtituta,
Cum in terris Alano
Non eſſet aliud faciendum,
Cæleſtem ad patriam appulit.
Ita qui vixerat
Abſque pernicie vitam,
Nimia pernicitate poſt mortem
Anno Sal. 1474. Pridie Aſſumptionis Mariæ
Feliciter volauit ad cœlos;
Vt inde infunderet,
Inflexum ſalutis influxum,
Mittet inde Alanus
Etiam modo
Cum gelu rigeant cuncta,
Roſas immarceſsibiles gloriæ
Immortales Roſas legentibus in Roſario
Mortalibus immortaliter.
Sacratiſſimi Roſarij Virgo,
Rectè dicitur (& eſt) cælum.
O. Cœlum eſt:
Quod abſque corruptione, ac pura.
Cœlum eſt; ſed immobile:
Non quòd intelligentia careat,
Et motore:
Sed quod firmior Firmamento:
P. Quippe in ſua Religione
Ab anno MCDLXXIV.
Vſque hodie
An. MDCLXXV.
Per Roſarium noſtra Virgo
Abſque trepidatione feruoris
Nō eſt paſſa vertiginem apud noſtros.
Quid mirum?
Firmiſſimi Poli eius
Dominicus, & Alanus.

SCHOLION

A. Apocalypſis *cap.* 12. *d.* 14. *Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum.*

B. Ex Breuiario Dominicano in octaua Sanctiſſimi Roſarij *lect.* 4.

C. Pſalmi 113. 2. 8. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

D. Lucæ *cap.* 3. *&* 22. *Deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba in illum.*

E. Cant. *cap.* 2. *d.* 14. *Columba in foraminibus petræ &c.*

F. Midas Gordij bubulci filius, & Rex Phrygum propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum obtinuit, vt quicquid tangeret, in aurum verteretur. Sed cum cibus, & potus contactu etiam in aurum verterentur, ſenſit tandem ſtolidus ſe ſtultè petijſſe, & facti pænitens, orauit Bacchum, vt hoc munus auferret. Quo impetrato ab illo, liberatus eſt à ſupplicio.

G. Innumera loca Sacræ Scripturæ à Beato Alano nouello ſponſo Mariæ interpretantur de SanctiſſimoRoſario.

H. Habetur ex Breuiario Dominicano in Feſto Sanctiſs. Roſarij *lect.* 4. Conſule noſtram Aquilam Stelliferam ſtella 5.

Sic

I. Sic à Poetis ſolet deſcribi Aurora. Virgilius de ortu Solis:

Aurea fulgebat roſeis Aurora capillis.

Idem in 7.

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis:

Ouid. lib.3. de Arte:

Nec Cephalus roſeæ præda pudenda Deæ.

Tibullus lib. 1.

Luciferum roſeis candida portet equis:

Ouidius lib. 1. Eleg. *Non illa parentem Memnonis in roſeis &c.*

Torquatus Taſſus:

In tanto ella s'adorna, e l'aurea teſta
Di roſe colte in Paradiſo inſiora.

K. Beatus Alanus *in 1. p.* de Ortu, & progreſſu Pſalterij *cap. 10. num. 1.* hæc habet: *Simul ſuo ipſum Vbere virgineo lactauit. Adhuc eundem annulo ex virgineis capillis ſuis facto, ſibi deſponſauit. & p.2. c.4. num. 3.* magis diſtinctè: *Simul hunc famulum ſuum, Domino Ieſu Chriſto præſente, multiſque Sanctis circumſiſtentibus, ſibi deſponſauit: addiditque ei annulum Virginitatis ſuæ virgineis de crinibus ipſiuſmet Mariæ concinnè factum. &c.*

L: Cant. *cap. 4. c. 9.*

M. Habetur *p.1. c. 10. num. 1. Simul ſuo ipſum vbere virgineo lactauit.*

N. Hæc de B. Alano habet Marraccius *in Bibl. Mar. Natione Batauus, S. Theologiæ Magiſter eruditus, Chriſti gloriæ, multis in Prouincijs, quas prædicando peragrauit ſtudioſus prouector, Deiparaque Virginis (erga quam eximio amore ferebatur) pientiſſimus cultor, eiuſqueRoſarij feruentiſſimus Promotor, multarum virtutum titulis, & cæleſtium reuelationum gloria clariſſimus, inter alia ingenij ſui, cæleſtiſque ſapientiæ inſignia monumenta, Marianæ Bibliothecæ conſecrauit, vt habeo ex Sweertio in Athenis Belgicis, alijſque:*

De dignitate Roſarij B. Virginis. *lib. 1.*

Apologiam pro eodem ad Ferrieum Cluniacẽſem Epiſcopũ Tornacenſem.

De Fraternitate Roſarij *lib. 1.*

Compendium Pſalterij Mariani *l. 1.*

De miraculis Sanctiſſ. Roſarij *lib. 1.*

In Cantica Canticorum *lib. 1.* ſingula Salomonis verba ad Chriſtum, & B. Virginem, ſe inuicem colloquentes accommodando.

De 15. laudibus Pſalterij B. Mariæ ſecundum 15. lapides in Rupe altiſſima Angelicæ ſalutationis repertos M. S. Vltraiecti in Biblioth. publica.

Ad lucem tranſijt immortalẽ vir pius, & B. M. Virginis Cælorum Reginæ feruidus amator anno ſal. per Chriſtum reparata 1474. pridie Aſſumptionis Virginis. Eius hactenus præter nomen, vix aliqua lectum fuiſſe, dolendum aſſerit in ſua Biblioth. Belgica Valerius Andreas: Rediuiuum tamen produxit ex parte, edito de Dignitate Pſalterij Ieſu, & Mariæ libro, Ioannes Andreas Coppenſteinius ex Ordine Prædicatorum Theologus, Friburgi 1629. in 4. De Alani autem affectu in Deiparam fusè in meis Religioſis Marianis, cap. 1. Hactenus Hippolytus Marraccius.

S. Bernardus ſerm. 3. ſuper Salue Regina: *Ipſa cælum, ipſa terra, ipſa ſol, ipſa luna, & ſtella matutina &c.* Et paulo ante: *Non ſolum cælum, & firmamentum, Domina rerum intelligitur; ſed alijs nominibus conuenienter appellatur,* &c. Rurſus S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus orat. in ſummè venerandum Sanctiſſimæ Dei matris Natalem de Deipara has interpretatur ſcripturas: Cœlum. *De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum. cælum cæli Domino.* A Leone Imperatore, cognomento Sapiente, in Oratione de Aſſumpt. appellata eſt *Cælum animatũ omnium ſimiliter curam gerens.* hinc exclamat *4. parte tit. 15. c. 2.* ſummæ Theol. S. Antoninus: *O quanta eſt cura Beatæ Virginis de nobis! omnibus aperit ſinum miſericordiæ ſuæ, nec eſt, qui abſcondat ſe à calore beneficiorum eius.* Et planè ſine numero ferè ſunt Patres, præſertim Græci, qui Deiparam cœli nomine nuncuparunt. S. Gregorius Taumaturgus ſerm. 3. de Annunc. *Maria Virgo alterum in terra cælum.* S. Methodius Epiſcopus Tyri, & Martyr. homil. de Purific. B. Virg. *Verè Regina, quæ verè capax cælum ad Deum, qui nuſquam alioquin capi poteſt recipiendum facta.* S. Athanaſius Archepiſc. Alexandrinus ſerm. in Deſcriptione Sanctiſſimæ Mariæ: *Non coinquinatum fuit illud cælum ſecundum, nempe Maria.* S. Epiphanius Salaminæ Cyri Epiſ.

in

in ſerm. de Laud. Virg. *Anna grauida effecta cælum peperit, ſanctam puellam Mariam: illa enim reperitur eſſe cælum.* S. Theodorus orat. de Natiu. B. Virg. *Aue cælum, regionis mundum ambientis altiſſima pars, ſtellata ſplendoribus, ex qua ortus eſt iuſtitiæ ſol, ferens hominibus ſalutis diem, veſpere expertem.* Idem habetur à Io. Chryſoſt. orat. in Hypapantem Domini à S. Proclo Archiep. Conſtantinop. Orat. 1. de laudibus Virg. à S. Andrea Cretenſ. Archiepiſc. Hieroſolymit. ſerm. in ſalut. Angel. ab Heſichio Hieroſolym. *Orat.* 2. De laud. Virginis, à S. Sabba in Menæis Græcorum apud Simonem Vuagnarech in Pietate Mariana Græcorum *num.* 51. à S. Coſma Hieroſolym. in Menæis die 15. Auguſt: ode 4. *Cælum iſtud terreſtre, nempe Deipara, in terra cæleſti, quæ nulli eſt corruptioni obnoxia, collocatur*. Alia, ne lectores afficiam tædio, miſſa facio.

P. Collapſa ſacri Roſarij deuotio à B. Alano Britanno eximio concionatore reſtituitur. A quo tempore poſthac ſemper in Religione Dominica, & per eam in Chriſtiana Republica cum maximo fructu fidelium floruit, & viréſcit.

Anno 1475.

PHILIPPVS SIRACVSANVS ſiculus, adoleſcens cum valere rebus ſæcularibus imperaſſet, noſtro Inſtituto voluit cooptari. Illicò morum grauitate viſus eſt prælucere, quos mirificè imbuit litteris. Rara eruditione refertus, Sacram Theologiam, & Philoſophiam, quas aſſequutus eſt profundiſſimè, alios docuit parili felicitate. Magiſterio decoratus ſub Sixto IV. ſummo Pontifice ſcripſit:

Eruditum librum variarum materiarum. Item ſcripſit:

In orationem Dominicam.

Super ſalutationem Angelicam.

In ſymbolum S. Athanaſij.

Super Te Deum laudamus.

Super Gloria in excelſis Deo.

De diſcordantijs apparentibus inter Euſebium, SS. Hieronymum, & Auguſtinum.

Seraphinus Ractius, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. *& in Appendice*, Taegius *p.* 5. Ambroſius Gozzeus *in Catalogo ſcriptorum*, Luſitanus *in Bibl. fol.* 204. *&* 205.

Anno 1476.

MICHAEL FRANCISCVS, patria Inſulenſis, Gallo-Flander diu ſacras litteras docuit inter noſtros. Erat doctiſſimus, exactus religioſus, & moribus candidiſſimis. Philippo Pulchro, Archiduci Auſtriæ, poſt Hiſpaniæ Regi, & patri Caroli V. à ſacris confeſſionibus, à concionibus, à conſilijs fuit. Ob præclaras animi dotes deſignatus fuit Epiſcopus Salubrienſis. Inſulis, in patria anno 1502. Sanctiſſimo Roſario addictiſſimus, quod è terra ſumpſerat, reddidit terræ. Scripſit inter alia.

Quodlibeticas deciſiones de ſeptem doloribus. Beatæ Mariæ Matris Dei. Antuerpiæ typis Theodori Aloſtenſis.

Confraternitatem dolorum Beatæ Mariæ Virginis à Philippo Auſtriaco Burgundiæ, Barbantiæque Duce erectam. Ibidem.

Item Pium commentarium ſuper Antiphonam Salue Regina.

De Confraternitate Sanctiſſimi Roſarij eiuſdem Beatiſſimæ Virginis librum vnũ, etiam per modum quæſtionum quodlibetaliũ. Coloniæ 1476. & Pariſijs 1518. in 8.

Librum de vanitate ſequentium Curiã. Extat manuſcriptus Inſulis, apud noſtros Dominicanos.

Ita Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis pag.* 176. Aubertus Miræus Bruxellenſis *de ſcriptoribus ſæculi* 16. Valerius Andreas *in Biblioth. Belgica*, Franciſcus Suertius in Athenis Belgicis.

Anno 1477.

DOMINICVS FLANDRENSIS vir doctiſſimus, in Philoſophia princeps, Thomiſtarum, ſicut Capreolus in Theologia dictorum Princeps, quondam Regens Bononienſis, Doctrinæ S. Thomæ acerrimus propugnator, ſolidiſſimus, & profundiſſimus doctor, angelicæ doctrinæ præco inſignis, ex inferiori Germania oriundus fuit; ſed in Lombardia ſub

vexillo noſtri Patris S. Dominici votis ſe Altiſſimo conſecrauit,inScotiſtas vehemens fuit,& Pſeudothomiſtarum impatiens. Vir quidem viuacisſimi ingenij, acerrimique iudicij in defendendo cautus, & ſecurus, in opponendo argutus. Obijt Bononiæ, & ſepultus fuit in conuentu S. Dominici, cuius erat filius. Scripſit:

In Metaphyſicam Ariſtotelis præclariſſimas quæſtiones pluries impreſſas, & præcipuè Coloniæ Agrippinæ, typis Arnoldi Kempenſis, ſumptibus Ordinis anno 1621. in folio,

Quæſtiones 69. ſuper libros Poſteriorum,

Quæſt. 23. ſuper fallacias,

Item in Prædicamenta,& Periher menias. Venetijs apud Michaelem Berniam Bibliopolã Bononienſem 1587. in4. & Venetijs 1600. in folio, & alibi pluries,

In libros de Anima breuem recollectam, Venetijs 1535. in folio.

Quæſtiones ſuper Prædicabilia.

In octo Phyſicorum libros,

In libros de Cœlo.

De Generatione.

De ſenſu, & ſenſato, atque in cæteros omnes, qui Parua naturalia nuncupantur,

Commentaria in omnes Ethicorum, atque Politicorum libros.

Commentarios in Propoſitiones de Cauſis,

Quæſtiones quodlibetales. Hæc omnia extantur paſſim ab eodem Flãdrenſi in Metaphyſica. Ita Coſmas Morrelles noſtri ſacri Ordinis Prædicatorũ S. Theologiæ doctor, Coloniæ, & per annexas partes Generalis Apoſtolicus Inquiſitor.

Luſitanus *in Bibl. fol.* 70. Plodius *p. 2. lib. 3.*

PETRVS MALDVRA Bergomenſis vir inter omnes ſui temporis doctiſſimus, qui multis annis Regens Bononiæ multos præclaros reliquit diſcipulos, præſertim Reuerendiſſimum P. F. Vincentium Bandellum, olim Generalem noſtri Ordinis, Magiſtrum Thomam Brixienſem virum pium, & integerrimum, necnon doctiſsimum, & alios plures. Sub eo etiam ſtuduit Magiſter Paulus de Soncino, qui quæſtiones acutiſsimas in libros Metaphyſicæ compoſuit, & plura alia perelegãter dictauit. Fuit Petrus vir morum sãctitate, ac miraculorum fama clarus; compoſuit.

Tabulam ſuper omnia opera S. Thomæ Aquinatis,

Edidit Concordantias locorum S. Doctoris, quæ ſibi aduerſari videntur,

Indicem omnium locorum Sacræ ſcripturæ, quæ adducuntur, & exponuntur à D. Thoma,

Tradunt alia etiam compoſuiſſe. Plodius *in Append. Supplementum Chronicorum,* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 198. Hic notandum Luſitanum fol. allegato 198. ponere Petrum de la Maldura: ſic enim dicit de eo: *Bononiæ Philoſophiam, & Theologiam profeſſus fuit publicè, & glorioſè; & fuit noſtri ſtudij Bononienſis Regens digniſſimus. Scripſit opus vnum, quo D. Thomæ libros omnes vno tantum, veluti compendio, multo ſtudio complexus eſt. Plura alia edidiſſe fertur. Claruit anno* 1470. *Supplementum Chronicorum.* Hæc Luſitanus,

Deinde eodem folio 198. & ſequẽti recenſet Petrum Bergomenſem, & dicit de hoc: *vir ſua ætate vita, & eruditione clariſſimus, & in doctrina Diui Thomæ excellenter fundatus. Compilauit ſummo ſtudio, & induſtria haud vulgari illud inſigne opus, quod Tabula Diui Thomæ dicitur, qua ordinauit quicquid ſparſim in omnibus D. Thomæ operibus continetur, & eam conſulendo quiſque quicquid D. Thomas docuit, ex illa habebit facillimè,*

Concordantias etiam dictorum S. Thomæ, quibus ſibi ipſi aduerſari videtur, parauit illius dicta conciliando, & quod non diſſonent ſenſu, etſi prima verborum facie videantur diſcrepare dilucidè declarauit. Continet autem hoc opus Concordantiarum talium 1222. *dubia cum totidem ſolutionibus:*

Collegit etiam Indicem, quo omnes ſcripturæ ſacræ authoritates, varijs in locis à D. Thoma expoſitas, complexus eſt.

Ex his deſumpti ſunt Indices, ſcilicet generalis, & ſcripturarum, qui quorundam Theologorum Louanienſium opera

D.Tho-

D. Thomæ ſummæ Theologiæ per Plantinum excuſæ appoſitæ ſunt. Claruit anno 1480. Hactenus Luſitanus.

An verò Petrus Bergomenſis differat à Petro de la Maldura valdè dubito,

Anno 1478.

PETRVS de OCHANNA, emiſſa profeſsione, ad ſupremum pietatis, & litteraturæ apicem totis pręcordijs anhelando peruenit. Sacræ Theologiæ Magiſter plures annos publicè docuit, & cum maximo diſcipulorũ profectu. Hic cũ F. Didaco de Betoño ſub Sixto IV. Petri Oxomenſis Doctoris Salmantini Hætherodoxa quædã diſſeminantis, eiuſque doctrinam hæreticam, erroneam &c. pronunciauit, eorumdemque cenſura à Pontifice maximo Sixto IV. approbata fuit. Vnde dictus Petrus notatus à noſtris hæreſeos, doctrinam reuocare, & abiurare compulſus eſt, Cathedra combuſta eſt, & ſchola, à Fratribus noſtris aqua benedicta reſperſa, atque purgata. Fernand. anno 1474. & Granina *de ſacro depoſito cap.* 22.

IACOBVS à BYDGOSKA Polonus ex nobiliſſima familia Zaremboria Magnus Theologus, & inuictus hæreticorum antagoniſta, cum quibus fortiter pluries cõgreſſus, deuicit. Fuit ingenij maximi, & ſtudij non minoris, in pluribus ſcholis philoſophiæ, ac Theologiæ interpres;

Scripſit plura; ſed quæ fuerint, & quo anno functus ſit vita, vel claruerit, adhuc non reperi,

Anno 1479.

LEONARDVS MANSVETVS, Peruſinus ſingulare noſtræ Religionis extitit ornamentum. Tyrunculus Theologos, & philoſophos in Religione præſtantiores audiuit. Poſt lectam apud noſtros Theologiam, ac artes, varios conuentus moderatus eſt, & ipſam Prouinciam ſuam. In hoc munere obeundo, tenax iuſti, ac recti ſummo ſtudio obſeruantiam regularẽ promouit. Abſolutis his Præfecturis, Magiſter Sacri Palatij creatus eſt. Deinde Vicarius Ordinis. Poſtremò anno 1474. Magiſter noſtri Ordinis Generalis. Scripſit;

Opera Theologica docta. Functus eſt vita hoc anno 1479. die 27. Iulij ætatis ſuæ 66. Lucarinus, Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

MARCVS ARIGECTVS de Conuentu S. Marci Florentini non ſolum doctrina ſcholaſtica, ſed floruit inſigniter adhuc expoſitiua. Oratoriæ quoque incubuit, & cum laude. Scripſit;

Expoſitionem Pſalterij Dauid.

Monum. eiuſdem conuentus, Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6. Quando floruerit, vel quis ei fuerit annus emortualis, ignoro,

Anno 1480.

GVILELMVS BETHVS ANGLVS Moderaror ſuæ Prouinciæ, Religioſiſſimus, ac zelantiſſimus Pater non minus eruditus, ac pius, Scripſit;

Super quatuor libros ſententiarum;
De vnitate formæ;
Varias lecturas ſcholaſticas.

Floruit ſub hos annos.

Epitome Geſneri, Plodius *parte* 2. *lib.* 3. Antonius Senēſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pagina* 97. *&* 98.

HOC ANNO magnus timor irruit in Italiã. Nam Hydruntum, vrbs maritima in Salentinis captum fuit impetu repentino à Turcis. Achimatus, vel Acomates ex Epiro miles fortiſsimus oriundus, cui cognomentũ erat Ghendie, ductor erat exercitus Turcici. Alij id adſcripſere Serſonæ. Irrumpentibus Turcis in ciuitatem, Archiepiſcopus cum clero, Religioſis, & populo vtriuſque ſexus ſe recepit in cathedralem. Forti animo Archipreſul pontificalibus ſe veſtiuit, & oues ſibi crediras hortabatur. Quidã ex noſtris fructuoſus Concionator, Spiritu Sancto impellente, populum exhortaturus ad fidei confeſsionem, & ſi contingeret caſus, ad mortem, intrepidus aſcendit ad pulpitum, & dum exhortatoriam habe-

ret de fide orationem, irruunt in Eccleſiam Turci, his minantur mortem, hos cædunt. Iubent, vt concionator ſileat, & deſcendat; ille abnuit, & abnurat. Inceptam proſequitur hortatoriam. Minitantur hi cædem concionanti, ille fortiùs, & ardentiùs populum exhortando exclamat: *Sancta fides; Sancta fides.* Inuecti furijs barbari aſcendunt ad orcheſtra, feriũt prædicantem, trucidant, & ille non ceſſans clamare, Sancta fides, Sancta fides, in domino ſuper pulpitum feliciter obdormiuit. Archiepiſcopus quoque coronatus fuit martyrio, eademque palma viginti quinque, vel circiter decorati fuerunt ex noſtris. Syndicus etiam tormentis varijs fortiter, & inuictè ſuperatis, tandem ſatis barbarè truncato capite, per medium ſectus fuit. In eiuſdem templi, & in totius vrbis vaſtatione duodecim millia hydruntinorum, & amplius affecti ſunt morte: Duo millia, & biſcentum in oppida, & loca viciniora fugam arripuerant. Loquitur de hoc Prædicatore noſtri Ordinis interfecto Fr: Gabriel de Barletta, qui tunc temporis in patriâ morabatur; Feria 3. Pentecoſtes ſtylo æquo docto, ac craſſo his verbis: *Et de Fratre noſtro in Otranto, dum Ciuitas caperetur à Turcis, nec ceſſaret à prædicatione. Deſcende, inquiunt mori potius voluit, & per medium in pulpito ſecari, nec ceſſabat loqui: Sancta Fides: Sancta Fides: Sãcta Fides.* Item Vallus *in compendio part. 4. pagina* 192. & 193. Fontana....

Huius fratris noſtri memoria proſtat in eodemmet Hydruntino ſuggeſtu, in quo videtur imago dicti Patris Dominicani prædicantis, quem facientem verba Thraces immaniter interficiunt.

Huius grauiſſimæ cædis Hydruntinæ meminerunt Leander Albertus, Scipio Mazzella *in deſcriptione Regni Neapolitani*, Aliqua Breuia Innocentij VIII. & Calixti III. quaſi omnes Hiſtorici Regni vtriuſque Siciliæ, Cranzius *lib.* 12. Metropol. *capit.* 20. *mea Chronologia an.* 1480.

Horum corporum, iuſſu Ferdinandi I. Regis vtriuſque Siciliæ quædam translata fuerunt Neapolim, in templum S. Catharinæ ad Formellum, reliqua verò ſepulta fuerunt Hydrunti. Conuentus noſter deinceps relictus fuit à Patribus.

Defuncto deinde anno ſequente Mahumeto II. Nicomediæ, orta eſt contentio inter Baiazerem II. primogenitum Mahometi & Sizimum filium eiuſdem minorem. Ex hoc bello ciuili parta eſt ſalus Italiæ, & Rex Ferdinandus primus, recedentibus Turcis ab armis, breui manu recuperauit Hydruntum.

Cecinit excidium Hydruntinum heroico carmine italico R. P. F. Hyacintus Vritanus Ord. Prædicatorum.

FRANCISCVS patria Neritonenſis in Salentinis, nobilibus ortus parentibus, ex Baronibus de Sancto Blaſio à puero grammaticen doctus, nondum duodecimum annum attingens, appulit animum ad Rhetoricam. Hanc conſequutus, cæpit diuerſari cum muſis. Cum ex ingenio, ex morum ſuauitate, ex animi rectitudine adoleſcentulus permagna promitteret ſtirpi, ſeculo ſe ſubduxit, noſtrũ Ordinem amplexatus. Mittitur Botuntum à Patribus: vbi poſuit feliciter tyrocinium. Vigebat illic obſeruantia regularis, quæ incrementa ſumebat ex litteris, & exemplis illius doctiſſimi viri Mariani Botuntini. Emiſſa profeſſione, ſub hoc clariſſimo Præceptore, in Logicis, in Philoſophia, & tandem in litteris ſacris poſuit operam. In his breui tantum profecit, vt per vtramque Apuliam, Lucaniam, & Salentinos vix vigeſimum annum egreſſus, ſibi nomen viri doctiſſimi comparauerit. Summa cum laude docuit Venuſij, Fogijs, & Luceriæ. Euulgata per totam Italiam fama, accerſitus fuit Patauium, vbi plures docuit annos. Plures, & inſignes Doctiſſimus, & religioſiſsimus Pater in doctrinis reliquit diſcipulos, & præſertim Eminentiſsimum Dominum D. Dominicum Grimanum Cardinalem, omnium doctrinarum genere peritiſsimum, Antonij Venetiarum ducis filium, qui epiſtolas ad Sabellicum, atque Eraſmum datas, & alia quædam ingenij ſui (vt teſtatur Miræus in ſæculo 16. *cap.* 30.) mo-

monumenta poſteris reliquit. Operũ cuius tomus vnus M. S. extat Romæ in Bibliotheca Card. Aſcanij Columnæ, quæ olim fuerat Cardinalis Sirleti.

Habuit quoque Auditorem Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſsimum D. Antonium Pizamanum, Feltrenſem Epiſcopum virum doctiſsimum, & omniũ virtutum ſplendore clariſsimum, alioſque Archiepiſcopos, & Epiſcopos, doctoreſque innumeros, cuius fama in æternum manebit.

Vir perſpicaci, & felici memoria fuit, & adeo verſatus in qualibet facultate, vt nemo illo inſtructior haberetur. Summis laudibus effertur à paruo Chronico noſtrarum Conſtitutionũ, à Leandro Alberto in deſcript. Italiæ, ab Antonio Luſitano *in Bibl. pagina* 81. *&* 82. à Plodio *p.* 2. *lib.* 3. ab Ambroſio Gozzeo *in Catalogo*, à Vallo *in Compendio part.* 4. *fol.* 201. *&* 202. Scripſit:

Quæſtiones ſuper duodecim libros metaphyſices doctiſsimas, multo ingenio, ac ſtudio elaboratas, ac eruditione refertas; quæ etiam his temporibus magno pretio habentur.

Scripſit multa alia.

Exceſsit è viuis Patauij, vbi magna mercede à Senatu Veneto conductus legebat. At non benè liquet de anno, quo Franciſcus ceſſerit fato. Si dixeris cum aliquibus vita functum anno 1480. Ergo non habuit Thomam de Vio, qui fuit Cardinalis tit. Sancti Xyſti, auditorem. Hoc anno Caietanus erat ætatis ſuæ XI. annorum. Et nihilominus traditio eſt communis Caietanum auditorem extitiſſe Neritonenſis: producendus erit annus eius obitus ad ſeptem alios annos circiter 1487.

Anno 1481.

BLASIVS patria Raguſinus, Dalmata natione, in Italia datâ philoſophiæ, ac ſacris litteris operâ, eaſdem docuit alios. Cumque doctior euaſiſſet, euulgata fama, ob ſapientię, pietatiſque ſplendorem electus fuit Epiſcopus Tribunenſis. Antiſtes cumulatè partes ſuas impleuit. Conciones frequenter ad populum habuit cũ eximia ſui, & Ordinis laude, & animarum profectu. Cæterùm, quod ad nos ſpectat, prælo commiſit.

Conciones de tempore, ac de Sanctis.

Claruit circa annum humanæ redemptionis 1481. ita Alphonſus Fernandez *in concertat. Præd.* Hippolytus Marraccius *in Bibl. Mariana*, Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Seraphinus Radius, & Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

STEPHANVS PRIMVS, patria Caietanus in Regno Neapolitano, floruit ſub Ferdinando I. Rege Neapolitano, à quo ob ſui præclaras animi dotes, & eminentem doctrinam vnicè amabatur. In patria docuit, & Neapoli cũ ſui, & Ordinis decore. Edidit:

Tractatum de Sacramentis, qui habetur inter repentes in iure canonico. Hic Auctor citat Ioannem de Neapoli in ſupradicto tractatu §. 6.

Meminerunt Stephanum Primum Grauina in vita Ioannis de Neapoli *addicta in lib. var. quæſt. Pariſijs diſput.* Vallus *in Compendio parte* 5. *pag.* 236.

IACOBVS SPRENGERIVS, natione Teuto, ſuæ Germaniæ Prouinciæ olim (vt vocant) Prior Prouincialis vigilantiſsimus, ob excellentis doctrinæ famam, eximiæque laudem virtutis poſt lauream Magiſterij ab Innocentio VIII. fuit Generalis cenſor hæreticorum in Germania conſtitutus. At Fernandez ad annum 1471. & Fontana in Theatro *p.* 3. *cap.* 3. *tit.* 40. dicunt fuiſſe in Germania conſtitutum inquiſitorem non ab Innocentio; ſed à Sixto IV. anno 1471. in ſui Pontificatus primordijs. Fuit Sixtus electus pontifex ann. 1471. durauitque vſque ad annum 1484. Compoſuit.

Volumen de Inſtitutione, Approbatione, miraculis, & Indulgentijs SS. Roſarij B. Virginis.

Item Malleum Maleficarum in tres diuiſum partes. Venetijs apud Ioannem Antonium Bertanum 1576 in 8.

Claruit circa hunc annũ 1481. Antonius Senenſis *in Bibl. Præd. pag.* 126. Taegius *part.* 1. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Raphael Maffæus Venetus, Miræus in *Auctario cap.* 490. qui dicit vixiſſe anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto. Senenſis loco citato Sprengerium pro cautela ſimplicium

com-

compoſuiſſe dictum librum, Malleum Maleficarum ſimul cum fratre Henrico Inſtitoris, de quo nos anno 1496.

IOANNES IVNIOR, vir multa eruditione præclarus edidit librum, quem prænotauit.

Scalamſiue cœli, ſiue Dei. quaſi per ea, quæ continentur in eo, conſcendatur ad Deum. Nuncupauit hoc opus Reuerendiſsimo Domino Hugoni Aquenſis Eccleſiæ Præpoſito. Vlmæ anno 1480.

Luſitanus *in Bibl. pag.* 152. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

IOANNES BARBETTA, patria Sichienſis in Creta, S. Theologiæ Magiſter, magnus hiſtoricus, & poeta admodum celebris, ſcripſit:

Librum de laudibus Dolmatiæ.

Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

LOGVINVS BERNENSIS magnus Theologus, ac diuini verbi mirabilis, indefeſſus, gratioſus, & fructuoſiſsimus concionator, qui per 40. annos verbum Dei more Apoſtolico, abſque ſtipendio vllo nondum per principes vrbes, ſed etiam per caſtella & vicos circumiens prædicauit.

Innumeros ſermones reliquit.

Floruit ſub hos annos.

Meminit huius Luſitanus *in Chronico ad an.* 1470. *fol.* 261.

F. Petrus Apulus, vir doctiſsimus, & moribus probatiſsimis claruit etiã ſub hoc anno, qui ob eminentem doctrinam, & vitæ integriratem renunciatus fuit Epiſcopus Sanctæ Mariæ, ſeu Lucerinus,

Huius meminerunt Michael Plodius *part.* 2. *lib.* 2. Vallus *in compendio part.* 4. *pag.* 184. *&* 185,

Anno 1482.

CHRISTOPHORVS GALVEZ hiſpanus, patria Ilerdenſis, Theologus inſignis, & doctrinæ cæleſtis Euangeliſtes præclarus, in ſacræ paginæ cognitione, ac in omni diſciplinarum genere egregiè verſatus, qui Valentiæ, & in regno Aragoniæ Generalis Sancti officij contra hæreticam prauitatem Inquiſitor fuit. Inter alia ſuæ doctrinæ, pietatiſque ſpecimina & vigilias, reliquit manuſcriptas lingua hiſpana,

Quadrageſimales, ò ſermones de quareſma, quatuor voluminibus.

Item Sanctorales, y Dominicales totidem. Quendam alium librum dicauit Ioanni Aragonio Præſuli Toletano.

Claruit circa annum domini 1482.

De eo Alphonſus Fernandez *in concert. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana, & Bibl. Hiſpana*,

Sub hæc tempora in litteris floruerunt Gabriel Barcinonenſis, de quo Antonius Senenſis Luſitanus in Chronico an. 1460. pag. 254. Iacobus Brixienſis, de quo ibidem. Fuit vigilantiſsimus hæreticæ prauitatis cenſor. Alexander Bononienſis inter Theologos præſtantiſsimus, & oratoria æquè clarus, de quo magnus ille orator Auguſtinus Dathus Senenſis *lib.* 2. Epiſtolarum epiſtola ſecunda ad eundem data; *Certè cum concionaris, proponis nobis ante oculos in præcipiendo Paulum Magiſtrum Gentiũ, in inſtituendo Thomam Aquinatem Chriſtianæ Religionis decus, in monendo vim Demoſthenis; in docendo Ciceronis vbertatem, in delectando ſuauitatem Iſocratis, vt nihil penè nec dici, nec excogitari poſſit, aut vtilius, aut iucundius tuis præclariſſimis, & optimis inſtitutis*. Hactenus Auguſtinus. De Alexandro meminerunt Antonius Senenſis *in Chronico an.* 1460, *pag.* 253. *& alij*.

His adde Ruffinum Epiſcopum Caſtrenſem prope Viterbium, Fratrem N. Romanum Epiſcopum Interramenſem, Guidonem Epiſcopum in Corſica, Stephanum Romanum Præſulem Balneoregenſem, Maſſeumque Romanum, cognomento Vrbeuetanum, qui Clugienſem adminiſtrauit Eccleſiam, de quibus Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico Ordinis noſtri fol.* 254. *&* 255.

Anno 1483.

DOMINICVS IOANNIS Florentinus de Conuentu S. Mariæ Nouellæ, vir ingenio, pietate, prudentia, & ſingulari in omni litteratura,

tura, eruditione ſpectabilis, Theologus, & poeta inſignis, qui poſt plures Cœnobiorum, & Prouinciarum Præfecturas, totius dominicanæ familiæ Progeneralatum geſſit, eique tamquã Ordinis Magiſter decem, & octo menſibus laudatiſſimè præfuit, elegantiſſimis carminibus exarauit volumen quadripartitum, ſcilicet.

De vita, & obitu Deiparæ.

De eiuſdem mortalitate, & gloria l. 1.

De templis Romæ, & in Etruria B. Virgini dicatis libros duos, qui m. s. extabant in membranis, tum Florentiæ in Bibliotheca Gaddiana, tum Mediolani in Bibliotheca Conuentus S. Mariæ Gratiarum. Ex Pocciantio in Catalogo Scriptorum Florentinorum, ex Antonio Senẽſi Luſitano *in Bibl. Præd.* ex Marraccio *in Bibl. Mar.* & ex Plodio *p.* 2. *lib.* 3.

Item cecinit poema heroicum, & magnum de hiſtorijs Florentinorum.

Aliquos hymnos in laudem S. Vincentij Ferrerij, & S. Catharinæ Senenſis.

Florentiæ publicè interpretatus eſt Dantem.

Obijt feliciſſima morte anno à partu Virgineo 1483. die 27. Octobris. Eius funus Florentinus Magiſtratus ſumptibus communibus celebrauit. Monumenta ſui conuentus, Fontana *de Prouincia Romana cap.* 6.

IOANNES ANGLVS S. Theologiæ Magiſter, philoſophus magni nominis ſcripſit.

Dialogum in Phyſicam.

Item in Animam.

In Libros de cœlo, & Mundo.

In parua naturalia Ariſtotelis.

Claruit circa hæc tempora. Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

SALVVS CASSETA, Panormitanus, in Sicilia Generalis quæſitor fidei à Paulo II. datus fuit, in quo munere viginti ſex annorum integro decurſu partes ſuas viriliter egit. Sixto IV. ſummo Pontifici adeo acceptiſſimus erat, vt ei ſummus Pontifex blandiens dicere interdum ſolebat: *Felicior tu cunctis, qui nondum perſeueraſti vſque in finem, & ſaluus es. Cui ille reſpondens aiebat: Vtinam non infelicior, qui nomen habeam, quod viuam, & mortuus ſim.* Ab eodem quoque excipi ſolebat his verbis: *Salue, Salue.* Quare ab eo Sacri Palatij Magiſter inſtitutus eſt anno 1474. de quo ſic habet Olmeda in vita Leonardi Manſueti Magiſtri Generalis: *Sixtus item magiſterium Sacri Palatij, ſicuti illatenus Prædicatorum regulariter fuerat, cum eis etiam perſeuerare voluit, Minores ſuos in hoc non audiens.* Anno 1481. non per electionem, ſed per communem inſpirationem, & publicam vocem, vt Pontifici Max. id enixè petenti, ſatisfacerent Patres, Magiſter Ordinis nominatur, erat tunc Vicarius Ordinis, & Procurator Generalis. Legatus Apoſtolicus ad Federicum tertium in Teutoniam miſſus eſt ab eodem ſummo Pontifice. Ibidem anno 1482. Coloniæ corpus B. Alberti Magni in locum decentiorem anno ſcilicet ducenteſimo ſecundo ab eiuſdem S. doctoris obitu tranſportauit. Cuius brachium Pontifici dono dedit. At cum nobiliorem fortunam, iam promeritam expectaret, in mortis amplexus corruit Romæ 17. Kalendas Octobris anno 1483. vixit in magiſterio Sacri Palatij annos ſeptem, in generalatu duos. Sepultus eſt in Eccleſia noſtra S. Mariæ ſuper Mineruam cum ſequenti inſcriptione;

Saluo Caſſetæ Panormitano, ſummo Theologo
Hæreſis annis XXVI. *Inquiſitori,*
Sacri Palatij Magiſtro VII.
Cæteris Prædicatorum muneribus
Præclarè functo: demum ſui Ord.
Incredibili omnium conſenſu
Generali aſſumpto.
Miſſo pro arduis Eccleſiæ rebus
A Sixto IV. Pont. Max.
In Germaniam Legato,
Et re ex voto perfecta, reuerſo
De ſe maiori ſpe, deſiderioque relictis,
P. Opt. ac benemerito Ordo poni curauit.
Annum agens LXX. *Obijt* XVII. *Kal. Octob.*
An. Sal. MCCCCLXXXIII.

Scripſit vitam S. Vincentij Ferrerij.

Item quamplures Epiſtolas eruditione maxima refertas.

Olmeda in eius vita. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

lib. 3. Lucarinus, Fernandez, Fontana *in Theatro part.* 2. *c.*2. *tit.*2.*num.*32. & alibi pluries. Miræus, *in Auctario cap.* 523.

IOANNES CONVS, vel Cunus Noribergenſis Germanus in litteris humanis doctiſſimus, & præſertim in lingua græca. Addidit multa in græco ad opera D. Hieronymi, cum primùm excuſa fuerant Baſileæ.

Tranſtulit multa opera SS. Gregorij Nazianzeni, & Nyſſeni è græco in latinum.

Tranſtulit etiam librum S. Baſilij de diſcrimine Vſiæ, & Hypoſtaſis.

Traduxit in latinum ex Græco librum S. Gregorij Nyſſeni de homine.

Additio 2. ad Trithemium, Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

THOMAS de VDINE Forlanus Prouinciæ S. Dominici, Logica, & Philoſophia egregiè delibutus, Sacras litteras cœpit ediſcere. His abſolutis, magno cum auditorum ſuorum fructu eas profeſſus eſt multos annos. S. Theologiæ denunciatus magiſter, conuerſus eſt ad moralem, & ſcripſit:

Librum de caſibus conſcientiæ, ſeu de dubijs per totam Quadrageſimam.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

Anno 1484.

PETRVS ANTONII, patria Viterbienſis, Tuſcus orator egregius, ingenioque ſublimi, qui fuit aliquando Procurator Ordinis in Romana Curia, magnus Theologus, & litteris humanioribus peritiſſimus. Scripſit:

Varios ſermones, & orationes.

Item multa carmina.

Floruit labente hoc anno 1484.

De eo Albertus Venetus *in Chronicis cap. vltimo*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. fol.* 197. *& in Chronico anno* 1460. *fol.* 252. Plodius *part.* 2. *lib.* 3. Fernandez, Fontana *de Romana Prouincia cap.* 6.

HIERONYMVS Foroliuienſis, ex patria ſui nominis oriundus, vir ingenio, & doctrina præclarus, prædicandæ Euangelicæ veritatis munere cōſpicuus, in hiſtorijs verſatiſſimus, typis commiſit,

Sermones de tempore, ac de Sanctis.

Varia opuſcula.

Aliqua fragmenta hiſtoriarum.

Claruit anno ſalutiferæ reparationis 1484. Alphonſus Fernandez *in Cōcertat. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris Illuſtrib. p.* 2. *lib.* 4.

BAPTISTA de IVDICIBVS à Finali, Ligur, clariſſimus obſeruantia, & doctrina, ex regulari Congregatione Lombardiæ à Paulo II. 10. Kalendas Maij anno 1469. Albintimilienſem Epiſcopatum obtinuit. Præfuit in illo annos quatuordecim laudabiliter. Deinde translatus eſt à Sixto IV. ad Amalphitanum Archiepiſcopatum anno 1483. die 3. Aprilis. Anno verò ſequenti aſſumptus eſt ad Eccleſiam Patracenſem in Peloponneſo. Romæ vidit diem extremum. Vghellus *tom.* 4. *&* 7. Leander *lib.*3. Plodius *part.*2. *lib.* 3. Taegius Fontana *in Theatro p.*1. *c.* 4. *tit.* 2. *num.* 2. Alphonſus Fernandez, Ioannes Lopez, Abbas Iuſtinianus *de ſcript. Liguribus*; Luſitanus *in Bibl.& in Chronico anno* 1460.*pag.*254. Sepultus eſt Romæ in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruā ſequenti epitaphio.

Baptiſtæ de Iudicibus humanæ,
Diuinæque doctrinæ Profeſſori,
Pontifici Intermilienſi, poſt, Patracenſi,
Qui vixit annis LV.
Iulius Card. S. Petri ad Vincula,
Familiari optimo, & B. M.

Scripſit ſuper Euangelia commentaria.

Iterum Dialogum ſuper Euangelium de duobus Diſcipulis euntibus in Emaus.

IO: GACTVS Meſſanæ ex nobilibus parentibus ortus anno 1440. vir fuit omnium ſcientiarum peritus, de quo Pyrrhus in Sicilia Sacra hæc habet: *Pontificij, cæſareique iuris erat peritiſſimus. Aſtronomus, Rhetor, ac præter latinas, græcis, hebræiſque literis ornatus; Mathematicus etiam non obſcurus fuit. Florentiæ, Bononiæ, & diutius Ferrariæ ære publico docuit.* Ferdinando II. Rege promouente, à Sixto IV. Cephaleditanus Epiſcopus in Sicilia ſub Metropoli Meſſanen. datus fuit Kalendis Iunij 1472. Deinde ab eodem Rege

ge Orator miſſus eſt ad præfatum Põtificem pro tuendo Regio iure electionis Archiepiſcopatus Meſſanen. Iterũ à Primoribus Siciliæ ad eundem Pontificem Orator pro grauioribus Regni negotijs deſtinatur anno 1475. Cum Romæ eſſet, atque vacaret Eccleſia Catanen. à Sixto IV. contra Regis voluntatem 18. Decembris 1477. datus eſt Epiſcopus Catanenſis his verbis: *F. Io: Gallum, virum magnæ doctrinæ, & probitatis, & omni honore dignum, &c.* At imperante Rege, ne ad hanc, neque ad Cephaleditanam accederet, manſit vno anno in Vrbe, donec rebus inter ſummum Pontificem, ac Regem compoſitis, reuerſus eſt ad antiquam Cephaleditanam an. 1478. A Sixto IV. Monaſterij SS. Petri, & Pauli de Italia Abbas creatus eſt 14. Kal. Decemb. 1478. Abbas deinde monaſterij SS. Petri, & Pauli de Agro. Cathedralis porticum pro cæmeterio eleganter cõſtruxit, illudque terra ſancta ex Hieruſalem tranſportata impleuit. Tandem ætate, ægritudine affectus, Meſſanam adiuit, & in noſtro Conuentu S. Dominici, vbi habitum receperat, mortuus eſt, & ſepultus.

Eulgauit orationes quaſdam maxima eruditione refertas coram Romanis Põtificibus habitas.

Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit.* 159. *num.* 6. Pyrrhus *Sicil. Sacra lib.* 4. *notit.* 14. Thomas Fazzellus *lib.* 1. *decade* 2. Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 3.

Anno 1485.

STEPHANVS TARENTINVS, S. Theologiæ Magiſter, vir eximius, & eruditus, gratia verbi præclarus, & admirabilis, qui dum verbum vitæ indeficienter, & alacriter prædicaret, magnam Chriſti ouium errantium multitudinem ad cæleſtem reducebat caulam. Eius eloquentiæ, ac doctrinæ, vitæ inculpatiſſimæ exempla, & morum correſpondebant ſuauitas.

Cupidus poſteritatis iuuandæ ſcripſit plures tractatus illuſtres, qui prælo non ſunt commiſſi. Dati ſunt verò typis.

Sermones quadrageſimales.

Claruit circa hunc annum 1485. Antonius Luſitanus *in Bibl. Fratrũm Præd. fol.* 229. *&* 230. Apuliæ, ac conuentus Tarentini relatio, Ambroſius Gozzæus *Catal. virorum illuſt. Præd.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Vallus *in Compendio p.* 4. cui ego hoc appoſui Epitaphiũ.

F. STEPHANO,
Patria Tarentino,
Sacræ Theologiæ Magiſtro
Studijs, natalibus, ſcriptis,
Clariſſimo,
Qui patriæ claritudinem,
Prouinciæ S. Thomæ ſplendorem.
Ordini aſſeruit decus,
Perennem gloriam ſibi.
Ne peritiſſimi viri
Pereat recordatio,
Suo Comprouinciali
Frater Ambroſius de Iudice
Suæ Prouinciæ nomine
Ergò dilectionis fraternæ
Hoc poſuit Epitaphium.

AMBROSIVS CORIOLANVS, alijs Coranus ponitur in hoc anno à Miræo in Auctario c. 523. & refert fuiſſe Priorem, è vita diſceſſiſſe an. 1485. ſcripſiſſeque narrat.

Vitam S. Auguſtini.

Itẽ vitã Chriſtinæ Virginis Spoletanæ.

NICOLAVS AVGVSTA Venetus poſtquam fuerat Prouincialis ſuæ Prouinciæ SS. Io: & Pauli, ab Eugenio 9. Kalendas Nouembris anno 1438. creatur Epiſcopus Tricaricenſis in Prouincia Baſilicatæ ſub Acheruntina, Materanaque Eccleſijs Metropolit. vnitis in Regno Neapolitano. Erat quidem vir Theologica facultate, cæteriſque virtutibus commendabilis. Epiſcopale ius incontaminatum commiſſo ſibi populo annis octo dixit. Deceſſit anno 1446. Vghellus *tom. 7. Italia Sacra*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 599. *n.* 1. neſcio qua ratione Plodius *part.* 2. *lib.* 3. ponit hunc Nicolaum ad an. 1485. locandus erat 1446.

Multa ſcripſit, quæ conſeruantur M. S. in Conuentu ſuo SS. Ioannis, & Pauli de Venetijs.

Relatio, & Plodius vbi ſupra:

MARTINVS LEVRES, ſiue Le-

ues ex Germania inferiori Theologus, ac hiſtoricus eruditus, ſcripſit.

Librum in defenſionem mulierum contra improperia, quæ communiter eis attribuuntur, in quo geſta glorioſa earundem adunat.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

MATTHAEVS ORTISIVS hiſpanus, Magiſter S.Th. intrepidus inquiſitor, ac hæreticorum implacabilis inimicus, ſcripſit:

Contra Hæreſes.

Sixtus Senenſis *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

MICHAEL à FVRNO Gallus S. Theologiæ Magiſter, celebris prædicator, ſcripſit:

Sermones, & collationes Sanctorum.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *l.* 3. Hic eſt alter ab illo ponendo an. 1607.

THOMAS MATTHAEI Florentinus, Poeta, vir acuto ingenio, ac prompto, ſcripſit:

Magnum volumen carminum etruſcorum, quæ in ſuauitate, in elegantia, in grauitate ſententiarum poſſunt æquiparari operibus Poetarum magis illuſtriũ Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Luſit.

N. N. ignotus nomine, cognomine, ac patria, vtriuſque iuris doctor, Theologus profundiſſimus, ac ſubtilis Archiepiſcopus Amalphitanus in Regno, ſcripſit ſatis doctè.

Super quatuor libros ſententiarum.

Edidit plura alia.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

Fortaſſe vel hic eſt Baptiſta de Iudicibus ex Finario Prouinciæ Lombardiæ, qui ex Albentimilienſi Præſulatu ad Amalphitanum à Sixto IV. die 3. Aprilis an. 1483. translatus eſt, & ab hoc, ſequenti anno ad Patracenſem Eccleſiam fuit aſſumptus; de quo Vghellus *tom.* 4. *&* 7. & nos an. 1484. vel immediatè ſucceſſit Baptiſtæ.

Anno 1486.

NICOLAVS à BRIACHO egregius Prædicator, Caſiſta, Orator, & Grammaticus eruditus. In lucem protulit:

Summam de Abſtinentia.

Librum de Diſtinctionibus moralibus.

Sermones de Tempore, ac de Sanctis.

Taegius *par.* 1. Plodius *par.* 2. *lib.* 3. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ord. pag.* 181.

GABRIEL cognomine BARELETVS, patria verò Aquinas orator illius ſæculi gratus, & fructuoſus, nec minus inſignis in ſchola, in qua ſcientias ſumma felicitate multum tempus tradidit noſtris:

Huius ſermones per annum fuerunt excuſi Pariſijs, & Haganoæ 1518. Venetijs 1571. & 1577. in 8.

Hic in editione Haganoenſi vocatur Stephanus, & floruit circa hæc tempora. De eo Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi XVI. cap.* 23.

Alius eſt hic Gabriel ab illo, quem poſui anno 1470. Hic enim patria eſt Aquinas, cognomine verò Bareletus. Ille autem patria Barolitanus in Apulia Peucetia. Quare corrigendus eſt Scriptor ille vulgaris Fr. Theodorus Valle Priuernas, *qui in compendio illuſtrium virorum Ord. Prædic. part.* 4. *fol.* 188. *&* 189. Gabrielem Barletta facit Neapolitanum. Nec Fr. Franciſcus delle Serte in epiſtola nuncupatoria verba facit de noſtro, ſed de illo, de quo meminit allegatus Rubertus. Benè inquam, Franciſcus: *In libro popularium concionum Fratris Gabrielis Barletta Aquinatis.*

Non poſſum tamen non mirari ſimpliciſſimam vafritiem Valli, & perrudem calliditatem, qui citans Antonium Senenſem *in Bibliotheca Ordinis pag.* 86. exſcribit: *Frater Gabriel Barletta Sacræ Theologiæ præclarus Magiſter, vir facundus, Philoſophus, & Theologus eruditus, & Concionator inſignis, & fructuoſus.* Scripſit;

Sermones Quadrageſimales, & de Sãctis varios. Cum Luſitanus nobis aſtipulans dicat: *Frater Gabriel de Barletta, Natione Apulus, Magiſter in Theologia, vir facundus, Philoſophus, & Theologus eruditus, & Concionator inſignis, & fructuoſus.* Scripſit:

Sermones Quadrageſimales, & de Sanctis varios.

His ſubſcripſit Miræus loco citato di-

dicendo: *Gabriel Barulus, Baruli in Apulia natus Ordin. Prædicat. fuit homo eruditus, & diſertus.*

BARTHOLOMAEVS SIBILLA Monopolitanus in Apulia Peucetia, clariſſimus Theologus, magnus ſcrutator naturæ, Aſtrologus,& omni eruditione refertus. Fuit prætereà Euangeliſtes inſignis, & præclariſſimus, qui è ſuggeſtu, & cathedra animas innumeras traxit ad Deum. Habebatur, vt Ariſtoteles ſui temporis: erat Sacræ Theologiæ Magiſter, vir magnæ auctoritatis, fama celeberrimus, moribuſque candidiſſimis exornatus.

Edidit: *Speculum peregrinarum quæſtionum in tres Decades diſtributum*, Pluries impreſſum & Venetijs 1587. Apud Marcum Antonium Zalterium in 8.

Inter cætera in hoc ſpeculo tractat de Animabus, de Cœlo, inferno, Purgatorio, de Angelis bonis, ac malis, deque hominibus &c. illudque dicauit Alphonſo Aragonenſi II. Regi vtriuſque Siciliæ. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Leander *in deſcript. Italiæ*, Vallus *in compendio p. 4.*

MARTINVS FRANCISCI vir doctiſſimus ſcripſit:

Sermones de tempore, ac de Sanctis.

Quadrageſimale.

Huius meminerunt Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Guillelmus Pipinus in libro, quem inſcripſit *De imitatione Sanctorum, in ſermone de Sancto Sebaſtiano citans illius teſtimonium.*

MATTHIAS de PACE Hiſpanus, præclariſſimus doctrina, & morum ſanctitate,ſtudiorum curſu emenſo,cæpit alios edocere. Poſtquam profeſſus eſt multo tempore, & Philoſophiã, & Sacram Theologiam, ſe contulit ad ſacras litteras interpretandas. Hinc ſcripſit:

Commentaria ſuper totam Sacram ſcripturam.

Item ſuper ſummam D.Thomæ contra Durandum.

Præterea ſermones varios.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Sixtus Senenſis *in Bibl.Sancta,& Chroniſta* Bethicus Anonymus *in ſuo Manuali.*

MICHAEL de INSVLA, Picardus, vir religione, doctrina, omniumque virtutum ſplendore illuſtris, cuius cum laude meminerunt Antonius Senenſis *in Bibl. pag.* 176. Sixtus Senenſis *in Bibl. Sancta lib.* 4. Seraphinus Ractius, Plodius *part. 2. lib. 1. & 3.* Alphonſus Fernãdes *in Concertat. Prædicat.* ſcripſit:

Poſtillam in Cantica, quæ incipit: *Cantabo dilecto meo.*

Item Poſtillam ſuper Danielem Prophetam, quæ incipit: *Abſcondita produxit.* Seruatur Venetijs in Bibliotheca SS. Ioannis, & Pauli.

Sub idem claruit tempus.

BARTHOLOMAEVS ignotus cognomine, ac patria, ſcripſit:

De Proprietate rerum, & alia plura.

Huius meminerunt F. Bernardus Lucemburgenſis *in Catalogo*, Plodius *p. 2. lib. 3.* Ambroſius Gozzeus.

Anno 1487.

RAPHAEL SONCINAS magni nominis vir quà doctrina, quà vitæ integritate, ſcripſit.

Varia opuſcula.

Leander *lib. 4.* Plodius *in Appendice.*

THEOPHILVS CREMONENSIS Lombardus ex omnibus libris Ariſtotelis recollegit.

Librum præcipuarum ſententiarum, ac propoſitionum magis notabilium.

Hic liber poſtea adauctus fuit in multis à P.F.Benedicto ſocinate.Ita refert idem F. Benedictus in Epiſtola nuncupatoria ad dictum librum excuſum Venetijs an. 1493.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3. & in Appendice.*

Anno 1488.

SERAPHINVS BANCHELLI Florentinus ingenio feliciſſimo, ac doctrina excellens, ſcripſit.

Varia theoremata ſuper vniuerſam Philoſophiam Ariſtotelis.

Plodius *in Appendice* Antonius Luſitanus *in Bibl. fol.* 221.

BAPTISTA FABRIANENSIS in Piceno vir doctiſſimus edidit.

Librum de ſenſibus, compoſito, ac di-

niſo. Relatio Lombardiæ, & Plodius *in Appendice*.

Anno 1489.

ANTONIVS GISLANDIVS Iaueni in Lombardia natus, natione Italus, Taurinenſis hæreticæ prauitatis Inquiſitor, vir per omnia ſcriptis eminens, doctuſque tam in ſymbolica Theologia, quàm etiam in humanis haud infimè verſatus, declarauit ſenſu quadruplici Sacræ Scripturæ Euangelia totius anni, cui titulus *opus Aureum*, in quo ſunt octomilla dubia, quæ circa ipſa Euangelia occurrebant, & exactè ſoluit, inſerendo in ſolutionibus varia Sacratiſſimorum doctorũ dicta. Eius initium eſt:

Reu. domino Ioanni Ludouico. Venetijs 1524. 1598. in 4.

Claruit anno Redempti Orbis 1489. Antonius Senenſis *in Bibl. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana*, Sixtus Senenſis, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 11.

HIERONYMVS ALBERTVTIVS Burſellus, Bononienſis, celeberrimus per totam Italiam concionator, quem virum muſis omnibus charum, necnon politioribus litteris, hiſtoriarum notitia, ac Theologiæ cognitione clariſſimum, appellat in ſua Concertatione Prædic. Alphonſus Fernandez, ſcripſit:

De Conceptione B. Virg. Dei Genitricis Mariæ lib. vnum.

Sermones varios.

Item Chronicon à Creatione Orbis vſque ad an. 1491.

Annales Conuentus Bononienſis à principio obſeruantiæ vſque ad ſua tempora.

Annales vrbis Bononienſis.

De Generalibus ordinis.

De viris illuſtribus Ordinis, Chronicon Ordinis ab anno 1215. vſque ad annũ 1484.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. *in Appendice*, Index Martyrol. Dominicani.

Claruit anno poſt Chriſti Natiuitatem 1493. quo anno erat inquiſitor Bononien. vt ipſe teſtatur in Chronico.

FRANCISCVS COLVMNA Venetus litterarum humanarum peritiſſimus, & ſui inſtituti rigidus obſeruator ſcripſit italicè.

Librum variarum epiſtolarum.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Gozzeus.

Anno 1490.

GVILELMVS HAMERVS Noueſianus, Germanus, Theologus inſignis, Poeta, & multarum linguarum, ac ſcientiarum peritus ſcripſit:

Doctas, vtiles, & lectu iucundas in Geneſim commentationes, plurimis clariſſimorum hebrææ linguæ Sacrorum, & prophanorum Auctorum ſententijs adeò ornatas, vt ab æquo, candidoque lectore ſine magno fructu, & voluptate legi non poſſint. Harum initium eſt: Mundus hic, quem alio nomine cœlum.

Edidit & alia plura.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. Sanctæ*.

MARCVS PETRI de SVCCHIELLIS Florentinus, celebris Theologus, & Prædicator inſignis ſcripſit.

Duo volumina ſermonum prædicabilium.

Eum Florentiæ in Conuentu S. Mariæ Nouellæ, cuius erat alumnus, mors mortalium eripuit cœtui. Michael Pocciantius, Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

Anno 1491.

VINCENTIVS MERLINVS Venetus præclaræ ſcientiæ vir, auctus magiſterij dignitate, annos plures in vniuerſitate Patauina, ſumma cum laude docuit Metaphyſicam. Per totam Europam ſibi glorioſiſſimum nomen comparauit. Pietatis ęquali claruit laude;

Plura edidit, *& in primis elegantiſſimam Metaphyſicam*.

Floruit ſub hæc tempora.

GREGORIVS VIENNENSIS in Auſtria Germanus, cum à morum laude, ac diſciplinæ vſu, tum à doctrinarum præſidijs ornatiſſimus: Emenſis Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ ſtudijs exactiſſimè, euolauit ad Mathema-

matica, à quibus ad ſcientias, quas medias vocant, & maximè ad Aſtronomiam, ad cœli motus, ac ſyderum aſſurrexit, ad conuerſiones, & phænomena: quare ſcripſit:

Librum de Eclipſi ſolis, ac Lunæ: Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice.*

IOANNES à CALVISANO Brixienſis, vir quà eruditione, quà pietate celeberrimus, collegit ex ſanctis Patribus, & alijs.

Librum precum piarum, ac ſanctarum.

Habetur manuſcriptus charactere perantiquo in Conuentu Sanctæ Catharinæ ad Formellum, Neapoli, vt vidit, & teſtatur Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliot. pag.* 144. Plodius *in Appendice.*

SIMON BERTI Florentinus, celeberrimus ſacræ ſcripturæ interpres, ſubtilis, & vehemens in diſputationibus edidit.

Librum ſexaginta & vnius ſermonũ, quem nuncupauit Diuerſorium.

Item Quadrageſimale, ac alia.

Obijt Lucæ die 15. Septemb. 1491: Michael Pocciancius, Plodius *p. 2. lib.* 3. Lucarinus, & Fontana *de Romana Prou. cap. 6.*

Per id tempus floruerunt in Ordine noſtro Stephanus in Apulia, Epiſcopus Lucerinus, Michael Cretenſis Antiſtes, & in Germania Sifridus, qui pietate, ac litteris ſuam Cirenſem eccleſiam illuſtrauit. His addas Simonem Præſulem Catanenſem, Ioannem de Mileto Epiſcopum Lephaludenſem, Theodoricum Burgundum, Præſulem Ceruienſem cum Reginaldo Polono. Peperit & Spoletum, Epiſcopum Theatinis, Reginaldũ. Nec ſilentio prætcribo tres Nicolaos, primũ cognomento de Ripis Epiſcopum Varnatenſem, ſecundum Octonienſem, tertium Burglanienſem in Dacia. Vbi tot ſtudia; tot vigiliæ; tot lucubrationes iſtorum? Non parum quidẽ culpanda eſt priſca ætas, niſi hoc dandum ſit vitio vel paupertati extremæ, vel paucitati typorum, vel tot bellorum preſſuris. In Anglia, in Scotia, in Hibernia vbi tot ſcriptorum memoriæ? Vbi monumenta Græcorum? quas Bibliothecas rimaberis in Pannonia, vbi cum Conuentibus templa abiere cuncta in ſtabula?

Anno 1492.

ANTONIVS BRIXIENSIS ſuæ patriæ Inquiſitor, magnæ prudentiæ vir, multorum conuentuum Prior, & per totam Italiam gratioſus Eccleſiaſtes, doctrina clarus, & fidei aduerſus hæreticos tuendæ propugnator inſignis, ſcripſit:

Sermones aureos de tempore per annum.

Sermones aureos quadrageſimales.

Item ſermones aureos de Sanctis præclariſſimos ſcientia refertiſſimos.

Brixiæ anno 1503. per Angelum Britannicum.

Vixit circa hæc tempora. Ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mar.* Ambroſio Gozzeo, Plodio *de viris ill. par. 2. lib. 3.* Antonio Senenſi Luſitano *in Bibl. Ord. Præd. fol.* 23. de alio Antonio Brixienſi, de quo Luſitanus *in Bibl. fol.* 23. dicetur alibi.

GVILELMVS à PEYRA Viennenſis (neſcio an Auſtriæ, vel Delphinatus) vir doctus, & eloquentia clarus ſcripſit:

Librum ſermonum de tempore, ac de Sanctis.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice.*

BALTHASAR à S. IOANNE Luſitanus vir cum eloquentia, tum grauitate conſpicuus, fuit Prouincialis in ſua Prouincia Luſitana, ſcripſit:

Vitam B. Aegidij à Ponzella, & ſecundum aliquos compoſuit officium quoque eiuſdem.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Alphonſus Fernandez, *Bibl. Hiſpana.*

Claruiſſe ſcribunt Auctores ſub hos annos.

SIMON de ANGELIS vir ſanctimoniæ inſignis per plures annos præfuit à ſacris confeſſionibus Beatæ Catharinæ Lentiæ Senenſis Virginis tertij Ordinis S. Dominici. Scripſit:

Vitam eiuſdem B. Catharinæ Lentiæ.

Fa-

Faſti Senenſes ab Academia Intronatorũ editi. Lege elogiorũ noſtrorũ *p.*4.

Floruit his temporibus. Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6.

IO: MARIA de VALLE nobilis Neapolitanus è Capuano ſedili inter fratres noſtræ Religionis Neapoli in Conuentu S. Petri Martyris cooptatus fuit. Floruit ſanctitate vitæ, ac litteris. Plures annos in vniuerſitate Neapolitana functus eſt publici lectoris officio. Scripſit:

De diuerſis materijs ſumma cum laude, Religioniſque decore. Apud Reges Neapolitanos ob prudentiam, pietatem, doctrinam plurimum valuit. Eius honorifica recordatione meminerunt Vallus *in compendio p.* 4. & alij.

PETRVS RANZANVS Siculus Panormitanus à Sixto IV. 6. Kalendas Nouembris 1478. factus eſt Epiſcopus Lucerinus in Apuliæ Daunia. Fuit poeſi, oratoria arte, hiſtoriæque peritia, atque Theologica facultate præſtantiſſimus. Fama eius percelebri Ferdinandus I. de Aragonia XVIII. Rex vtriuſque Siciliæ motus, eum Neapolim accerſiuit, & filijs ſuis, Alphonſo II. primogenito, qui poſtea anno 1494. genitore rapto è viuis, aſſumptus fuit in Regem, & Ioanni, qui poſtea Cardinalis effectus eſt, adhibuit præceptorem, ac ſubinde ad Lucerinum epiſcopatum euexit. Deinde ad Matthiam Coruinum Pannoniæ Regẽ Legatus iuxta Regis vota triennio iniunctum ſibimunus ſedulò adimpleuit.

In hac legatione librum de rebus Vngaricis, quem eidem Matthiæ dicauit, compoſuit.

Eundem Matthiam Regem defunctum anno 1487. verum tamen iuxta meam Chronologiam ann. 1490. funebri oratione luculenter apud Albam Regalem ſtrenuum Chriſtianitatis tutorem in Turcas laudauit.

In Italiam tandem reuerſus, ad inuiſendas ſibi creditas oues, ſalutato prius Neapoli Rege, properauit. Scripſit præterea.

De Vrbis Panormitanæ antiquitate. Elegantiſſimo ſtylo ſcripſit.

Vitam S. Vincentij Ferrerij in tres libros diuiſam.

Collegit in quatuor volumina ſcientias ſpeculatiuas, & practicas, Geographiam, atque Hiſtoriam.

De laudibus Lucerinæ ciuitatis.

Item Annales omnium temporum, quos morte prauentus non compleuit. Annales continent de omnium penè gentiũ rebus libros ſexaginta, & vnum: ex quibus vltimum dumtaxat habemus inter Hungaricarum rerum ſcriptores beneficio Sambuci, qui Auctarium addidit.

Ex Apoſtolico indultu vir potens in opere, & ſermone induxit ſuum Clerum, vt diuinum officium, ac miſſam iuxta ritum Fratrum Prædicatorum perſolueret. Quod in dicta ciuitate diutiùs perdurauit. Tandem rediens ad ritum Romanum, libros cantus choralis, qui magno pretio ſunt, & pulcherrimi vendiderunt noſtro cœnobio Venuſino, vbi vſque hodie (vt vidimus) aſſeruantur.

Placida morte deceſſit in ſua Eccleſia anno 1492. communibus vrbis, & Regni vtriuſque Siciliæ lacrymis parentatus.

De eo Miræus *in Auctario cap.* 513. Vghellus *Italia ſacra tom.* 8. Fontana *ſacr. Theatr. Domin. p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 348. *num.* 2. Leander *in Italia*, Thomas Fazzellus *lib.* 8. *decade* 1. *de rebus Siculis.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Præd.* Vallus *de vir. illuſtr. Regni part.* 3.

Anno 1493.

NICOLAVS MIRABILIS Coluſuarius, vir doctiſſimus, ac præſtantiſſimus anno 1493. ſub Rege Vladiſlao per vniuerſum Hungariæ Regnum ſacrum Inquiſitionis tribunal (vt teſtatur ipſe in ſuo libro de Prædeſtinatione in membrana manuſcripto, auroque ornato) regebat. Fuit ibidem Apoſtolicus prædicator. Scripſit:

Prædictum librum de Prædeſtinatione, quem in membrana manuſcriptum, auroque ornatum ex Dudenſi Bibliotheca Regia, ceu monile pretioſum ablatum Io: Faber Epiſcopus Vienneuſis Bibliothecæ S. Nicolai eiuſdem vrbis

biſ cuſtodiendum tradidit. Hoc opus perfectum fuit 12. Kal. Septemb. anno 1493. vt in fine eiuſdem libri notatur. Ferrarius *de Rebus Hungaria Prou.* & Fontana *in Theatro p. 3. c. 3. tit. 46.*

HOC ANNO è vita decedit Ioannes Piſtorienſis II. clariſſimus concionator, de quo diximus an. 1442. niſi hic ſit alius diſtinctus à primo, de quo annò 1295. & ab illo, quem meminimus anno dicto 1442. de obitus tempore, quo abſceſſerit hic Ioannes extant monumenta ſui Conuentus, Luſitanus *in Chronico ad annum 1460. fol.* 253. & alij. Scripſit:

Sermones multos.

Anno 1494.

PAVLVS SONCINAS, Italus, Soncino oppido Galliæ Ciſalpinæ non ignobili ortus, præclariori quoque familia, vir clariſſimo nitens ingenio in D. Thomæ, & ſcholaſticorum lectione nobiliter exculcus, ſtudio, ac moribus ſemper intentus, facili dicendi, ſcribendique genere præſtans humanam, diuinamque Philoſophiam Mediolani multos annos profeſſus eſt. Ferrariæ deinde, ac Bononiæ cum publico ſtipendio. Poſt lauream doctoratus Prior datus eſt Cænobio Cremonenſi, vbi primis menſibus, atque feſtiuitate S. Patriarchæ Dominici deuotiſſimus, & pientiſſimus Pater animam tranſmiſit ad ſuperos. Scripſit epitomes quæſtionum Ioannis Capreoli ſuper libros ſententiarum per F. Iſidorũ de Inſolanis mediolanenſem editos, & multis in locis ſuppletos. Lugduni, Apud Carolum Peſnot. 1580. in 4.

Quæſtiones ſuper diuinam ſapientiam Ariſtotelis.

In libros Prædicabilium, & Prædicamentorum expoſitionem. Venetijs apud Michaelem Berniam 1587. in 4. & alibi pluries. Alia plurima eius ſcripta, neſcio cuius crimine perierunt.

Deceſſit Cremonæ an. ſalutis 1494. ex Concertatione Prædicatorum Alphonſi Fernandez, Luſitano *in Bibl.* & Plodio *in Appendice*. Fuit Soncinas vita integerrimus, & ſuis lectionibus, ac diſputationibus plurimum ornamenti, & ſplendoris attulit Ordini, ac Italicæ nationi.

AQVINVS SVEVVS Germanus, iuriſta, philoſophus, Theologus celebris, & varia eruditione ornatus. Scripſit:

De Proprietate numerorum.

Sermones de tempore, ac de Sanctis:

Varias Epiſtolas magna doctrina refertas ad plures.

Albertus Venetus, Plodius *p. 2. lib. 3.*

Anno 1495.

GREGORIVS BRITANNICVS Prædicator facundiſſimus æuo ſuo, quare in ſacra pergula Chriſtiani Oratoris primum meruit decus. Edidit.

Sermones funebres, necnon nuptiales, &c.

Hos repurgauit, pluribuſque additis, prælo Venetijs conſignauit an. 1533. in 8. Per Victorem q. Petri à Rabanis, & ſocios; & pluries alibi impreſſos.

Item ſermones de tempore, ac de Sanctis.

Plures orationes concinnauit proprio marte, quaſdam ex alijs, qui eodem ſcripſerant argumento, exſcripſit. Venetijs 1516. in 8.

Claruit circa hæc tempora. Luſitanus *in Bibl. pag. 93.* Plodius *part. 2. lib. 3.*

Anno 1496.

HENRICVS INSTITOR Germanus, Magiſter doctiſſimus, felix ac potens ad explicandas difficultates Theologicas vna cum Iacobo Sprengerio, de quo anno 1481. ſcripſit.

Malleum maleficarum.

Solus autem *Contra hæreſes.*

Sermones de Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtia.

Contra negantes Euchariſtiam eſſe verum Sacramentum. Librum contra Monarchiam, ſeu de Poteſtate Papæ contra Antonium Roſellium iuris conſultum Patauinum anno 1499. Venetijs editum.

Sermones in errores Maleficarum.

Taegius *p. 1.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Miræus *in Auctario cap. 490.*

An.

Anno 1497.

LVDOVICVS FERRARIENSIS Magiſter, & Procurator Ordinis in Romana Curia, doctiſſimus in vtraque lege, & antequam Ingrederetur Religionem Theologus conſumatiſſimus, ſcripſit

Commentaria ſuper Ethicam Ariſtotelis.

Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Olmeda *in vita* Leonardi Manſueti Generalis, Fontana *in Theatro p.* 2.

Anno 1498.

BERNARDVS BVSCVS Mediolanenſis, doctus, ac facundus orator edidit librum in duas diuiſum partes, cui titulus.

Roſarium ſermonum prædicabilium. Venetijs 1498.

Biblioth. Luſitani, Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

Sub hos etiam floruerunt Dominicus Cremenſis, Thomas Vigleuanenſis, Antonius Roz Prouinciæ Aragonenſis, qui fuit Ferdinando Regi Aragonenſi à concionibus, Fr. N. Gacete natione Catalanus, qui ſicut celeberrimi fuerunt ſermone, ita & calamo. Nec ſilentio prætereundos arbitror Antonium de Lapetia Hiſpanum Canarienſem Epiſcopum, Antonium Piſamanum Antiſtitem Saltrenſem, Gallardum de Vrſiſaltu Vaſconem Præſulem Bethlehemiticum, ac Venetos Thomam Malubra EpiſcopumCurzolenſem, & Ludouicum Longum Epiſcopum Modonenſem. Hos ſequuntur Andreas Crouatus Epiſcopus Crainenſis, Hugo de Cartes Antiſtes Bethlehemiticus, Frater Iſrael præſul Aroſienſis, Hieronymus Genuenſis Antiſtes Caphenſis; omnes Theologi celeberrimi, oratores facundi, omni ſcientiarũ genere ornati, probitate inſignes, moribus clariſſimi, & exemplis, qui nunc ſacras litteras elucidando, nunc habendo ad populos conciones, nunc orphanis occurrendo, nunc ſacra Biblia diſcipulis explicando, nunc operam ſtudijs dando, ac ſcriptioni, totam vitam pro Domino impenderunt. Nec putandum eſt nobis tot Theologos eminentiſſimos, & omnigena litteratura peritos innumera volumina, & tractatus in apertum non protuliſſe. Quis enim inficias ibit ſublimiſſimos Oratores, & Theologos non ſecundos, quæ dicturi erant vel ex cathedris, vel ſuggeſtu non præmeditatos fuiſſe, non prenotaſſe in Schedis? ſcripſeriſt planè, & innumera. Sed edax tempus, quo lapides excauātur, & æra, vorauit. De doctrina, eloquentia, & geſtis dictorum Cõſule Vghellũ *In Italia Sacra*, Antonium Senenſem *in Chronicis* folijs 271. 273. Alphonſum Fernandez, Plodium, Lopez Epiſcopum Monopolitanum, & ſcriptores cæteros Ordinis.

HIERONYMVS SAVONAROLA Italus, patria Ferrarienſis, excellentis ingenij vir, multarumque ſcientiarum copia præditus, declamator fuit ſermone quidem ſimplex, & incomptus, ſed ſenſu acris, & actione vehemens, mores Florentinorum reduxit ad frugem meliorem. Septem annis in magna, & aſſidua auditorum frequentia conciones habuit. Ampliſſima templa, quinimmò & plateæ ipſæ anguſta erant Hieronymo prædicanti.

Plurima ad catholicæ fidei confirmationem, morumque reformationem religioſè, ac ſapientiſſimè ſcripſit, & primùm.

Rationalem, Moralem, ac naturalem Philoſophiam ad compendium exactè, clariſſimèque reduxit.

Opus de triumpho Crucis, ſeu de fidei Chriſtiana veritate in quatuor libros diſtinctum. Venetijs 1517. Quod decreto S. Congregationis de Propaganda fide impreſſum prodijt in Vrbe.

Regulas breuiſſimas ad Religioſos.

Confeſſionale, ſeu manuale confeſſariorum, & pænitentium.

De Cambijs.

De vſuris.

De Simonia,

De defenſione proximi.

De furto notabili.

Contra Aſtrologiam diuinatricem libros tres. Quod opus impreſſum eſt Venetijs an. 1586. per Bernardinum Staginum.

De

De ſimplicitate vitæ Chriſtianæ aureũ librum. Venetijs per Lazarum Soardũ 1507. in 8.

Expoſitionem quadruplicem ſuper Orationem dominicam. ibidem.

De Arca Noe in 6. priora Gen. cap. ſermones 10.

In 6. priora Exodi cap. ſermones 14.

In Hiſtoriam Ruth. Serm. quinque.

In duo prima Iobs capita ſerm. 40.

In Ezechielem ſerm. 46.

Conciones, vel ex ore prædicantis exceptæ, vel annotatæ ab ipſo ſummatim, & per capita, extenta fuerunt à D. Laurentio Violi, & ſunt quadrageſimale ſuper themata Amos Prophetæ ſerm. 40. *& Zachariæ Prophetæ ſerm.* 20. Venetijs apud Lazarum 1514. & iterum ibidem apud Cæſarem Arriuabenum 1519. in 4. Ad Sereniſſimum Ducem Ferrarieſem & ad Reginam Iſabellam de Aragona de Baucio Reginam Siciliæ.

In Micheam ſermones XXX.

In Aggæum ſermones quinque.

In VII. Pſalmos pænitentiales commentaria.

In Pſalmũ LXXII. ſermones XXIV.

In Pſalmum LXXIX. expoſitio.

In varios Pſalmorum verſiculos ſermones XX.

In Canonicam primam Ioannis ſermones XIX.

Expoſitionem, ſeu Meditationem in Pſalmum In te domine ſperaui. Quam dum vitæ ſuæ finem præſtolaretur, edidit. Venetijs per Lazarum Soardum. 1507. in 8.

Denique pridie, quam duceretur ad mortem, ſcripſit Religioſus intrepidus inter metuendos carceris horrores, & imminentis ſupplicij anguſtias, latino ſermone in Pſalmum trigeſimum primum, & quinquageſimum meditationes; viuis verbis, animatis ſententijs, & ſpiritus feruore fragrantiſſimas. Harum prior, in qua ſpei, ac deſperationis lucta exprimitur, incipit: *Triſtitia obſedit me &c.* Poſterior verò incipit: *Infelix ego homo &c.*

Hic è Congregatione Lombardiæ Congregationem Tuſciæ, ſeu Sancti Marci de Florentia erexit, ibique obſeruantiam regularem ſummo promouit conatu.

AMBROSIVS, Compſæ Epiſcopus, de quo anno 1553. multarum annotationum librum edidit aduerſus huius viri volumina, ex quibus Sancta Synodus Tridentina vetuit infraſcriptas legi conciones, donec à Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Senatu prodeant emendatæ. Index.

In Exodum ſermo primus, incipiens: *Domine, quid multiplicati ſunt*.

In eundem ſermo ſecundus, qui incipit: *Cum ſimus à Domino poſiti*:

In eundem ſermo tertius, qui exorditur: *In exitu Iſrael de Aegypto*.

In eundem ſermo ſextus, cuius initium eſt: *Quanto magis opprimebat eos*.

In eundem ſermo decimus, cui principium: *Clamor ergo filiorum Iſrael*.

In eundem ſermo XX. cuius exordium: *Palpebræ eius interrogant filios*.

In Ruth cap. 3. ſermo, qui incipit: *Et ecce nocte in media expauit homo*.

In Iob cap. 5. ſermo incipiens: *Beatus vir, qui corripitur à Domino*.

In Ezechielẽ ſermo XXI. incipiens: *Dixit Dominus: Audite me; tranſite per*.

In Ezechielem ſermo XXXII. qui incipit: *Et poſt omnes abominationes tuas*.

In Ezechielem ſermo XLI. cuius initiũ: *Et factus eſt ſermo Domini ad me*.

In Amos cap. IV. ſermo XII. incipiens: *Audite Verbum hoc, vaccæ pingues*.

In 3. Regum 18. ſuper igneo Heliæ experimento, Adhortatio ad populũ habita Anno Domini 1498. die ſeptima Aprilis, cum ad explorandam veritatem rerum, ab Auctore prædictarum, ardentem rogum ingreſſuri eſſent Dominicus Piſcienſis Dominicanus, Hieronymi defenſor, & Iulianus Florentinus Franciſcanus, eiuſdem accuſator. Sermonis principium eſt: *Cum præter eas, quæ peractæ ſunt, precationes, multa adhuc agenda ſint*.

THOMAS NERIVS noſtri Ordinis, de quo anno 1566. vir & pius, & doctus Apologeticum librum ſcripſit pro doctrina huius Auctoris.

Huius viri opera apud multos habentur in pretio, quòd contra tepidos quendam ad amorem Dei, & ſui contemptum, vitalem ſpiritum ſpirare videantur.

Corpus depoſuit Anno virginei partus 1498. 8. Kalendas Iulij, Aetatis ſuæ ſexto, & quadrageſimo. Cuius vitam ſcripſit Franciſcus Picus Mirandulanus, atque Concordiæ Comes. Cui tit. de iniuſta excommunicatione.

Pro Hieronymi Sauanarolæ innocentia. Impreſſ. Florentię apud Laurentium de Morgianis anno 1497.

De illo quoque ſcripſere Sixtus Senenſis *lib.4. Bibliotheca Sancta*. Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.* Alexander Piny Gallus *in elogio nuncupatorio diffuſiſſimè*. Conſule Bellarminum, Poſſeuinum, Lipſium *in Monitis Politicis lib 1. cap. 3.* Molanum *in M.S. Bib. Sacra*, Ausbertum Miræum *de ſcriptoribus ſaculi 16. cap. 4.*

Anno 1499.

NOSTRI Ordinis edidit Recollectorium rudimentorum Sacræ Theologiæ pro modernis prædicatoribus, confeſſarijs, ac fratribus ſimplicibus. Venetijs per Lazarum Soardum anno 1507. in 8 inter opera noſtri P. F. Hieronymi Sauanarolæ Ferrarienſis.

ZACHARIAS de LVNIGIANA ex Conuentu S. Marci de Florentia magni nominis ſui ſæculi concionator, erat permagno ingenio, quod litterarum omnium delectu ſingulis horis grauiter inſtruebat. In omnes exemplorum caſus peramplas opes alacris, & expedita memoria ei ſuppeditabat. Facundia inſuper tanta, vt mulceret, perſuaderet, inſtrueret, moueret, ſcripſit.

Apologiam in fauorem noſtri Sauanarolæ circa hunc annũ 1499. ex Monum. eiuſdem Conuentus. Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

ZANOBIVS Medices filius Conuentus S. Marci de Florẽtia varia eruditione, iudicijque acumine doctos inter ſui ſæculi viros reſplenduit. Poſt varias præfecturas in litteris, & regimine, Scripſit:

Multos tractatus de Theologia. Aſſeruantur *in Bibl. S.* Marci Florentini, Monumenta eiuſdem Conuentus. Fontana *de Prouincia Romana cap. 6.*

Quo anno in viuis deſierit eſſe, malater.

Neapoli in Capitulo Generali corã Reuerendiſſimo Patre Generali Ordinis Magiſtro Fratre Thoma de Vio Caietano, qui poſtea fuit S. Rom. Eccleſiæ Cardinali ſub titulo SãctiXyſti, Vniuerſo clero, ac Curia ſæculari in Regali Eccleſia S. Dominici elegantiſſimam habuit orationem de laudibus Vrbis Neapolitanæ, quæ data typis nuncupata fuit Cardinali Aragonenſi. Theodorus Valle Priuernas *in Compendio Virorum illuſtrium Prouincia Regni Neapolitani parte 4. pag. 214. & 215.*

DANIEL VINCENTINVS, Italus, diuini verbi prædicatione inſignis, & ſacrarum litterarum cognitione præclarus, quem inter illuſtres noſtræ familiæ ſcriptores noſtri recenſent. Scripſit:

Sermones Quadrageſimales. Venerijs per Aegidium Regazolam 1576. in 8. Claruit circa annum Verbi humanati. 1499.

HIC IOANNEM Aquilanum in vitæ ſuæ calce ſermones quadrageſimales omni perfectione refertos componentem, adiuuit, de quo anno 1466. Scripſit:

Etiam ſermones de tempore, & de Sanctis.

Meminerunt de Daniele Antonius Senenſis *in Bibl. pag. 152. verbo Frater Ioannes Aquilanus, & in Chronico ad annum* 1470. *fol.* 261. Plodius *part. 2. lib. 3. & in Appendice*, Alphonſus, Fernandez *in Concertatione Prædic.* & Marraccius *in Bibl. Mariana*.

PAVLVS de MONELIA, Ligur vir doctiſſimus, conuentus S. Mariæ de Caſtello Ianuenſis filius, ad prouincialarum Lombardię promotus fuit, in qua præfectura prudentis, & cordati viri conſequutus eſt nomen. Ea terminata, creatus eſt Magiſter Sacri Palatij à Sixto Papa IV. alij dicunt ab Innocentio VIII. deinde à Saluo Caſſera noſtro Generali Generalis Inquiſitor Liguriæ, cum retentione Magiſterij Sacri Palatij inſtituitur. Tunc enim Magiſtri Generalis Ordinis noſtri

ſtri ex Apoſtolica conceſſione inſtituebant per Orbem Chriſtianum Inquiſitores. Inſtar fluminis, quod à modico ſcatẽs fonte leniter fluit, & longo poſtmodum decurſu vires ſumens excreſcit; ita Monelia. Poſt hæc ab Alexandro VI. Inquiſitor in Vrbe cũ Gubernatore Romano datus eſt contra multos Iudaizantes. Hi fuere circiter ducentum, quos omnes iniunctis ſalutaribus pænitentijs S.R.E. reconciliauit. Poſtremò ab eodem Alexandro Pontifice Maximo aſſumptus eſt ad Eccleſiã Chienſem prima Februarij 1499. & in Hungariam directus eſt Nuncius Apoſtolicus, quo in munere Budæ eodem anno, acquiſito ſibi pijſſimi, & doctiſſimi viri nomine, cum peteretur ad altiora, ceſſit fato. Scripſit:

Peregregias, ac eruditas poſtillas ſuper tota Biblia.

Plodius *p. 2. lib. 3:* Abbas Iuſtinianus *in Chio ſacra*, Olmeda *in vita Ioachini Triuiani Magiſtri Ordinis*, Lucarinus *in Adnotat. ad Indicem lib. prohibit.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 167. & alibi pluries* Ferrarius *de Rebus Hungar. Prou. Ord. Præd. part. 3. lib. 4.* Taegius, Luſitanus *in Bibl. pag. 188. & in Chronico fol. 273.*

Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo 4. Idus Maij in Luſitania in Conuentu noſtrarum Sanctimonialium, cui nomen de Ieſu in Oppido de Aueiro Sereniſſima Princeps D. Ioanna filia legitima Alphonſi huius nominis V. Regis Portuગalliæ Monialis Ordinis noſtri placidiſſimè obdormiuit in Domino. De hac Antonius Senẽſis Luſitanus *in Chronico noſtræ Religionis an. 1490. fol. 275. & 276. ſic ſcribit. Fuit virgo Sanctiſſima; & ſecũ ferebat libellũ memoriæ, & ſimul, atq, aliquid legi Dei minus conſonũ cõmittebat, ſignabat in libello, vt ſuo tempore ſe de ea re accuſaret, ſumque orationi deditiſſima, regularis vitæ obſeruãtiſſima, & miraculis clarnit.* Hæc ille, cui aſtipulantur omnes Scriptores noſtri.

Quidam Luſitanus Ordinis noſtri magnum de huius Virginis vita ſub hunc annum 1499. *conſcripſit volumen.* Seruatur manuſcriptũ in præfaro Monialium noſtrarum Conuentu. Ita Luſitanus loco nuper allegato, in quo ſubdit: *Et quia vitam illius breui typis dandam ſpero, pluribus nunc ſuperſedendum arbitror.* Hactenus Luſitanus.

ALBERTVS BELLVNENSIS, ſiue Vtinenſis ſacrum noſtrum amplexus eſt Inſtitutum. Ab Ordinis Tyrocinio indixit otio bellum. Intendens perfectioni à colloquijs etiam ſodaliũ feſtinanter retulit pedem. Vt moris eſt, in ſtudijs poſuit operam, quibus adiungebat Religionis ieiunia, & alia quoque ſua, aſſiduam lectionem, vigilias. Cumque à Patribus accepiſſet, omnia incrementa litteras ſacras ab oratione, & maximè à mentali, accipere, totum huic effuſiſſimè ſe impendit. His itaque magnos prouentus fecit in diſciplinis. In Rhetorica illas partes habens, quas natura ſolet imprimere, quæ ſunt ab arte ſtuduit adipiſci. Magnos ſortitus eſt præceptores in Logica, in Phyſicis, in Sacra Theologia, & in diuina ſcriptura, qui addentes calcar ingenio, quod volabat, expeditè illius æui doctiſſimum formauerunt. Cum laude cæpit cathedram moderari. Eum charitate in animarum ſalutem vrgente, è gymnaſijs eleuauit ſe ad ſuggeſtus. Cæpit elegantiſſimè dicere; ſed cũ fructu. Phraſi, quæ conuenit prædicantibus verbum Dei, vtebatur, clariſſima, & aperta. Similitudines, quæ oblectando commouent, adhibebat. Profundos expiſcabatur è ſacris Biblijs ſenſus, hoſque in primis è littera. Vt paucis abſoluã, fuit illius ſæculi celeberrimus prædicator. Plura ſcripſit: ſed quæ fuerint, non reperio.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico noſtri Ordinis anno 1500. fol. 279.*

Floruit ſub hoc anno ab ortu Verbi ſecundum carnem 1499.

MATTHAEVS MARINETTVS de Conuentu Querquen. Viterbij ab ingenio, ac à ſtudijs commendatus ſacris concionibus cum laude operam dedit. Dictionem ornabat multiplicis doctrinę luminibus. Magnus erat Philoſophus, & Theologus, callebatque Oratoriam cumulatè. Scripſit.

Vulgarem expoſitionem Pſalmi quinqua-

quageſimi, Miſerere mei Deus.

Monumenta dicti Conuentus, Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

Arbitror floruiſſe ſub hoc anno à Chriſti natiuitate 1499.

IACOBVS HOLLANDVS plurimum noſtræ Religioni contulit ornamenti; Sacramentis pronunciatis, vt moris eſt, Ordinis noſtri erudiendus traditur præceptori. Et cum eſſet ingenio vaſto, oppidò profecit in litteris. Quæ didicerat, cum gloria docuit alios. Ex gymnaſiorum anguſtijs, ad ampliora prouehitur charitate, ad ſuggeſtus. Sublimiſſimus Concionator innumeras Deo animas, quæ obuoluebantur criminibus, lucratus eſt, Ordini decus, ſibi perennem famam, & gloriam apud Poſteros.

Florebat hoc anno ab Incarnatione Dominica 1499.

Explicit Centuria III. Romæ, in Conuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam quarto Idus Maij labentis Anni MDCLXXV.

BIBLIOTHECA SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

CENTVRIA IV.

Anno 1500.

ALBERTVS CASTELLANVS natione Italus, patria Venetus, in Theologiæ ſtudijs, hiſtoriarumque eruditione plurimum verſatus, poſteritatis iuuandæ cupidus, pioque, quo intus ardebat, in Virginem amore actus, euigilauit, & euulgauit Italicè.

De Roſario eiuſdem B. *Virginis lib.* 1. in quo Roſarij inſtitutionem, precandi rationem, eiuſdemque Roſarij leges ac Indulgentias commemorat. Deinde ad ſingulas tum orationes dominicas, tum ſalutationes Angelicas, quæ quindecim Roſarij decadibus continentur, ſuam cuique meditationem, ſacratum litterarum teſtimonijs appoſitè explicatam, ac roboratam apponit, adiectis totidem è regione earumdem meditationũ imaginibus ad pietatem excitandam accommodatiſſimis, quæ meditationes ipſas exprimunt, & ob oculos ponunt. Ad calcem verò libri quàm plurima miracula, & beneficia Roſarium recitantibus à Deipara exhibita ſubnectit. Liber fuit impreſſus Venetijs per Ioannem Variſcum, anno Domini 1559. atque alibi ſæpè in Italia recuſus. Collegit Bullas Pontificias, quas impreſſit Venetijs anno Domini 1516. Huius meminerunt cũ laude eruditiſſimus Paramus de origine S. Inquiſitionis *lib.* 2. *c.* 29. Fontana *in Theatro p.* 3. *c.* 3. *tit.* 7. *Martyrologium Dominicanum*.

Edidit *etiam Chronicon Ordinis Præd.*

Item Catalogum virorum illuſtrium Ordinis.

Correxit Catalogum. Sanctorum à Petro de Natalibus editum.

Item Sacerdotale. Romanæ Eccleſiæ, quod emendatum, & auctum iuxta Concil. Tridentini ſanctiones. Venetijs 1579 prodijt. Miræus *de Scriptor.*

Quo anno claruerit, diſſentiunt ſcriptores: puto ego claruiſſe circa annum 1500. à Saluatoris aduentu. Ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mariana* Sanſouino in Venetis, Luſitano, & alijs.

B. DOMINICVS BVGELLA Italus, patria Pedemontanus, vir acri ingenio, memoria tenaci, propenſione ad ſtudia clarus, Ad ſummam D. Antonini Archiepiſcopi Florentini moralem, & hiſtorialem præmiſit quinque

Tabulas, ſeu Repertoria vtiliſſima.

In prima per ordinem Alphabeti præmittit ſententias magis notabiles in tota Summa morali contentas, & aliam ſimilem compoſuit ſuper Summam Hiſtorialem. Alia comprehen-

dit

dit omnes materias, quæ concernunt Deiparam. Alia complectitur omnes authoritates Scripturæ. Alia notat dicta expoſita de Epiſtolis, & de Euangelijs totius anni de tempore, & ſimilis eſt alia pro Feſtis Sanctorum. Venetijs per Lazarum de Soardis 1503. in 4.

Emicuit anno Domini 1500. Antonius Senenſis *in Bibl. Præd.* Matraccius *in Bibl. Mar.* Plodius *p.2.lib.* 3.

HVGOLINVS de CAMERINO Marchianus vir ingenio, & doctrina, nec minus religione, vitæque integritate præcellens, ſcripſit:

Sermones varios.

Claruit circa annum Domini 1500. *ex Concert. Præd.* Alphonſi Fernandez.

IOANNES MILLENSIS, Epiſcopus, Germanus, Germaniæque clariſſimum lumen, vir ab inſolita doctrinæ, pietatis, religionis, & prudentiæ prerogatiua commendandus, Scripſit:

Pro Fraternitate Roſarij Beatiſſimæ Virginis Mariæ. & alia.

Floruit circa annum Domini 1500. vt teſtatur Ioannes Andreas Coppenſteinius *lib. 3. de Fraternitate Roſarij cap 9.*

IOACHIMVS TVRRIANVS ex Prouincia S. Dominici, S. Th. Magiſter, peritus latini ſermonis, ac græci legit ſumma cum laude Patauij Metaphyſicam. Præter communes Ordinis abſtinentias, ſemel edebat in die, & tunc parciſſimè; in reliquis vir planè abſolutiſſimæ virtutis, ac priſcæ integritatis. Vultu naturæ quædam benignitas, ac ſuauitas elucebat. Geſtum, inceſſum, verba inſignis quædam grauitas, ac modeſtia exornabant. Paupertati præcipuè ſtuduit, & maximè in veſtitu. Non modo nihil vnquam ſuperflui affectauit, ſed ipſis interdum carere neceſſarijs in iucundiſſimis habuit. Multo tempore fuit Prouincialis in ſua Prouincia. Anno 1487. die 3. Iunij in patria & in conuentu SS. Ioannis, & Pauli ſummo Patrum conſenſu eligitur Generalis. Tredecim annos, & menſes duos ordinem rexit, poſt ques piè vitæ attigit metam Romæ die 1. Auguſti anno 1500. Aetatis 84. ſepultus fuit in choro S. M. ſuper Mineruam, vbi extat hoc epitaphium.

Ioachino Turriano, Veneto, Theologo eximio, ac quinque linguarum peritiſſimo, per omnes Prædicatorum Ordinis dignitates Generali aſſumpto Ordo Prædicatorum P. Opt. B. M. Poſ. vixit ann. circiter 84. robuſto corpore, integriſque ſenſibus, & intellectu. Obijt Anno Iubilæi 1500. Calendis Auguſti.

Doctiſſimis commentarijs illuſtrauit octo libros Phyſicorum.

Sanſouinus in Venetijs, Luſitanus *Chron.* Leander, Seraphinus Razius, Taegius *p.* 5. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

VALENTINVS PERVSINVS in Vmbria, alij dicunt de Camerino, Picenus doctiſſimus Magiſter, ac celeberrimus Peripateticus, Præceptor Thomæ de Vio Caietani ſcripſit.

Centum quinquaginta quæſtiones Metaphyſicas, quæ m. s. circumferuntur inter noſtrates Prouinciæ Etruriæ. Viuebat hoc anno 1500.

Taegius *p.* 1. Leander, Luſitanus *in Bibl. pag.* 260. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Bartholomæus Spina *in præfatione ad* 2.2. D. *Thomæ.*

ALBERTVS PORLESIENSIS, ſeu Proleſienſis Polonus, Rhetor, & Poeta, ſcripſit:

Quaſdam Epiſtolas, quæ leguntur in ſumma S. Antonini.

Item quædam carmina, & quædam alia.

Luſitanus *in Bibl. p.* 9. Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

B AMBROSIVS, ſeu Ambroſinus Soncinas Conuerſus Lombardus fuit exquiſitiſſimus artifex vitriatarum, ſcripſit lingua Italica.

Vitas B. Luchinæ Soncinatis, & B. Iacobi de Vlma Germani.

Plodius *p.* 2. *lib.*3. Leander Albertus *ſub finem lib. 6. de vir. illuſt.* Antonius Luſitanus *in Bibl. pag.* 12. ex hac vita poſtea Silueſter Prieras, Iſidorus Mediolanenſis, & Ioannes Antonius Flaminius ſuas latinas deduxerunt.

Floruit ſub hoc anno 1500.

BENEDICTVS PAVLI Florentinus Theologus, & Poeta illuſtris, ſcripſit:

Suam conuerſionem carmine.

Item

Item in laudem Hieronymi Sauonarolæ, cuius fuerat diſcipulus.

Opuſculum in tres libros, cui titulus, Fons vitæ.

Summatim Chronicon Ordinis.

Michael Pocciancius, Plodius *par.* 2. *lib.* 3. Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. c.*6.

AMBROSIUS TAEGIUS Mediolanenſis in Ordinem noſtrũ adſcriptus in Philoſophia, & Sacra Theologia non mediocrem meruit laudem. Operam deinde nauans Hiſtoriæ, parem promeruit plauſum, ſcripſit:

Chronicon Ordinis in ſex volumina diſtributum, quæ manuſcripta extant in bibliotheca Conuentus S. Mariæ Gratiarum Mediolani. In hac hiſtoria recollectæ ſunt omnes ordinationes Capitulorum Generalium ab an. 1220. vſque ad an. 1513. cum Priuilegijs Pőtificijs. Luſit. *in Bibliotheca part.* 12. Plodius *part.* 2. *lib.* 3. *Kalendarium Dominicanum.*

MAGDALIUS IACOBI de Gandauo, ſeu Gaudanus, Batauus magnus Philoſophus, & Theologus, ac eruditus linguarum Hebrææ, & Grææ, ſcripſit:

Correctorium Bibliorum:

Subtexuit *Compendium eorumdem Bibliorum ducentis quinquaginta ſeptem verſibus comprehenſum.* Coloniæ 1508.

Item *Expoſitionem terminorum magis difficilium Bibliorum luculentam*. Ad Magiſtrum Adamum Bopardũ Theologum. Coloniæ apud Quentellium anno 1500. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. pag.* 170. Miræus *de Scriptoribus ſaculi* 16. *cap.* 15. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

Anno 1501.

NICOLAUS GERMANUS, venerandus bonitate, doctrina, prudentia, ac regimine, ſcripſit:

Commentaria in Cantica Canticorum.

De aſſenſu cordis.

De Arte prædicandi.

Et plura alia.

Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *part.* 2. *lib.* 3. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 181.

Anno 1502.

IOANNES NANNIUS Viterbienſis, quem communiter ſcriptores Annium vocant, Ordinis habitum in Viterbienſi Cõuentu S. Mariæ ad Gradus, ſuſcepit. In ſacris litteris, philoſophia, & hiſtorijs verſatiſſimus fuit. præterea Græcam, Hebraicam, Caldeam, & Armenam linguam percalluit. Apud Alexandrum Papam VI. à quo Magiſter Sacri Palatij anno 1499. datus eſt, exiſtimatione fuit permagna. Quatuor annis non completis in hoc Magiſterio præfuit. Vitam enim cum morte commutauit die 13. Nouembris 1502. in templo S. Mariæ ſuper Mineruam cum ſequenti elogio traditur ſepulturæ.

D. O. M.
F. Io: Nannio Viterbien. Ord. Præd.
Diuinarum litterarum doctiſſimo,
Sacri Palatij Magiſtro,
Ex pietate poſitum.
Vixit an. LXX.
Obijt XIII. Nouemb. MDII.
S. P. Q. Viterbien.
Pietate ſuorum reſtaurandum
Curauit MDCXVIII.

Scripſit Theologus celeberrimus, diuinarum ſcripturarum ſtudioſiſſimus, hiſtoriarumque omnium, & rerum antiquarum ſedulus indagator. in Propertium de Vertunno, ſiue Iano. In Antonini itinerarium. In Marci Catonis fragmenta de Originibus.

Commentaria in Beroſum Babylonium.

In Metaſthenem Perſam, qui ſcripſit de iudicio temporum, & Annalium Perſarum.

Profundiſſima Commentaria in Catonem.

Varia Opuſcula;

In Manethonem Aegyptium.

In Chronographiam Philonis, quam locupletiſſimis commentarijs ex Beroſo, Methalitene, Manethone, Xenophonte, Fabio Pictore, & Catone collectis ſplendentiſſimè illuſtrauit. Sixtus Senenſis *in Bibl. ſanct. lib.* 4. *v.* Philo Iudæus.

In

In Pſalterium, & in plures libros veteris, & noui teſtamenti,

In Geneſim, & Deuteronomium.

In Prophetas maiores, & minores.

In Epiſtolas omnes D. Pauli.

De antiquitate; in Apocalypſim.

In Fabium Myrſilium Lesbium.

In Archilochi de temporibus Epitomen.

In Xenophontis aquiuoca.

In Chronographiam Platonis.

In Caium Sempronium.

De primis temporibus.

De XXIV. Regibus Hiſpania.

De Antiquitate, & rebus Hetruriæ.

De Hetruſca, & Italica Chronographia.

De dignitate officij Magiſtri Sacri Palatij.

Quæſtiones de Tuſcia.

Typographicam emendationem Chronicorum.

Chronographicam contra Euſebium.

Edidit *quoque lib.* 1. *quæſtionum in Apocalypſim*, quem Sixto IV. P.M. dicauit, oſtendens Beſtiam *in cap.* 13. commemoratam, ſcilicet Antichriſtũ, eſſe Pſeudoprophetam Mahumetem cum ſua ſecta.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Lucarinus, Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 5. *num.* 37. Seraphinus Ractius: Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.*

Melchior Cano aſſerit à Ioanne Annio adulteratos fuiſſe Beroſum, & antiquos. Præterea Aubertus Miræus in Auctario *cap.* 523. hæc habet: *Reliquit Antiquitatum libros vigintiſeptem, ſæpius recuſos. ſed nugis mendacibus plenos. Nam Beroſus, Manetho, & alij ſcriptores veteres, quos ſe producere dicit, prorſus ſunt ſuppoſititij, vt ſupra cap.* 3: *& ſequentibus docui. Suis porrò nugis Annius in errorem traxit Io: Nauclerum, Io: Driedonem, Leandrum Albertum, Valerium Anſelmum, Io: Lucidum, Michaelem Medinam, Sixtum Senenſem, & alios. Quod monere viſum fuit, ne quis errantium veſtigijs inſiſtat.* Hæc Mireus. Cæterum Ioannes Pineda, & alij clari Theologi, & Hiſtorici admirantes eruditionem, ac ingenium Annij ſummopere eum defendunt, ac laudant.

Anno 1503.

IOANNES CAROLVS, ſeu CAROLI Florentinus, filius S. Mariæ Nouellæ, vir omnigenæ eruditionis, raræque virtutis prærogatiua commẽdandus, ſcripſit:

Vitas illuſtres, ac Sanctas B. Ioannis Salernitani, F. Aldobrandini Caualcantis, F. Simonis Saltarelli, F. Angeli Acciaioli, F. Alexij Strozzi, F. Guidonis Regiolani, F. Ioannis Acciaioli, & F. Ioannis Dominici Cardinalis, qui omnes fuere ex Ordine noſtro, & floruerunt Sanctitate, Scripſit

Etiam volumen variarum orationum ab ipſo habitarum.

Volumen tractatuum ſpiritualium, quorum primus eſt ſuper Pſalmos pænitentiales.

Volumen aliorum tractatuum, in quorum primo tractat de ſenectute.

Scripſit *& de Conuentu S. Mariæ Nouella Florentino librum vnum.*

Ad maiores ſuos appoſitus eſt anno ſalutis 1503. die 1. Februarij ætatis ſuæ 75.

Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicatoria, Martyrologium Dominicanum*, Michael Pocciancius, Plodius *part.* 2. *lib.* 3. Caſtillus 1. *p. Chron. lib.* 1. *c.* 57. Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6. qui refert obiiſſe ex monum. ſui Conuentus an. 1550.

Die 18. Auguſti currentis anni 1503. ſublato per venenum Alexandro VI. è viuis, Cardinales Cænobium S. Mariæ ſuper Mineruam pro habendo conclaui, vt eligerent ſummum Pontificem, delegere. In hoc ingreſſi, Franciſcum Cardinalem Picolomineum die 22. Septembris Pontificem Maximũ, qui Pij Tertij nomine vocatus eſt, ſalutarunt. Olmeda *in vita Vincentij Bandelli Magiſtri Ord.* Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 4. *tit.* 11. *num.* 8.

Anno 1504.

DIONISIVS OCILLVS diligens Sacrorum Bibliorum ſcrutator, magnus Theologus, atque exquiſita hiſtoriæ cognitione clariſſimus, quem

etiam

etiam adornabant morum probitas, & prudentia, ſcripſit:

Chronicam Prouinciæ Neapolitanæ, cuius meminit noſter doctiſſimus Granina de Sacro depoſito *cap.* 22. *num.* 24. 26.*&* 28. Credo floruiſſe circa hæc tempora.

VINCENTIVS GIACCANVS Clugienſis omni ex parte venerandus, periciſſimus linguæ græcæ, correxit.

Metaphyſicam S. Thomæ pluribus in locis deprauatam.

Recurrens ad exemplaria græca, oſtendit expoſitionem Sancti Thomæ conformari textui græco.

Addidit quoque eidem Metaphyſicæ indicem.

Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ord. fol.* 265.

ROBERTVS de NOYA Apulus ſanguinis nobilitate conſpicuus, fuit præco diuinus celebris, laureatuſque doctor inſignis anno 1492. die 23. Ianuarij ex Innocentij VIII. decreto Minerbinenſem ſedem conſcendit. Huic Magiſter Ordinis Ioachimus Turrianus conceſſit facultatem retinendi apud ſe in Epiſcopatu bona, quæ in Ordine habebat; vt ex eius Regeſt. ſub anno 1494. conſtat. Quinque annis hanc rexit Eccleſiam pater pauperum effectus. Deinde anno 1497. die 15. Maij ab Alexandro VI tranſlatus eſt ad Eccleſiam Acerranam in Campania felicis, quam ſeptem annos laudabiliter rexit. Poſtremò anno 1504. die 15. Aprilis creatus eſt à Iulio II. Naxienſis Archiepiſcopus. In Romania Naxienſis Eccleſia cum Parien. vnita eſt. His igitur Eccleſijs cum ſanctiſſimè præfuiſſet Robertus annis pluribus, humanæ fragilitatis onus depoſuit. Vghellus *Italia ſacra tom.* 7. *inter Acerren. Epiſc.* Vallus *de viris illuſtr. Ord. Prædic.* Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 65. *num.* 1. & alibi plures. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

Reliquit poſteritati *Sermones de tempore, & de Sanctis.*

EPITAPHIVM
Roberto de Noya
Aequè clariſſimo
Cathedris, & ſuggeſtu.
Viro
Vndique inclyto, vndique celeberrimo
Vita, ſanguine, Infulis.
Harũ primùm potitus eſt Minerbinenſi,
Poſt Acerrana
Vltimo Naxienſi, & Parien.
Qui
Ad eloquentiam factus
Prateritos oratores
Niſi vicerit, adequauit,
Hunc Lapidem,
Et ſi humilem, & anguſtum,
Ab oſſibus tamen ampliſſimum,
Non ad memoriam
(Futuram perpetuò
A meritis immortalem)
Sed poſteris
Ad exemplum,
Ad imitamentum virtutis,
Ad Prouinciæ ornamentum,
Ad ſolacium patrij Soli,
Ad obiurgationem luſtrorum:
His gloria ne marceſcat:
Ferè poſt ſæcula bina exacta,
Filio ſuauiſſimo,
In quo ipſa doluit numquam,
Apulia mater poſuit amantiſſima
X. *Kal. Maij Anni MDCLXXV.*

Anno 1505.

THOMAS DONATI Venetus clariſſimus ſanguine, pietate, doctrina; nec non eloquentiſſimus Prędicator, Patriarcha Venetus Septimus anno 1492. circa finem anni ab Alexandro Papa VI. promotus, ſcripſit:

Sermones de tempore.

Sermones de Sanctis.

Quadrageſimale eruditiſſimum.

Volumen ſermonum, quos habebat, cum luſtraret conuentus. Reperiuntur in Conuentu Sancti Dominici Venetiarum. Obijt anni 1505. Eius meminerunt Antonius Senenſis *in Bibl. Prædic.* Vghellus *tom.* 5. Plodius *de vir. illuſt. Ord. lib.* 4. Fontana *in Sacro Theatro Dominicano* 1. *p. cap.* 3. *tit.* 7. *num.* 2. Antonius Poſſeu. *in App. Sacro.*

Hic commiſſum ſibi gregem annos duodecim cũ probitatis laude verbo, ac exemplo direxit. Ab eodem Pontifice Maximo Alexandro Monaſterij S. Maphæi de Maiorbo Ciſtercien. Ord.

viſitator, ac reformator inſtitutus, dictas ſanctimoniales ad exactiorem viuendi normam reduxit, illaſque patriarcharum immediato regimini ex eiuſdem ſummi Pontificis beneplacito ſubiecit. Maxima fulſit benignitate in ſubditos, ac charitate in pauperes, quorum neceſſitatibus compatiebatur ex corde. Deceſſit anno 1504. ſecundum aliquos, alij verò dicunt anno 1505. Venerijs in Eccleſia S. Dominici, in qua induerat habitum, eſt ſepultus.

Imbuit moribus, & doctrina P. F. Hieronymum Quirinum nobilem venetum, qui cum ſcientia, regulari diſciplina, vitæque integritate eſſet ſpectabilis, à Clemente VII. ex Senatus ſententia Venetus Patriarcha confirmatur die 23. Octobris 1524. Triginta annos vixit in ſibi collata dignitate cum prudentiæ, ſingulariſque probitatis laude, quibus exactis quieuit in pace anno 1554. corpore in S. Dominici Eccleſia condito prope Thomam Donatum, cuius in Ordine indiuiduus fuerat Comes, ſequenti inſcriptione.

Hieronymus Quirinus,
Ne ſerui cadauer inferretur,
Vbi corpus conficitur Domini,
Hic voluit humari.
Qui adoleſcens in Thoma Donati verba
Primùm iurauit,
Quē in monaſtica dignitate ſubſequutus,
Et Patriarcha Patriarchæ
Iuſti tenax imitatus
Obijt anno ſalutis MDLIX.
Id. Decemb.

Anno 1506.

VINCENTIVS BANDELLVS de Caſtro nouo Terdonenſis diæceſis, Lōbardus annos 20. legendo, diſputando, & ſcribendo profundiſſimam ſapientiam ſuam omnibus ſine inuidia communicauit. Cathedram Magiſtralem ſumma cum laude Bononiæ conſequutus, ibidem pluribus annis extitit Regens. Quo tempore ex multis diſcipulis apprimè eruditis habuit noſtri Ordinis monile pretioſiſſimum F. Paſcaſium Hiſpanum Epiſcopum Burgenſem Hiſpaniæ, virum doctum; rectum, eleemoſynarium, & omni virtute ornatum. Deinde bis Prior Bononienſis, & totidem vicibus Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ, Prior factus Mediolanenſis Principi, & omnibus curialibus fuit gratiſſimus. Diuino nutu Generalis Ordinis, cunctis vnanimiter conſenſientibus electus fuit Romæ in Capitulo Generali anno 1501. Rexit ſanctiſſimè Ordinem annis 5. mēſibus tribus. Poſtremo in vigilia Sancti Auguſtini 1506. in Conuentu Montis Alti Calabriæ ſeptuagenarius migrauit ad Dominum. Eius corpus Neapoli in Conuentu Sancti Dominici eſt ſepultum prope aram principem. Scripſit:

De Conceptione Beatiſſimæ Virginis tria volumina ſucceſſiuè concinnata ex Sanctorum Patrum, & Theologorum ſcholaſticorum auctoritatibus, quibus ſententia D. Thomæ de Conceptione B. Virginis comprobatur, & incipit *Veritatem meditabitur cor meum, &c.* Mediolani 1575.

Tractatum de Poteſtate Papæ.

Item librum quæſtionum Theologicarum de varijs argumentis.

Fecit declarationem ſuper Conſtitutiones Ordinis ex actis Capitulorum generalium excerptam. Mediolani 1505. in 4. & Lugduni 1515.

Dictauit, vt Beatiſſimæ Virginis deuotiſſimus, Officia eiuſdem de Sanctificatione, de Viſitatione, & alia.

Miræus *de ſcriptoribus ſæculi XVI. cap.* 13. Molanus *in m. s. Bibliotheca ſacra*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 263. *&* 264. Anton. Poſſeu.

Anno 1507.

IOANNES BAPTISTA THEATINVS in Samnio Prædicator Generalis, vir doctus, peritus lingua hebræa, & Caldæa doctiſſimè ſcripſit, & elegantiſſimè librum, cui titulus:

Opus Andronicum. Datum typis Anconæ ann. 1520. Ad D. D. Ferdinandum de Capua, Ducem Termulæ, Sānij Præſidem.

Floruit circa hæc tempora.

Vallus *in compendio p.* 4.

IO-

IOANNES CLEREVS, ſiue CLEREC Normannus, vir ad quæque pro ſanctiſſima Religione peragenda intrepidus, qui ob ſingularem doctrinam, vitæq; Sanctimoniam apud Ludouicum XII. Chriſtianiſſimum Regem Francorum, eiuſque conſortem Reginam Annam maximo, dum vixit, in pretio habitus eſt, eiſque fuit à ſacris confeſſionibus, inde mortuo Magiſtro Vincentio Bandello anno 1506. die Sancti Auguſtini inſtitutus eſt Vicarius Ordinis à Pio II. ad petitionem Cardinalis Oliuerij Carrafæ Religionis protectoris, & cum vitæ regularis eſſet zelantiſſimus anno 1507. apud Ticinum, ſiue Papiam 6. Iunij, Sabbato videlicet poſt feſtum SS. Trinitatis, ſecundis ſuffragijs Magiſter Ordinis fuit electus, magna bonorum expectatione, quòd reformationem Ordinis, quam Pariſijs fratribus, & Pythſiaci Monialibus induxerat, in cæteris conuentibus, ac domibus proſequuturus eſſet, quod quidem fecit in Ciuitate Parmenſi, conuentum, ac monaſterium ad regularia inſtituta reuocando, itidem facturus in reliquis, niſi eodem anno in ferijs Diui Laurentij ex vrbe à Summo Pontifice reuectum Papiam, mors rapuiſſet. Fuit Magiſter Generalis noſtri Ordinis XXXVII. Scripſit:

De Conceptione.

Pariſijs, typis Marnerij an. 1522. Huius meminerunt Leander Albertus *lib.* 1. *de viris illuſtribus Ordinis Præd.* Diagus *in Hiſtoria Aragonenſ.* Razzius, Fœlix de Caſtro Franco, Taegius *p.* 5.

ANDREAS PORTVLLAGA Brixienſis Lombardus celeberrimus concionator, ac doctus, Prouincialis ſuæ Prouinciæ. Scripſit.

Sermones de tempore per totum annum.

Sermones de Sanctis totius anni.

Leander *lib.* 4. Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

BARTHOLOMAEVS MORTARIVS eloquentiſſimus, linguaque Latina conſpicuus, doctus Philoſophus, & Theologus. Scripſit:

Orationes.

Quædam opuſcula.

Idem vitas B. F. Iacobi à Beuania, B. F. Iacobi Sextij Mediolanenſis, & aliorum virorum illuſtrium Ordinis.

Leander *lib.* 4. Plodius *part.* 2. *lib.* 3.

Anno 1508.

HIERONYMVS PECIANA Vercellenſis Pedemontanus clariſſimus diuinis litteris, & humanis, teſtes ſui ingenij poſteris conſignauit:

Plurima Epigrammata, & pulcherrima Epitaphia.

Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

LVDOVICVS CAMPAGNA Veronenſis, Philoſophus, orator, & Poeta inſignis. Scripſit:

Orationes diuerſas.

Librum de Poeſi.

Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

ANDREAS de PISIS tranſtulit ex latino in vernaculam linguam vitam Sanctæ Agnetis de Montepolitiano, quam Beatus Raymundus Capuanus Magiſter Ordinis ſcripſerat, cui addidit appendicem. Viuebat hoc anno 1508. Lucarinus, Fontana *de Prouincia Romana cap.* 6.

LVDOVICVS de TOVAR, patria Palentinus, natione Hiſpanus S. Theologiæ, Baccalaureus, magnus Philoſophus fuit, Rhetor, Mathematicus, & Poeta. In Senenſi vrbe, ac Schola moratus eſt. De eo Gabriel de Grabielibus Roncilionenſis in carmine ad lectorem ſuper librum Ludouici illum appellat, *Magnum Philoſophum, bonumque Rhetorem, ac terræ, & poli motus diligentem ſcrutatorem.*

Cum eſſet Senis edidit librum curioſum, & eruditum, quem prænotauit.

Diuinam reuelationem Erithereæ Sibyllæ cum commentarijs, in qua à bello Troiano vſque ad diem Iudicij futura prædicit. Vbi ſupra 1508. in 4. per Simeonem filium Nicolai Nardi: Ad Egregium Henricum de Meneſes filium illuſtriſſimi Comitis Tarocenſis, ac Luſitani exercitus apud Tingim Africæ Ducis, qui iiſdem Senis nauabat operam ſtudijs, de eo Bibliotheca Hiſpana *part.* 2. *fol.* 53.

ANTONIVS de FOVR Aurelianenſis, Pariginus inſignis doctor, Ludouico XII. Regi Chriſtianiſſimo à ſa-

ctis confeſſionibus, Maſſilienſem Eccleſiam in Gallia ſub Metropolit. Arelaten. ad eiuſdem Regis nominationē à Iulio II. regendam obtinuit anno 1507. At cum anno ſequenti in ea ciuitare lues graſſaretur, vt ſibi credito populo ſacramenta miniſtraret die 21. Septembris ſuæ perſonalem Eccleſiæ adiuit poſſeſſionem. Obijt in Regio comitatu menſe Iulio, anno à Virginis partu 1509. Scripſit Gallico Idiomate.

Paraphraſim in ſeptem Pſalmos Pænitentiales.

Diatam ſalutis.

Iuſſu Dom. Annæ Reginæ *Biblia tranſtulit.*

Duo ſermonum volumina.

Gallia Chriſtiana *tom. 3.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 372. num. 3.*

LVDOVICVS MICHAELIS Venetus æque Theologus, ac Canouiſta illuſtris, ſcripſit.

Summam caſuum conſcientiæ.

Leander Albertus *lib. 4.* Plodius *p. 2. lib. 3.*

Anno 1510.

THOMAS Mediolanenſis (teſtimonio Fratris Iſidori Mediolanenſis eiuſdem ordinis) vir eruditus, variarumque diſciplinarum peritus, Scripſit:

Epithoma de proportionibus motuum, è quibus ipſe F. Iſidorus Mediolanenſis eius diſcipulus, & conciuis ſuum tractatum deſumpſit, & per capita, variaque paragrapha diſtinxit.

ROBERTVS RANNVCCI Florentinus, prædicator eximius, filius cōuentus S. Mariæ Nouellæ, Rhetor, philoſophus, ac Theologus æquè illuſtris, ſcripſit.

Super Rhetoricam.

In Logicam Ariſtotelis.

Huius opera extant in ſuo Conuentu S. Mariæ Nouellæ.

Michael Pocciantius, Plodius *part. 2. lib. 3.* & Fontana *de Rom. Prou. c. 6.*

MARTHA à ROSA monialis in monaſterio S. Agnetis Bononienſis perfectiſſimè callens liguam latinam ſcripſit Elegantiſſimo ſtylo de tranſlatione Beatæ ſororis Dianæ monialis ordinis Prædicatorum, cuius phraſim, ac periodum numeroſam admiratus ſum apud Plodium *de viris illuſ. p. 1. lib. 1. num. 65. viuebat 1562.*

Anno 1511.

RAYNALDVS de MONTAVRO, Netinus, Siculus nobili ſanguine genitus, Matre è Landolina familia præſtantiſſima natus, floruit ſub Ferdinando II. Rege Aragonenſi eiuſque ſucceſſore Federico Principe Altamurano, moxque Rege. Fuit ingenij acumine præclariſſimus, & in omni ſcientiarum genere cōſumatus. Peracta Prioris Prouincialis Siciliæ ſemel atque iterum dignitate, inſtitutus eſt in Regno Siciliæ Quæſitor fidei Generalis. Eo in munere cum infracti animi virum ſe in delinquentes exhibuiſſet, ab eodem Ferdinando Aragonenſe Neapolim vocatus eſt cum Petro Bellorato Archiepiſcopo Meſſanenſi ex Ordine noſtro aſſumpto, vt ibidem Sanctæ Inquiſitionis tribunal inſtituerer, quod & præſtitit Mox eodem Rege nominante, ab Alexandro VI. Cephaleditanus Epiſcopus renunciatus eſt 4. Idus Octobris 1496. in ſua adminiſtratione multa præſtitit præclariſſima, Ab eodem ſummo Pontifice Alexandro VI. anno 1497. Generalis Commiſſarius Sanctæ cruciatę creatur tam in Sicilia, quàm in eius adiacentibus inſulis, atque collector decimarum ex redditibus Eccleſiaſticis pro Rege Ferdinando in auxilium belli Africani, datis Apoſtolicis litteris 4. Martij. A Iulio II. Abbas S. Mariæ de Arcu renunciatur anno 1503. Poſtremò dum ſiculorum nomine Oratoris apud Ferdinandum Regem in Hiſpania munere fungeretur, e viuis exceſſit menſe Octobri 1511. ſcripſit:

Quatuor volumina ſuper 4. lib. ſententiarum. Quæ in Conuentu Salmantino vbi publicè docuit, aſſeruantur. Impreſſit autem.

De reductionibus Naturalibus.

De *futurorum contingentium difficultate.*

Orationem funebrem, quam Panormi habuit

habuit 16. Nouemb. 1497. in obitu Ioannis Aragonen. filij Ferdinandi II. Regis. Pyrrhus *in Sicilia Sacra*. Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 159. num. 7.* Plodius *in Appendice, Relat. Siciliæ.*

Hoc an. 1511. die 16. Maij celebratur Conciliabulum Piſanum. Iulius Papa II. nuper electus ſpoponderat poſt decennium ſe Generale Conciliũ pro Eccleſiæ reformatione, pacèque inter Chriſtianos Principes componenda, conuocaturum. Elapſo tempore, Pontifex Maximus, vt iuramentum iuxta Conſtantienſis Synodi conſtitutionem impleret, requirebatur. Inire Papa nouum Concilium abnuebat. Cumque in dies Prælati magis, ac magis inſtarent, atque vrgerent, & Pontifex ex aduerſo ſemper differret, Bernardinus de Carauaial Hiſpanus, & Federicus de Sancto Seuerino E. R. Cardinales cum quibuſdam alijs Cardinalibus Cõcilium indixerunt: illegitimè quidem. Venerunt Piſas, deinde Mediolanum, & contra voluntatem, & auctoritatem Pontificis Epiſcopos, & Chriſtianos Principes ad Generale Concilium in prædictis locis indictum acceerſiuere. Caranza in ſumma Concilij Lateranẽſis.

Anno igitur 1511. die 16. Maij cõuenientes in vnum tres S. R. E. Cardinales Mediolani exiſtentes, nempe Bernardinus tit. S. Crucis, Guilielmus Card. Narbonenſis, ac Franciſcus Cardinalis Cuſentinus, auditiſque inſtantijs à Procuratoribus Maximiliani Cæſaris Auſtriaci, nec non Ludouici XII. Regis Chriſtianiſſimi factis de celebratione Concilij, tam ſuo nomine, quàm ſex aliorum Card. nempe Philippi Epiſcopi Tuſculani, Hadriani tit. S. Chriſogoni, Renati tit. S. Sabinæ, Caroli tit. S. Viti Presb. Fiderici tit. S. Angeli, & Hippolyti tit. S. Luciæ in Silice Diaconorum Cardinalium, cæterorumque eis adhærentium, Generale Concilium Piſis Kal. Septẽbris an. 1511. inchoandum indixere. At Pontifex damnum maximum, quod ex tali Conciliabulo Catholicæ Eccleſiæ poterat prouenire perpendens, Generale Concilium Romæ in Baſilica Lateranenſi die 19. Aprilis anni 1512. celebrandum in orbe Chriſtiano cum ſolemnitatibus conſuetis coegit. His tamen Cardinales prædicti Iulio Pontifici malè affecti nequaquam acquieuere: quinimò Concilij conuocationem, qua cunctos Chriſtiani Orbis Paſtores ad Concilij Piſani celebrationem vocabant, in valuis templorum Mutinenſis, Rhegienſis, & Parmen. affigi mandauere. Diſplicuit ſupra modum Pontifici Max. facta conuocatio, quam de conſenſu aliorum Cardinalium, qui ſibi adhærebant, ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ inanẽ declarauit, & irritã. Præterea anathematis, & maledictionis æternæ pænam in eos, qui eidem Conciliabulo intereſſent, adhærerent, ſeu fauerent, promulgauit Spondanus *in Annalibus an. 1511. num. 11.* & Fontana *in Theatro p. 2. c. 3. tit. 13.*

Nunciata præfatis Cardinalibus dãnatione Piſani Conciliabuli, apologiã in Burgo S. Dominici tres primi Cardinales, qui Mediolano illuc conuenerant, die 27. Septembris ad conſiliorum ſuorum, indictionis Conciliabuli, & criminum ſibi impoſitorum à Iulio Pontifice in edicto Synodi Lateranenſis purgationem, promulgauerunt. Præterea Conſilium 151. Philippi Decij Iuris conſulti celeberrimi Mediolanenſis, qui conuocatum Concilium Piſanum, legitimum, & iuridicum fore, etiam ſummo Pontifice contradicente, aſſeuerabat, itidem promulgarunt.

Aduerſus rebellium ſcripta, qui velut locuſtæ ſine capite ambulabant, Thomas de Vio Caietanus noſtri Ordinis Generalis magiſter, vir æquè piẽtiſſimus, ac doctiſſimus acuit calamũ, Hoc ſchiſmaticis maximam incuſſit formidinem. Spondanus *in Annalibus an. 1511. num. 20. & an. 1512. num. 15.* Grauina *tom. 4. p. 2. Cathol. praſcript. q. 1. art. 10. tit. de Conciliabulo Piſano.* Lopez 4. *p. hiſt. cap. 79.* Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit. 13. & aly.* E Gallijs igitur primum Conciliabulũ à Schiſmaticis translatum fuit Mediolanum, in quo Schiſmatica eorum factio, & gigantea conſpiratio à Catholicis illis ciuibus repreſſa eſt, & reiecta.

Pi-

Piſas deinde adeunt, & in Eccleſia Prædicatorum Synagogam Satanę inſtituere conati ſunt. Sed noſtrorum Fratrum Prædicatorum mira fortitudine, & conſtantia fores, & limina Eccleſiæ, Cænobijque occluſa, ne pateret aditus Concilio malignantium aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius, fuere. Suam præ cæteris nauabat tunc operam celebrrimus noſter Caietanus, qui non ſolum ſchiſmaticornm ſuperbiam ſcriptis, & conſilio retũdebat, ſed delegit tres ex Ordine ſibi ſubiectos, viros doctiſſimos, quos & Piſas, inchoato Conciliabulo ſe oppoſituros, direxit. Delegauit igitur illuc PP. FF. Auguſtinum Nallium Raguſinum, poſtea Mercanenſem Epiſcopum, Matthæum de Lulmo Prouincialē Lombardiæ, deinde Laodicenum Epiſcopum, necnon Bartholomæum Rondaninum Fauentinum, viros tam in cathedris, quàm in ſuggeſtu præclaros petinde, ac facundos, vt noſtros, atque aliorum Religioſos clerum, & populum in fidelitate, ac obedientia ergaRomanum Pontificem Iuliom II. retinerent. Illuc igitur cum perrexiſſent, concionibus aſſiduis crebriſque diſputationibus Piſanum eſſe Conciliabulum, non Concilium probaucre. Noſtri ita Religioſos alios in ſuam traxete ſententiam, vt inuitati à ſchimaticis ad interueniendum ad illud Conciliabulum, profiterentur ſinguli ſe acceſſuros ad illud, ſi fratres Prædicatores id quoque præſtarent. At noſtri non ſolum ei non adhærere, verum etiam oppoſitum cunctis alijs ſuaſerunt. Quin imò cum, proceſſione de more Conciliorum inſtructa, cuncti refractarij per ciuitatem incederent, principeſq; vrbis Eccleſias viſitarent, vbi ad noſtram S. Catharinæ Martyris acceſſiſſent, eſſe in faciem Conciliabuli noſtri Prædicatores, occluſis Eccleſiæ, ac conuentus foribus, reſtiterunt: ſchiſmatieos enim tumquã excõmunicatos, ac iure merito execrandos, in ſua recipere noluerunt. Idque tantam confuſionem attulit refractarijs, vt inſtructam proceſſionem diſſoluentes, in rabiem acti, futioſi cum cænobium noſtrum, & templum flammis, tum Fratres armis perdere attentarint. Noſtri autem in domino, cuius cauſa agebatur confiſi, ſupra Eccleſiæ tecta aſcendentes, tegulis, ac ſaxis hinc, inde proiectis, in fugam refractarios coniecere. Interim nobilibus quibusdam cum affecto nobis populo accurrentibus, meditata in noſtros mala inimici non compleuere. Ea propter tanta ſuborta eſt inter Piſanos diſcordia, vt ſchiſmatici Piſas deſerẽtes, Mediolanum repetere ſunt coacti. Ex hoc maximam Iulij Papæ, Romanæ curiæ, cæterorumque fidelium obtinuere Fratres noſtri beneuolentiam. Ad perpetuam rei memoriam, poſterorumque documentum, fores Eccleſiæ in fautores Conciliabuli clauſas, ex proprio loco euulſas in anteriori facie templi, ex Reipublicæ Florentinæ beneplacito, cui ſubdebantur Piſani, Fratres noſtri ſuſpendere, ibidemque ſupra centum annos vſque ad noſtra tempora permanſerunt. Tandem temporis iniutia marcidæ, ab incauto quodam Priore præteritis annis fuere igne conſumptæ.

Placuit hic ad fottitudinem noſtrorum Prædicatorum oſtendendam demonſtrare, quæ deſcripſit P. F. Thomas Nemius Florẽtinus Ordinis Prædicatorum in defenſionem ſuæ Apologiæ, cui concordant alij ſcriptores, & Chronicon Conuentus S. Marci de Florentia, ſcriptum à P. F. Zenobio Acciaiolo, qui fuit ſub Leone X. Bibliothecarius Vaticanæ Bibliot. doctiſſimo Theologo, linguarum, Græcæ præſertim, peritiſſimo. Thomæ verba hæc ſunt: *Patres* (ad Cardinales illos ſchiſmaticos alludens, qui in Pontificem inſurrexerunt) *Conciliabuli Piſani videntes Ordinum aliorum religioſos, id facturas eſſe, quod FF. Prædicatores in hac re præſtitiſſent, conuentum eorundem adeunt S. Catharinæ dicatum, ſub congregatione S. Marci Prouinciæ Hetruriæ, & recenſitum P. F. Bartholomæũ Rondaninum Fauentinum eximiũ Theologum, & Canonicæ facultatis peritiſſimum, qui multis annis Canonum Chathedram Bononiæ rexerat, qui Sauonarolæ manibus ſacrum religionis habitum ſuſceperat, adierunt. Ab illo conſenſum extor-*

extorquere conabantur, *vnde cæterorum aſſenſus pendebat celebrandi Conciliabuli. Eidem promittebant Schiſmatici, ſi cum Fratribus ſuis aſſentiri volebat eorum petitioni, in collegium Cardinalium futurum Pontificem, ipſum cooptaturum. In fauorem quoque Dominicanorum ſententiam Conceptionis Deiparæ determinaturum, & ipſius magiſtrum, & Patrem in Sanctorum albo repoſiturum. Quid ille cum Fratribus ſuis?* Se eſſe filios Eccleſiæ profeſsi ſunt, quam etiam proprio cruore defenderunt, & defendere parati erant. *Qua reſponſione adeo pudefacti ſunt Schiſmatici, vt cōfuſi diſcederent, & diſſoluta eſt illa Synagoga Satanæ.* Hæc ille in proprijs terminis. O inuictam fortitudinem! Vides hic pariter (amice Lector) ſemper Ordinem Prædicatorum in hoc laboraſſe, & laborare ſemper S. Dominici Familiam ſpeciali ardore in ſupremo capite defendendo, cùm illius ſuperioritatem ſuper Concilium aſtruendo, tum eos debellando, qui à capite ad Concilium futurum appellant. *Monumenta Conuentus* Piſani, Fernandez *in Concertat. Prædicat. an.* 1512. Plodius *part: 2. lib. 3. in vita Caietani*. Grauina *in præſcriptionibus tom.* 4. *part.* 2. *q.* 1. *art.* 10. Reginaldus Lucarinus, *m. s.* Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 13.

Aduerſus Piſanum Conciliabulum hoc anno die lunæ 10. Maij inchoatur Generale Concilium Lateranenſe V. & vltimū à Iulio Papa II. quod terminatum fuit ſub Leone Papa X. Martij 16. anno 1517.

Adſtitere in hoc Concilio ex noſtro Ordine.

1. Thomas Siculus Epiſcopus Minorenſis ſub Leone X.

2. Benedictus Paganottus Etruſcus Epiſcopus Vaſionen. in Gallia ſub Iulio II. & Leone X. Dominicanis cooptatur Florentiæ in conuentu S. Marci. Multo tempore ſuffraganeus fuit Archiepiſcopi Florentini, in quo munere Sauonarolam, & ſocios degradauit. Delectabatur Aſtrologia plurimū, ac Mathematicis. Obijt octuagenarius an. 1523. Seraph. Ractius, Taegius *p.* 5. Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

3. Paſchaſius Hiſpanus Epiſc. Burgen. ſub Iulio II. & in eodem Concilio ex militante Eccleſia in triumphātem, morte interueniente, translatus eſt an. 1512.

4. Ludouicus Viterbienſis Epiſ. Signinus, qui pariter in eodem Concilio mortem obiuit ſub Iulio II. anno præallegato 1512.

5. Aſtitit & Theologorum Princeps, Magiſter Ordinis noſtri, Thomas de Vio Caietanus cum Procuratore Generali eiuſdem viro doctiſsimo, atque nobiliſsimo Nicolao Sciombergo, qui fuit poſtea S. R. E. Cardinalis. In ſecunda ſeſsione, quæ habita eſt 17. Kalend. Iunij an. 1512. noſter Thomas Caietanus coram Iulio II. & Patribus ſatis facundè, & maxima grauitate orauit.

6. Thomas Cataneus nobilis Bergomenſis in regulari obſeruantia Congregationi Lombardiæ nutritus, ſacriſque literis imbutus, celebris Magiſter, egregiuſque concionator euaſit. à Sixto IV. Eccleſiæ Parentinæ ſub Patriarchali Aquileien. in Dalmaria Epiſcopus creatur an. 1486. mox eodem anno die 12. Decembris ab Innocentio VIII. ad Epiſcopatum Ceruienſem aſſumptus in Flamminia ſub Metrop. Rauennaten. Eccleſiā illā claro vitæ exemplo ſanctiſsimè rexit. Lateranenſi Concilio V. interfuit vir in Romana curia ſummæ exiſtimationis. Vitam cum morte commutauit Romæ anno 1515. Vghellus *Italia Sacra tom.* 2. Fontana *in Theatro p.* 1. *tit.* 161. *num.* 3. Taegius, Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

7. Thomas de Albizijs, nobilis Florentinus Cæſenæ genitus, adoleſcens in noſtro Conuentu Cæſenatenſi Dominicanū inſtitutum profeſſus eſt. Sacris ſtudijs deditus, in ſtudendo, legendo, & docendo ita mirabiliter profecit, vt communi omnium ore doctor egregius diceretur. Quare à Leone X. Callienſis Epiſcopus in Senonica Vmbria ſub Metropol. Vrbinate creatus eſt anno Dom. 1513. ſub eodem ſūmo Pontifice Lateranenſi Concilio interfuit. Libertatem Eccleſiaſticam defendit acerrimè, ac oues ſibi creditas vnicè adamauit. Poſtremò religioſæ quietis ergo an. 1524. Callien.

lienſi Eccleſiæ renunciauit, & Bethlehemicam titularem ſuſcepit, atque in Cæſenenſem noſtrum Conuentum ſe recepit, vbi orationibus, ac virtutibus operam nauans, optimo fine quieuit, Plodius *de viris illuſt. Ord. p. 2. lib. 4.* Vghellus *Italia Sacra tom. 2.* & Fontana *in Theatro 1. part. cap. 5. tit. 121. nu. 4.*

8. Interfuit & huic CōcilioOecumenico F. Auguſtinus, de quo anno 1530.

Orationem à Caietano habitam in Concilio Iulius Pontifex Max. inſtantibus Concilij Patribus, imprimi, atque in Actis eiuſdem (vt refert noſter NicolausScomberch Procurator Ord. in ſua dedicatoria Epiſt. ad Card. Strigonien.) iuſſit apponi. Thomas de vio Caetanus omnibus Concilij ſeſſionibus, ſexta excepta, quæ prima fuit ſub Leone X. die Mercurij 27. Aprilis anno 1513. celebrata, ſubſcripſit. Tunc enim extra Vrbem exiſtens ad Capitulum Generale Ianuæ celebrandum habebat iter. At à Leone X. Pontifice Maximo, Patribuſque Concilij in 6. ſeſſione, quæ fuit prima, vnus delectus fuit ex Patribus pro rebus pacis vniuerſalis componendæ inter Principes Chriſtianos, & ſchiſmatis extirpatione.

Idem Magiſter Ordinis Thomas de Vio Caietanus in hoc LateranenſiCōcilio euulgauit opuſculum de Poteſtate Papæ, & Concilij, quod refractarijs Conciliabuli maximè fuit moleſtiæ. Nam habita ſeſſione prima, cum huius opuſculi exemplar ad eorum perueniſſet manus, ad Pariſienſem Vniuerſitatem, quæ illis tunc fauebat, per Gaufredum Bouſſardum Cancellarium Vniuerſitatis, miſerunt. Vocabant hi dictum opuſculum *Libellum ſuſpectum, & plenum iniurijs contra Concilium Conſtantienſe, & Baſileenſe, ac iſtud Piſanum, & contra Ioannem Gerſonem optimum Eccleſiæ defenſorem, compoſitum per quendam Fratrem Caietanū, hominem audacem, & periculoſum.* Vniuerſitas illa Opuſculum prædictū examinauit, atque diſcuſſit. Rogaueruntque dictam Vniuerſitatem, vt factam diſcuſſionem, & determinationem ad eos remitterent in Italiam; cui mandato quinque ſubſcripſere Cardinales, videlicet: Card. S. Crucis in Hieruſalem, Narbonenſis, Baiocenſis de S. Seuerino, & de Priè cum Archiepiſc. Lugdunenſi, Epiſcopis Lucionen. Mugalonen. & Engoliſmen. Abbatibuſque Ciſtercien. & Sueſſionen. At quid ex eo euenerit, Audi Reginaldum Lucarinum. *La diſtruzzione di queſto Conciliabolo fù l'opuſcolo del Card. de Vio Gaetano de Poteſtate Papa, quale il Conciliabolo mandò à Parigi alli dottori di quell'Vniuerſità con vna lettera ſtampata con l'iſteſſo Conciliabolo in Parigi nel 1512. in 4. ma quelli dottori non hauendo poſſuto dirui in contrario, il Conciliabolo ſi riſolſe in fumo.*

Lege Spondanum *in Annalibus Eccleſiaſt. an. 1512. num. 15.* Fernandez *in Concertat. Prædic. ad an. 1513.* Fontana *in Theatro p. 2. c. 3. tit. 14.*

9. P. F. Bartholomæus à Senicia Bergomenſis ex Prouincia Lombardiæ vir ſcientia præclarus, atque diuini verbi præco famoſus Iuſtinopolitanæ ſedis Epiſcopus conſtituitur an. 1503. Lateranenſi Concilio interfuit ſub Leone X. in quo ſeſſionibus 6. 7. 8. & 10. ſubſcripſit. Cum verò impij Lutheri virus ex Germania in alias Chriſtiani orbis partes illi propinquas ſerpere cæpiſſet, Bartholomæus ab eodem Pontifice maximo an. 1520. quo tunc in Romana curia Referendarius Apoſtolicus erat, Generalis Inquiſitor cum pleniſſima facultate Brixiam, & ad eius Diæceſim, ac diſtrictum, vt ſua dignitate, atque auctoritate Lutheranæ hæreſi tamquam murum, & antemurale ſe opponeret, remque catholicam vindicaret ab impijs, deſtinatur. At vnico tantum anno ſacram hanc præfecturam exercuit: nam ſequenti anno fato ceſſit menſe Aprili an. 1521. Vghellus *Italia ſacra tom. 5.* & Fontana *in Tehatro in Appendice.*

10. Interfuere ex noſtris plures alij, & au. 1517. hæc Synodus quinta Lateranenſis, quæ in ordine eſt decima ſeptima Generalis, Patrum 114. contra ſchiſmata, & pro alijs negotijs varijs habuit finem, ſicque fuit Piſanum Conciliabulnm, quod contra Iulium II. congregauerant, reprobatum *ſeſſ. 2. & 3. de Concilijs cap. 6.*

An-

Anno 1512.

IOANNES FERRARIENSIS in regulari Congregationis Lombardiæ obſeruantia enutritus, Bononiæ, Ferrariæ, alibique præfuit, & docuit. In hæreticam prauitatem Quæſitor poſitus, maximo fidei zelo, ſingulari pietate, inſigni doctrina, morumque refulſit candore. Eius fama Vincentius Bandellus Magiſter Ordinis motus, eum ſibi delegit in ſocium. Nannio è viuis, qui Sacri Palatij erat Magiſter, ſublato, Alexander Papa VI. an. 1502. in locum defuncti Ioannem Ferrarienſem commendatiſſimum virum ſuffecit. Decem præfuit annos huic officio, compleuitque dierum ſuorum curſum anno 1512.

Scripſit doctiſſimus Pater quamplurima, ſed quæ fuerint, ignoramus. Olmeda *in vita Bandelli* hæc habet: *Fuit Ioannes Eccleſiæ Romanæ gratus, verboque, & ſcripto famoſus, hiſtorias maiorum temporum, etiam ethnicas in promptu habens.*

Fernandez, Plodius, Lucarinus, Olmeda, & Fontana *in Theatro p. 2. c. 5. num.* 38.

THOMAS RADINI dictus Tudeſcus, il Tedeſco, Placentinus, vir maximo ingenio, & adeò acutus, vt velut alter Auguſtinus, & noſter Archiepiſcopus Florentinus omnes artes liberales, nullo adhibito præceptore (vt de ſe ipſo fatetur in epiſtola dedicatoria, quam operi præfixit) didicerit: gratioſiſſimus Prædicator, poeta illuſtris, Philoſophus, ac Theologus ſubtiliſſimus ſcripſit, & nuncupauit Maximiliano Imperatori:

Librum, quem appellauit Calipſychiã, ideſt pulchram animam, ſeu de pulchritudine Animæ. Mediolani 1511.

Alium, cui titulus, Sideralis Alyſſus. Pariſijs 1514.

Plures orationes, ſcilicet *orationem contra Lutherum*. Lipſiæ 1520. in 4.

Alteram contra Melanchthonem. Romæ 1522. in 4.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Miræus *de Scriptoribus ſæculi XVI. c. 27.*

THOMAS à CALVISANO Diœceſis Brixienſis ſcripſit.

Orationes diſertas, atque pulcherrimas.

Exuit mortalitatem hoc anno 1512.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *part. 2. lib. 3.*

LVTHOLPHVS GERMANVS, patria ignotus, bonis artibus, diſciplinisque grauioribus floruit, in gratiam adoleſcetiæ protulit ex vaſtiſſimo ſuo ingenio minuta, & pretioſiora, videlicet.

Flores grammaticales.

Et plura alia.

Luſitanus *in Bibl.* Leander *lib.* 4. Plodius *p. 2. lib. 3.*

VINCENTIVS VALVERDE Oropeſanus ex ampliſſimo S. Stephani conuentu Salmantino primus Epiſcopus Panamenſis, & Cuſchenſis in Peruano Regno, cuius expugnationis aliqua pars fuit. Scripſit:

Relacion de las guerras de los Pizarros, y Almagros.

At morte præuentus typis non conſignauit.

Antonius Leonius *in Bibliotheca Indica, Bibliotheca Hiſpana* Nicolai *part. 2. fol. 265. colum. 2.* Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 215. & 450.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo ſcriptor. Ord. m. s.*

MAVRITIVS de VILLA probata Gallus, vir non minus religioſa pietate, cæteriſque virtutum ornamentis, quàm doctrina, atque eximia eruditionis excellentia conſpicuus, quem miratur Marraccius ab Antonio Senenſi, atque ab Alphonſo Fernandez *in Bibliotheca*, & in Concertat. Prædicatorum fuiſſe prætermiſsũ. Ex hianti erga B. Virginem affectu, ſummoque eius propagandi cultus deſiderio, ſcripſit latino idiomate, in laudem eiuſdem Beatiſſimæ Virginis Mariæ egregium opus ſub titulo.

Corona noua B. Mariæ, in quo ſecundum numerum annorum LXIII. quo vixit Beatiſſima Virgo in hoc mundo, poſuit 63. lapides pretioſos cum theorica lapidum applicatione ad virtutes, & excellentias eiuſdem B. Virginis. Continet ſermones 33. emiſſos Pariſijs anno à Virginali partu duodecimo ſupra

 MD.

M D. circa quod tempus Author emicuit.

PASCHALIS, ſeu PASCHASIVS de Fonte Pudico, ſeu de la Fuenſanta de Ampudias ortus eſt in ſacri territorij Eccleſiæ Palentinę Oppido, quod dicitur Ampudias in Hiſpania, vir ſcientia, & religione conſpicuus, qui & tandem, propter vitam ſuam inculpatam, & animarum feruidum zelum, à Catholicis Hiſpaniæ Regibus Præſul Burgenſis Eccleſiæ eſt deſignatus, inter alia, quibus nominis ſui memoriam cum laude tranſmiſit ad poſteros, edidit:

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore totius anni.

In Parochorum commodum *librum cum Euangeliorum omnium copioſa, & docta expoſitione, & adnotationibus ad informandam plebem, & alia.*

Vita fungitur Romæ anno 1512: ætatis 70. ex Alphonſo Fernandez *inter Epiſ. Hiſpaniæ,& ſcriptores Ordinis*, ex Gil. *in Theatro Eccleſ. Burgenſ.* Fontana *in Theatro p. 1. cap. 4. tit. 19. nu.* Taegio, Luſitano *in Chron. & in Bibliot.* Plodio *part. 2. lib. 3.*

Hic fuit filius Conuentus Palentini, & Bononiæ ſacris ſtudijs operam dedit, euaſitque vir Sanctitate, & doctrina conſpicuus habens prudentiam admirabilem, excelſique animi robur. Ob eius innocentiſſimam vitam in pluribus conuentibus Prouinciæ Lombardiæ inijt Prioratus. Adſcitus deinde cum multis aliis in ſuam Prouinciam, illam ad ſanctiſſimam obſeruantiam regularem reduxit. Clariſſimum erat exemplum religionis; Deo, & hominibus carus. Vnicè amatus à Rege Ferdinando, & à Regina Margarita conſorte.

Poſt hæc (verba ſunt Bibliothecæ Hiſpanæ) *Burgenſem nutu Regum Catholicorum Eccleſiam adeptus, religioſa, antiquaque viuendi norma ſequutus adhuc ſuis tenorem, cætera in pauperes, aliaque pietatis opera, quorum ſe eſſe diſpenſatorem ſciebat, munificentiſſimus.*

Et paucis interiectis, *Romæ tandem, quò, vno dumtaxat viæ ſocio, pedes ierat* ad ſacrum Lateranenſe Conciliū euocatus, diem ſuum obiuit &c. Hæc illa.

Hic omnem regularem obſeruantiam in Hiſpania mirificè auxit.

Aſſumptus (vt diximus) ad Epiſcopatum Burgenſem ab Alexandro VI. anno 1497. præſentante Ferdinando Rege, nihil illo humiliùs fuit: Nam diæceſim totam amplam, lateſque terminos habentem cum vnico ſocio pedeſter viſitabat. Omnes Eccleſiæ ſuæ prouentus, qui erant nouem millia aureorum in reficiendis Eccleſijs, locis pijs, ac pauperibus conſumebat. Dum ad Lateranenſe Concilium V. ſub Iulio II. pedeſter ſe contuliſſet, Romæ non ſine maximo ſanctitatis odore ibi, & in Hiſpania relicto 14. Kalend. Auguſti anno 1512. quieuit in pace. Sepultus eſt in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam ante Aræ maximæ gradus ſub marmoreo lapide, in quo extat eius effigies in habitu pontificali cum hac inſcriptione. *Paſchaſio hiſpano Burgenſi Epiſcopo ex Ord. Præd. Doctrina, virtutibuſque euecto, ampliſſimis redditibus annis quindecim piè diſpenſatis, ad Lateranen. Concilium ſub Iulio II. P. M. adſcitus, vita functus eſt, Chriſti pauperi inter pauperes mortuo, alienis ſumptibus tumulato, ſeruitores Domino poſuere MDXII. XIX Iuly. vixit annos* LXX. Nicolaus Rodulphius Magiſter Ord. in commune clauſtrum eius effigiem tranſportauit.

Anno 1513.

BERNARDVS GHETALDVS Raguſinus nobilis genere, ac moribus edidit:

Hiſtoriam virorum illuſtrium Congregationis Raguſinæ. Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice.*

THOMAS à VIGLEVANO vir grauis, ac eruditus, Prædicator percelebris ſcripſit:

Librum variorum, ac doctiſſimorum ſermonum. Leander *lib. 4.* Plodius *in Appendice.*

MATTHAEVS BANDELLVS à Caſtro Nouo Lōbardus, nepos F. Vincentij Bandelli dudùm Ordinis Generalis

ralis conſpicuus cum integritate vitæ, tum varietate doctrinæ ſcripſit elegãtiſſimo ſtylo.

Vitas inſignium aliquot virorum Ordinis noſtri, ſcilicet patrui ſui F. Vincentij Bandelli Ordinis Generalis, F. Ioannis Baptiſtæ Cattanei Genuenſis, & quorumdam aliorum.

Edidit etiam plures elegantes orationes ſumma facundia exornatas.

Tranſtulit è latino in ſermonem italicum vitam Egeſippi.

Quaſdam vitas illuſtrium virorum à Plutarco extractas.

Leander *lib.* 4. Plodius *p.* 2. *lib.* 3. *Martyrologium dominicanum.*

MICHAEL SARAVETIVS à Petra ſancta Ligur, S. Th. Magiſter, fuit Regens in Minerua Romana, Philoſophus, ac Theologus egregius, necnõ moribus honeſtiſſimis, ac ſanctis ornatus, ſcripſit:

De rebus inſolubilibus.

Quæſtionẽ de cauſalitate Primi Principij.

Quæſtionem de principio indiuiduationis.

Aliam de ſubiecto Philoſophiæ.

De Analogia entis contra Scotiſtas.

De vniuerſalibus.

De Primis, & ſecundis intentionibus.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

GASPAR PERVSINVS Roman. Prouinciæ, prima litterarnm rudimenta hauſit in patria, litteras pleniores in Vrbe, ac in Gallia Ciſalpina, Metaphyſicæ, ac ſacræ Theologiæ, ductore celeberrimo viro illo Magiſtro Patre Fr. Paulo Soncinate. Scripſit:

Super Euangelia Quadrageſimæ.

Item in defenſionem ſui Magiſtri Pauli de Soncino.

Viuebat hoc anno 1513. Lucarinus, Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

CYPRIANVS BENEDICTVS, vulgò autem Benetus natione Aragonius, doctor Pariſienſis, Theologus celeberrimus tam ſcholaſticus, quàm moralis, ſcripſit:

De prima Orbis ſede.

De Concilio.

De Eccleſiaſtica poteſtate.

De Pontificis Maximi authoritate.

Ad Iulium II. qui obijt anno 1513. die 21. Februarij, & ad Leonem X. electum die 12. menſis ſequentis, ex quo habemus Cyprianum vixiſſe an. 1513.

Item *edidit Dialogum de Excellentia, & vtilitate ſacræ Theologiæ.*

De Caroli Hiſpaniarum Regis præeminentia, de excellentia &c. Romæ 1518. in 4.

Hæc duo opera tribuit Cypriano Aubertus Miræus de ſcriptoribus eccleſiaſticis *cap.* 19.

Item *Hortatorium Vehemens* ad Adrianum VI. Papam, vt iter acceleret.

Huius meminerunt Cyprianus Eiſingreinus *in Catalogo teſtium veritatis*, Vincentius Blaſcus *in Chronicis Aragonenſibus*, Aubertus Miræus *in Auctario cap.* 497. *& de ſcriptoribus ſæculi 16. cap.* 19. Ant. Poſſeuinus.

Anonymus dominicanus vertit in linguam hiſpanam.

Los Articulos de la Primera Parte de S. Thomas pueſtos en lengua eſpañola para conoſcimento de la ciencia del Santo Dotor.

D. Thomas Tamajus vidit hoc opus M. S. in 4.

Anonymus Dominicanus hortatu D. Franciſci Ximenij Archiepiſcopi Toletani vertit ex Idiomate Etruſco in Hiſpanum.

Epiſtolas, y Oraciones de Santa Catalina de Sena. Compluti apud Annã Guillen de Brocar 1512. in folio.

ALPHONSVS RICIVS vir à litteris politioribus, à philoſophia, à ſacra Theologia illuſtris, in lectione Patrum fuit aſſiduus,

Eruditiones Chriſtianæ religionis è ſacris doctoribus adunauit,

Ad Annam Francorum Reginam, & Britonum Duciſſam.

Quæſtionem item tractauit.

Num meritum proſperè agentis maius ſit, quàm aduerſa patientis. Pariſijs apud Io: Paruum.

De hoc Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1.

Anno 1514.

GVILLARDVS de PETRA, vir doctus, & pius, floruit præſertim ſcientia illa, quæ mores temperat,

& Oratoria Sacra anno 1485. datur Generalis Inquiſitor Toloſanus. an. 1511. in tranſlatione corporum SS. Simonis, & Iudæ. *Elegantem doctumque ſermonem habuit*. Adminiſtrauit illud ſacrum tribunal vſque ad ann. 1514. ſcripſit plures conciones, & alia, inter quæ, arcana Bibliorum plurima reſerauit.

IOANNES HARLEI Anglus, inter doctiſſimos ſui ſæculi computandus, qui emicuit, præter doctrinam, religione. Scripſit ſemel, ac iterum.

Super quatuor libros ſententiarum.

De Prædeſtinatione.

Plura etiam quodlibeta.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p. 2. lib. 1. & 3.* Seraphinus Ražius.

Quidam ponunt hunc an. 1316.

FRANCISCVS THOMAE Florẽtinus, oppidò exornatus diuinis litteris ac humanis. Doctrinæ Ariſtotelis peritiſſimus, celebris prædicator, & adeò in lingua græca verſatus, vt cognomentum ex ea dictus fuerit antonomaſia Græcus.

E Græco in latinum traduxit homilias Cyrilli ſuper Iſaiam prophetam.

Edidit commentaria in Porphirium, & in Ariſtotelis libros Poſteriorum.

Quadrageſimale.

Et alia multa, quæ aſſeruantur in ſuo originali Cænobio Sanctæ Mariæ Nouellæ, in quo tranſiuit ad Patres die 18. Aprilis anni 1514.

Michael Pocciancius, Plodius *p. 2. lib. 3.* Fernandez, Fontana *de Rom. Pru. cap. 6.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Fuit alter Franciſcus Thomæ, patria Biberacenſis catholicus Parochus, qui examen, ſiue Refutationem edidit aduerſus HæreticumConradum Volfgangum Plazium catholicis ſatis impiè obtrectantem de bonis operibus, atque de cultu Sanctorum. At nihil Dominicanis cum eo.

HENRICVS LVBECENSIS. de hoc Antonius Poſſeuinus in apparatu ſacro hæc prodit.

Quodlibeta manu ſcripta reliquit: ſed quæ, neſcitur *an vſquam ſint excuſa*. Hæc ille, quo floruerit tempore, vel quæ fecerit, latet.

HIERONYMVS de ALCOZER, Theologiæ Magiſter, litteris, & ſumma pietate illuſtris, ſubtilis in diſputationibus, & argutus.

In lucem protulit hoc titulo librum hiſpanicè:

Subida de Monte Sion: ſiue *de cognitione Dei per contemplationem quietam*. Valentiæ 1509. in 4.

Vixit ſub hos annos.

Bibliotheca HiſpanaNicolai *tom. 1. folio* 433. *col.* 2. Hyacinthus de Parra in Catalogo ſcriptorum Ord. m.s.

HVMBERTVS CORDEIRO Hiſpanus, Luſitanus in Eluenſi domo, vir vndequaque laudabilis. Scripſit doctiſſimè.

De amore Dei, & proximi.

Quo tempore vixerit, neſcio.

Eius ſummis laudibus meminerunt, eloquentiſſimus æquè, ac ſapientiſſimus Ludouicus Cacegas in Hiſtoria Ordinis Prędicatorum Portugalliæ *lib. 4. cap. 11.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 465. *colum.* 1.

GOSVVINVS HENRICVS BELGA inter noſtros doctiſſimos recenſetur. Quo floruerit, anno prætereunt. Eius ſcripta notauit Hippolytus Marraccius *tom. 1. Bibliotheca Marianæ folio* 502.

Eius meminerunt Hyacinthus de Parra in breuiori catalogo de ſcriptoribus Ordinis m.s. Marraccius allegatus, & alij.

FELIX FABRI, Vlmẽſis, Germanus, Vlmæ, cuius deinde fuit alumnus, in Ordine noſtro votorum ſe alligauit.

Peregrinationis ſuæ Hieroſolymitanæ Librum edidit.

Eiſingrenio, & Antonio Poſſeuino in Apparatu ſacro viuebat anno 1483. iuxta placitum aliorum peruenit vſq; ad hæc tempora. Scripſit:

Quoque Hiſtoriam Sueuicam.

Vindicandus eſt à probris Spondani *tom. 1. Peregrinat. ad annum* 1273.

De eo Hyacinthus de Parra *in Catalogo ſcriptorum Ordinis m. ſcrip.*

GVILELMVS GALLICVS quo floruerit anno, ignoro: edidit autem librum, quem prænotauit:

Preparate. Antonius Poſſeuinus, in Apparatu ſacro.

AL-

ALVARVS CADVRCENSIS, quæ ciuitas eſt in Tractu Toloſate in Gallia ignoro ſub quos floruit annos, ſcimus tamen ex Antonio Poſſeuino *in Appendice ad Tomum primum Apparatus ſacri*, Nicolao Bertrando, & alijs ſcripſiſſe:

Poſtillam in Apocalypſim.

In Pſalmos Pœnitentiales.

De Officio Defunctorum.

Sermones ad Clericos.

BARTHOLOMAEVS de RIPARIA, Toloſæ noſtrum inſtitutum amplexus, Orator, Philoſophus, & Theologus magnus euaſit. Ob ſuam integritatem creatus fuit Epiſcopus Baionenſis in Gallia ſub Archiepiſcopali Rotomagẽſi. Et valde miror hunc prætеritum fuiſſe in Theatro ab amico meo Fontana, *in cuius parte 1. cap. 5. de Epiſcopis tit.* 71. quatuor tantum ex noſtris Epiſcopos Baionenſes, ſcilicet Thomam Ruuiſac Gallum, Petrum San Ioannium de Malaſeo Vaſconem. Garſiam Engui de Sega, Iacobumque Gallum recenſet. Epiſcopus Bartholomæus renunciatus, populo magis prodeſſe ſtuduit, quàm præeſſe. Præter elegantiam morum, & peruigilem curam in oues, clariorem ſe calamo fecit: ſcripſit enim.

In Magiſtri ſententiarum libros quatuor.

De eo Antonius Poſſeuinus in Appendice ad tomum. Apparatus ſacri hæc habet: *Bartholomæus de Riparia, Toloſa Dominicanus, Epiſcopus Baionenſis, ſcripſit in Magiſtr. ſententiarum lib.* 4. Hæc ille.

Hoc an. 1514. Bartholomæus Rimbertinus Florentinus in Etruria, Epiſcopus Ceronenſis Librum de ſenſibilibus delicijs Paradiſi, è Tractatu noſtri Ioannis Tambaci deſumptum, de quo anno 1360. edidit Pariſijs apud Iodocum Badium anno 1514. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad primum tomum Apparatus ſacri.*

Anno 1515.

DAMIANVS GRASSVS Ripolenſis Magiſter ſacræ Theologiæ, doctrina clarus, conſilio prouidus, & negotiorum tractandorum peritus, fuit prouincialis Prouinciæ Lombardiæ: ſcripſit.

Inſigne volumen ſuper Iob. ann. 1506. cum alijs aliquot tractatibus euſum.

Cum eſſet Regens collegij S. Thomæ, aſſeruit, & diſputauit hanc propoſitionem: S. Ioannem fuiſſe conſanguineum Chriſti, conſanguineum Dei, & multas alias, quarum oppoſitum Io: de Caſsiuis Ord. minorum tuebatur, quare impreſsit librum quæſtionum de S. Ioanne Euangeliſta 1506.

Scripſit & alia plura.

Obijt 1515.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib.* 4. Aubertus Miræus *de ſcriptoribus ſeculi* XVI. *cap.* 22. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad litteram D. Apparatus ſacri tom.* 1. Ripa oppidum eſt in Subalpinis ſuper Auguſtam Tauriſorum.

GEORGIVS MEDIOLANENSIS vir doctus, ac pius edidit.

Vitas aliquorum inſignium virorum Ordinis noſtri, & præ cæteris Beati Iacobi Sextij Mediolanẽſis, quæ extat apud Leandrũ *l.* 1. *de viris illuſtribus Ord. Præd.*

Scripſit etiam ſuper Logicam.

Luſitanus *in Bibliotheca*, Plodius *p.* 2. *lib.* 3. *Martyrologium Dominicanum*, Antonius Poſſeuinus *in apparatu ſacro.*

Viuebat hoc anno 1515.

DEMETRIVS RICHARDI noſtrum profeſſus eſt inſtitutum. Varias calluit linguas, nullaque in eo deſiderabatur ſcientia, quæ virum honorabilem facit. Inerant etiam ei facundia, & lepores. Præterea in eo par erat calamus verbo.

Librum contra Mahumetanos, & Saracenos è Latino Græcum fecit.

S. Auguſtini etiam tranſtulit quadam.

Scripſit præterea librum contra Palamam quendam.

Item ſermones in Pentecoſten.

Edidit inſuper Epiſtolas, & dialogos. Quæ omnia Græcè, in Italia (Romæ præſertim, adhuc extant. Me latet tempus, quo vixerit.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Griffinus Cambrius ſcholaſticus profundiſsimus, Scripſit:

In

In ſententias libros quatuor.

In quæſtiones etiam diſputatas.

Latet me tempus, quo claruit. Eius meminit Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Anno 1516.

ANTONIVS BECCARI Ferrarienſis, vir ingenio præſtans, religione, ac doctrina conſpicuus, in Theologia non mediocriter eruditus, & aliarum quoque rerum noritia clarus. Poſteritati nomen ſuum reddidit celebre, ſcribens.

Mariale, continens Homilias 30. de Beatiſſima Virgine.

Gloſauit Pſalmos latinè, & italicè.

Item edidit quadraginta homilias in Pſalmum, Beati immaculati in via.

Super Iobum;

Commentaria ſuper p. partem S. Thomæ, & vniuer: à Philoſophiam Ariſtotelis.

Spheram, & ſuper Prædicabilia Porphirÿ.

Quodlibeta quæſtionum metaphyſicalium, & Phyſicarum.

Quæſtiones ſuper defecerunt S. Antonini.

Tractatum de corpore Chriſti latinè, & italicè.

Quadraginta orationes latinas varias.

Duo quadrageſimalia:

Quadraginta homilias ſuper Canonicam S. Petri. In veſtibulo Religionis tyrunculus dubitabam, quare epiſtolæ diuorum Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, quæ omnes ſunt numero ſeptem canonicæ, ſiue catholicæ appellentur, & epiſtolæ Pauli nequaquam? Percontabar id à ſocijs meis, at mihi non faciebant ſatis. Ne igitur nouitios noſtros hoc lateat, breuiter indicabo. Hæ catholicæ dictæ ſunt, hoc eſt vniuerſales. Nam miſſæ fuerunt ad vniuerſalem Eccleſiam, non ad hunc particularem, vel illum. Secus eſt de illis Apoſtoli. Scribit enim vel ad Romanos, vel ad Hebræos, ad Timotheum vel ad Titum. Iure optimo Auguſtinus has Apoſtolicas appellauit, quoniam generatim ad omnes fideles, ſiue Iudæos, qui erant diſperſi, ſicut fecit Petrus, ſiue chriſtianos ſub eadem fide militantes datę ſunt; non autem ad aliquem hominē, vel alteram Regionē.

Librum pro idiotis, cui titulus: ſcala del profitto ſpirituale.

Tractatum ſi in Adamo, & Abele inceperit Eccleſia.

Receptus fuit ad ordinem Ferrarię in Conuentu S. Mariæ Angelorum. A Clemente VII. die 22. Septembris 1524. creatus fuit Epiſcopus Scutarēſis in Sclauonia ſub AntibarenſiEccleſia Metropolitana.

Leander *lib.* 4. Alphonſus Fernandez *in Concertat. Prædicatoria*, Matraccius *in Biblioth. Mariana*, Plodius *p.* 2. *lib.* 8. Fontana *in theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 538. *num.* 2. *acta Conſiſtor. Clementis VII.*

AMBROSIVS GERMANVS vir in aduerſis rebus infrangibilis, eximia ſanctitate conſpicuus, clariſsimuſque doctrina, appoſuit vltimum colophonem tabulæ S. Thomæ, quam Petrus Bergomenſis ediderat.

Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

BARTHOLOMAEVS MANZOLVS Bononienſis, Poeta, Orator, iuriſta, & magni nominis Philoſophus, ac Theologus protulit in apertum.

Librum, cui titulus, Formalitates iuxta D. Thomæ Aquinatis doctrinam.

Librum de diſtinctionibus.

Plura opuſcula.

Luſitanus *in Biblioth.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3.

GASPAR STEPHANVS, ſeu Stephaneſcus in Prouincia Arragonenſi vir magno ingenio, & doctrina, hauſit primùm conſuetas in Religione ſcientias, Dialecticam, Philoſophiam, Metaphyſicam, ac ſacram Theologiā, quas priuatim, & publicè tradidit alijs. Vtrique iuri deinde applicuit animū. Hoc igitur peritiſsimus, ſcripſit.

Defenſionem Eccleſiaſticæ immunitatis, ac libertatis, ſpecialiter contra imponentes, & exigentes onera. Romæ 1520. in 4.

Miræus *de Scriptoribus ſeculi XVI. cap.* 2. Laudatur quoq; ab Alphonſo Acenedo *in Comment. leg.* 5. *tit.* 3. *lib.* 1. *num.* 6. *& in lege* 11. *tit.* 3. eiuſdem libri Recopilationis legumHiſpanarum apud Bibliothecam Hiſpanam, quem prætcriuit eſſe Fratrem Dominicanū.

Con-

Conſule Antonium Poſſeuinum in Apparatu ſacro.

Anno 1517.

CVm impius Lutherus Saxo in Germania contra catholicã fidẽ virus euomeret ſuum, atque in Vittembergenſi Academia apud Saxoniã, in quâ Theologiæ cathedram impius Hæreſiarcha regebat, multas propoſitiones contra Eccleſiam, ac indulgentias à Leone X. promulgatas, tueri conaretur, P.F. Ioannes Tetzelius Germanus Saxo facundus eccleſiaſtes, in Ducatu Saxoniç hæreticæ prauitatis Inquiſitor, in noſtro Conuentu Francofordienſi euulgauit centum, & ſex concluſiones aduerſus propoſitiones Lutheri, quas ex Cõcilijs, è SS. Patribus, & præcipuè ex Angelico noſtro Doctore deprompſerat, illaſque promulgauit in Germaniæ Academijs anno 1517. Fernandez, Maluenda *de Antichriſto lib. 1. p. 1. cap. 11.* & Fontana *in Theatro p. 3. cap. 3. tit.* 40. *Lege an.* 1518. Erat Tetzelius Prædicator excellens, magnæ religionis, ac doctrinæ

Scripſit hic zelantiſsimus pater plura alia contra hæreticos. Rouerus Pontanus *lib.* 1: rerum memorabilium aſſerit Tetzelium, omnium primum, articulos 106. ſeu propoſitiones aduerſùs Lutheri antidogmata edidiſſe. Et reuera Lutherus hoc anno 1517. peſtilentis ſuæ ſectæ virus diffundere cœperat. Miræus *de ſcriptoribus ſæculi 16. cap.* 24. memorabilium, Plodius *de viris illuſtrib. p. 2. lib.* 4.

Motiuũ quare Lutherus apoſtataret à fide, hoc reddunt. Archiepiſcopus Moguntinus commiſit Ioanni Tetzelio viro cordatiſsimo, ac pio, vt indulgentias publicaret. Id ægre ferens ambitioſiſsimus hæreſiarcha, rabie agitatus cœpit contra indulgentias prædicare. Plodius *p. 2. lib. 3.*

Acriter noſtri Dominicanes pro Eccleſia in Lutherum latrantes inſurrexerunt, inter quos Gregorius Naralius Dalmata, patria Raguſinus, de quo anno 1540: & eius conciuis Clemens Araneus, de quo anno 1547. Ioannes Paſſelius, de quo an. 1539. Thomas Badia Cardinalis, de quo an. 1547. Camillus Campegius Epiſcopus, de quo an. 1545. & 1569. Felicianus Niguarda Epiſcopus, de quo an. 1595. Ambroſius Pelargus, de quo an. 1548. Hieronymus de Hippolyto Monopolitanus Apulus Archiepiſcopus, de quo an. 1528. Ioannes Bunderius Gadauenſis, de quo anno 1562. Matthæus Ori, de quo an. 1556. Thomas de Vio Caietanus Cardinalis, de quo an. 1534. Syluester Prieras, de quo anno 1523. Iacobus Naclantus, de quo anno 1569. Remigius Florentinus, de quo an. 1588. Vincentius Patina à Quinzano Brixienſis 1583. Sanctius Arena 1576. Thomas Elyſius an. 1562. Thomas Manriquez Hiſpanus 1573. Paulinus Bernardinus Lucenſis 1585. Bartholomæus Carranza Archiep. 1576. Balthaſar Antuerpienſis Brabantinus 1577. Damianus Alingus 1578. Iacobus Carapreſius Lucerinus, de quo an. 1547. Bartholomæus Spina Piſanus Magiſter Sacri Palatij Apoſtolici, de quo an. 1546. Io: Dietẽbergius Germanus à Frãcofort, de quo 1520. Conradus Koelinus Vlmenſis, de quo 1518. Ambroſius Catharinus Politus Senenſis, de quo an. 1553. Hieronymus Muzzarellus Bononienſis Magiſter S. Palatij, de quo an. 1545. Marcus Laurus Tropæienſis Calaber Epiſcopus, de quo eodem anno.

DIDACVS de ASTVDILLO in Hiſpanijs, alijs Iacobus, philoſophus, & Theologus inſignis, de quo dicere ſolebat doctiſsimus F. Frãciſcus de Victoria: D*idacus doctior me eſt: ſed ego vendo carius mea.* Erat enim aliquantiſper impeditus, & difficulter explicabat ſuos conceptus. Scripſit;

Eruditiſſimas quæſtiones ſuper octo libros phyſicorum:

Super Euangelium S. Matthæi.

Super Epiſtolas diui Pauli. quæ opera extant in Collegio Valliſoletano. Luſitanus.

Scripſit præterea duo magna volumina ſuper Sapientiam.

Breues collationes latinas.

De *Conceptione B. Virginis*.

Super quatuor libros ſententiarum.

Librum de Origine, & vnitate Eccleſiæ.

Librum de hora mortis Chriſti.

Chro-

Chronicon Ordinis.
Librum de miſſa.
Orbis deſcriptionem.
Diſtinctiones breues, & longas de arte recolligendi.
Defenſionem Priuilegiorum Ordinis, quæ ipſe collegit, ac ordinauit.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtrib. p. 2. lib. 4.*

GVILLELMVS PARVI, ſeu Petit Rhothomagenſis, alijs Normannus Theologus Pariſinus, ac multiplici eruditione ornatus, à Magiſtro Ordinis Thoma de Vio Caietano renunciatur an. 1508. Generalis Galliæ Inquiſitor. Inquiſitores enim ex conceſsione Innocentij Papæ IV. à Magiſtro Generali, necnon à P.P. Prouincialibus inſtituebantur. Quod obſeruatum fuit vſque ad Pauli III. tempora, qui Apoſtolica conſtitutione 12. Kal. Auguſti 1542. ſanxit, vt in poſterùm Inquiſitorum inſtitutio ad ſacram Congreg. Cardinalium tunc inſtitutam ſpectaret. Bzouius *in Annal. Eccl. an.* 1245. Anno ſequenti 1509. à Rege Galliæ Ludouico XII. ob vitæ integritatem, & rectitudinem, prudentiamque in conſulendo, & concionando facundiam, & efficaciam, in confeſſarium, & animæ moderatorem aſcitur. Ob id Inquiſitionis onere dimiſſo, ab eodem Caietano an. 1511. ſtudij Pariſienſis Regens creatur. Tandē à Franciſco I. Galliæ Rege, cui etiā erat à ſacris confeſsionibus, an. 1518. Trecenſis Epiſcopus in Gallia ſub Senonen. Metropolitana nominatus, confirmatus fuit à Leone X. die 24. Ianu. an. 1519.

A Claudio Seiſello in vita Ludouici XII. Regis maximoperè commendatur. Ab eodem Franciſco Rege iuxta concordata an. 1520. Bituricenſis Archiepiſcopus nominatur.

Similem Guillelmo (teſte F. Iſidoro de Iſolanis Mediolanēſe ex noſtro Ordine Prædicatorio ad Chriſtianiſsimū Francorum Regem potentiſsimum Franciſcum Primum ſcribente) fortè à multis ſæculis Curia chriſtianiſsima non habuit tantis fulgentem virtutibus. Prouinciali Senonen. Concilio, in quo perorauit, interfuit.

Vir fuit in omni diſciplinarum genere verſatiſsimus; vnde meritò à Claudio Seiſello in Ludouici XII. vita magnis laudibus prædicatur.

Ex huius penu litteraria prodiere in lucem *Chronica Sigeberti, Gregorij Turonen. Adonis, Pauli Diaconi, Luitprandi Ticienſis.* Deinde anno 1527. die 29. Martij tranſlatus eſt ad ſedem Siluanectenſem in Gallia ſub Rhemenſe Archiep. Epiſcopalem chori cathedrā extruxit, eius odæum picturis ornauit, ſacra ſuppellectile, ac fruſto Dominicæ Crucis ditauit. ſcripſit.

De formatione hominis, & eius excellentia.

Quo item modo ſe gerere debeat, vt denique ad Regnum cælorum perueniat.

Hoc opus poſthumum in lucem prodijt Pariſijs anno 1540. apud Aegidiū Corrozetum. Migrauit e vita an. 1536. quem in Cathedralis choro condiderunt. Olmeda in vita Io: Claree; Gallia Chriſtiana *tom* 3. & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit.* 551. *num.* 3. & *tit.* 595. *num.* 2. & alibi pluries Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, qui non rectè dicit obijſſe an. 1520.

SIGEBERTVS Gemblacenſis monachus in Brabantia, qui diem ſupremum obijt 3. Nonas Octobris anno 1112. ſcripſit Chronicon, quod poſtea Galfridus Monumentis, ſeu Aſaphenſis nugis, ac quiſquilijs maculauit. Hac editione incautè vſus eſt noſter doctiſsimus Guilelmus Parui, ob id ex parte reprehenditur à Miræo de Scriptoribus ſæculi 16. *cap.* 35.

GVILELMVS PARVVS monachus alius à ſuperiore ſcripſit.

Anglorūm Hiſtoriam libros quinque.
De Regibus Anglorum libros duos.
In Cantica Canticorum librum vnum.
Item ſermones.

Addunt & ſcripſiſſe commentarios, ſed tacent eorum argumentum. Viuebat ann. 1200.

GVLIELMVS PARVVS, alius à ſuperioribus, Nouoburgenſis, Anglus, ſcripſit.

In diuinam ſcripturam:
Sermones plurimos,
Et librū de Normānis Anglorū Regibus.

Viuebat anno 1216.

THOMAS à SARDIS, ſeu de Codicis

dicis Florentinus accuratiſsimus imitator Dantis, ſummus Poeta, edidit *Carmine etruſco volumen in tres libros diſtinctum, cui titulus Anima Peregrina.* Opus hoc aſſeruatur in Bibliotheca Conuentus S. Mariæ Nouellæ. Obijt die 27. Octobris 1517. ibidem.

Michael Pocciantinus, Plodius *p. 2. lib.* 3. Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. c. 6.*

Anno 1518.

THOMAS à SCEVA, Metropoli Indiarum, nobiliſsimus, vtpote è dinaſtarum progenie ſub Preſte Ianne doctiſsimus in lingua Caldæa, & in vtroque teſtamento verſatiſsimus, religioſus vitæ exactiſsimæ, qui venit in Italiam an. 1513. à Leone X. fuit benignè receptus, & examinatus à F. Thoma de Vio Caietano doctore Ordinis celeberrimo, & maximè ſupereorũ circumciſionẽ, cui optimè ſatisfecit. Tandẽ obijt Romæ an. 1518. Scripſit.

Dialogum de vita B. Taclcaimanoth. ex India.

Seraphinus Ractius *lib. de beatis*, Plodius *p. 1. lib. 2. num. 20. & 23.*

CONRADVS KOELLINVS Vlmenſis S. Theologiæ egregius profeſſor, Prior, & Regens conuentus Colonienſis, magnus catholicæ fidei zelator, qui fallaces Lutheri nuptiatoris technas, & ſordes, religionum, & cælibatus deſertoris, calcaneo virginitatis inſidiantis, & lupercalia exhibentis, deprauantiſque capitulum ſeptimum primæ ad Corinthios detegit, & conuincit. ſcripſit:

Aduerſus blaſphemias Lutheri, quæ vel gentilibus eſſent abominabilia Paradoxa. Opus in quatuor libros diuiſit; & impreſſum fuit Tubingæ an. 1538.

Totam ſecundam partem ſummæ S. Thomæ in clariſsimam formam digeſſit magnis commentarijs: ſed maximè probatur in primam ſecundæ; Venetijs 1589.

Fecit, & reſoluit doctiſſimè viginti ſeptem quodlibetales quæſtiones per modum dialogi editas Coloniæ anno domini 1523. apud Petrum Quentelium.

Scripſit etiam *in Primam, & Tertiã partem.*

EVERSIONEM LVTHERANI epithalamij elegantiſsimo ſtylo, doctiſsimo, & profundo compactam anno 1527.

Scripſere quoque in Lutherum ex Ordine noſtro Tetzelius, Francofordienſis Inquiſitor, profũdiſsimus Theologus, Syluester, Caietanus, & Hogoſtratus, ſicut Grauina contra Marcum Antonium de Dominis Archiepiſcopum Spalatenſem Apoſtatã, & Vincentius Baronius referunt. Obijt Koellinus anno 1536.

Scripſere de Koellino Antonius Senenſis *in Bibl. pag. 63.* Poſſeuinus, Bellarminus *p.* 419. Simlerus, Miræus, Auctor Appendicis ad Io: Trithemij *librum de Scriptoribus eccleſiaſt.* Plodius & Philippus Labbe.

ANTONIVS à PENNA, Hiſpanus vir doctus, & prædicator egregius fuit Conuentus Petræ fixæ Alumnus, S. Theologiæ Magiſter præclarus. Cum eſſet Catholicorum Regum Ferdinando, & Eliſabeth Regius concionator, Cañarienſis Epiſcopus in Inſulis eiuſdem nominis factus eſt circa annum 1508. Deceſsit circa annum 1518.

Vertit *in maternam linguam volumen epiſtolarum* S. Catharinæ Senenſis, quòd opus Fr. Franciſco Ximenio Toletano Archiepiſcopo dicauit.

Scripſit *quoque eiuſdem Seraphicæ Virginis vitam,* & quorumdam SS. Ordinis noſtri.

Plodius *p. 2. lib. 3.* Fernandez *inter Scriptores Ordinis, & Epiſcopos Hiſpanos,* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 129. nu. 1.* Luſitanus *in Chron. & in Bibliot.* Cũ publicè quendam miniſtrum reprehenderet, quòd manus in Religioſum iniecitſſet, tanta vi, ac vehementia ſpiritus id peregit, vt miniſter confuſione perfuſus, illicò expirauerit. Plodius.

Anno 1519.

CLAVDIVS à ROTA Gallus, Cœnobij Lugdunenſis filius, S. Theologiæ profeſſor eximius, concionator clariſsimus, & in ſcripturis ſacris multùm exercitatus, regulari obſeruantiæ, & Mariano cultui toto cor-

de addictus, inter alia opuſcula. quibus nomen ſuum celebre reddidit, exarauit:

Hiſtoriam rerum Longobardorum.

Opus Aureum. Item Legendarium Sanctorum, ac Sanctarum, quæ omnia prodierunt Lugduni anno 1519. Deinde ibidem apud Euſtachium Barricatum anno 1554. in 4.

Claruit circa annum nati Redemptoris 1519. ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mar.* Luſitano *in Bibliotheca*, Plodio *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Miræo *de Scriptoribus ſaculi XVI. cap. 26.* Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro.*

SANCTVS MARMOCHIVS Florentinus, celebris hiſtoricus, Mathematicus, ac Theologus ſcripſit:

Dialogum temporis.

Et lingua Etruſca diſcurſum de feſtis mobilibus. Seruantur Florentiæ in Bibliotheca noſtra Marciana de Florentia. Michael Poccinatius Seruita in libro de Scriptoribus Florentinorũ Plodius *in Appendice*, Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

LVDOVICVS de VIVALDIS Pedemontanus in Liguria. ingenij excellentis, ac verſatiſſimus in litteris humanis, ac diuinis die vltima Auguſti an. 1519. à Cardinali de Valle pro Arborenſi Eccleſia in Sclauonia ſub Metropolit. Iadren. in Conſiſtorio propoſitus fuit. Orta poſtmodum contra eum controuerſia de puritate ſanguinis, ſuper ea re iuſſu Leonis X. ſummi Pontificis, Cardinalis de S. Cruce informationem cæpit. Cumque comperiſſet eum non Neophitum (vt aliqui oblatrabant) ſed genere Chriſtianum fuiſſe, prædictam Eccleſiam, ad quam poſt conſecrationem migrauit, obtinuit. ſcripſit:

Librum, cui titulus, opus Regale, in quo continentur tractatus de officio pietatis erga defunctos.

Pralium ſenſus in intellectum.

Librum de laudibus, & triumphis trium liliorum.

De modo cognoſcẽdi electos ab reprobis.

De magnificentia Regis Salamonis.

De cauſa contritionis, & fuit impreſſus pluribus vicibus.

Compoſuit etiam alium librum de vera contritione. Pariſijs 1519. in 8.

Et alia plura.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. part. 2. lib. 4. Act. confiſſor. Leonis X.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 47. n. 3.*

Floruit circa hæc tempora.

Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. videtur errare dicendo cap. 6. Ioannes Ludouicus Viualdus hiſpanus, in Monte Regali natus, Theologus Ord. Prædicatorum* 1500. *claruit: ſcripſitque* De vera contritione.

De XII. Eccleſiæ perſequtionibus: & alios tractatus. Lugduni 1508. & Pariſijs 1511. editos. Hæc ille: errauit, in quam: nam Ioannes Ludouicus hic natus eſt in Monte Regali in Pedemonte Italiæ, & non in illo Hiſpaniæ.

Hoc anno Aubertus Miræus *de ſcriptoribus ſaculi 16. cap. 26.* ponit Reinerum Piſanum, ſed errat: collocandus eſt enim anno 1314. vide ibi. Hoc anno 1519. Pantheologia, ſiue ſumma totius Theologiæ duobus voluminibus in folio prodijt Lugduni alia noua editione. Præterea peccatum commune Chronologicis peccauit iterum hic ponendo Reinerum, quem iam poſuerat *cap. 11.*

Anno 1520.

FRANCISCVS CORDVBENSIS, hiſpanus ex Prouincia Bætica, Conuentus S. Pauli Hiſpalenſis alumnus, ex nobili familia Marchionum de Priego; apud Indos, quorum ſalutis procurandæ cauſa eò transfretauerat, floruit. Vir religionis præſtantia clarus, multo feruore ſpiritus plenus, & doctrina non ignobilis, inter alios præclaros tractatus, quibus ſibi memoriam peperit apud poſteros ſempiternam, ſcripſit:

Summam moralem perutilem.

Sermones de tempore, & de ſanctis.

Item Quadrageſimale & alia.

Claruit anno ſalutis noſtræ 1520. ex Alphonſo Fernandez *in Concert. Præd.* Marraccio *in Bibl.* Mar. Luſitano *in Bibl.* Plodio *de vir. illuſtr. p. 2. lib. 4.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 619* Creatus fuit Epiſcopus Velandi-

ccn-

cenſis circa annum 1525. & obijt cum opinione ſanctitatis. Scripſit etiam *Chronicon, ſeu Manuale noſtri Ordinis S. Dominici*. Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. cap.* 27. Anonymus Bæticus Chronographus in Chronico prænotato, *Manuale Ordinis Prædicatorum* Hiſpali *edito*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro. Bibl. Hiſpana.*

GEORGIVS RAVEGNATINVS (alijs Rauennatinus) Mediolanenſis, in humanioribus litteris plenè doctus, & tam in ſermone ligato, quàm ſoluto facundiſſimus, & non ſolum Poeta celebris, ſed etiam Philoſophus clarus, ac Theologus ſui temporis non contemnendus, ſcripſit:

Tractatum de viris illuſtrib. Prouinciæ Romanæ.

Quadripartitam Hiſtoriam S. M. Gratiarum Mediolanenſis lib. 1. Hymnum de Aſſumptione B. Virginis ad ſuperna.

Vitas S. Dominici, & S. Petri Martyris, & facit hos duos ſanctos interlocutores.

Tractatum de vita cœnobitica.

Librum de noua, & inaudita mutatione rerum.

Quæſtionem an liceat in Ordine noſtro emittere profeſſionem ante quintum decimum annum.

Edidit etiam *Apologiam pro Bartholomæo Quarterio, qui impubes in noſtrum Ordinem ingreſſus fuerat.*

Item Carmen ad eundem Bartholomæum, qui ab Ordine defecerat, hortans vt ad eum reuertatur.

Et plura alia opuſcula M. S. quæ habentur Mediolani in libraria Conuentus Gratiarum Ordinis Prædic. in ſecunda parte monumentorum Ordinis inter opera Taegij.

Claruit circa annum Verbi humanati 1520. Ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Prædic.* Marraccio *in Bibliotheca Mar.* Taegio *part.* 1. Plodio *in Append.* Antonio Poſſeuino *in Appar.*

GVLIELMVS PAPICVS, Gallus, vir omni melioris doctrinæ genere inſtructiſſimus, & in primis eccleſiaſtes clariſſimus, ſcripſit:

Volumen concionum in Roſarium Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

Claruit circa annum 1520. *ex Concert. Præd.* Alphonſi Fernandez, *ex Bibl. Mar.* Marrac. Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro.*

IOANNES RETEMBERGIVS, ſeu Dietembergius Germanus à Francofort ſcholaſticus eruditus, & peritiſſimus linguarum latinæ, ac hebraicæ, pluries diſputauit cum Luthero. Fuit hæreticæ prauitatis Inquiſitor. Scripſit:

Poſtillam ſuper Euangelia totius anni.

Opuſculum de Apoſtaſia.

Opuſculum contra hæreſes Lutheranorum.

Tranſtulit Biblia in Germanicam linguam 1520.

Scripſit aduerſus Lutheri deprauatam verſionem. Sixtus Senenſis Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib.* 4.

ZENOBIVS ACCIAIOLVS, Florentiæ nobili genere natus, ibidemque ad Ordinem receptus, in ſcholaſticis diſciplinis peregregiè verſatus, Hebraicæ, atque Græcæ linguæ peritiſſimus, à Leone Papa X. cui acceptiſſimus erat, Apoſtolicæ Vaticanæ Bibliothecæ præficitur Bibliothecarius anno 1518. Cumque duobus annis ad demandatum ſibi munus ſolertia ſingulari incubuiſſet, mortalitatis dies Romæ abſoluit, anno 1520. ætatis ſuæ 58. & ſepultus eſt in Minerua. Reliquit ingenij ſui nobilia monumẽta pro Bibliotheca Traduxit.

Olympiodorum in Eccleſiaſtem è græco in latinum.

Item *Librum Euſebij Cæſarien. contra Hetoclem.*

Duodecim libros Theodoreti Cyren. de græcarum affectionum curatione.

Iuſtinum martyrem.

Scripſit quoque *de laudibus verbis Romæ.*

Carmina, & Sermones de Epiphania Domini.

Epiſtolas eruditas ad Picum Mirandulanum.

Elegantiſſima carmina, & orationes in laudem Leonis X. quas ipſe habuit coram eodem Pontifice.

Chronicon Conuentus S. Marci de Florentia.

Redegit in vnum volumen epigrammata græca Politiani, & Alexandræ Scalæ, quæ, vt imprimerentur, curauit.

Orauit Neapoli in Capitulo Generali coram Magiſtro Generali F. Thoma de Vio Caietano in Eccleſia S. Dominici de laudibus vrbis Neapolitanæ: oratio typis commiſſa fuit. Ad Cardinalem de Aragona.

Vallus *in compendio part.* 4. Antonius Poſſeuinus, Fernandez *in ſcript. Ordinis*. Plodius *de viris illuſtribus Ordinis in Appendice*. Grauina *in Præſcriptionibus tom.* 4. *part.* 2. *quæſt.* 1. *a rt.* 10. Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 4. *tit.* 6. *num.* 2. Michael Poccianus *Seruita de ſcriptoribus* Florentinis, Miræus Bruxellenſis *in Mantiſſa*.

Adeo erat eruditus in cognitione linguarum, in rebus diuinis, ac humanis (Plodio referente) vt rediuiuus Hieronymus videretur, & Auguſtinus. Erat præterea vir ſanctiſſimæ vitæ.

VINCENTIVS à FARO, Dalmata S. Th. Magiſter, ac pater admirandæ integritatis. Scripſit:

Librum de Origine, ac ſucceſſione Sclauorum.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

FELIX, natione Etruſcus, patria Pratenſis, trium linguarum ſtudio, & eruditione ſolida inſignis.

Pſalterium ex hebraica veritate latinè tranſtulit anno domini 1520. magus fuit Theologus vtraque Theologia, ſcholaſtica, & poſitiua. Ne Tyrones noſtros, qui vix Logicæ ſtuduerunt, lateat hoc vocabulum, Theologiam illam dicimus poſitiuam, quæ Biblia ſacra conſiderat, ſcilicet veteris teſtamenti, ac noui, vt ſunt Geneſis, Exodus, Leuiticum &c. aliaſque res diuinas explicat ſine argumentatione operoſa.

Meminerunt huius translationis Matthæus Aurogallus *in libro de Hebræis nominibus*, Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. ſanctæ*.

Anno 1521.

ISIDORVS de ISOLANIS, Mediolanenſis in alma vniuerſitate Bononienſi Sacræ Theologiæ Baccalaureus, legerat Papiæ, in Cœnobio S. Apollinaris, in quo diſputauit plurima, quæ deinde typis remiſit, ſcripſit:

De mundi æternitate contra Auerroiſtas libros quatuor.

Epitome libri Alberti de Saxonia de velocitate motuum.

Diſputationes catholicas quinque, ſcilicet de igne inferni.

Secundam *De igne Purgatorio.*

Tertiam *De merito animarum Purgatorij, & cognitione propriæ beatitudinis futuræ.*

Quartam *De diſpoſitione dantis, & recipientis indulgentias.*

Quintam *De modo remiſſionis factæ per indulgentias.*

Papiæ 1522. & Lugduni, apud Carolum Peſnot. 1580. in 4.

Accuratè deſcripſit octo libris vitā ſororis Veronicæ Virginis, quæ in monaſterio S. Matthæ, eximia vitæ ſanctitate, & miraculorum donis meruit à Deo decorari. Ex Martyrologio Dominicano.

Publicauit Mediolani de Imperio Eccleſiæ militantis. 1516. in 4.

De inſtitutis Regum, & Principum.

Summam quadripartitam de donis S. Ioſephi Patriarchæ Sponſi Beatiſſimæ Virginis.

Addidit etiā Capreolo redacto à Paulo Soncinate in epitome quædam, quæ ipſemet Paulus Soncinas non potuit morte præuentus abſoluere.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *p.* 2. *lib.* 3. Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *c.* 23.

BALTHASAR MENDEL, S. Theologiæ Magiſter, Prouincialis Bohemicus anno currente 1521. ſcripſit:

Librum lingua Bohemica eiuſdem ſuæ prouinciæ. Ex Maluenda *ad annum* 1222. *cap.* 13.

VITVS VLPIVS, Materanus, Prouinciæ S. Thomæ de Apulia, S. Theologiæ Magiſter, clariſſimum Ordinis noſtri ſydus, ſtudij Neapolitani olim Regens præſtantiſsimus, vir vndequaque doctus, & apud omnes magno in pretio habitus, ad regimen etiam prudentiſsimus, de quo Chronicon noſtri Ordinis, & Mazzella in deſcriptione Prouinciæ Hydruntinæ hoc habent:

Nec

Nec defuit Italia dare nobis Fratrem Vitum de Matera ſydus, atque alterum longè clarius.

Morum grauitatem,qua pollebat,ſalibus interdum condiebat, argutijſque ad quandam vrbanitatem dictis. Idque in tempore, ac diſsimulanter, ne nimis placere ſibi in ea feſtiuitate ſermonis videretur.

Profundiſſimè ſcripſit ſuper prædicabilia,& prædicamenta Ariſtotelis,in quibus defendit illa eſſe Archytæ Tarentini.

Item plura alia opuſcula tum in Philoſophia, tum in doctrina ſæculari, tum in ſacra Theologia.

Luſitanus *in Bibl.*Plodius *in Appendice* Ambroſius Gozzeus, Vallus *in comp. p.* 4. & Poſſeu. *in Apparatu ſacro.*
Meo nationali Elogium hoc concinnaui.

D. O. M.
Fratri Vito Vlpio Materano,
Sideri noſtræ Religionis Clariſſimo,
Splendentiſſimo Italiæ Soli,
Cuius fulgore
Noſtri tenebreſcit fama Archytæ:
Hunc meritò Annales
Nuncupauere Phænicem:
Aliger exurrexit è cineribus Metaponti:
Niſi quòd pietatem litteris copularit.
Raro, doctiſſimo, eloquentiſſimo viro,
Cui tanta vis animi, & ingenij
Fuit,
Vt, ad id natum diceres,
Quodcumque ageret, vel dictaret;
Cuius eminentiam doctrinarum
Vrbes Italiæ
Veneratione multa,
Et conenrſu frequentiſſimo comprobarũt.
Tace lingua:
Sat commendarunt Hiſtoria.

Anno 1522.

NICOLAVS BVGNATORIVS Brixienſis, vir eruditus rogatus à F. Leandro Alberto Bononienſi, ſcripſit.

Vitam B. Corradini Brixienſis, quæ legitur apud eundem Leandrum *lib.* 3. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4.

PETRVS BRVXELLENSIS Belga dictus Crocharch, Magiſter S. Th. & Philoſophus exquiſitus. ſcripſit:

Super prædicabilia, prædicamenta, Perihermenias, Topica, Priora, & Poſteriora.

Commentaria, & quæſtiones in Phyſicam.

Adnotationes ad Petrum Hiſpanum.

Commentaria,& quæſtiones ſuper animam: Pariſijs anno 1510.

Dialogum inter F. Ioannem Anglum, & F. Amadeum Meigretium, in laudem Philoſophiæ.

Item in D. Thomam de ente, & eſſentia.

Lutetiæ 1509. & deinceps claruit: Mortem tandem obiuit Mechliniæ, ætatis octogeſimo tertio. Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 16.* Antonius Luſitanus *in Bibl. pag. 199. & 200.* Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *de viris illuſtr. Ordinis part.* 2. *lib.* 4.

Anno 1523.

SYLVESTER MAZVLENSIS, ſiue MAZOLINVS patria Prieras, Italus, natione Pedemontanus, Theologus abſolutiſsimus, in canonico, ciuilique iure verſatus, ſacris litteris, omnigena eruditione peritus, ac vitæ regularis Congregationis Lõbardiæ exactiſsimus obſeruator. Quõdam diſcipulus fuit F. Angeli Veronenſis ſacræ Theologiæ celeberrimi profeſſoris, ac in diui Dominici Regentis Bononienſis: in Conuentu Venetenſi diui Dominici functus eſt Prioris officio. Publico ſtipendio legit Patauij, deinde adſcitus fuit, vt publicè legeret Romæ. In Bononienſi ſtudio Regens, atque Congregationi Lombardiæ annis pluribus præfuit Vicarius Generalis. S. Inquiſitionis tribunali addictus, Brixiæ an. 1508. vſque ad an. 1511. & Mediolani, illud rexit. Anno 1512. à Iulio II. Sacri Palatij Magiſter digniſsimus datus, vitæ exemplo, morum candore, doctrinæ profunditate, atque ſacra prædicatione maximi viri apud curiam Romanam, & Orbem aſſequutus eſt æſtimationẽ. Leone, cui acceptiſsimus erat, mandante, Hæreſiarcham Lutherum iudiciali

ciali ſententia, eius ſtatua cum libris Romæ in platea Agonis per carnificē publico igni, adſtante innumera populi Romani multitudine, adiudicata, damnauit. Prius enim iuridicè lecto proceſſu, ſententiam ibidem alta voce protulerat P. Magiſter F. Cyprianus de Roma Ordinis Prædicatorum Primarius ſacræ Theologiæ Profeſſor in Romana Sapientia anno 1521. Pridie idus Iunij. Cum anno ſuperiori 1520. Leo Pōtifex Maximus eius ſcripta dogmata per Apoſtolicam Bullam datam 17. Kalend. Iulij iuxta diſpoſitionem noſtri Cardinalis Caietani dānauiſſet. Primus inter omnes, qui calamum in impium Lutherum acuere, fuit Prierius, interfuitque Conſiſtorio ſecreto coram Leone X. habito die Mercurij 23. Maij an 1520. cum P. F. Nicolao Sciombergo Procuratore Generali Ordinis noſtri, quando, propoſitis ſingulis eiuſdem Lutheri articulis, fuit ſtabilita Apoſtolica Bulla in eum. Vitam cum morte commutauit doctiſsimus vir Romæ an. 1523. obijſſe verò in Vrbe ex contagioſa lue, quæ Romæ inceperat an. 1522. in hunc modum teſtatur Olmeda in vita Caietani Mag. Ord. *Demum Sylueſter Prieras S. Palatij magiſter dira peſte, quaſi non eſſet vnctus oleo ſcientiæ, & virtutis præ alys, ſublatus, in Minerua conditus eſt.*

Cum autem in fidei negotio contra impium Lutherum Syluester de Prierio à Leone Papa X. ad diuerſos Italiæ principes delegatus fuiſſet, de eiuſdem Summi Pontificis beneplacito, in magiſterio Sacri Palatij Thomā Badiam, qui poſtea fuit S. R. E. Cardinalis, ſubſtituit. Pariſius de Graſsis Bononienſis Epiſcopus Piſaurenſis, & primus cæremoniarum Magiſter in diarijs Leonis Papæ X. in die Palmarum anno 521. Olmeda, Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. num. 39.*

Scripſit *Apologiam de conuenientia inſtitutorum Romanæ Eccleſiæ cum euangelica libertate aduerſus Lutherum*, quæ Venetijs poſthuma in lucem prodijt an. 1525.

Hic primus omnium orthodoxorum (verba ſunt Auberti Miræi *in Auctario de Scriptoribus eccleſiaſticis cap. 537.*) *libro contra Lutherum de Eccleſia, & Romano Pontifice typis edito, velut ſignum ſuſtulit, ad nouas hæreſes oppugnandas, ac debellandas.* Hæc Miræus. Scripſit prætereà.

Commentaria in Spheram Io. de Sacro boſco.

Commentaria in theoricas planetarum

Introductorium, ſeu compendium dialecticæ ad F. Angelum Veronenſem ſacræ paginæ profeſſorem celeberrimū eiuſdem Ordinis. Venetijs 1496. in 4.

Apologiam in dialecticā ſuam cū explanatione totius materiæ de ſecundis intentionibus. Bononiæ an. 1499. in 4.

Meditationes de Paſſione Domini.

Conflatum in duo diſtinctum volumina, quibus S. Thomæ doctrinam ex diuerſis eius libris, & locis elegāter collegit.

Commentaria ſuper 4. libros Sententiarum.

De obſeruatione morientium.

Confeſſionale magnum. Confeſſionale paruum.

Summam de peccatis à ſuo nuncupatam nomine Sylueſtrinam, quæ meritò Summa ſummarum appellata eſt, in duas diuiſam partes apud Plantinum, item Venetijs apud Bartholomæum Rubinum 1569. in 4. & alibi pluries.

Libellum Exorciſmorum.

Hiſtoriam B. Virginis, & S. Mariæ Magdalenæ.

Malleum Scotiſtarum.

Dialogum de B. Maria Magdalena.

Expoſitionem Miſſæ.

De immolatione Agni Paſcalis.

Defenſorium doctrinæ D. Thomæ.

Sermones de Tempore, & de Sanctis. Venetijs per Lazarum de Soardis 1515. in 4.

Auream Roſam, ideſt præclariſſimam expoſitionem ſuper Euangelia totius anni de tempore, & de ſanctis cum caſibus, & quæſtionibus ad eadem euangelia pertinentibus, impreſſam An. 1510. in 4. Hagenauu, ſiue Haganoæ excuſam. Item Papiæ, Lugduni, Venetijs 1599. & alibi pluries.

Sermones quadrageſimales, ſeu quadrageſimale aureum LXV. ſermonum. Venetijs per Lazarum de Soardis 1515. in 4.

Opus de ſtrigibus lib. 3. Romæ 1575.

De

De Mirandis libros tres.

De libertate euangelica. Impreſſum Pariſijs an. 1551.

Scripſit Italico ſermone:

La ſcala del S. Amore.

La ſomma per li confeſſori.

Vn trattato ſopra l'Antifona, Regina celi. Bononiæ 1550.

Vn altro ſopra il naſcere, viuere, e morire.

La vita della B. Maria Maddalena con più annotationi, & alia, quæ variam eius doctrinam oſtendunt.

Dialogum ſuper Iobum.

Trialogum trium querelarum.

Luſitanus *in Bibl. Additio ad Tritemiũ*, Seraphinus Razius, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Fontana. Poſſeuinus, Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl.* Miræus *in Auctario cap 537.*

IOANNES CAGNATIVS, natione Ligur, patria Tabienſis ab oppido Tabia, diæceſis Albinganenſis, generoſis vinis claro, fuit Theologus, & Canoniſta eximius. A doctioribus huius ſæculi ſummis laudibus efferebatur. Bis Regentem in florentiſſimo ſtudio Bononienſi, & ibidem quoque deinde fidei egit cenſorem. Romæ diſputans cum quibuſdam hæreticis eruditis, eos cum admiratione conuicit.

Religioſus vndequaque exactus, potens in opere, & conſilijs claruit hoc anno 1513.

Formis commiſit.

Summam de caſibus conſcientiæ, vulgò nuncupatam à ſuæ patriæ nomine Tabienam, vel ſummam ſummarum, Bononiæ 1517. Venetijs in 4. apud Seſſas anno 1569. & 1580. in 4. Recognitam, & argumentis in ſingulos titulos auctam, & alibi pluries. Illam Auctor Thomæ de Vio Cardinali Caietano dicauit.

Scripſit non nulla alia.

Eum ſummopere commendarunt Obertus Follietta in elogijs clarorum Ligurum, Abbas Hieronymus Ghillinus *in Theatro litteratorum part. 1.* Antonius Senenſis *in Bibl. p. 155. & 156.* Alphonſus Fernandes, Bellarminus *pag. 417.* & ad illum Philippus Labbe, Gozzeus, Plodius *part. 2. lib. 4.* Abbas Iuſtinianus *de Scriptor. Ligur.* Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 28.*

DIEGVS, vel DIDACVS DEZA natione hiſpanus, Patria Taurenſis Caſtellæ, cænobij S. Idelphonſi eiuſdem Ciuitatis alumnus, nobilis genere, vtpote Didaco Deza, & Agnete Tauera clara ſtirpe parentibus ortus: ſed nobilior moribus, at diſciplinarum Theologicarum exacta cognitione illuſtriſſimus, qui cum eſſet primariæ cathedræ Salmantinæ moderator, à Ferdinando Rege, & Iſabella vxore vocatus in curiam, Præceptor Ioannis Principis Regnorum hæredis conſtituitur. Sacram Theologiam Salmanticæ ante Franciſcum Victoriam profeſſus publicè fuerat. Ipſis etiam Regibus fuit à ſacris confeſſionibus. Primo Zamorenſis Epiſcopus circa annum 1495. Deinde Salmantinus, Ghiennenſis poſtea an. 1497. ad Palentinam translatus eſt anno 1500. tandem Archiepiſcopus Hiſpalenſis in Bætica creatur anno 1504. à Iulio II. poſt D. Ioannẽ de Zuniga. Fuit Regius maior Capellanus (& vt dixi) eidem catholico Regi à ſacris confeſſionibus. Regnique Caſtellæ maximus Cancellarius. Aedificauit Collegium, ſiue cœnobium S. Thomæ Aquinatis Hiſpalenſ. cum in Eccleſia Ghiennenſi præſideret, anno 1497. ſupremus in Hiſpaniarum Regnis Inquiſitor inſtitutus eſt, quod munus in maximum Fidei catholicæ incrementum vndecim annos exercuit. Poſtulans enim Thomas Turrecrematius ob decrepitam ſenectutem quæſitoris munere liberari, eius in locum Didacus fuit ſuffectus.

At anno 1507. quo erat Archiepiſcopus Hiſpalenſis, conſulturus ſuæ quieti ſe abdicauit hoc munere. Poſtremò cum decem, & nouem annos in gubernatione huius Eccleſiæ conſumpſiſſet, ad Toletanam à Carolo V. promotus, fuit ab Hadriano VI. ſummo Pontifice confirmatus. Dum verò ad illam accederet, in itinere in Belluen. Cænobio diem clauſit extremum anno 1523. in ſuo Conuentu S. Thomæ Hiſpalenſi ſepultura electa, vbi iacet in tumulo permagnifico cum hac inſcriptione.

Huius almi Collegij fundator iacet hic.
R.D.D. Deza Ord. Præd. Mag.
Illius inſignis Ciuit. Hiſpal. Archiep.
Qui ſuis meritis, fama, & ſcientia.
Ad Eccleſiam Toletanam Paſtore carentem vocatus.
Obijt anno M.D.XXIII. die 11 Iunij.
Vixit Annos LXXX.

Scripſit doctiſſimus, & celeberrimus Paſtor: *quatuor volumina nouarum defenſionum Doctoris Angelici D. Thomæ.*

Super Magiſtrum ſententiarum.

In quo enim Ioannes Capreolus eoſdem libros commentans defuiſſe viſus eſt, noua opera id totum ſupplere voluit Deza.

Super *Additiones Pauli Burgenſis defenſiones contra impugnationes Magiſtri Nicolai de Lyra, magiſtrique Matthiæ propugnatoris ſui in poſtillis nonnullis ſuper Biblia contra Sanctum Thomam.*

PAVLVS, BVRGENSIS quondã Epiſcopus ſcripſit annotationes, & cenſuras in omnia Lyrani opera, in quibus contrarius eſt expoſitionibus Hebræis, & Chriſtianis authoritatibus. Aduerſus Paulum Burgenſem inſurrexit per Lyram Matthias Prouinciæ Saxoniæ Franciſcanorum frater miniſter. Superuenit noſter Diegus Deza, & inſurrexit aduerſus locos aliquot, in quibus Lyranus, & Matthias Diuo Thomæ aduerſantur. Hiſpali an. 1501.

Synodum Hiſpali celebrauit, quos antiquis confirmatis ſanctionibus, plures de nouo adiunxit. Illam edidit an. 1512. in eadem Vrbe.

Extat etiam manuſcripta in Bibliotheca ſui Collegij,

Item *Conciones de tẽpore, ac de ſanctis Monotesſaron Euangelicum*, hoc eſt contextus vnicus quatuor Euangeliſtarum. Hoc opus commentarijs illuſtrauit. Illudque nunc in Bibliotheca eiuſdem Collegij Hiſpalenſis magno volumine, & elegantibus characteribus deſcriptum ſeruatur.

AMMONIVS ALEXANDRINVS vir diſertus, & valde eruditus in philoſophia, Origenis in eadem ſcientia præceptor fuit, & diſcipulum etiam habuit Plotinum Lycopolitanum. Inuentor fuit (vt ſcribit S. Hieronymus de Scriptoribus eccleſiaſticis) Euangelicorum Canonum. Euſebius etiam hoc teſtatur. In Bibliotheca Veterum Patrum ipſi adhuc attribuitur Harmonia quatuor Euangeliorum, interprete Othomaro Luſcinio. Laudauit hoc opus Euſebius Cæſarienſis. Noſter Deza exemplo Ammonij Alexandrini concinnauit *Monoteſaron.* Quod abſolutum reliquit.

Edidit quoque Catenam, quam non abſoluit.

Compoſuit etiam Librum ſuper orationem Dominicam.

Debet tota Hiſpania Dezę: namcum Hiſpali cæpiſſet virus Lutheranũ obſerpere, vigilantiſſimi noſtri collegæ venenum agnoſcentes, ne officeret, Deza inuigilante, ablegarunt. Luſitanus *in Chronico Religionis pag.* 271.

Scripſerunt de Diago Gil. *in Theatro Eccleſiæ Hiſpalenſi*, Fernandez *inter Scriptores, & Epiſcopos Hiſpaniæ*, Marraccius *in Bibl. Mariana*, Fontana *in Theatro p. 1. cap. 4. tit. 50. num. 1. & alibi pluries.* Caſtillus *part. 1. lib. 3. cap. 41. prope finem.* Salelles è Societate Ieſu *de origine, & progreſſu Tribunal. fidei prolegom.* 4. Plodius *de viris illuſtribus Ordinis part. 2. lib. 3.* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl. ſancta*, Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. cap. 22. qui non rectè ponit eius obitum anno* 1515. Andreas Schottus *in Bibliotheca Hiſpania*, Antonius Poſſeuinus *in Appendice tom. 1. Apparatus ſacri*, *Bibliotheca Hiſpana* Nicolai *tom. 1. folio* 215. & 216. Ioannes Marieta, *Venerus in Enchiridio temporum.*

Anno 1524.

DIDACVS de LEMOS, Luſitanus, in Beneficæ Conuentu, qui Vliſiponem prope eſt, Luſitana lingua deſcripſit.

Vitam Sancti Dominici anno 1524.

De hoc libro Fratres Ludouicus Cacegas, & Ludouicus de Souſa Luſitani 2. *part. Hiſtoria S. Dominici Regni* Luſitani *lib. 2. cap. 11. ſic loquuntur. Sobre as virtudes particulares deſte Padre, deulhe fama, & nome hum liuro que compoz da vida de noſſo Padre S. Domingos, illuſtrado de doutrina, & conceitos*

tos concernentes à vida religioſa, deduzidos todos dos exemplos do meſmo ſancto, que imprimio no Anno de 1525. & dedicou a Madre Dona Ioanna da Sylua primeira Prioreſſa, & fundadora do religioſiſſimo Moſteiro da Annunciada de Liſboa, & à Raynha Dona Leanor terceira, & vltima mulher d'el Rey Dom Manoel, que pouco deſpois foy Raynha de França, mandou fazer o gaſto da impreſſaon

De Didaco *etiam Bibl. Hiſpana* Nicolai *tom. 1. folio 226. colum. 2.*

Anno 1525.

PETRVS BOBIENSIS, credo ſic dictus à Bobio, quæ eſt vrbs ad Apennini iuga, *Bobbio* vulgo, vrbs recens ad Trebium flumen inter Placentiam,& Dertonam 25.M.P.intra montes diſſita, ſcripſit (*vt tom.3.* Apparatus ſacri, verbo Roſarium B. V. teſtatur Poſſeuinus)

De Roſario Beatiſſimæ Virginis Mariæ lib. 1.

De æuo, quo claruit, nihil certi poſsum affirmare, cum nec ab Antonio Senenſi, nec ab Alphonſo Fernandez, nec à Marraccio, nec ab alijs memoretur.Fortaſse hic eſt ille Petrus Placentinus ex Lombardia Epiſcopus Bobienſis ſub Benedicto XI. & ſub Clemente V. circa an.1304.cuius meminerunt Taegius, Plodius *in Appendice* S. Antoninus *in Chron. Ordinis*, Vghellus *tom.4. Ital. ſacra*,& Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 95. num. 1.*

CHRYSOSTOMVS CASALENSIS vir pius, ac doctus.

Edidit *volumen de immortalitate Animæ pro Auguſtino Nipho Sueſſano contra Petrum Pomponatium*. Venetijs 1525. in folio.

PETRVS POMPONATIVS Mantuanus Philoſophus, Bononiæ cum explicaret ſcientias naturales, volumen compoſuit, quo animas rationales poſt corporis mortem interituras ex ſententia Ariſtotelis, Aphrodiſei, & aliorum probare conabatur. Hoc dogmate ad corrumpendam iuuentutem, ac diſſoluendam chriſtianæ vitæ diſciplinam nihil peſtilentius induci potuit.Sic enim illi ad luxuriā ſe prouocabant dicentes. *Edamus, & bibamus: cras enim moriemur*. Ita notauit Iouius eius diſcipulus.Ea propter plurimi viri catholici, & pietate conſpicui eum acerrimè iure merito impugnarunt.Inter hos Bartholomæus Spina Dominicanus, de quo anno 1546. Auguſtinus Niphus de Sueſſa,&Chryſoſtomus Caſalenſis. Scripſit:

Etiam de Incantationibus.

De Fato.

De Libero Arbitrio.

De Prædeſtinatione.

De Prouidentia Dei.

Vixit circa hæc tempora.

De eo Molanus *in Bibl. ſacra m. s.* Antonius Mirandulanus *lib. 6. de ſingulari certamine.* Delrius *lib. 1. cap. 3. in Diſquiſ. Magicis*, Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, *Bibl. ſelecta*, Miræus *de Script. ſæculi 16. cap. 32.*

NICOLAVS de FINALI Mutinenſis vir in Poeſi, atque in alijs humanioribus litteris ſatis excellens, in philoſophia verò diuina, & humana excellentiſſimè doctus,ſcripſit librum, quem prænotauit:

Monile Chriſti, & Matris eius quinquaginta metrorum varietate diſtinctū. Probat in hoc libro Ieſum Chriſtum ſolum fuiſſe ſine peccato.

Luſitanus *in Bibl.*Plodius *de viris illuſtribus p. 2. lib. 4.*

Claruit circa annum ſalutis communis 1525. Antonio Senenſi *in Bibl. Præd.*

THOMAS de ACHORES, Prouinciæ Caſtellanæ. ſcripſit:

De Recta ſcribendi Ortographia:

Florebat hoc anno 1525.

Ita Ioannes Marieta, *Bibl. Hiſpana* Nicol. *p. 2. folio 240. col. 2. m. s.*

ANONYMVS DOMINICANVS ex Cœnobio Hiſpalenſi S. Pauli Apoſtoli, ſcripſit:

Margaritam Confeſſorum. Hiſpali 1525. in 8.

Anno 1526.

IOANNES TRICASIVS Mantuanus Conuentus Sancti Petri Martyris

tyris Neapolitani alumnus, cuius fuit & Prior, S. Th. Magiſter, illuſtriſſimus, & diſſertiſſimus concionator, doctor, & decanus Neapolitani Collegij. In Vniuerſitate Neapolitana plures annos Phyſicam, Animam, & Metaphyſicen legit. Ordinis Bibliothecæ digniſſima opera deſtinauit. Alteri appulit vitæ anno currente 1526.

Vallus *in Compendio p.* 4.

Huic fuit nepos Patritius, ſeu Pariſius Tricaſius, qui eriam dedit nomen noſtræ Religioni. Magnus hic fuit Theologus, & ſcripſit plura Philoſophica, & Theologica.

Vallus *in Compendio p.* 4.

ANONYMVS Dominicanus Valentinus compoſuit.

Gobierno de Principes, y de ſus conſejos para el bien de la Republica. Vincentius Gomezius Ordinis noſtri procurauit vltimam editionem huius operis. Valentiæ 1626.

DIDACVS de CARRANZA, Prouinciæ Mexicanæ, primus linguam Chontalem didicit, docuit in illa, morigeros fecit barbaros, & ciuiles. Scripſit.

Doctrina Chriſtiana en lengua Chontal, quæ ex Americanis eſt vna.

Eius meminerunt Antonius Leonius *in Bibl. Indica*, Auguſtinus Dauila *in Hiſtoria Prou.* Mexici *Ord. Predicatorum lib.* 2. *cap. vltimo.* Bibl. Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 208. *colum.* 2. *in fine*, Hyacinthus de Paria *in Catalogo de Scriptor. Ord. m.* 1.

Quo floruerit tempore, non habetur.

Anno 1527.

P. F. IACOBVS HOCSTRATANVS, Brabantinus cognomentum tulit à natalis ſoli municipio. Obtenta in ſæculo Philoſophiæ laurea Louanienſi in Vniuerſitate, ad ſalutis portum confugit, ad Patres Dominicanos. In hoc Ordine virtutibus totus, & ſacris litteris deditus, eligitur in Colonienſi cænobio Prior, deinde ſtudij Rector. Conſequutus vero doctoratum Theologiæ, Inquiſitor hæreticæ prauitaris in diæceſibus Colonienſi, Moguntina, & Treuirenſi creatur. Inquiſitor igitur factus contra hæreticos, & maximè in Lutherum calamum acuit. Ex quo factum eſt, vt ab illis, & à laxatæ vitæ perditis viris, publicis ſcriptis, & contumelijs fuerit laceſſitus. Præ alijs à Ioanne Reuchlino, ſiue Copnione epiſtolis, quas ille, obſcuriorum Auctorum titulo euulgauit. Præterea Hermannus Comes Nouenarius, anno 1519. in Comitijs Francofurtenſibus, Carolo Auſtriaco electo Romanorum Regi nomine ſtudioſorum Germaniæ gratulans, in hæc verba contra noſtrum Iacobum erupit. *Fraterculos quoſdam magnis titulis inſanientes, iube ſuorum cænobiorum curam gerere. Iube Domi Fratribus ſuis regendis operam impendere: ſacris faciendis inuigilare &c. vnica, crede mihi peſtis eſt in Germania Iacobus Hoeſtratus &c. Homo, præter ingentem ſuam audaciam, inſigniter imprudens, atque temerarius. Omnes interroga, ſi libet, per Germaniam doctos viros. Omnes leſit, omnibus æquè infeſtus eſt.* Quin & perfidus Eraſmus *lib.* 19. *epiſt.* 13. ad Ioannem à Laſco Geſnenſem Præpoſitum, dum hoſtium ſuorum aliquos periiſſe congaudet, eiſdem noſtrum Inquiſitorem Fr. Iacobum annumerat, quem *huius tragœdiæ coriphæum ait*. Tam erat exoſum perfidis illis Diaboli filijs Inquiſitoris huius nomen. Hæc habet Miræus *de Scriptoribus ſeculi* 16. *cap.* 34. *de eo. Strenui, fortis, & infracti animi, quique ſuæ profeſſioni nequaquam defuit: niſi quòd, pro ſeculi illius infelicitate, non ſatis forſitan politiore litteratura tinctus, illius æui ſciolis calumniandi dederit occaſionem. Eccleſiaſticæ diſciplinæ in fugandis, arcendiſque hereticis tum naſcentibus, vique irrumpentibus plurimos annos vigili cura, atque indefeſſo ſtudio præfuit. Quo factum, vt & hæreticorum, & hæreſeos nouitati fauentium acerbiſſimum in ſe odium concitarit. Fuit autem inter primos, qui in voluptuariam Lutheri ſectam calamum acuerunt.* Hæc Miræus. Edidit in lucem F. Iacobus præſtantiſsima ingenij ſui, & chriſtianæ pietatis monumenta, Coloniæ ferè omnia euulgata.

Margaritam Theologiæ moralis.

Apologiam in deſtructionem Cabalæ, ſeu Cabaliſtæ perfidia lib. 4. aduerſus Io. Reuchlinum, Leoni X. Pont. Max. an. 1518. in 4. dicatam, impreſſam apud Quintelium.

Contra Dialogum de cauſa Reuchlini falsò inſcriptum Gregorio Benigno Archiepiſcopo Nazareno.

Apologias aliquot contra Reuchlinum.

Acta iudiciorum inter eum, & Reuchlinum impreſſa Haganoę 1518.

Defenſionem Principum Alemaniæ aduerſus Petrum, & Rauennatem 1. quòd ſceleratos inſepultos in ligno detineant.

Iuſtificatorium Principum contra eundem.

Aduerſus petentes auxiliū à maleficis.

Contra Presbyteros concubinarios.

De Purgatorio. Antuerpiæ an. 1526. in 8: impreſ.

De Chriſtiana libertate tractatus 5. contra Lutherum. Ibidem 1522. in 8. euulgatum.

De Fide, & operibus.

Dialogum de veneratione, & innocatione ſanctorum, impreſſum anno 1524.

Contra 8. Lutheranorum blaſphemias.

Colloquiorum cum D. Auguſtino libros VI. contra Lutherum typis Quintelianis an. 1524. *impreſſum.*

Tandem cum bonum certamen certaſſet, repoſitam ſibi coronam iuſtitiæ conſequutus eſt die 21. Ianuarij anni 1527. Senex exceſſit è viuis Coloniæ Agrippinæ.

Huic nec mortuo parcentes hæretici, hoc ſcriptum eius tumulo affixere:

Hic iacet Hoc ſtratus, viuentem ferre, patique.

Quem potuere mali, non potuere boni.

Veriùs tamen maledictus Poeta (inquit Miræus in Elogijs Belgicis) protuliſſet diſtichon ſuum:

Hic iacet Hoc ſtratus, viuentem ferre, patique, quem potuere boni, non potuere mali.

Fontana *in Theatro p. 3. cap. 3. tit.* 29. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. illuſtr. p. 2. lib.* 4. Poſſeuinus *in Apparatu ſacro part.* 2.

VINCENTIVS MAYNARDVS, ſiue de Bartolis Sangeminianenſis, multis naturæ donis ornatus, vir eruditus, prudens, ac grauis in Theorica, poeſi, atque græca lingua verſatiſſimus, diuini verbi celebris præco, dixit in primis Italiæ vrbibus. Coram Leone X. & Clemente VII. ſumma cum laude pluries declamauit. S. Th. Magiſter, Generalis Garſiæ de Loayſa Socius, comeſque peregrinationis, ac viſitationis. Tandem Procurator Generalis, & Ordinis Vicarius, qui poſt flagellum vrbis ab exercitu cæſareo deceſſit vita. Scripſit.

Vitam S. Antonini Archiepiſcopi Florentini.

Item iuſſu Clementis VII. edidit officium eiuſdem S. Archiepiſcopi, quo noſtra Religio vtitur, & Miſſā cum cantu. Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Olmeda *in vita* Garſiæ, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib.* 4. Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. & de Rom. Prou. Poſſeu.*

IACOBVS MINVTVLVS, Neapolitanus, nobilis è Capuano Sedili, inſignis S. Th. Magiſter, Decanuſque Collegij Neapolitani, moribus, vitæ Sanctimonia, ac literis floruit. Scripſit:

Plura doctiſſimè.

Vallus *in Compendio p.* 4.

IOANNES MENSIAGVS moderator Prouincialis per Saxoniam. Scripſit teſte Miræo *de Script. ſæculi 16. c.* 34.

Contra Lutheri librum de abroganda Miſſa. Hoc anno 1527.

Item *Duos libros de Sacerdotio Eccleſiæ Chriſti.* Coloniæ 1532.

GVLIELMVS PEPINVS, Gallus, S. Theologiæ profeſſor, religioſique Conuentus Ebrojcenſis (quæ ciuitas eſt in Normannia), noſtri Prædicatorij Ordinis alumnus, & incola, concionator facundiſſimus, & ardens, cui parem, temporibus ſuis, Gallica lingua non habuit. Theologus celebris Pariſienſis, vtriuſque iuris doctiſſimus, & maximè ciuilis. Humilitate illuſtris.

Ex hac vita ad meliorem migrauit vir vndequaque ſpectabilis anno ſalutis 1527. Miræo verò an. 1529.

In aſpectum, & lucem produxit operam dans vigilijs.

Opuſculum de ſecretis ſecretorum, alias de Aduentu Dominicæ Incarnationis.

Lecturam ſcholaſticam ſuper quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ.

Item librum de imitatione ſanctorum pro eorum feſtis Anniuerſarijs. Venetijs. anno Dom. 1589. & pleraque alia, præſertim ſuper Biblia: at ſemper ad modum ſermonum, vel concionum.

Scripſit ſuper Geneſim, & Exodum ad modum concionum.

Super epiſtolas, & euangelia totius anni.

Super librum Ionæ Prophetæ, ſeu deſtructionem Niniuis; hoc eſt, omnis generis vitiorum.

Compendium Doctorum, in quo proceſſit ſecundum ordinem Alphabeti.

Elucidationem in Confiteor, in qua, quæcumque ad confeſſionem, ad peccata cordis, oris, operis, & omiſſionis, ad contritionem, & ad ſatisfactionem ſpectant, explicantur. Venetijs 1588. apud Io: Antonium Bertanum in 8.

Quadrageſimale. Venetijs 1588. *ex Ioannis Antonij Bertani typographia in* 8. antea verò ibidem apud Gratioſum Percacinum anno 1569. & anno 1575.

Expoſitionem ſeptem Pſalmorum pœnitentialium. Venetijs apud Ioannem Antonium Bertanum 1587. in 8.

Hæc ſcholaſtica lectura eſt iuxta quadruplicē diuinę ſcripturæ ſenſum, rudiquidē, & inculto ſermone, ſed artificioſa induſtria cōcinnata, declamatoribus diuini verbi vtilis, in qua primū omniū diuiſo quolibet libri capite in tres, vel quatuor, vel plures clauſulas, quam libet earum nudè, & apertè iuxta hiſtoriam explicat, adiectis ſub finem eiuſdem hiſtoricæ explanationis, multis non contemnendis quæſtiunculis: quibus expletis, eandem iterū clauſulam tribus, aut quatuor, vel interdum ſex, aut octo diuerſis moralibus expoſitionibus enarrat. Et rurſum poſt has ad eiuſdem clauſulæ expoſitionem tres, aut quatuor allegoricas interpretationes ſubnectit; quas tandem in vnicam anagogicam explanationem concludit, omnia in Chriſtum, tamquam in finem retū omniū, referendo.

Roſarium aureum B. Mariæ Virginis, quo 50. eius prærogatiuas ſub appellatione Roſarum deducit; & deſcendendo ad mores, & praxim, oſtendit, quomodo debeamus coronare noſmet ipſos prædictis roſis, ſeu prærogatiuis. Poſt quemlibet denarium numerum roſarum albarum, deſignantium ipſam Dei Genitricem Mariam, ſubiungit roſam vnam rubeam, quæ deſignat aliquod myſterium Chriſti paſſionis. Opus continet conciones quinquaginta.

Item, *Roſarium paruum B. Virginis, habens conciones VII. quod inſcribitur Salutate Mariam, ſuper illud Apoſtoli ad Rom. 16. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis.*

Inſuper *Conciones B. Virginis*. Quæ omnia eruditiſſima opera ſæpius Venetijs, Pariſijs, Lugduni, & Coloniæ ad publicam vtilitatem recuſa ſunt. Ex Sixto Senenſi *in Bibl. Sancta*, Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro*, ex Alphonſo Fernandez *in Concert. Præd.* Marrac. *in Bibl.* Mar. Luſitano *in Bibl.* Seraph. Razio, Ambroſio Gozzeo, & Plodio *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.* Miræo *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 36.*

AVGVSTINVS NALLIVS Raguſinus vir fuit doctiſſimus, in pluribus Ordinis ſtudijs Regens, à Thoma de Vio Caietano Generali magiſtro in maxima exiſtimatione habitus, à quo cum Bononienſis Generalis ſtudij Regens eſſet, delectus fuit inter ceteros Ordinis doctiſſimos viros, vt ad Piſanum Conciliabulum accederet; Illudque facundo ore, & calamo impugnaret, & proſterneret, velut Iulij II. Pontificis Maximi partibus cum alijs duobus ex noſtris, Matthæo de Lulmo Prouinciali Lombardiæ, deinde Epiſcopo Laodiceno, & Bartholomæo Rondanino Fauentino, ſuſceptis, effecit. At de hoc an. 1511.

Nallio ipſemet Caietanus mandauit, vt ſua in Summam D. Thomæ cōmentaria corrigeret. A Iulio II. anno 1512. creatus fuit Epiſcopus Mercanen. & Tribunen. in Sclauonia. Quieuit in Domino doctiſſimus Paſtor, decus Reipublicæ Raguſinæ an. 1527.

Reliquit pro noſtra Bibliotheca ſui ingenij *præclaras Annotationes in D. Thomam*. Plodius *p. 2. lib. 4.* Razzius, Gozzeus, Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5, tit. 380. num. 6.*

An-

Anno 1528.

FRANCISCVS SYLVESTER, Ferrarienſis plures annos Bononienſe ſtudium rexit, & ſolemniſſimis diſputationibus clarum ſe fecit. Callebat linguam græcam, muſicam, & ſacros canones.

Illuſtrauitq; clariſſimis commentarÿs Quatuor *Libros ſancti Thomæ contra Gentes*. Venetijs apud Hæredem Hieronymi Scoti 1589. in folio, Lugduni 1567.

Libros Phyſicorum: Venetijs 1601. apud Hæredes Hieronymi Scoti, in folio:

Tres libros de Anima. Venetijs 1601. apud hæredes Hieronymi Scoti in folio.

Libros Poſteriorum Ariſtotelis.

Tandem ad Vicariatũ Ordinis promotus, vir egregia forma, principibus, atque magnatis gratus anno 1525. in capitulo Romano ad Magiſtratum Ordinis XL. vnanimiter aſſumptus fuit, & licet corpore grauis, Prouincias tamen Ordinis viſitando Iuſtrauit ex officio reſtituendæ vitæ regulari, quam in congregatione Lombardiæ à puero imbiberat, pro viribus intendens, ſicque in Cõuentu Rhedonen. in Gallijs mortuus eſt 24. Septembris 1528. ei in prædicto conuentu iam iam ex corporis vinculis diſceſſuro Sacramenta miniſtrauit, vltimaque pietatis officia exhibuit P. F. Iuo Mayeuc Dominicanus vitæ ſanctimonia præſtantiſſimus. Hic in Diæceſi Leonenſi natus, apud Montem Relaxum Dominicano habitu induit, cumque doctrinæ, ac pietatis lac in eo ſuxiſſet, probitate virtutis adeo enituit, vt Anna Regina Dux Britanniæ eum à ſacris confeſſionibus ſibi aſciuerit, cuius patrocinio ad ſedem Rhedonenſem in Gallia euectus fuit à Iulio Papa II. die 29. Ianuarij an. 1506. Apud Carolum VIII. ac Ludouicum XII. Regem eodem confeſſarij munere functus fuit; atque in huius exequijs Lutetiæ funebrem orationem habuit. Exceſſit hic pius Paſtor anno ætatis LXXIX. die 20. Septembris reparati Orbis 1541. in cathedrali conditus miraculis claret, vbi à fidelibus colitur, vt Beaius. Gall. Chriſt. *tom.* 3. Le-Febutè in Manuali hiſtorico an. 1541. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 489. Mireus *de Scriptor. ſæculi* 16. *cap.* 35. Obijt Franciſcus an. ætatis ſuæ LIV.

Fuit quidem vir cum doctrina, tum vitæ ſanctimonia illuſtriſsimus.

Complexus eſt ſex voluminibus vitam Beatæ Oſannæ Virginis religioſiſſimæ, quæ maxima veneratione ob inſignem ſanctimoniam, & miraculorum gloriam etim nunc hodie Mantuæ colitur. Ex Martyrologio Dominicano. Fuerat Franciſcus Syluester Beatæ à ſacris confeſſionibus.

Scripſit etiam *de libertate Euangelica aduerſus Chriſtianæ religionis* recentes calumniatores. Pariſijs apud Ioannem Bonhomme 1552. Antonius Poſſeuinus *in Appar.*

HIERONYMVS de HIPPOLYTO Monopolitanus doctrina, & moribus illuſtriſsimus, inter doctiſsimos ſui ſæculi viros meritò computandus, in Neapolitana, & Patauina Vniuerſitate publicus magiſter. Die 8. Ianuarij anno 1528. à Clemente Papa VII. renunciatus eſt Archiepiſcopus Tarentinus. Poſt ſex menſes Viterbij menſe Auguſto anno 1528. mortem obiuit, ac ſepultus eſt in noſtra Eccleſia S. Mariæ ad Gradus in communi fratrum ſepulchro. Venetijs deinde in Conuentu SS. Ioannis, & Pauli, vbi dominicanam profeſsionem emiſerat, talem honorificam inſcriptionem obtinuit.

Frater Hieronymus de Monopoli
Archiepiſcopus Tarentinus
Inſignis Doctor Ord. Prædicat.
Huius Conuentus filius
Obÿt M.D. XXVIII.

Vghellus *Ital. Sacra tom.* 9. Fontana *in Theatro* 1. *p. c.* 4. *tit.* 98. *num.* 3.

Fuit Prior Prouincialis Prouinciæ Regni, eloquentiſsimus in orcheſtris, & extra. Aedificauit hoſpitale S. Mariæ de Incurab. Neapoli: Obijt anno 1527. vt legitur in epitaphio Venetijs in Eccleſia S. Ioannis, & Pauli. Plura ſcripſit. Inter cetera.

Com-

Commentaria, & quæſtiones ſuper Metaphyſicam Ariſtotelis.

Tractatum ſuper ſymbolum S. Athanaſij:

Librum de neceſſitate bonorum operum aduerſus Zuinglium. Neapol 1539.

Librum de veritate Sacramenti Altaris. Ad Paulum III. prodijt è typis Neapoli 1539.

Super Meteora Ariſtot.

Leander *in Italia*, Luſitanus *in Bibl.* Prou. Apuliæ Relat. Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib.* 4. Poſſeuinus *tom.* 2. Vallus *in compend. p.* 4. de hoc ita D. Antonius Caracciolus in vita S. Caietani Thien. & Grauinæ *vox turt. p. 2. cap.* 23. *Neapoli inſanabilium Neſocomium, à Maria Franciſca Longa conſtrui ceptum eſt adiuuante concionatore quodam Monopolitano Dominicanæ familiæ, qui & F. Hieronymus nuncupabatur.*

Cui nos comprouinciali chariſſimo, deque vtraque Apulia, Salentinis, & magna Græcia optimè merito elogiolum appoſuimus.

D. O. M.
Hieronymo de Hypolito Monopolitano,
Archiepiſcopo Tarentino:
Moribus illuſtriſſimo, & doctrina,
Inter doctiſſimos ſui ſæculi viros
Meritò computando.
In Neapolitana, & Patauina Vniuerſitate
Publico Præceptori,
Theologo ſummo,
Prædicatori eximio,
In rebus magnis agendis
Conſilio, prudentia ſingulari.
Vindici Hæreticorum acerrimo,
Cuius verbis
Flagrantiſſimus candor animi reſpondebat.

THOMAS CAXANVS, Florentinus, vir admirabili ingenio, Prædicator eloquentiſſimus, ſcripſit:

Librum ſermonũ inſcriptum *ſermones extrauagantes*, qui aſſeruatur Florentiæ in noſtra bibliotheca S. Marci. Extremũ clauſit diem die 2. Maij currentis anni 1528. in Vrbeueteri, Michael Pocciantius, Plodius *de viris illuſtribus p. 2. lib.* 4 Lucarinus, & Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6.

ANTONIVS de VIO Caietanus, conſobrinus Eminentiſſimi Card. S. Xyſti F. Thomæ de Vio, S. Th. Magiſter celeberrimus, plures annos docuit Metaphyſicen in Vniuerſitate Neapolitana. Functus eſt officio Baccalaurei in Conuentu S. Dominici dictæ vrbis. Anno 1511. ab Eminentiſſimo conſanguineo ſuo F. Thoma de Vio, qui erat Magiſter Ordinis Generalis, miſſus fuit lectum Pariſios, vbi legens, ac diſputans glorioſum adeptus eſt nomen. Bis decanus fuit Collegij Theologorum Neapoli. Bis etiam iniuit faſces Prouinciæ Regni: primùm anno 1510. iterum anno 1527. Obijt die 25. Nouembris 1528. in Conuentu S. Dominici de Neapoli Prior Prouincialis Prouinciæ Regni anno primo, plenus ætate tempore Prioratus F. Petri Maratti de Caieta. Ex tabella Regij Conuentus S. Dominici de Neapoli.

Scripſit *Commentaria ſuper Logicam, vniuerſam Philoſophiam, & Metaphyſicam Ariſtotelis.*

Edidit quoq; plures tractatus Theologicos.

Mentionem fecerunt de eo Leander Albertus *de vir. ill. Ord. Præd. lib.* 4. Vallus *in Compendio p.* 4.

PAVLVS de LEONE Hiſpanus S. Th. Magiſter, famoſus, & feruidus apud Aſtures, & Legionenſes concionator, vita religioſiſſima fuit, ſcripſit:

Librum de tribus virtutibus theologalibus.

Item librum, cui titulus *Guia del Cielo*; ſiue de virtutibus, & vitijs, ex ſecunda ſecundæ D. Thomæ. Ex officina hæredum Ioannis Brocardi 1553. in folio. Hic liber diuerſus eſt ab illo, qui tantum de tribus virtutibus theologalibus, ſcilicet de fide, ſpe, & charitate, tractat.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtribus p. 2. lib.* 4. Alphonſus Fernandez, *Bibl. Hiſp. p. 2. fol.* 128.

Obijt ante annum 1528. nam Ioannes Guernica Ordinis noſtri Salmanticæ in Conuentu S. Stephani dicto anno 1528. exſcripſit Autographum Autho-

thoris iam prædefuncti, ex quo manu ſcripto deinceps ad nos emanauit editio allegata.

Anno 1529.

HIERONYMVS QVIRINVS vir exemplaris, & doctus, fuit Venetijs Patriarcha IX.

Hoc anno 1529. Spiræ, in publico imperij conuentu, primùm orta eſt Proteſtantium appellatio. Hoc nomine deſignantur ij, qui ab Eccleſia Romana deſciuerunt, quoniam ab ipſis in Synodo iſta Spirenſi exhibita fuit proteſtatio, vt dicunt, ſuper negotio Religionis.

Anno 1530.

IO: à PEDRAZZA, Hiſpanus, ex illuſtriſſima Ducum de Infantado familia, magni nominis Theologus, Prouinciæ Bæticæ, S. Theologiæ magiſter, publicè docuit in Vniuerſitate Conimbricenſi horis promeridianis ſumma cum laude. Canarienſis Epiſcopus ad Caroli V. præſentationem creatus eſt circa annum 1525. præfuitque huic Eccleſiæ laudabiliter vſque ad annum currentem 1530. cui muneri, ætate iam defecta, prudenter renunciauit, Scripſit.

Confeſſionale, ſiue Summam caſuū conſcientiæ. Toleti an. 1567. Salmanticæ eodem anno & 1570. per Ioannem Baptiſtam de Terranoua. Valentiæ 1568. in 8. Compluti eodem anno, ad Iulianum de Alua Epiſcopum Mirandenſem, cuius nutu hoc opus Auctor, vt ipſe teſtatur, compoſuit.

Prodijt Venetijs apud Georgium Angellierum 1584. in 8. Italicè cum hac inſcriptione,

Inſtruttione per confeſſori.

Fernandez *in Epiſcopis hiſp.* Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 129. num. 3.* Luſitan. *in Bibl. & in Chron.* Plodius *de viris ill. p. 2. lib. 4. Bibliotheca Hiſpana* Nicolai *tom. 1. fol. 579. col. 1.*

NICOLAVS COLVMBVS Peruſinus, in quo prudentia doctrinam, & morum probitas religioſitatem ſubſequuta ſunt. In omnibus vitę ſuæ actibus ſemper inſignis, ſcripſit:

Lucubrationes plures eruditas ſuper ſacram Scripturam. Obiuit ſub Clemente VII. circa hunc annum 1530. Lucarinus, Fontana *de Rom. Prouin. cap. 6.*

BERNARDVS LVCEMBVRGENSIS, alter ab illo receſſito anno 1440. eximiæ vir integritatis, atque eruditionis, qui calamo, publicis concionibus, necnon probitate vitæ ſibi catholicos, qui in Germania ſuperarunt, deuinxit. ſcripſit:

In laudem Sanctiſſimi Patriarchæ Ioſephi, Sponſi Virginis Matris.

Librum quoque de Purgatorio. In lucem prodijt Coloniæ, & alibi anno 1510.

Catalogum item hæreticorum omnium ad annum Chriſti vſque 1530.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 228. circa mediū.*

ALBERTVS de AGVAYO, natione Hiſpanus, ſæcularis doctrinæ, ac ſacræ ſatis peritus.

Dedit hiſpanicum illud opus inſigne.

De la conſolacion de Boetio. Hiſpali apud Ioannem Varela 1530. in 4. Ambroſius Morales in libello de Lingua hiſpanica non dubitauit hoc opus æquare latino illi Boethij. *Bibl. Hiſpana* Nicolai *tom. 1. fol. 5. colum. 1.*

Eius præter citatos meminit Hyacinthus de Parra *in breuiori Catalogo de Scriptoribus noſtri Ord. m. s.*

MATER CLARA GAMBACVRTA Piſana floruit iam pridem in Ordine noſtro. Sanctimonialis quidem admirandæ orationis, & abſtinentiæ, ceterarumque virtutum cultrix circa hæc tempora (vt puto) ſoror eiuſdem Monaſterij, eius præclariſſima geſta collegit. Ita Siluanus Razzius *de Sanctis Tuſciæ fol. 647*, Hyacinthus *de Parra in breui Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

PETRVS ATRAVANENSIS, Theologus, Canoniſta, & Poeta cultiſſimus edidit metricè ſcriptam.

Summam de fuga vitiorum, quæ perutilis eſt. eam Toloſani Typographi anno 1520. excuderunt Toloſæ Antonius Maurinus, & Gaſto Recolenus.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus

in

in Apparatu Sacro at non habetur quo-to floruerit anno.

ARNANDVS à BELLOVISV, natione Hiſpanus, Bareinonenſis Cænobij filius, vir doctus, ac diuinorum librorum interpretatione præclarus, cuius cum laude meminerunt Franciſcus Diagus *in Hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ lib. 2. cap. 3.* Alphonſus Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccius *in Bibl. m.* Edidit.

Tractatum de Conceptione B. Virg.

Fuit Regens in almo ſtudio Bononienſi apud F. Prædicatores. Claruit circa an. Natiuitatis Dominicæ 1530.

CHRYSOSTOMVS IAVELLVS Canapitius, natione Italus, Pedemontanus, vir incomparabili penè ingenij felicitate præditus, Philoſophus, & Theologus longè eruditiſsimus, cum clariſsimis ætatis ſuæ hominibus in omni diſciplinarum cognitione iure optimo conferendus, ſtylo clariſsimo, profundo, cuius opera lac incipientibus, cibus verò firmiſsimus doctis. Fuit Regens Bononiæ, & euulgauit.

In vniuerſam LogicamCommentaria.

In octo libros Phyſicorum.

In quatuor libros de Cœlo.

In duos de Generatione, & Corruptione.

In tres priores Meteoror. libros.

In tres libros de Anima.

In parua naturalia.

In duodecim libros Metaphyſica.

Tractatum de tranſcendentibus.

Commentaria in librum de Cauſis.

Quæſtiones in octo libros Phyſicorum.

Quæſtiones in libros tres de Anima.

Quæſtiones in duodecim libros Metaphyſica.

In Ariſtotelis decem Ethicorum libros.

In eiuſdem Politicorum libros octo.

In eiuſdem Oeconomiam lib. 2.

In moralem Platonis Philoſophiam.

In Politicam Platonis.

De Ethica, ſeu de Morali Chriſtiana Philoſophia octo diuiſa partibus.

De Politica Chriſtiana in ſex diuiſa tractatus.

De Oeconomia Chriſtiana in ſeptem tractatus diuiſa.

Expoſitionem in primum tractatum primæ partis D. *Thomæ, nempe à quæſt.* 1. *vſque ad* 13. *incluſiuè.*

Tractatum de Prædeſtinatione.

Tractatum de Trinitate.

Eruditiſsimum opuſculum de Sacram. matrim.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 320.*

Primus tomus Iauelli primò editus eſt Lugduni in Gallia à Philippo Tingio, & Iunctis; deinde reliqua opera ſecundo tomo 1574.

DOMINICVS BVCHIVS, ſiue Buchia, Dalmata, patria Catharenſis, Theologus non vulgaris, vita integerrimus, & in euoluendis libris ſacris aſsiduus, luci conſignauit.

Commentaria ſuper Pſalmos Pœnitentiales ſingulis adiungens quaſdam deuotas precatiunculas. Opus incipit: Mãna caleſte

Commentaria in ſalutationem Angelicam.

Scripſit etiam ſuper Epiſtolas Dominicales totius anni.

Item *Expoſitionem in quatuor Cantica Noui Teſtamenti, nempe in Magnificat: in Benedictus Dominus Deus Iſrael: In Nunc dimittis ſeruum tuum, & in Te Deum.* Venetijs ex officina D. Bernardini 1537.

Claruit anno nati Saluatoris 1530. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Præd.* Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sancta*, Marraccius *in Bibl. Mar.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Miræus *de Scriptoribus ſæculi XVI. cap. 37.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro, & in Appendice*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

ANGELVS MARTINI Raguſinus eruditus Poeta, ac Grammaticus ſcripſit.

Methodum grammaticalem.

Multa carmina in varijs materijs.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtrib. p. 2. lib. 4.*

ANTONIVS BRIXIENSIS ſecũdus, alius ab illo, de quo ſcripſimus an. 1492. Prædicator fuit percelebris, & edidit.

Volumen variorum ſermonum.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.*

IACOBVS PETRARVM.

Scripſit multa egregia opera, ſed quæ, Leander Albertus in Deſcriptione Italiæ non expreſsit, neque tempus, quo floruit.

Leander Alb. Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p.2.lib.* 4.

PETRVS COVARRVVIVS, natione Hiſpanus, patria Caſtellanus, S. Theologiæ Magiſter, ègregius ſui ſæculi concionator. Burgenſem laudabiliter egit Priorem. Hunc virum in Theologiæ ſtudijs præclarè verſatum, inſignemque diuini verbi eccleſiaſtem appellat in Concertatione Prædicatoria Alphonſus Fernandez. Sermones, quos vernaculè ad populum habuerat è ſuggeſtu, in latinam linguam conuertit, hoſq. poſtea obtulit prælo Alexander Geraldinus Epiſcopus Vulturenſis duobus tomis.

Volumen primum ſermonum hiemalium.

Secundum, ſermonum æſtiualium.

Hæc recognouit ſummus vir, noſter Fr. Franciſcus de Victoria, & deinde Pariſijs prodierunt ex officina Badij anno 1520. Ad D. Petrum Fernandez de Velaſco Hari Contis Eneci, Caſtellæ magni Conteſtabilis filium.

Edidit *etiam de Reſtitutione libros quinque.*

Hiſpanicè typis commiſit.

Remedio de iugadores. Burgis 1519. in 4. apud Antonium Poſſeuinum *in Apparatu ſacro titulus ſic habetur*:

Inſtitutio eorum, qui luſorijs chartis, ſiue talis, ſine alia ratione ludunt. Quæ Italicè reddita edita eſt Venetijs apud Vincentium Valgriſium anno 1526.

Item *Memorial de pecados, y penitentes.* ibidem apud Federicum Aleman 1517.

Placida morte diſceſsit è viuis in oppido, quod Hiſpani vocant Bilbao anno 1530.

De eo Ioannes Marieta, Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis pag.* 201. & 202. Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 37. Plodius *de viris illuſtr. par.* 2. *lib.* 4. Bibl. Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 149. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m.s.* Fernandez.

Anno 1531.

CORNELIVS SNEKIS, alijs Snecanus, natione Friſius, Cõuentus Roſtochienſis in Ducatu Megalopolitano, quondã Prior, Prouincialis Prouinciæ Saxoniæ, Franciæ, Poloniæ, ac Congregationis Holandiæ Vicarius Generalis, quem eccleſiaſtem facundum, eruditum, feruidum, omniumque diſciplinarum cognitione conſpicuum appellat in ſua Concertatione Prædicatorum Alphonſus Fernandez. ſcripſit inter cætera:

Aduerſus Sebaſtianum Polonum Lutherani dogmatis propugnatorem.

Sermones ſynodales, quos in diuerſis Eccleſijs cathedralibus habuit.

Item ſermones aliquos habitos in admiſſione Nouitiorum ad Ordinem.

Omnia opera Snekis in Bibliotheca Ordinis noſtri Leouardiæ aſſeruabantur.

Sermones XXI. *de Fraternitate Roſarij B. Mariæ Virgis*, qui cum adiunctis à Badio, Lutetiæ euulgati ſunt anno 1514. in 4. & Roſtochij.

Tractatus de Serto Roſaceo B. Mariæ, Legitur Louanij ad S. Martinum.

Obijt Leouardiæ anno 1531. die 14. Septembris, vt in *Bibliotheca Belgica* teſtantur Val. Andreas, Marraccius *in Bibl. Mariana*, Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 21. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

PETRVS PENNENSIS, Aprutitinus, alumnus eiuſdem Prouinciæ Sãnij diuinę, ac ſæcularis philoſophię illuſtris.

Edidit librum capita 22. *continentem de terra Sancta quomodo perdita fuerit, & de modo, quo poſſet recuperari.* Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Leander Albertus *lib.* 4. *de viris illuſtr.* Vallus *in Compend. part.* 3.

Anno 1532.

DOMINICVS à MORTARA Morteto, ſiue Mortario eruditiſsimus, Pater ſedulus, & induſtrius. edidit:

Indicem copioſum ſuper opera Capreoli.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in App. prima ad tom.* 1. *Appar. ſacri.*

HIERONYMVS BALBVS, Venetus, Corſenſis Epiſcopus euulgauit *Librum de Coronatione Imperatoris ad Carolum V. Imperatorem; ac ſimul de* Pontificia poteſtate.

Commendatur á varia lectione, atque eruditione.

Ita Nauarrus *in cap. nouiter de Inditijs notabili* 3. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. Luſitanus *in Bibl. pag.* 116. Fernandez, Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Anno 1533.

HVMBRICVS, ſiue VMBRICVS ignotus patria, & cognomine, ſcripſit:

Libros ſeptem de proprietate rerum. Bernardus Lucemburgenſis *in Catalogo hæreticorum lib.* 1. *c.* 1. Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 2. & 4.

IACOBVS IROSQVE, Hiſpanus, Aragonenſis, S. Th. Magiſter, ſcholaſticus, & in ſcripturis peritiſſimus edidit.

Librum, cui titulus Concordantias in quatuor Euangelia.

In Geneſim.

In Exodum.

In Leuiticum.

In Numeros.

In Deuteronomium,

In Epiſtolas D. Pauli,

Et ſuper alios libros ſacræ ſcripturæ, quos morte præuentus non potuit abſoluere. Luſit. *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

Anno 1534.

THOMAS de VIO, ſiue Vius (vt habet Sixtus Senenſis) ortus eſt Caietæ nobilibus ex parentibus videlicet ex Franciſco de Vio, & Eliſabetta de Siero nobilibus Caietanis an. 1468. die 12. Iulij in regenerationis lauacro Iacobi cõſequutus eſt nomen, quod in Religionis ingreſſu commutauit Prior in Thomam.

Eius mater, cum eſſet grauida, ſe per quietem viſa eſt in vtero continere paruulum, quem S. Thomas Aquinas ſacras litteras edocebat, edoctúque ſecum ducebat in Cælum. Sexdecim natus annos ad noſtrum Caietanum Conuentum, vt habitu indueretur, confugit. Factus religioſus in pietate, ac litteris mirum in modum profecit. Fuit enim non ſolum vitæ ſanctimonia clarus, ſed etiam ingenio, ac memoria feliciſſimus, ſubtiliſſimus dialecticus, Theologus admirabilis, necnon naturali, ac morali Philoſophia, ac omni ſcientiarum genere cumulatus. In Prouinciali Capitulo Ferrariæ habito 1490. ætate viginti duorum annorum cum eſſet, coram Hercule Eſtenſi, Ferrariæ Duce, ac F. Ioachimo Turriano Magiſtro Ordinis Generali adeo glorioſè, ac doctiſſimè publicè diſputauit cum celeberrimo, & doctiſſimo Comite Ioanne Pico Mirandulano, vt ſolus ſine exemplo communi voce ſacræ Theologię Magiſter fuerit acclamatus. Legit Veronæ, Bergomi, Brixiæ, Mantuæ, Venetijs, Papiæ, ac Mediolani. Patauij cum Trombetta, & Mauritio grauiſſimis, & præſtantiſſimis viris pluries ſumma cum laude congreſſus eſt, & cum illis docuit annis pluribus, ad quem tanquam ad Oraculum Orbis auditores confugiebant. Ludouico Sfortiæ Duci Mediolanenſi extitit charus, ad cuius inſtantiam Papiæ publicè interpretatus eſt acutiſſimè libros Sententiarum, & libros de Cælo, & Mundo. Anno ætatis ſuæ 33. Comitijs Generalibus Romæ celebratis anno 1501. non ſemel cum tanta admiratione Curiæ diſputauit, vt ex vnanimi Patrum ſententia, promouente quoq; Cardinali Oliuerio Carafa, Protectore Religionis, Procurator Generalis datus fuerit Ordini noſtro. Quo tempore per decem annos in Collegio Sapientiæ Romæ legit. A Vincentio Bandello Generalis Vicarius datus eſt, & Ioanne Claree Gallo ſublato, Magiſter Ordinis, quadrageſimum ætatis ſuę nondum egreſſus anno 1508. communi voto, propter ſingularem morum, & doctrinæ excellentiam eligitur Generalis. Anno 1509. die 25. Februarij, ætatis verò

rò ſuæ anno 41. (vt ipſe fatetur ibidem) in tres libros de Anima vltimam manum impoſuit commentarijs, quæ Cardinali Carafæ Oliuerio conſecrauit. Iulio II. ſedente, libellum de Poteſtate Papæ, & Concilij, in quo tantum fauit Romanæ Eccleſiæ, vt Piſanum, non Concilium; ſed Conciliabolum fuiſſe probauerit, euulgauit. Erat tunc Caietanus Magiſter Ordinis, cuius zelus eruditio; ac ſapientia in Lateranenſi Concilio, quod Leo X. anno 1515. habuit, adeo Summi Pontificis animum cæpit, vt deinde eidē Leoni X: ſemper acceptiſsimus fuerit, à quo S.R.E. Presbyt. Cardinalis Tit. S. Sixti die prima Iulij anno 1517. maximo totius Curiæ applauſu creatus fuit. Iam annum ætatis ſuæ L. attingebat. Sequenti anno 1518. die 8. Februarij Archiepiſcopus Panormitanus creatur. Poſtea *die 26. Aprilis Pontifex Maximus loco Cardinalis Farneſÿ Legati ad Maximilianum electum Imperatorem, & ad Regem Daciæ pro fœdere ſanciendo contra Turcas, creauit Legatum Cardinalem F. Thomam de Vio Tit. S. Sixti, voluitque quòd enſem benedictum eidem Imperatori deferret. Die 5. Maÿ F. Thomas de Vio Presb. Card. S. Sixti in publico Conſiſtorio fuit à Pontifice benedictus, atque more ſolito ad portam populi ſociatus.* Hæc in Act. Conſiſt.

Cū igitur in Germania eſſet Legatus à Latere, ex Leonis Pontificis decreto, perfidum Hæreſiarchā Lutherū ad dicendam cauſam coram ſe citauit, quē ad ſuos pedes prouolutum benignè ſuſcepit, efficaciſsimis rationibus ad deteſtandos errores induxit. At ſequenti die, quo id erat præſtiturus, in ſua pertinacia perſeuerans, Legato Cardinali obuiam factus, plurium hæreticorum ſequacium fretus auxilio, ac ſociatus, promiſſam deteſtationem faciendam contemnens, ad futurum Concilium appellauit, & ſequacium ſocietate munitus clam receſsit, ac in Saxoniam ad Ducem protectorem ſuum confugit.

Legatione peracta, in Vrbem reuerſus, à Leone Pontifice in publico Conſiſtorio benigniſsimè receptus eſt die 5. Septembris 1519. Eundemque in Lutheri cauſa, ac damnatione primarium miniſtrum adhibuit. Ita in Actis Conſiſt. 23. *Maÿ Card. Caietanus, licet valetudinarius, ad Conſiſtorium acceſſit ob grauitatem materiæ, quæ tractanda erat ob res Lutheranas.* In hoc Conſiſtorio interfuere etiam Magiſter Sacri Palatij Syluester de Prierio cū Nicolao Sciombergo Procuratore Ordinis noſtri, qui fuit Cardinalis, & alij. Expedita in Conſiſtorio Bulla contra Lutherum, lecta, & promulgata ſententia fuit à Magiſtro F. Cyptiano in Romana Sapientia publico Profeſſore ſacræ Theologiæ Ordinis noſtri. Anno 1519. die 19. Decembris Archiepiſcopatum Panormitanū ad Leonis pedes remiſit. Ita in Actibus Conſiſtorialibus. *19. Decembris 1519. Card. Caietanus reſignauit Archiepiſcopatum Panormitanum in manus Pontificis, quem ad petitionem Caroli V. D. Ioanni Corendelat Decano Briſuntino conceſſit.*

Renunciato Panormitano Archiepiſcopatu, ad patriæ ſedem euectus eſt à Leone Papa X. eodem anno, de quo Vghellus hæc habet. *Hic ille eſt alter Thomas, ingeniorum extrema linea, doctorum virorum miraculum, hæreticæ prauitatis terror, ſacrarum ſcripturarum lumen, ac fax, ſcholaſtici pulueris athleta inuictus, Thomiſticæ doctrinæ galeatus defenſor, ſincerioris doctrinæ propugnaculum, arx, ac promptuarium ſubtilium argumentorum, cathedræ demum ſplendor, ac decus, cuius adeo immortalia ſcripta ſunt, vt tamdiù videantur perennatura, quamdiù diuinam ſapientiam ſcholaſtica ſubſellia perſonabunt* &c. Hanc Eccleſiam vſque ad mortem retinuit.

Electo Hadriano VI. anno 1522. in Hungariam Bohemiam, Poloniam, nec non in vniuerſā Germaniam cum ingenti auri copia Legatus de Latere pro expeditione in Turcas habenda mittitur. Solymanus Turcarum imperator Pannoniam infeſtis armis Inuadere moliebatur. Dum iniuncto ſibi oneri totus incumberet, rapto è mortalium oculis Pontifice, à ſucceſſore Clemente VII. in Vrbem reuocatur.

Anno 1527. die 14. Maij Romæ ſub Borbonio in direptione Vrbis multas calamitates perpeſſus, quinque millium ſcutorum pretio propriam, ac quorundam aulicorum ſuorum libertatem redemit. Tandem ſtudijs, vigilijs, laboribus, ac ſenio confectus 4. Idus Auguſti, nempe S. Laurentio martyri ſacra ſequenti nocte ætatis ſuæ an. LXVI. ſcilicet anno 65. & dies viginti nouem, incarnationis 1534. ſanctiſſimè mortem obiuit. Sepultus eſt extra fores Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam; Cardinalatus anno XVII.

Cum Clemens Summus Pontifex in grauiſſimam, & à medicis deploratam ægritudinem incidiſſet, cæpit quoque Caietanus grauiſſimè ægrotare, quaſi ſe imminenti pontificatus oneri vellet ſurripere, ad quod communi omnium voto acclamabatur. Sicque morte ſua lætiſſimè Pontificis mortem præuenit.

Tanta erat in exiſtimatione apud Romanam Curiam, Principes, Pontificeſque Maximos Caietanus, vt in direptione Borbonica Vrbis, audiens Clemens VII. multos Cardinales vexatos, de eius ſalute anxius Pontifex dixerit. *Saluum ne eſt lumen Eccleſiæ?* Ita referunt P. Oldouinus è Societate Ieſu in illius vita, & Fontana *in Theatro p. 1. c. 2. num.* 28.

Plura doctiſſimè, & acutiſſimè ſcripſit, videlicet:

Cum adoleſcentiam ageret ſuper librũ de ente, & eſſentia D. Thomæ.

Super libros Poſteriorum Ariſtot. Brixiæ 1496. *die Natalis Domini, Aetatis ſuæ anno* XXVIII.

Super Prædicabilia Porphyrij, & Prædicamenta Ariſtotelis Commentarijs finem impoſuit 1498. die 9. Ianuarij in Conuentu S. Apollinaris in Suburbijs Papiæ.

Commentaria ſuper tres libros de Anima finiuit Romæ, cum eſſet Magiſter Generalis Ordinis anno ſalutis 1509. die 25. Februarij, ætatis ſuæ ann. XLI.

Vir, & Magiſter Theologus commentatus eſt Summam Sancti Thomæ. Cumque in Primam Partem doctiſſimus, & admirabilis in ſpeculabilibus haberetur, tam acutè deinde in Secundam Partem moralia tractauit, tam copioſè, exacteque Martini de Magiſtris argutias, & ratiocinationes enucleat, euellit, elidit; vt neſcias qua parte eum magis admireris.

Cardinalis renunciatus in Tertiam Partem proſequutus eſt Commentaria, quæ inceperat Generalis. Scripſit Opuſculorum quatuor tomos, videlicet:

Apologiam pro Opuſculo de Poteſtate Papæ.

De Maleficijs. De Cambijs. De Monte pietatis.

De Votis. De Vſura. de Eleemoſyna.

De conceptu Entis. De infinitate Dei.

De bonis per vſuram acquiſitis.

De Nouitijs. De Caſtitate.

De Pontificatu. De Simonia.

De celatione confeſſionis.

De Spaſimo Beatæ Virginis.

De eius Conceptione,

De nominum analogia.

De ſubiecto naturalis Philoſophiæ.

De Matrimonio.

De circumſtantijs diei feſti.

De potentia neutra.

De vſu ſpiritualium rerum in peccato mortali.

Reſponſ. ad quæſt. de voto & vnit. peccati.

De pollutione Confeſſarij, ex audientia confeſſionis.

An poſſint ſumi reliquiæ calicis poſt ablutionem.

An Sacerdos celebrans pro multis, ſingulis ſatisfaciat.

Plures Orationes in capella Pontificia dictas.

Edidit quoque: *Summam de caſibus è ſua patria Caietanam dictam, compendioſam, ac reſolutam, tamquam memoriale quoddam pro doctis.*

Scripſiſſe ſuper Metaphyſicam communiter fertur apud Plodium *de viris illuſtr. Ord. lib.* 4. Sed non reperitur. Diui Thomæ *Comment. in lib. Periherm. Ariſtot.* quæ morte præuentus non abſoluerat, Caietanus perfecit, & in integrum conſumauit.

Pentatheucum iuxta literæ ſenſum omnium difficillimum ex Hebræa, & Græca veritate nudo, breuique ſermone expoſuit. Ad Clementem VII. libros V. incipit:

Qua-

Quotidianam de diuinis.
Omnes libros hiſtoricos, qui de Canone hebræorum ſunt. Ad eundem Clementem VII. libros XI. videlicet. Romæ apud Antonium Bladum anno 1531.
In Ioſue librum vnum: *Diuo Hieronymo: Pater Beatiſſime.*
In Iudicum librum vnum: *Tempus ſenum. qui nouerant opera Dei.*
In Ruth librum vnum:*In diebus, &c.*
In Regum libros quatuor. *Et fuit vir, &c.*
Titulus tam libri huius. &c.
In Paralipomen. libros duos. *Circa titulum libri.*
In Eſdram librum vnum. *Principium hoc expoſitum eſt.*
In Nehemiam librum vnum. *Principium huius libri teſtatur.*
In Iob librum vnum: *Quemadmodum quinque libros Moyſi.* Romæ apud Antonium Bladum anno 153r.
In Pſalterium ad Clementem VII. Pontificem Max. librum vnum. *Diuinorum Pſalmorum.* Venetijs apud Lucam Antonium Iuntam anno 1530.
In Prouerbia librum vnum. *Expoſitis omnibus prioribus, & in Eccleſiaſten.* Romæ apud Antonium Blandum anno 1542.
Prophetas expoſiturus. tria priora capitula Iſaiæ tantùm expoſuit,reliqua præpeditus, expectata morte, non potuit abſoluere. Initium Eſaiæ; *Viſio Eſaiæ.*
In Matthæum ad Clementem VII. Pont. Max. librum vnum. *Romanæ ruinæ pars.*
In Marcum librum vnum. *Finito Matthæo.*
In Lucam librum vnum. *Completo Marco.*
In Ioannem librum vnum. *Ioannes vltimus Euangeliſta.*
Omnia Euangelia prodierunt Pariſijs apud Hieronymum Marnef, anno 1546. & Lugduni ann. 1574.
In Acta Apoſtolorum librum vnũ. *Primus &c. Lucas Euangeliſta.*
In omnes epiſtolas Pauli ad Carolum V. Aug. libros XIV. *Inter præclariſſimas animi.*
In epiſtolas Canonicas libros VII. *Non eſt vſquequaque certum:*
Ex varijs noui Teſtamenti locis Ientaculorum lib. VIII.
Occurrunt in primis. Exponutur in Ientaculis loca 64. inſignia noui Teſtamenti:
In totum vetus Teſtamentum nouam ex hebraico translationem.
In totum nouum Teſtamentum emẽdationem iuxta Græcorum codicum fidem. Eius opera cuſa ſunt Romæ, Pariſijs, Venetijs, Lugduni, Antuerpiæ, & alibi ſæpè.
Scripſerunt de tanto viro Luſitanus *in Bibl.* Plodius *lib. 4. inter Cardinales,* Spondanus *in Auctar. Acta. Conſiſt. ſupra citat.* Olmeda *in eius vita.* Alphonſus Ciacconius: Onuphrius Panu. Bartholomæus Spina Piſanus *in præfat. ad 2. 2. Sancti Thomæ* Hieronymus Ruſcelli *in epiſtolis ad Principes,* Ioannes Baptiſta Flauianus Aquilanus *in vita eius,* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliothec.* Alphonſus Fernandez *in Chronolog. inter Cardinales,* & de noſtræ Prædicatoriæ familiæ Scriptoribus, Fontana *in Theatro 1. c. 2. n. 28.* Vincentius Baronius, Index martyrolog. Ord. Præd. Vallus *in compendio par. 4.* Miræus *in Auctar. cap. 537.* eum vocans virum ſummi ingenij, nec minoris pietatis, Leander Albertus, Poſſeuinus, Bellarminus *de Scriptor Eccleſiaſt.* & ibidem Philippus Labbe, Antonius à Fonſeca Luſitanus, de quo anno 1542. & alij. Hunc communiter virum tam vitæ integritate, quàm ingenij præſtantia illuſtriſſimum, ſubtiliſſimum Dialecticum, Philoſophum admirabilem, incomparabilem Theologum, & inter eruditiſſimos ſui doctiſſimi ſæculi longè eruditiſſimum prædicant. Ob tot, tantaſque dotes, erat in vltima infirmitate Clementis VII. in animo Cardinalium aſſumere Caietanum ad Summum Pontificatum in euentu Pontificis mortis, quò (vt Poſſeuinus inquit) vota omnium vocabant; & promouiſſent planè, niſi mors præripuiſſet. Tradunt virginitatis decus inuiolatum perpetuò conſeruaſſe. Cum adhuc quindecim eſſet annorum, parentes, vt eum à propoſito religionis reuocarent, *etiam puellas,*

forma

forma conſpicuas, & cum affinitatibus, tum opibus, tum moribus, & gratia prapollentes, Thoma non omninò diſſimulanter obiectabant, ſi fortè illarum lenocinio, ad ſaculi amorem emolliretur. Bzouius *tom.* 19. *ann.* 1534. At operam perdiderunt: nam caſtiſſimus adoleſcens ſemper inhiabat Religioni, ac puritati. Moriturus petijt ſibi ſacroſanctam Euchariſtiam exhiberi. Vt allata fuit, tametſi fractis viribus eſſet, humi ſe deiecit, & cum lachrymis, ac admirabili pietate Dominum adorans ita loquutus eſt. *Tu verè es mortalium cibus, quem, qui piè ſumpſerint, numquam eſuriunt. Tu hinc abeuntibus prabes viaticum ſaluberrimum: te colo, te veneror, te adoro, te Deum eſſe confiteor: non eram dignus, vt intra meos lares venires, qui me, vel vno verbo ſanare potuiſſes.* Et poſitus in agonia hæc verba repetebat: *Domine tu ſciſti: Domine tu ſciſti.* Abraham Bzouius *tom.* 19. *anno* 1534.

Ambroſius Catharinus, neſcio quo liuore edidit in fratrem ſuum Annotationum, ſiue Inuectiuarum ſex libros valdè acres, quorum oportebat illum pudere.

Admonendi etiam ſunt tyrones primò (vt conſulit Expurgatorius Sandoualli) ex Indice, ſeu Catalogo Hæreticorum præmiſſo Tractatui Alfonſi de Caſtro contra Hæreſes expungendum eſſe, quod irrepſerat ſatis impiè nomen pientiſſimi huius Doctoris Thomæ de Vio Caietani.

Secundo ex Commentarijs eiuſdem in 2. 2. D. Thomæ Antuerpiæ excuſis 1567. apud Viduam, & hæredes Ioannis Stelphis *q.* 122. *ar.* 4. poſt *deferre crucem*, & huiuſmodi delenda ſunt, *ſed hac ſunt pars mali cultus.* Nam hæc verba fraude hæreticorum irrepſere, quemadmodum & ſequentia poſt illud, & ad Miſsam, & ad Veſperas etiam ſunt delenda. *Et hac etiam dubio procul ſunt omninò impia, & illicita*

Gabriel Prateolus Marceſſius quoque Doctor Pariſienſis, qui ſcripſit librum de vitijs, ſectis, & dogmatibus hæreticorum, Coloniæ 1569. 1581. in folio editum, caſtrandus eſt: nam temerario auſu in hæreticorum, & hæreſum Indice ex titulis lib. 18. & in ſequenti Indice ſucceſſionis Hæreticorum Centuria XIV. inter ceteros recenſuit Thomam de Vio Caietanum. Quare iure arguitur in Appendice 1. ad Indicem librorum expurgandorum Bernardi de Sandoual Card. Archiepiſcopi Toletani.

In Commentario in Epiſtolam ad Romanos ad illud capitis primi, *in ſalutem omni credenti* delendus eſt error ab hæreticis ſuppoſitus his verbis: *Sola fides exigitur ad ſalutem.*

Ego tanto Viro deuotionis ergo appoſui hoc.

E L O G I V M.

En à Sole Thoma ſol alter;
A. Sol quidem; at ſine Parelio:
Non dabitur tertius Thomas.
Thomas eſt: ſed ſecundus,
Anima tamen primi.
Caietam habuit patriam.
Præmonendus fueras (Lector)
Ne, patriam ignorando,
Hunc Thomam
Comprehẽſorum aliquem putauiſses
Vt illi,
Tam exactè ſcribit diuina,
Tam clarè.
Eſt ei Genus de Vio, ſeu de Via
Sed qui numquam deuiauit
Ab Ecliptica Præceptoris.
B. Ducitur puerulus à D. Thoma in
Cælum:
Hoc eſt,
Diſcipulus à Magiſtro in ſcholam,
C. Vt ibi Dei arcana videndo,
Ea non ſilentio conſignaret;
Semel ductus eſt illuc;
Ingenijs maximis
Lectio vna eſt ſatis.
Sed illa
Debuit eſse Angelica Caietano.
Nec enim erudiri ab homine potuiſset
Commentaturus Angelicum, &
Angelica:
Thomas Albertum Magnum
Nactus eſt feliciſſimè Præceptorem.
Thomas hic Aquinatem,
Sed è Cælis:
Angelica expoſiturus Eccleſiæ.
Vbi

Vbi; & à quo erat litteris imbuendus,
Quàm ab Angelo, & in Cælo?
D. Tunc planè ſcientiarum Abyſſus,
Thomas
Thomam traxit, & inuocauit Abyſsū.
Ductus eſt puer in cælum:
Tantam animam tellus
Non merebatur, vel fortè nō capiebat,
Exoſus mundum à puero,
Thoma comite, & conſultore
Fugam iniuit ad cælos;
Videlicet,
Eſt Sol reuerſus ad propria.
Adeo hac vnica lectione profecit,
Vt intellectum Angelicum poſthac
Aliquis gloſſatorum
Nec germaniùs, abundantiùs,
Preſſiùs, & profundiùs expoſuerit.
Luſtrato mente Olympo, exinde
Cæpit vitam æternam appetere ardentiſſimè.
Dominicanæ Religionis ex ouo,
Non Ledæ
In Cælum
Thomas, ſcillcet Geminus
Ad tempeſtates hæreſū propulſandas
Accerſiuit Geminum alterum,
Caietanum.
Vterque Thomas, & Geminus
Non plurium facierum;
Sed vnius tantum doctrinæ.
Prudentiſſimè
Oculatiſſimus animus
Nihil digni videns in terra,
In Cælum
Se contulit ad Magiſtrum.
Patauij
Aetatis ſuæ anno vigeſimo,
E. Quo ſubtiliſſima de Ente edidit
Commentaria,
F. Cum ſapientiſsimis diſputans Veteranis
Mauritio, & Trombetta,
Verbum non proferebat,
Quin non proferret myſterium.
Verbum omne diceres monſtrum,
Aetatis
(Viginti tantum annorum)
Naturæ
Magnitudine
Excedebat capacitatem:
G. Laboribus, & ſtudio ferreus,
Sed moribus aureus totus.
Ferrariæ
Aetatis ſuæ anno XXII.
Centum difficillima argumenta
A Pico Mirandulano
Sibi
In publica diſputatione propoſita
Ordine artificiosè inuerſo
Felicisſimè repetiuit.
Memoria tamen cū fuerit incredibili,
Suarum numquam meminit dignitatū.
Hoc vnum non eſt oblitus,
Se eſſe Religioſum.
Vultu fuit ſatis deformis.
Natura ſe totam implicuit
In animo efformando.
Fuit & ſtatura puſillus:
In huius formatione Natura;
Spiritus celſitudini
Extatica intendebat.
Spiritu ergo pulcherrimus, & celſiſsimus
Flocci faciebat hæc alia.
H. Anno XXIX. Aetatis ſuæ
Omnium admiratione, ac plauſu
Generalis
Datur Ordini Procurator.
Aeuo, non tempore,
Angelica menſurantur.
Decennio tali munere præpeditus
Ad inuidiam, ad miraculum
Se ipſum coluit magis,
Litteras accuratiùs.
Nec quoniam prorſus
Speculatiuæ immerſus,
Quicquam detraxit Actiuæ,
Religionis negotia
Solertiſsimè peragebat.
I. Nondum XL. annos natus,
Domini verò MDVIII.
Romæ,
Suffragijs
Dei, Religionis, Orbis, & Vrbis
In Capitulo Generali
Eligitur Generalis.
Statim
Primæuum Religionis candorem
Exemplo, vigilantia, litteris.
Reſtituit, illuſtrauit.
Aequè in agendo,
Et ordinando illuſtris.
Pecunia, cui in Orbe
Obediunt omnia, doluit:
In ſapientiæ comparatione ſub eo
Hæc arena erat exigua.
Vt ſeipſum ſublimaret, & Ordinem,
Au-

Aurum, quod opprimit, reſpuit.
Hoc vno à Republica ablegato,
Cuncta ſancta, & æqua.
At niſi merſeris, mergit omnia;
Iura primùm.
Aetatis ſuæ anno L.
Domini MDXVII.
Kalendis Iulij
E Cænobijs ad Infulas ſublimatur.
A Leone X.
Inter purpuratos aſcriptum
Solem dixiſſes poſitum in Leone;
Doctrinæ ardentiores
Euibrare cæpit radios in Hæreticos.
Purpuratum
Regulum diceres Caietanum:
Erat ſiquidem cor Leonis.
K Simul igitur
Generalis,
Lucubrationum aſſiduus Author,
Epiſcopus Caietanus,
S. R. Eccleſiæ Cardinalis.
Sicque dixiſſe de Thoma non ſufficit:
Ex vtroque Cæſar:
L. Neque ex triplici munere Geryon,
Sed ex quadruplici ſemper Thomas.
M. In componendis libris,
Aquinas:
In cura paſtorali
Cantuarienſis:
In defenſanda Eccleſia
Anglus Herfordiæ:
In Ordine componendo,
Niſi Thomas Antiochenus,
N. Dominicus rediuiuus;
Fluuius
Vnus eſt Paradiſo:
Sed capita quatuor habet.
Primum dicitur Phiſon:
Ex calamo eius, & ore
Verba defluunt aurea in Eccleſiam.
Legationibus fungitur Cardinalis
In Germania in Lutherum;
In Pannonia contra Turcam:
O. Primum cum increparet,
Auguſtinus viſus eſt in Manetem;
Prudentia, Temperantia, Fortitudine,
Cæteroque virtutum exercitu,
Quem illuc duxerat ſecum,
In primiſque liberalitate terruit alterum.
Solimanum:
P. Velut Ioannes, terruit Reges:
Mihi cum Anglis aſtipulatur Henricus.

Vt ab eius calore abſconderet ſe
Caluinus,
Arcton verſus actus eſt præceps.
Q. Thomas anima Stagiritæ,
Hic Stagiritæ, ac Thomæ.
Bos mutus
Hoc interprete factus eſt vocaliſſimus.
Vel ſcribat de Indulgentijs, & de Papa,
Vel enucleet textum Scripturæ,
Vel de Cambijs faciat verba,
Vel Thomæ Summam interpretetur,
Vel Moralia, & philoſophica tractet,
Vel tyronibus Logicen paret,
Vel non omittat Aſcetica,
Semper eſt alter Thomas.
Si auara manu, & parca
Cuique appoſueris docto
(Ad refocillandum) lentacula Caetani,
Videbuntur
R. Aut Aſſueri, aut lautiſſima menſa
Solis.
Tractatus Analogiæ, & libellus ille
de Ente
Columnæ ſunt Metaphyſicis
Celebriores Herculeis.
In quibus æquum eſt, vt ſcribatur:
NON PLVS VLTRA.
Vix in Pſalmos abſoluerat Commentaria,
S. Et in Vrbis direptione
Anno MDXXVII. Pridie Idus Maij
Vt cumulatior eſſet ruina
A barbaro milite
Annorum LX. pientiſſimus capitur
ſenex,
Ex hoc vno
Dignouit depopulationis pondus Eccleſia,
Sub quo gemuit,
Captiuus tantùm non gemuit,
Quod eius mens ſublimiſſima
Proſperis, vel aduerſis
Nec vinciri quibat, nec vinci.
IↃↃ. aureis à militibus ſe redemit:
Minimi quidem:
Prædator ruſticus neſciebat,
Quanti penderet Caietanum.
T. Omne aurum in comparatione
illius
Arena fuiſſet exigua;
Nec ſufficeret Orbis totus
Pro huius redemptione,
Sola nauci fecit eum barbaries:
Cuius vis in auro, & ferro.
Aeque

Aequè virtute, ac alieno ære oppreſſus
Omnia bona ſecum ferendo
Petit Caietam.
A patria numquam remotior, & à ſuis,
Quàm cum in patria.
Aegrotantis indicium eſt,
Cælum, & aerem patria quærere:
Languebat vtique ſpiritus Caietani
Super Vrbis afflictionem.
Non animum, ſed cælum mutans
Caietæ,
(Vt Auguſtinus Hipponem vaſtantibus Vandalis)
In Epiſtolas Pauli, & Euangelia
Sacra edidit Commentaria.
Deinde laboribus fractus, ac ſenio
Triumphaturus de Morte
Romam reuertitur, vt Roma peteret
Cælum.
Poſtremò
V. Aegrotante ſummo Pontifice,
Caietanum depoſcebat Orbis ad regimen,
Sibi in viſibile caput Eccleſia,
Roma in Principem.
Tunc ægrotauit & ipſe,
Et, vt omnibus reſponderet,
Exponens illud Iſaiæ 3.
X. *Non ponetis me Principem populi,*
Feliciter expirauit.
IV. Idus Auguſti, ætatis ſuæ anno
LXVI.
Y. Incarnationis MDXXXIV.
Cum Laurentio duplici laureandus
aureola
Virginitatis, & Doctoratus
Mortalitatem expleuit.
Laneis veſtitus interulis
(Vt ſemper more Ordinis antea)
Sanctorum obijt mortem.
Hæc agonizanti vltima fuit oratio:
Z. *Tu ſcis, Domine, tu ſcis:*
Reliqua ſupprimebat,
Quia amo te.
Facturus tenebras Orbi
Noctu vt ſepeliretur, mandauit.
1. Ad Mineruam præ foribus templi
in vrna,
Quam ſub terra ſibi parauerat viuens
Humiliter ſepelitur.
Procul eſte profani;
Nam canis aſtat, & latrat,
Adhuc & mortuus cuſtos eſt Sapiētiæ.
Conditus eſt extra ſepta,
Quòd eius fama reſtringi nequeat
muris.
Præ foribus templi reponitur,
Vt ingredientibus, & egredientibus
2. Spectandus obijciatur magiſter
orationis.
Sat fuit hac breui inſcriptione dixiſſe:
Hic iacet F. Thomas de Vio Caietanus:
Reliqua patent Orbi.

SCHOLION.

A. De Parelijs tractatur in Meteoris: Lege Ioannem de ſancto Thoma *tract. de Meteoris tract.* 4. *cap.* 3. Conimbricenſes *ibidem tract.* 4. *c.* 5. Iauellum *lib.* 7. *cap.* 5. *& alios*. Parelij ſunt imagines ſolis in nube aliqua expreſſæ, quæ traductæ ad nos plures ſoles videmur aſpicere. Dicuntur autem græcè parilia, quaſi para leon, ideſt iuxta ſolem; quia in propinquo ferè à ſole viſuntur; aut quia ad ſolis effigiē accedunt. Contingit autem ſic, quando ad latera ſolis occurrit nubes rorida, ſeu quæ in aquam proximè reſoluatur, & habet æqualem denſitatem, ſimiliterq; ex parte exteriori eſt tranſlucida, & diaphana, ex parte verò interiori taliter terminata, vt ſe habeat vt ſpeculum, ſol imaginem ſuam in eam imprimit, velut in ſpeculo, & ex eo quod eſt æquè denſa, perfectè ſolis imaginem refert, & quia radij illi non refranguntur; nam ferit illam eodem modo, quo ſpeculum, quod nos ponimus contra ſolem, aut in obliquo ad latus eius, & ſimilitudinem ſolis oſtendit, aut etiam ſicut in pelui aquæ videmus eclypſim ſolis; quoniam ibi eius imago apparet non refracta, ideo in nube illa apparet ſolis imago, non autem colores, ſicut in iride, & idcirco apparent nobis aliquando duo ſoles, aliquando etiam tres, ſi in duplicem nubem illas conditiones habentem ſolis radij cadant: Aut ſi ex vna nube ad aliam reflectatur imago, ſicut ex vno ſpeculo in aliud.

Narrat Ariſtoteles *lib. Meteoror. cap.* 2. aliquando conſpectos fuiſſe parelios apud Boſphorum tempore meridiano, & duraſſe vſque ad ſolis occaſum. Rariùs tamen contingit fieri Parelios exiſtente ſole in meridie, ſed

aſcendente ab Horizonte, vel ad eundem deſcendente: quia eum ſol eſt in meridie, emittens directè radios, vel minus obliquè ad terram, nubium denſitatẽ ad huiuſmodi pareliosaptam diſſoluit. Nec debet nubes eſſe infra ſolem, aut valde prope; ſed quaſi obliquè illum excipere, alioquin ab eius feruore illicò diſſipabitur.

S. Thomas 3. *p. q.* 36. *art.* 3. *ad* 3. author eſt in natiuitate Chriſti præluxiſſe in Hiſpania tres ſoles paulatim in vnum coeuntes. Ita Dio Caſſius Rerũ Roman. *lib.* 47. *ſcribit*: *Coſſ. M. Lepido ſecundo, & Lucio Planco, Romæ ſol aliquando diminutus, & minimus viſus apparuit, aliquando maximus, cum duobus alijs conſpectus eſt: aliquando etiam noctu effulſit* & Plinius *lib.* 2. *cap.* 31. *Trinos ſoles antiqui ſæpius videre, ſicut Spurio Poſthumio, Quinto Mutio, & Quinto Martio, Marco Portio, & Marco Antonio, P. Dolabella, & Marco Lepido, Lucio Planco Coſſ.* Verum id certum eſt, contigiſſe quadraginta annis ante natum Dominũ, nempè ipſo M. Antonij, Lepidi, Octauiani triumuiratus initio.

Anno Domini 1170. quo natus eſt Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus, idem accidit. Ita Mattheus Palmerius *in Chronico*: *Tres ſoles ſimul viſi ſunt in Occidente nonis Septembris, & poſt duas horas deficientibus ceteris, qui medius fuerat, ſolus occidit, ſimilique modo annis proximis tres Lunæ apparuere.*

Noſtra ætate (inquiunt Conimbricenſes) *in Luſitania ſpectati fuere ante horam ſeptimam matutinam, quæ tunc apud nos erat ſecunda circiter poſt exortum diei, tres Soles: cumque magna ſiccitas præceſſiſſet, paucis diebus tranſactis per integrum ferè menſem aſſidui imbres fuere.*

B. Ita Io: Baptiſta Flauius, Aquilanus, qui fuit ei à ſecretis an. 17. in orat. funebri habita coram ſacro Collegio Cardinal. cuius titulus: Oratio de vita ſanctiſsimi viri, maximèque Reuerendi Domini Thomæ de Vio, &c. *Etenim matrem caſtiſſimam feminam inter alia, Diuum Thomam Aquinatem puerum docere, atque ad cælum vſque geſtare, per quietem vidiſſe ſatis conſtat.* Hæc ſacer Orator.

C. 2. Corinth. c. 12. b. 4. *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

D. Pſal. 41. b. 8. *Abyſſus abyſſum inuocat.* Thomas, Abyſſus, Geminus.

Caſtor, & Pollux ex Leda fratres gemini; cæleſte ſignum, quod Aſtrologi vocant Geminos, de quibus Seneca. In magna tempeſtate apparent, quaſi ſtellæ cælo inſidentes (adiuuarique ſe tunc periclitantes exiſtimant) Pollucis, & Caſtoris nomine. Geminus etiam Iani epithetum eſt, quod gemina facie pingi ſoleat.

E. Ita ipſemet in calce de Ente, & eſſentia: *Ingenio, & ætati venia detur: adoleſcentiam enim adhuc ago.* Et Flauius Aquilanus: *Qui tametſi adhuc eſſet propemodum adoleſcens, doctrinæ tamen, ac ſanctitatis opinione, facilè inter principes Religionis locum obtinuit.*

F. Aquilanus: *Cum Mauritio, & Trombetta ſummis Philoſophis, ac Theologis congreſſus, magnum doctrinæ, ac ſapientiæ nomen adeptus eſt. Mirũ quippe erat illum iuuenem cum ijs doctiſſimis, ac ſapientiſſimis ſenibus, de rebus grauiſſimis diſputantem cernere. Ingens in formandis rationibus ingenij acumen. In refellendis mira dexteritate, atque prudentia; in reſoluendis quæſtionibus ſumma grauitas, & ſapientia, &c.*

G. Sic Aquarius tractatu de artificioſa memoria: *Vt fecit Thomas de Vio Caietanus, & Picus Mirandulanus in quadam publica diſputatione habita Ferrariæ, vbi Picus ille oſtendendo ſuum ſubtiliſſimum ingenium, centum difficillima argumenta propoſuit, quæ omnia diuerſis modis, vtendo hac regula ſupra dicta, replicauit cum ſtupore, & admiratione omnium aſtantium.*

H. Aquilanus: *Anno ætatis ſuæ* XXIX. *cum ad Vrbem veniſſet, Oliuerius cognomento Carrafa Cardinalis, Neapolitanus, Ordiniſque Protector illum vniuerſi Ordinis Procuratorem, ac Vicarium Generalem creauit. Eundemque in Romano gymnaſio ad docendum publicè philoſophiam, ac ſacras litteras præfecit.*

I. Chronicon breue Ordinis. *Anno* 1508. *in feſto Pentecoſtes, in Generali Capitulo Romæ habito, ſummo omnium conſenſu, & gratulatione, ad Magiſtratum Ordinis euectus eſt.*

An-

K. Anno 1517. à Leone X. inter Cardinales renunciatur. Scribebat tunc ſuper 3. *p. q.* 7. *art.* 10. (vt ipſe ibidem teſtatur) multoſque menſes retinuit Cardinalis Generalatum, nec minorem, quàm prius in exponendis ſacris litteris operam nauabat: quinimò Tertiæ Parti D. Thomæ, quam magiſter Generalis inchoauerat, Cardinalis, multis laboribus, ac vigilijs ſummam impoſuit manum.

L. Geryon nomen regis Hiſpani, quē tricorporem fuiſſe fabulantur, ob triplex regnum. Præfuit enim tribus inſulis, quæ adiacent Hiſpaniæ, Balearicæ maiori, & minori, & Ebuſæ

M. De Thoma Aquinate, ac Cantuarienſe notiſsimis toti Orbi nihil dicendum puto. Fuit & alius Thomas Herfordiæ in Anglia Epiſcopus, & confeſſor, cuius res geſtas fidelisſimè ſcriptas recitat Sur. *tom.* 5. Migrauit ex hac vita anno Domini 1287. quem Ioannes Papa XXII. retulit in Sanctorum numerum; de qua re extare dicuntur eiuſdem litteræ Apoſtolicæ in Vaticana Bibliotecha. Eius feſtum 2. Octobris. Fuit & alius Thomas monachus Antiochiæ, cuius inuentio, ac prima translatio circiter An. 782. de quo Niceph. *hiſt. lib.* 17. *c.* 23. *& Pratum ſpirit. cap.* 88. Hunc Antiocheni, ob peſtem eius precibus ſedatam, ſollemnitate annua magnificentiſsimè coluerunt. Hius ſecunda translatio An. 1152. Franciott. *in hiſt. Lucenſium*, Baron. in notis ad Martyrol. Rom. 18. Nouemb. Zaccon. & alij.

N. Flauius Aquilanus. *Reuixiſſe Diuus Dominicus putabatur, qui Religionem in priſtinam illam integritatem, ac præceptorum obſeruantiam, à qua (vt verum fateri liceat) non nihil defeciſſe videbatur, reſtitueret. Nec me &c.*

O. Has legationes lege apud eundem, & Lopez.

P. Multa ſcripſit ad Angliæ Regem Henricum VIII. de coniugio cum relicta fratris, eiuſque hæreſim conſtantiſsimè refutauit, non ſecus ac Io. Baptiſta Herodis, & Herodiadis inceſtũ, & adulterium.

Q. Ita Picus Mirandulanus: *Tacente Thoma, mutus fit Ariſtoteles.*

R. Hieronymus Paulino in prologo Bibl. loquens de Apollonio (ſiue mago, vt vulgus loquitur, ſiue Philoſophus, vt Pythagorici tradunt) inquit: *perrexit Aethiopiam, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſſimam Solis menſam videret in ſabulo.*

S Carolus Borboniorum Princeps, qui à Franciſco I. Galliæ Rege ad Carolum V. Imperat. defecerat cum aliquot Alemanorum, Hiſpanorum, Italorum, & ex ſecta Lutheri copijs Neapolim profecturus, Vrbem Romam, ex itinere, poſtridie quàm eò veniſſet, oppugnatione cœpit, ac diripuit. Præter horrendas lanienas, direptiones, libidines, deuaſtationes, contumeliæ, ac ludibrij genus nullum in Pontificem, Cardinales, reliquamque turbam, prætermiſſum fuit. Inter alia mala captus eſt Caietanus Cardinalis, qui à milite ſe redemit aureis 5000. De hac Vrbis direptione lege Sleidanum *lib.* 5. Onophrium in Clemente VII. Flauium Aquilanum, Lopez *p.* 5. *Chron. lib.* 1. *c.* 20.

T. Sapient. 7. v. 9. *Quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tamquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.*

V. Clemens VII. in grauiſſimum incidit morbum, quo ægrotante, infirmatus eſt Caietanus. At hic in fata conceſſit, ille verò de infirmitate conualuit. Functus tamen vita eſt Summus Pontifex anno ſequenti.

X. Caietanus cum exponeret cap. 3. Iſaiæ, morte præuentus non potuit libro ſupremam manum imponere.

Y. Chron. Breu. Dominicanum dicit ex hac vita migraſſe Caietanum 5. idus Septembris. Ceterum nos ſequuti ſumus Flauium Aquilanum eius à ſecretis, & Oratorem.

Z. Ioan. c. 21. c. 15. & 16. *Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te.*

1. Mineruam diſciplinarum Deam fabulabantur Poetæ à Iouis cerebro eſſe prognatam. Huic Roma templum dicauit, in quo nunc degunt Fratres Prædicatores, qui & Dominicani, ideſt canes Domini nuncupantur. Vnus ex his, & maximus Caietanus, qui pro

Domino ſemper Luthero, Caluino, Henrico VIII. & alijs fideliter adlatrauit. Nunc poſitus eſt ante Mineruæ fores, vt ad cuſtodiam Sapientiæ. Mineruæ templum in Daulia fuit etiam, in quo canes alerentur, qui Græcis tantùm aduenantibus ſe mites, manſuetos, ac ludibundos offerrent: in barbaros verò feri, atroces, ac indignabundi ſemper irruerent. Aeſculapij ſimulachro, quod Epidauri fuit, à Thraſimede Pario, Arignoti filio elaboratum, canis adſculptus aſſiſtebat, vt cuſtos. Meminit huius Pauſanias. Lege Pierium Val. *lib.* 5.

2. Eminentiſſimus Caietanus non ſolùm addictiſſimus fuit orationi (vt conſtat ex eius vita) ſed Magiſter fuit illius. Patet hoc ex 2. 2. q. 82, art. 3. vbi ſic docet: *Ex huiuſmodi namque meditationibus, quæ quotidie eſſe debent religioſis, & ſpiritualibus perſonis, omiſſo vocalium orationum multiloquio voluntario, deuotio, alioque conſequenter gignuntur virtutes. Nec religioſi, aut religioſæ, ſeu ſpiritualis etiam nomine vocari poteſt, qui ſaltem ſemel in die ad huiuſmodi ſe non transfert. Quomodo namque effectus abſque cauſa, finis abſq; medio, inſularis portus abſque nauigatione haberi nequit: Sic nec religio in actu abſque frequentatis actibus ſuarum cauſarum, mediorum, ac vehiculorum.*

Audiendus eſt de Caietano Antonius Poſſeuinus Tomo 3. Apparatus Sacri fol. 314. *Vir tam vitæ ſanctimonia, quàm ingenij præſtantia illuſtris, ſubtiliſſimus Dialecticus, admirabilis Philoſophus, Theologus incomparabilis, & inter eruditiſſimos doctiſſimi ſui ſaculi longè eruditiſſimus, &c.* Et paulò poſt: *Nec multo poſt cum Clemens Summus Pontifex, in grauiſſimã, & à Medicis deploratam ægritudinem incidiſſet, ipſe quoque grauiſſimè ægrotare cœpit, quaſi ſe imminentis Pontificatus oneri ſurripere vellet, ad quod communi omnium expectatione, votiſque vocabatur, ac morte ſua Pontificis mortem præuenit, felicem animam Deo reddens 4. Idus Auguſti anno ætatis ſuæ 66. à Chriſti verò Natiuitate 1534. &c.*

Antonius Luſitanus à Fonſeca Ordinis noſtri Annotationes elucidatorias non omnino pœnitendas Commentarijs eiuſdem Cardinalis in Pentateuchum ſuperaddidit. Vindicatur Caietanus à Sixto Senenſi ab obiectione temeraria Ambroſij Catharini ſuper illis verbis, *In principio creauit Deus cælum, & terram*, quæ Caietanus dixit non fuiſſe ſcripta ad ſignificandam Trinitatem Perſonarum in Deo. Vide Sixtum *Annot.* 1. *Libri quinti Bibliothecæ Sanctæ.*

Collectarium operum Caietani cōtra Lutherum,

Opuſcula de Fide, & Operibus.

De Communione. De Confeſſione.

De Satisfactione.

De Inuocatione Sanctorum.

Quæ Lugduni impreſſa fuere an. 1536. apud Frellæos.

GVALTERIVS GRAVIVS, cognomento Ruyſius, ita dictus à Grauia natali Oppido, quod ad Moſam in confinibus Brabantiæ, & Geltriæ ſitum eſt. Plures annos cum laude Nouiomagi præfuit Prior noſtris Dominicanis. Scripſit:

Contra Lutherum:

Publicauit etiam Apologiam aduerſus libros Eraſmi de confeſſione, & de vſu carnium. Sed quia erat Eraſmo familiaris, nomen Godefridi Ruyſij Taxandri præfixit. Antuerpiæ 1525.

Scripſit & alia, quæ Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica enumerat. Obijt anno 1534. Prior Nouiomagi. De eo Miræus *de Scriptoribus ſaculi XVI. cap.* 32.

MARTINVS DE FABRIS vir doctiſſimus anno 1534. cum per totam Germaniam, & regna viciniora debacharetur Lutherus, peracutè ſcripſit in eum:

ANDRAEAS DE FABRIS, fœlicis indolis adoleſcens, humanioribus litteris benè perceptis, nomen dedit noſtræ Religioni. Emiſſa profeſſione, ad Logicæ, Philoſophiæ, diuinarumque litterarum ſe ſtudia contulit. Cūque hæreſis Lutherana per Germaniam graſſaretur, & conuicinia, in eam acuit ſtylum; & in Hæreſiarcham libidinoſum.

Doctiſſimum protulit librum.

An-

Anno 1535.

HIERONYMVS Volta, Mantuanus, Inquiſitor Generalis Regij Lepidi, quæ Inquiſitio coniuncta erat cũ Ferrarieſi, ac Mutinenſi, vir in Scripturis Sacris verſatus. Hieronymo Inquiſitore graſſabatur nimium hæreſis Lutherana, quare quemdam Baſilium Regienſem, Phyſicum comprehendit hæreticum, quem ligatum miſit in Vrbem. Hic de ſe ipſo illud Apocalypſis: *Ecce nouo facio omnia* interpretabatur, & dicebat ſe eſſe filium Dei, & prædicans hortabatur vtriuſque ſexus religioſos, vt in fine orationum, & collectionem dicerent: *Per Dominum noſtrum Baſilium filium &c.*

Scripſit doctiſſimus Pater: *Super libros Eſdræ*, quam expoſitionem morte præuentus non potuit terminare. Relatio Lomb. & Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 4.*

HIERONYMVS ARMENINI, Poſſeuino Armellinus, Fauentinus, Inquiſitor in pluribus locis Lombardiæ fœliciter diſputauit contra quendam Tiberium Calabrum, qui circuibat Italiam, defendens plures concluſiones hæreticas. Scripſit:

Super opera Ariſtotelis.

Relatio Lombardiæ, ac Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 4.*

Hic Calaber in diſputationibus inter cætera propoſuerat Diluuiũ Noeticum ex aſtrorum obſeruatione prænoſci potuiſſe. Contra hunc errorem Armellinus edidit Librum. Vide Sixtum Senenſem *Bibliotheca Sanctæ lib. 5. Annotat. 15. & 82. item lib. 6. Annotat:* 10. Antonium Poſſeuinum *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 29.*

Anno 1536.

AVGVSTINVS IVSTINIANVS, nobilis Ianuenſis, Patre Paulo, Genitrice Bartholomæa eiuſdem familiæ natus eſt Ianuæ an. 1470. Nomine Conuentus S. Mariæ de Caſtello Genuenſis indutus habitu noſtro Papiæ, dixit poſt annum ſolemnia vota ibidem. Deinde curſum de more in eadem ſua Prouincia emenſus eſt ſtudiorum. Statim hoc maximum iubar Italiæ cœpit pietate, doctrina, ac probitate fulgere. Mathematicus fuit inſignis, Theologuſque celeberrimus. Inſuper linguarum latinæ, græcæ, hebraicæ, caldaicæ, arabicæque peritiſſimus. Die 11. Septembris 1514. Nebienſis Eccleſiæ in Corſica, ſiue in Cyrno inſula, ſub Metrop. Ianuenſi à Leone X. creatus fuit Epiſcopus. Scripſit doctiſſimus Præſul ſuæ patriæ *Hiſtoriam*;

Huius hiſtoriæ meminerunt Franciſcus Zazzera, & Abbas Iuſtinianus his verbis: *Agoſtino Giuſtiniano &c. ſcriſſe gli Annali della ſua patria, con grandiſſima diligenza, & ottima fedeltà, i quali in molti luoghi dopo la morte di lui furono corrotti.*

Deſcripſit Corſicæ Inſulam. Reperitur m. s. in Biblioth. Vaticana. Idem Auguſtinus apud Abbatem Iuſtinianum.

Hò deſcritto molto minutamente l'Iſola di Corſica per vtilità della patria intitolata al Principe Andrea d'Oria, &c.

Item precationem pietatis plenam ad Deum Omnipotentem compoſitam ex duobus, & ſeptuaginta nominibus diuinis Hebraicis, & Latinis, cum Interprete Commentariolo. Venetijs per Alexandrum de Paganinis 1513. in 8.

Aenea Platonici Græci Chriſtianiſſimi de Immortalitate animorum, deque corporum reſurrectione aureum libellum, cui titulus eſt. Theophraſtus. Venetijs, per Alexandrum de Paganinis. 1513. in 8.

Primus *Octapla* ex quinque linguis, & duabus verſionibus, vnà cum Scholijs collegit. Ex Frontiſpicio Maluendæ in tomo primo Commentariorum in Sacram Scripturam. *Hoc eſt.*

Sacra hebræorum volumina eruditis notis illuſtrauit: itaq; reduxit in corpus vnũ cum mirabili artificio vniuerſum Pſalterium in quinque linguas hoc modo: in qualibet pagina libri erat editio Hebræa; deinde Latina ei correſpondens. Tertia Latina communis editio. Quarta Græca. Quinta Arabica. Sexta Paraphraſis Chaldaica, ſiue Targum ſermone quidem Chaldæo, ſed litteris hebraicis ſcripta. Septima Latina

tina huic correſpondens. Octaua Scholia ſua. Et hoc modo etiam ordinauit, & diſpoſuit Biblia vniuerſa. Genuæ 1516. in folio. Ad Leonem X. Ita Sixtus Senenſis, Luſitanus, Seraphinus Ractius, Alphonſus Fernandez, Abbas Iuſtinianus *de Scriptoribus Liguribus*, Conradus Geſnerus *d. m. s.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Traduxit ex hebræo in latinum idioma librum Rabbi Moſes Aegyptij, cui titulus: director dubitantium. Chalcidij viri clariſſimi luculenta Timæi Platonis traductionem, & eiuſdem argutiſſimam explanationem auſpicio longè Reuerendi Domini Ioannis Lotharingi Cardinalis per Nebienſium Epiſcopum edit. Pariſijs in Aedibus..... 1520. in folio.

Victoriæ Porcheti aduerſus impios Hebræos, in qua tùm ex ſacris litteris, tùm ex dictis Talmud, ac Caballiſtarum, & aliorum omnium authorum, quos Hebræi recipiunt, monſtratur veritas Catholicæ fidei. Ex recognitione R. P. Auguſtini Iuſtiniani Ord. Præd. Epiſcopi Nebienſis. Pariſijs 1520. Impreſſit Guillelmus. Deſphaias in folio.

Rabi Moſſei Aegyptij Ducem, ſeu Directorem dubitantium, aut perplexorum, in tres libros diuiſum, & ſumma accuratione R. P. Auguſtini Iuſtiniani Ord. Præd. Nebien. Epiſcopi recognitum. Pariſijs 1520. opera Iodaci Badij Aſcenſij in folio.

Edidit alia opuſcula, de quibus ipſemet Auguſtinus in vita ſua: *Hò fatto imprimere in Parigi dodici opere in vtilità degli ſtudioſi. Hò tradotto più coſe in materna lingua per vtilità de chierici della mia dioceſi, che ſono tutti ignari di lettere. Hò tradotto l'Economico di Senofonte per inſtruttione di mia cognata, e de miei nipoti.*

Docuerat Auguſtinus ſub Franciſco Primo Chriſtianiſſimo Rege Pariſijs publicè Hebraicam linguam. Prudentiſſimè rexit annos viginti duos, & ſi ferè ſemper abſens, tùm ob Apoſtolicæ ſedis negotia grauiora, tum ob in Gallia moram apud eundem Regem, cui familiaris, & a conſilijs erat detentus, Eccleſiam ſuam. Lateranenſi Concilio à Iulio II. inchoato, atque à Leone X. abſoluto cum Benedicto Epiſcopo Chienſi, interfuit. Coram tot Patribus ſuæ maximæ ſapientiæ fecit copiam Auguſtinus; Concilijque ſeſſionibus vndecimæ, ac ſequenti ſe ſubſcripſit. Tandem, ò imperſcrutabile arcanum! Tandem ad ſuam Eccleſiam rediens, è Liguſtico littore, recto curſu Corſicam dum repeteret, ſæuis procellis quaſſata naui anno 1536. in naufragium abijt miſerandum longiore vita, & meliore exitu dignus. Vghellus *tom. 4. Italiæ ſacræ*, Fontana *in Theatro par. 1. cap. 5. tit. 416. num. 3.* Sixtus Senenſis *in Bibl. ſancta*; Luſitanus *in Bibl. Præd. fol. 36. & 37.* Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Spondanus, Miræus *in Auctario c. 534.* Antonius Poſſeuinus, Iacobus Gaddi, Gerardus, Ioannes, Voſſius, Porcacchius, Nicolaus, Angelus, Caſerri in Synthamate Vetuſtatis, & alij.

In præcipuis Conuentibus Lombardiæ docuit annos decem, & octo. Fuit Baccalaureus Ordinarius in ſtudio Bononienſi. Calluit perfectiſſimè Oratoriam, Poeſim, & reliquas facultates. Eius Epitaphium,

D. O. M.
Auguſtino Iuſtiniano patritio Ianuenſi
Ord. Præd. in Terra Peregrin. Vic.
Generali
XVIII. annos Philoſoph. Theol. & Mathem. Profeſſ.
Huius Eccleſiæ Nebienſis Epiſcop. & Benefactori
Patriæ omnium primo Hiſtorico
Vtriuſque Teſtamen. per verſic. in Linguis
Hebraicæ, Cald. Arab. Græc. & Latin. interp.
Eiuſdemque Hebr. in Academia Pariſienſi Præceptori,
Franciſco I. Regnante, eiuſque ab Eleemoſynis
Oecumenici Concilij Lateranenſis ſub Leone X. Patribus
Eruditis ſui æui, vno excepto Iouio, acceptiſſimo
Vetuſtorum, præſertim Ligurum oper. illuſtr.
Anno Dom. M. D. XXXVI. ætatis ſuæ LXVI. in mare defuncto
Mare deflendo lacrymarum.

Gen-

Gentili ſuo hoc repoſuit monumentum
Abbas Michael Iuſtinianus.

Non rectè Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, & Miræus ponunt obrutum aquis fuiſſe anno 1530. Euenit caſus hoc ann. Cæterum eruditiſſimus Poſſeuinus dignè de tanto viro hæc profert.

Huius tam præclari operis ego duo tantum volumina videre merui, videlicet ex veteri Teſtamento, ad Leonem X. *Pont. Maximum in totum Pſalterium Octaplum typis excuſum: cuius initium eſt: Scio pater benigniſſimè &c.& ex nouo Teſtamento, in vniuerſa quatuor Euangelia Octaplum, ipſa Auctoris manu atramento, minioque deſcriptum: cuius initium eſt: Fructum ſalutiferum, magnumque vtilitatis incrementum. Floruit ſub Leone* X. *Pont. Max. Romæ in Concilio Lateranenſi clarus.*

Porchetus de Saluaticis Genuenſis Monachus Carthuſienſis, qui ex Mirço de Scriptoribus ſæculi 16. vixit anno 1315. compoſuit Victoriam aduerſus Iudæos. Hanc Auguſtinus recognouit, auxit, & Lutetiæ 1520. in folio (vt dictum eſt) publicandam curauit. Hæc parta eſt ope Pugionis Martiniani, vt ipſemet non Galatiniana, ſed bona, & ſyncera fide palam profeſſus eſt. Conſule Philippum Iacobum Mauſſacum prologomena in Pugionem fidei Raymundi Martini.

ARNOLDVS BADETVS, Francus vir doctiſſimus, dudum Prior apud Toloſanos, & Burdigalenſes floruit ſub hæc tempora. edidit.

Breuiarium de mirabilibus mundi ſecundum triplicem viam, Theologorum, Aſtrologorum, & Philoſophorum. 1499. in 4. Auenione.

Item *Margaritam virorum illuſtrium de futura temporis diſpoſitione pranoſticāda.* 1529.

Margaritam ſacræ ſcripturæ, deſtructiuam prauitatis hæreticæ, quam Ludunenſes ediderunt anno 1536. apud Petrum de Sancta Lucia.

De eo Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 11. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Anno 1537.

NICOLAVS SCHOMBERG adulta iam ætate cum inuiſendæ Italiæ cauſa, Florentiam perueniſſet, ibique F. Hieronymi Sauonarolæ Dominicani Prædicatoris celeberrimi, ſacris declamationibus crebrò intereſſet, Spiritu Sancto dirigente, habitum Ordinis in S. Marci Conuentu ab eodem Sauonarola ibidem Priore anno 1497. ſuſcepit. Fuit Nicolaus Schomberg ex Sueuis Smiſnenſibus Germaniæ populis oriundus, Theodorici viri præclariſſimi, nobiliſſimique Miſnenſis filius. Pietati, ſacriſque litteris deditus mirum in modum in eiſdem profecit, quas cum ſua, Ordiniſque laude Romæ docuit, & Florentiæ. Sui Conuentus Sancti Marci Prior electus, regularem obſeruantiā fouendo, adauxit. A. P.F. Ioanne Clarè Ordinis Magiſtro in Prouincialem Terræ Sanctæ, & ſocium delectus eſt. Poſt Clarè promotus Thomas Caietanus ad magiſterium Ordinis, Nicolaum Procuratorem Generalem inſtituit.

Reuerſo è Germania Card. Caietano, Leo Decimus fecit verbum in Conſiſtorio contra Lutheranos, in quo præter alios viros doctiſſimos, interfuit Nicolaus Schombergus Procurator Ordinis noſtri, & die prima Iunij anno 1520. expedita fuit Bulla contra impietatem Lutheri. Schombergus in Conſiſtorio ita Leonis X. gratiam promeruit, vt ab eodem ad Capuanum Archiepiſcopatum fuerit, poſt varios pro Rom. Eccleſia exantlatos labores die 12. Septembris anno 1520. promotus. Clementi VII. tam in proſperis, quàm in aduerſis ſemper adhæſit, eidemque intimus Conſiliarius fuit, à quo ad Franciſcum Galliæ Regem pro fœdere cum Cæſare ineundo delegatus, Regis mandato Auenione detentus, ad Cameracenſem Conuentum poſtmodum pergere permiſſus, maxima dexteritate, & prudentia, pacem tandem inter Regem, & Imperatorem firmauit. In Vrbem cum Romanæ curiæ maxima gratulatione reuerſus, tantæ expectationis erat apud Cardinales

nales, vt Defuncto Clemente (quod & in comitijs euenerat Adriani) parũ abfuerit, quin ipſe nondum Cardinalis, in ſupremum caput Eccleſiæ aſſumeretur. Ita referunt Vghell. *tom. 6. in Archiep. Capuanis*, & Fontana *in Theatro p. 1. c. 2. tit. 30. & cap. 4. tit. 23. num. 1.* A Paulo III. tandem ſub tit. S. Sixti Presb. Card. creatus 11. Kalen. Iulij anno 1535. Cardinalis Capuani ſibi nomen delegit. Sequenti anno Eccleſiam Capuanam ad pedes Summi Pontificis reſignauit, & poſt ſecundum ſuæ promotionis annum, obijt Romæ 5. Idib. Septembris anno 1537. Exrra fores Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Mineruam prope Card. Caietanum, amicum fideliſſimum conditus eſt cum hac inſcriptione.

Hoc vili, quem à tergo, lector, habes, tumulo,
Conditus eſt is, in quo mira rerũ peritia,
Catholica doctrina, atque Religio fuit,
Nicolaus Schombergus natione Sueuus
Ordinis Prad. Cardinalis Capuanus
A Paulo III. Pont. Max. creatus,
Quem nobilem genere, ipſa nobiliorem dedit virtus.
Qui tantò maiori laude poſt mortem
Efferendus eſt, quantò ipſe moriturus
Eam fugere curauit.

Ibidemque in pauimento talis proſtat inſcriptio.

Nicolaus à Schomberg. Theodorici filius
Ex Sueuis Smiſnenſibus Germania populis oriundus,
S.R.E. Tit. S. Sixti Presbyter. Cardinalis
Cognomento Capuanus Ord. Prad.
Vixit annos LXV. D. XXIX.
Obijt Anno Chriſti MDXXXVII.
V. Idus Septemb.

Plura ſcripſit vir doctiſſimus, inter cætera.

Epiſtolas multas inter illas Principum recenſitas.

Praterea Orationes plures, quas cum eſſet Procurator Ord. in capella Pontificia coram Leone X. habuit, pracipuè Orationes V. de Chriſti pugna cum diabolo in deſerto. Lipſiæ 1512. Miræus, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 493. dicunt has orationes habuiſſe Romæ coram Iulio Secundo Pontifice Maximo, Vghellus *tom. 6. in Archiepiſc. Capuanis*, Olmeda *in vita Generalis Caietani*, Fernandez, Plodius *inter Card. Ord.* Fontana *in Theatro p. 1. cap. 2. tit. 30. & cap. 4. tit. 23.* Ambroſius Gozzeus, Lucarinus, Miræus *de Scriptoribus ſaculi XVI. cap. 19.* à quo (& valde miror) hunc celeberrimum virum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, cuius ſepulchrum cum epitaphio proſtat Romæ in atrio templi S. Mariæ ſuper Mineruam, non fuiſſe appellatum Fratrem Dominicanum.

VINCENTIVS GIACHARI vir doctiſſimus, quem Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri* non expreſſit fuiſſe Ordinis noſtri. Scripſit:

Tractatum de neceſſitate Confeſſionis vocalis omnium peccatorum.

Librum de libro arbitrio, gratia, praſcientia, & pradeſtinatione.

Item de Purgatorio animarum poſt mortem, & de ſuffragijs contra Lutherum. Venetijs an. 1569.

Librum de Contractu Liuellario, vel vſu, ſeu affictu.

De Monte Pietatis.

De venditione rerum fructuoſarum ad terminum cum impoſitione liuelli, ſeu penſionis.

Item diſputationem, an Clericus in minoribus conſtitutus vxoratus poſſit retinere penſionem, quam antea ſuper beneficio habuit 1537. & 1569. *prodierunt.*

Alteram verò de Comparatione auctoritatis delegata, praſertim in cauſa Inquiſitionis haretica prauitatis.

Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol.* 352. qui dubitat, an hic ſit idem cum Vincentio Giaccano, de quo nos anno 1564. ei Vincentius Giocanus, qui linguam calluit Gallicam, at ignoro qua ratione, & Miræus.

Anno 1538.

BALTHASAR AYALE Hiſpanus, religione ſimul, & ſcientia valde inſignis, edidit:

Opus de B. Virgine. Dertuſæ anno ſalutis 1538. quo Author clarebat. Ita Valerius Andræas Taſſander *in Catalogo Clarorum Hiſpania Scriptorum*,

Mar-

Marraccius *in Bibliotheca Mariana fol. 177. par.* 1. & Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

EVSTACHIVS SICHENIVS, cognomento Riuius, Brabantus, cum eſſet ſublimis ingenij, addictus eſt à maioribus, optimis præceptoribus, ſub quibus euaſit eloquens, & doctiſſimus. Doctor Theologus renunciatus Louanij; cum Martinus Lutherus in Eccleſiam arietaret; primus ex Belgis, aut ſaltem inter primos in hæreticum acuens ſtrinxit ſtylum. Scripſit enim:

Librum de Septem Sacramentis in errores Lutheri, quem typis miſit Antuerpiæ 1523. in 4.

Scripſit etiam alterum contra caput quintum Enchiridij ab Eraſmo editi.

Diem obijt ſuum Louanij hoc anno 1538. Miræus *de Scriptor. ſæculi XVI. cap.* 30.

Anno 1539.

DIDACVS à VICTORIA, hiſpanus, patria Victorienſis, permagno illi Theologo P. Fratri Franciſco de Victoria carne germanus, in Burgenſi noſtro Conuentu emiſit profeſſionem. Vir in ſcholaſticis, ac diuinis diſciplinis profundè verſatus, & in concionandi munere adeò fœcundus, & efficax, vt inter primarios ſui æui concionatores facilè omnium Princeps, & agnitus, & habitus fuerit. Iuſſus propterea apud Carolum V. Imperatorem ſacras conciones habere. Prætereà Confraternitatem Nominis Dei vir pius aduersùs periurij crimen, & iuramentorum abuſus inſtituit. Huius pietatem, ſapientiam, atque eruditionem maximam, lucubrationes ab eo editæ palam, perſpicuèque teſtantur, inter cætera ſcripſit:

Sermonum de Tempore, & de Sanctis volumen vnum.

Regulam, & Ordinationes Congregationis Nominis Dei prædicta.

Paruulum Tractatum, quibuſnam conditionibus iuramentum conſtare debeat, vt ſit licitum.

Vir ex omni parte laudabilis, doctrina, eloquentia, & his, quos eſt mirata antiquitas, comparandus. Obijt ſanctè circa annum ſalutis reſtitutæ 1539. De eo Alphonſus Fernandez *in Concert. Prædic.* Marraccius *in Bibliotheca Mariana*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 148. *col.* 2.

Anno 1540.

GREGORIVS NOTALIVS, Dalmata, Patria Raguſinus, vir Philoſophiæ, Theologiæ, & Sacræ Scripturæ lectione nobiliter eruditus, at non minus virtutibus, quàm litteris clarus, eximius Mathematicus. Scripſit:

Conciones de Tempore, ac de Sanctis.

Adnotationes in Medicinam.

Doctiſſimè ſuper Exodum.

Super Parabolas Salomonis.

Super Iſaiam, & Ieremiam.

Super Euangelia SS. Matthæi, Marci, ac Ioannis.

In Apocalypſim.

In Epiſtolas Pauli.

In Decretum.

In Decretale,

Super Prædicabilia.

Quæſtiones de Anima, de Deo, de Angelis, de Homine, de Creaturis.

De Pœnitentia.

De Aſtrologia.

Librum in Hæreticos.

Varia Opuſcula.

Librum de Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis.

Librum de Imagine paruuli Ieſu.

Et plura alia.

Claruit circa annum reparatæ ſalutis 1550. *Ex Concert. Præd.* Alphonſi Fernandez, *ex Bibliotb. Mariana* Marraccij, ex Ambroſio Gozzeo, & Plodio *de viris illuſtrib. p.* 2. *lib.* 4.

HIERONYMVS TAIX, alijs Taxus, Catalanus, Ilerdenſis, ex Prouincia Aragoniæ, vir pius, deuotus, & in diuinis litteris, ac ſacra Theologia multùm verſatus, qui anno 1538. erat Prior Cœnobij S. Onuphrij propè Valentiam, ſcripſit:

De Roſario Beatiſſimæ Virginis Mariæ & de miraculis aliquibus per eius deuotionē patratis; lib. 1. *Ex Concert. Præd.* Alphonſi Fernandez, ex Marrac. *in Bibl. Mariana*. Ioan. Marieta, Franciſco Diago

go, *Biblioth. Hiſpana* Nicolai *tom.* 1. *fol.* 561. & alijs.

Libro hic titulus eſt.

Dels Miracles de Nueſtra Señora del Roſer y del modo de dir lo Roſari, o Pſalteri de aquella. Barcinone an. 1602. in 4.

IACOBVS de HONGRE, natione Gallus, filius Conuentus Argentomenſis, Magnus Theologus, alijque peritus ſcientijs. Præterea Cancellarius Vniuerſitatis Pariſienſis.

Scripſit duo magna volumina, quæ in eodem Conuentu aſſeruantur vigilantiſſima cura, in quorum altero fusè diſcurrit de ſacrarum veneratione *Imaginum, in altero verò de ſacrificio Miſſæ.* Duæ prorſus lucubrationes hæreticis infeſtæ, catholicis autem ſatis proficuę. Monumenta dicti Conuentus m. s. & Godefridus *in relatione eiuſdem.*

GERARDVM de MONTE, Profeſſorem Coloniæ ſuſpicor fuiſſe Dominicanum, excogitauit enim librum cui titulus.

De Concordia Sancti Thomæ Aquinatis, & venerabilis Alberti in multis, in quibus dicuntur diſſidere.

Scripſit *etiam Apologiam contra quendam, qui diui Thomæ, atque Beati Alberti Magni concordiam approbat:*

Expoſitionem item contextus Ariſtotelis de Cælo, & Mundo.

De Generatione, & Corruptione.

Meteororum.

Paruorum naturalium.

Obijt anno 1480.

Ita Poſſeuinus *in Apparatu ſacro, & in prima Appendice ad Tomum primum.* Nec rectè Eiſingrenius ponit eũ vixiſſe hoc anno 1540. ſed mendum arbitror in numerum irrepſiſſe.

Anno 1541.

ANONYMVS ORDINIS noſtri Prædicatornm vertit ex Latino in vulgarem Caſtellæ ſermonem.

La Hiſtoria Eccleſiaſtica de Euſebio Ceſarienſe. Oliſſipone apud Ludouicũ Rodriquez 1541. in folio.

THOMAS de COSPIS, Bononienſis, à modeſtia, ab integritate, à candore, ac prudentia, nec non à multarum litterarum peritia mirificè cõmendandus.

Scripſit *Sermones.*

Item *alterum librum Moralitatum.*

Seruantur hæc opera m.s. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud noſtrum Eucherium Bonettum.

Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

CORDIALE de QVATVOR nouiſſimis, Ordinis Prædicatorum. Hoc opus multò ante elaboratum eſt; & fortaſſe circa Religionis noſtræ initia. m. s. aſſeruatur in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eucherium Bonettum Ord. Prædicatorum. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

SANCTES PAGNINVS, Lucenſis, linguarum Orientalium peritiſſimus, videlicet, Hebrææ, Chaldaicæ, Syriacæ, & Grææ, quem non immeritò multi æquant Hieronymo linguarũ è Patribus doctiſſimo. Ipſimet Hebræi ſuis Rabinis anteponunt. Natus eſt Lucæ in Etruria. Vir excellentis ingenij, diligentiſſimus, & aſſiduus in ſtudijs, linguarum (vt dixi) peritiſſimus, Prædicator Apoſtolicus, verſatiſsimus in ſacra Scriptura, & gloria non du[illegible] Romanæ Prouinciæ, ſed totius Religionis, & Eccleſiæ.

Hic animaduertens Hieronymi verſionem, temporum iniuria, & hominum incuria, magna ex parte, vel intercidiſſe, vel fuiſſe corruptam, tentauit & ipſe nouum aggredi verſionem totius Scripturæ, Vetus Teſtamentũ ex Hebræo in Latinum transferens, cum laude, etiam ex teſtimonio Rabinorum Hebræorum; Vulgatæ editionis auctoritatem ſequi conatus: ſicut, & cũ vertit Nouum Teſtamentũ, iuxta Grecam fidem. Fauit operi, & labori Leo X. qui præſtitit cuncta neceſſaria ad hoc opus.

Scripſit *præterea quatuor libros de Inſtitutione Hebraicarum.*

Iſagogen, ſeu introductionem ad ſacras litteras. In qua ad imitationem Ticonij, & Auguſtini ex antiquis Patribus multas regulas collegit ad exponendas obſcuras phraſes, figuratas locutiones, & myſticos diuinarum ſcripturarum ſenſus ſummoperè neceſſariam

riam, cuius initium eſt: *Linguam hebræam fuiſſe*.

Libros decem, & octo ad intelligendos ſenſus myſticos ſacræ Scripturæ, quos conſimili argumento inſcripſit.

Iſagogas ad myſticos ſacræ Scripturæ ſenſus intelligendos.

Scripſit hos libros exemplo D. Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis, qui librum *de diuinis formulis* edidit. Operis initium eſt: *Dæmonia ſeptem*.

Catenam argenteam ſuper Pentateuchon diuiſam in ſex volumina. *Opus ingens*.

Catenam argenteam ſuper omnes Pſalmos Dauid in tres partes diſtinctam,

Expoſitionem grammaticalem hebraicam, ſuper omnia verba hebræa Pſalmi 118.

Traslationem veteris Teſtamenti ex Hebræo in Latinum.

Traslationem noui Teſtamenti ex Hebræo, & Græco in Latinum. Opus Clementi VII. dedicauit.

Meditationes hebraicas in Pſalmū L.

Interpretationes vocum Hebræarum, Chaldaicarum, & Græcarum ſacræ Scripturæ.

Lexicon Hebræum nuncupatum Theſaurum linguæ ſanctæ. Hic tamen auctus opera Ioannis Merceri, & Antonij Cauallerij, & corruptus, prohibitus eſt. Donec expurgetur. Index ad Concilium Tridentinum.

Cupiens in lingua hebræa proficere euoluat theſaurum hunc, in quem è Dictionarijs Rabbinorum recollegit illius linguæ gazas, & diuitias.

Præterea optans rectè. ac emendatè pronunciare hebraicè, legat opera Sanctes Pagnini: nam reperiet appoſitos cuique dictioni accentus, priſtino candori reſtituta illa nomina, quæ à prioribus traductoribus translata in latinas voces fuere.

In Pagnino aliqua, præſertim quoad editionis vulgatæ immutationem, meritò improbantur. Hæc Poſſeuinus *in Apparatu ſacro* adnotauit, & in poſterioribus editionibus expunctione damnata ſunt: Cæterum excuſandus; nam quando ſcripſit noſter Sanctes Pagninus, non erat adeo rata apud catholicos Editionis vulgatæ authoritas, vt fuit poſt Synodum Tridentinā Pagnini tempora ſubſecutam. Præterea non omnia, quæ apud Pagninum diſplicent, ſunt ab eo reuera profecta. Pleraque enim Geneuenſium interpolatorum nequitiæ adſcribenda ſunt: licet ementito loci calcographiæ nomine, in lucem ſint edita, & mala fide pro Pagnini lucubrationibus ſunt vænum expoſita. Hæc Miræus in *Mantiſſa*. *lege Rainaudum* in Mantiſſa ad indiculum SS. Lugdunenſium.

Hiſpani Theologi in Biblijs Sanctis Pagnini, quæ apud Hugonem à Porta anno 1542. excuſa ſunt, expugenda cenſuerunt ſequentia.

NVMERI.

Cap. 24. littera C. deleatur gloſſa, quæ ait *Sceptrum ſcilicet Dauidicum*.

PSALMORVM LIBER.

Pſalm 21. littera C. deleatur gloſſa, quæ incipit, *Fugiente Dauide*, vſque ad illa verba, *& verum Chriſti myſterium*.

Pſal. 39. littera D. deleatur gloſſa, quæ incipit, *ſcilicet ad auſcultandum*, vſque *ad Dauid ſacrificia*.

Pſalm. 44. littera D. deleatur gloſſa, quæ incipit, *ſolium Salomonis* vſque ad *in ſolo Chriſto*.

Eodem Pſalm. littera E. deleatur gloſſa, *ſcilicet Pharaonis, cuius filiam duxit Salomon*.

Pſalm. 62. littera C. deleatur gloſſa, quæ incipit, *id eſt ad ſummitatem arcis Sion &c.* vſque ad *Iebuſæos*.

Pſal. 68. littera D. deleatur gloſſa, quæ incipit, *Hæc ad litteram fecit Nabal*, vſque ad *Prophetiæ Apoc.* 10.

Pſal. 71. littera D: deleatur gloſſa, quæ incipit, *Hyperbole de Salomone, &c.* vſque ad *Apocal* 19.

Pſal. 109. littera C. deleatur gloſſa, *ſcilicet Salomone, &c.* vſque ad *Sacerdotem aliquando egit*.

CANTICA CANTICORVM.

Cap. 6. littera C. deleatur gloſſa, quæ incipit, *Hæc erat filia, &c.* vſque ad *dilecta*.

ISAIAS.

Cap. 2. deleatur capitis Summariū, quod incipit, *Aduentum Ezechiæ*, vſque ad *perditis ſine gladio Aſſyrijs*. Item gloſſa, litteraG. *ſcilicet de Rege Aſſur*.

Cap. 4. littera I. deleatur gloſſa, *Ezechiæ ſemper typo in Chriſtum fertur Prophela*.

Cap. 7. littera D. deleatur gloſſa, quæ incipit, *Oſtendit* vſque ad *Reges hoſtes Iudææ*, *vt 4. Reg.*

Cap. 8. littera A. deleatur gloſſa, quæ incipit, *ſcilicet Abiam*, vſque ad 4. Reg. 18.

Cap. 9. deleatur ipſius capitis Summarium, quod ait.. *Prophetat Chriſti Natiuitatem, eiuſque imperium, typo Ezechiæ*.

Cap. 11. littera E. deleatur gloſſa, quæ incipit, *Sola oratione vicit*, vſque ad *interficiat Antichriſtum, vt 2. Theſ. 2.*

Cap. 16. littera H, deleatur gloſſa, quæ ait, *ideſt agnos*, vſque ad *filiæ Sion*, vide 4. Reg.

Cap. 19. littera C, deleatur gloſſa, quæ incipit, *Ezechiam, nam*, vſque ad *ſublimius ſpectant*.

Cap. 30. littera B, deleatur gloſſa dicens: *Ezechias*.

Cap. 32. littera A, deleatur glosſa dicens: *Ezechias*.

Cap. 35. littera C, deleatur glosſa, quæ incipit, *Plurimum*, vſque ad *ab Aſſyrijs liberatio*.

Cap. 40. littera E, deleatur glosſa, quæ incipit, *ad Cyri Regis*, vſque ad *vide Ieremia*. Et littera F, gloſ. *Hoc ad litteram de Cyro*.

Cap. 42. litteta E, ex glosſa, quæ incipit, *Sublimitas*, deleatur ab illis verbis, *vnde & Cyro*, vſque ad *illa veritatis obumbratio*.

Cap. 43. littera C, delearur glosſa *ſcilicet Cyrus*, vſque ad *ita diſpoſitum*.

Cap. 45. littera C, glosſa quæ ait, *ſcilicet Cyrum*, deleatur.

Cap. 48. littera B, deleatur glosſa dicens, *ſcilicet Cyrum*. Et lirrera C, glosſa, quæ incipit, *ideſt clarè vobis*, vſque ad *futura prædicem*.

Cap. 49. littera I, deleatur glosſa, quæ incipit. *Conſolatur Deus*, vſque ad *fides adhiberetur*.

Cap. 50. deleatur capitis Summarium, quod incipit, *De Iudæorum improbatione*.

Cap. 51. littera A, deleatur glosſa, dicens, *lex per Cyrum*, vſque ad *noua Hieruſalem*.

Cap. 52. littera B, deleatur gloſ. dicens, *Cyrus*. Et littera C, gloſſa, quæ incipit, *ita deformatus*, vſque ad *aſpectus eius*.

Cap. 53. littera D, deleatut gloſſa, quæ dicit, *Incredibilis res*, vſque ad *arcana ſublimia*. Et littera C, gloſ. quæ ait, *quaſi exigentibus*, vſque ad *iam inchoata*.

Cap. 60. littera B, deleatur gloſſa, quæ ait, *Migrare faciens*, vſque ad *intulit cladem*.

IEREMIAS.

Cap. 23. littera A, deleatut gloſſa, quæ incipit, *De germine*, vſque ad *vide apud Zachar.*

DANIEL.

Cap. 10. littera A, deleatur tota gloſſa, quæ incipit, *Ab egreſſu*, vſque ad *Orbis Iudaici*.

OSEAE.

Cap. 2. littera I, deleatur gloſſa, dicens, *ſcilicet Ezechiam*.

Cap. 6. littera B, delearur gloſſa, quæ incipit, *Poſt vnum*, vſque ab oratione liberati.

IOEL.

Cap. 3. littera A, deleatur gloſſa, quæ incipit, *Perditio Aſſyriorum*, vſque ad *& prodigia*, vt Acto. Et littera B, gloſſa dicens, *magna populi anguſtia*, vſque ad *Aſſyriacæ perditionis*.

MICHAEAS.

Cap. 4. & 5. deleantur omnes gloſſę.

ZACHARIAS.

Cap. 3. littera F, deleatur gloſſa, quæ incipit, *Ecce ego*, vſque ad *germen in ſe continet*.

Cap. 9. littera H, deleatur gloſſa, quæ dicit *in humili*, vſque *ad germen*. Et littera I, gloſſa, quæ ait, *ideſt ſanguine*, vſque *ad effudiſti*.

Cap. 11. in principio deleatur gloſſa, quæ incipit *Exponi ſolet*. Deleanrur & ceteræ gloſſæ eiuſdem capitis.

Theſaurus autem linguæ Sanctæ, qui ſub nomine Gryphij Lugdunenſis typographi Geneuæ fuit impreſſus,

&

& auctus opera Ioannis Mercerij, & Antonij Cauallerij hæreticorum, prohibitus eſt in Romano Indice, donec expurgetur. Ex Poſſeuino, & alijs.

Reſtat videre vbinam apud Catholicos libri Sanctis Pagnini prodierunt.

Iſagoge ad ſacras litteras, lib. 1. & ad myſticos Sacræ Scripturæ ſenſus, lib. 18. Lugduni anno 1528. & anno 1563. Coloniæ apud hæredes Ioannis Quintelij.

Inſtitutiones Hebrææ linguæ in quatuor libros diuiſæ prodierunt ibidem anno 1526.

Earundem Compendium, ſiue Abbreuiationes, ibidem anno 1528.

Translatio vtriuſque teſtamenti ex Hebraica, & Græca veritate ferè ad verbum.

Et de Interpretatione item Hebraicarum, Armenarum, & Græcarum vocum, quæ in ſacris litteris habentur, Ibidem anno 1528.

Theſaurus linguæ Sanctæ, ibidem anno 1529.

Meditationes Hebraicæ in Pſalmum quinquageſimum, Ibidem.

Fatentur (vt dictum eſt) communiter omnes, nonnulla apud eum, præſertim quoad vulgatæ Bibliorum editionis immutationem, meritò improbari, quæ ſuperius adnotauimus, & quæ in poſterioribus editionibus expunctione damnata ſunt: non tamen omnia, quæ apud Pagninum diſplicent, ſunt ab eo profecta. Pleraque enim Geneuenſium (vt ſuperius retulimus) interpolatorum nequitiæ ſunt adſcribenda, tametſi ementito loci nomine in lucem ſint edita, & mala fide pro Pagnini lucubrationibus publicata. Sic ferè Antonius Poſſeuinus, Theophilus Rainaudus in ſuo libello de Sanctis Lugdunenſibus, Sixtus Senenſis, & Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi XVI. cap. 52.*

Lugduni ad Rhodanum diu vixit, vbi (vt dicemus) obijt. Nedum peritiſſimus fuit (vt ſcripta eius abundè teſtantur) Hebraicæ linguæ, ſed etiam eloquentiſſimus prædicator. Ita Symphorianus Champerius, qui hominem ſæpè dicentem audiuit, retulit, præfatione in eius Iſagogen apud Miræū.

Tandem, vt tanti viri vltimam apponamus manum Hiſtoriæ, Pagnini beneficium eſt, quod *Thomas Guadagnus*, vir locuples, ad ceteras impenſas in Dei honorem, & publicum bonum, quibus Lugduni, Auenione, Florentiæ clarus erat, adijceret ædificationem Noſocomij Lugdunenſis ad excipiendos peſte contactos; quod vulgò S. Laurentij appellatur.

Obijt decus Eccleſiæ Lugduni in Gallia 1541. 9. Kalendas Septembris, ſepultuſque fuit ante Odeium in Eccleſia Ordinis noſtri.

Seraph. Razius; *Additio ſecunda ad Tritemium*, Luſit. *in Bibl.* Abbreuiatio Geſneri, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl.* Lucarinus, et Fontana *de Rom. Prou.*

LEONARDVS RAGVSINVS, S. Theologiæ Magiſter, publicus lector in ſtudio Patauino ſcripſit.

Lecturam ſuper Summam S. Thomæ.

Item varia Opuſcula in Cœnobio noſtri Ordinis reliquit.

Luſit. *In Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Ambroſius Gozzeus, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. folio* 341. cui viuebat anno Domini 1540.

SEBASTIANVS TAVROMINITANVS, Siculus, S. Theologiæ Magiſter, et ſcholaſticus eruditus. Scripſit:

Super Phyſica, & Anima.

Super libros de Cælo, & Mundo.

De Generatione, & Corruptione.

De Paruis naturalibus.

In Metaphyſicam.

Super Ethica, Politica, & Œconomica.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.*

Anno 1542.

SEBASTIANVS de OLMEDO, Prouinciæ Caſtellæ, patria Abulenſis à Philoſophiæ, à ſacrarum litterarum peritia, ab hiſtoriarum memoria, à morum ſuauitate, et ab obſeruantia noſtrarum legum maximè commendabilis accuratiſſimè ſcripſit.

De Magiſtris Generalibus, & de rebus ſub eiſdem geſtis, opus nobile, quod in membranis manuſcriptum Bibliotheca

ca Magiſtri Generalis aſſeruat.

Incipit hoc Chronicon ab Ordinis noſtri origine vſque ad annum 1558. per Generales noſtri Ordinis abſque alijs diuiſionibus, et capitulis. Scripſit hoc Chronicon ſine nomine; at in vita Munionis Hiſpani, detexit nomen ſuū.

Eius meminerunt Franciſcus Auguſtinus de Eccleſia in Catalogo Pedemontanorum in Italia Pręſulum, Franciſcus Peña in principio Directorij Nicolai Eimerici, Nicolaus Figueres in præfatione ad indicem Maluendæ, Marieta *in Catalogo Scriptorum*, Seraphinus Razzi *in Hiſtoria Italica virorum illuſtrium Ordinis noſtri, Bibl. Hiſpana part. 2. fol.* 228. *col.* 2. Hyacintus de Parra *in Catalogo Scriptor. Ordinis.*

IVLIANVS GARGES, Cæſarauguſtani Cænobij filius, Carolo V. Imperatori à ſacris Prædicationibus, vir religioſiſſimus, et tantarum virtutum, vt à prudentiſſimo Imperatore primus Epiſcopus deſtinatus ſit ad Regnum Mexicanum. Hic igitur primus ingreſſus eſt in illud ampliſſimum Regnum. In occidentalibus Indijs à Leone X. ad Caroli V. Imperatoris ſupplicationem prima omnium Eccleſia nuncupata B. Mariæ de Remedijs, quæ et Angelopolitana, ſeu Tlaxcallenſis, et à Carolo Carolenſis nomen obtinuit, erecta eſt die 24. Ianuarij 1519. in cathedralem, cui primus Epiſcopus datus eſt Iulianus. Hic in Epiſcopatu ſtatuta Ordinis in victu, et veſtitu adamuſſim ſeruauit. Emenſum primò Pariſijs diſciplinarum ſpatia, ſcholas remetiri ſuperiorum nutu, in erudiendis, videlicet adolentibus ſuæ prouinciæ Aragonenſis in præcipuis Conuentibus oportuit. Deinde à Carolo V. vir doctiſsimus, atque religioſiſsimus amandatus fuit Prædicator in dictam Ciuitatem Tlaxcallenſem, quæ interpretatur *ciuitas panis*, in qua tunc erant tercentum millia hominum; nunc verò quinquaginta millia. Poſtea inter tot viros doctiſsimos Iulianus delectus eſt Epiſcopus, qui primus in Orbe nouo, conſeruaret, & fidem conſtabiliret apud illos chriſtianos modernos, & populos ſanctis imbueret moribus, & doctrinis. Quando ad ſuam Eccleſiam acceſsit, erat ætatis an. LXX. cumque illuc perueniſſet, omnes redditus ſui Epiſcopatus pauperibus diſpenſauit, & totum ſe effudit in opera miſericordiæ. In Epiſcopatu præter inſignia ſacerdotis, nullus in cultu corporis ſplēdor, veſtis penè conſumpta, numquam noua, domus, ſuppellex, menſa religioſum virum, & verè Dominicanum, ſtatim indicabant. Videres vel Antoninum è Florentia, vel Epiſcopum Nucerinum Auguſtinum, vel Ratiſponen. Albertum. Duos tantum ſeruos adhibuit, & quandam Nigrā. Ex viginti quatuor horis diei in ætate decrepita duodecim inſumebat in ſtudio: Erat arguſtiſsimus, vtebaturque ſalibus ad horam. In ſermone ſententioſus, maturus in geſtis, ac grauis. Cum nonagenarius ægrotaret, & quidam ei perſuaderent vt primò reciperet medicamenta, deinde Sacramenta, reſpondit ſemel, ac iterum Sanctiſſimus Senex: *Non præferantur humana diuinis*. Obijt pauperum Pater currenti anno 1542. in ſua cathedrali ſepultus.

Scripſit epiſtolam diffuſiſſimam, ſiue relationem Paulo III. Pontifici maximo de moribus, et indole Indorum, ex qua colligi poterit quanta fuerit ſapientia, ſanctitas, eruditio, et prudentia huius Præſulis. Anno 1537.

Gil. *in Theatr. Eccleſ. de la Pueb. de los Angel.* Fernandez, Fontana *in Theatro* 1. *p. c.* 5. *tit.* 140. Auguſti nus Auila *hiſtor.* Mexicana *lib* 1. Franc. Diagus *hiſt. Prou. Aragon.* Plodius *de viris illuſt. p.* 2: *lib.* 4. Bibl. Hiſpana.

HIERONYMVS de FORNARIIS, Papienſis, ex Prouincia Lombardiæ, S. Theologiæ Magiſter doctiſsimus, cum Prioris, Baccalaurei, et Regentis munera in Conuentu S. Dominici de Bononia obiuiſſet, atque in eiuſdem vrbis magiſtrorum Collegium cooptatus eſſet, à Clemente VII. die 8. Auguſti an. 1533. Bellicaſtrenſis Epiſcopus in Calabria ſub metropolitana S. Seuerinæ creatus fuit. In qua dignitate nouem conſumpſit annos, obijtque in Vrbe, cum ad Apoſtolorum limina acceſsiſſet an. currente 1542. ſcripſit.

Librum de immortalitate Animæ.

Fuerat etiam Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ. Ludouicus Panormitanus *in Chronica manuſcripta*, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Vghellus *tom. 9. Italiæ ſacræ*, Regeſta Cancellar. *Apoſtolicæ*, Antonius Maria Spelta *in hiſtoria*, & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 79.*

Sepultus fuit in Eccleſia S. Sabinæ de Vrbe.

ANTONIVS à FONSECA, Luſitanus, eximius S. Th. Magiſter, Cathedraticus in vniuerſitate Conimbricenſi, ac Prædicator Ioannis III. Regis Luſitani. Scripſit vitam Caietani.

Item aliquas doctas Adnotationes ſuper commentaria Caietani in Pentateuchum.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.* Sixtus Senenſis *in Bibl. ſancta lib. 4.* Bibl. Hiſpana.

Anno 1543.

ANGELVS IGNANNINVS, ciuis Altamuras, filius conuentus S. Rocci eiuſdem ciuitatis, muſicæ artis peritia celeberrimus. Obijt hoc anno Venetijs, cum muſicen ibi profiteretur maximo plauſu, ac laude. Edidit typis.

Plura muſicalia, interque Madrigali libros tres, quatuor, quinque, ac vocibus ſex.

Volumen vnum de miſſis.

Aliud de motectis:

Aliud de Pſalmis veſperalibus.

Lamentationes, & Reſponſoria in ſeptimana Sancta. Omnia tribus, vel quatuor, vel quinque, vel ſex vocibus.

Librum de cantu plano, quem apud me ſeruo.

Lamentationes, & Reſponſoria in Hebdomada Sancta vidi à puero, & frequentiſſimè cecini ſub Domino D. Sebaſtiano Traiecta Altamurano Muſico celeberrimo, & Principe Muſicorum in patriæ Regia Cathedrali.

Plures verſiculos, & (vt vulgò dicunt) Ricercate con l'intauolatura ſtylo quidem graui, & perantiquo, ſed ſatis elaborato, & cum omnibus regulis artis, in quibus ſextæ, quartæ, ſeptimæ frequentiſſimæ, at peroptimè reſolutæ. Hæc quoque apud me ſeruo, quibus me Nicolaus Traiecta, D. Sebaſtiani Germanus frater donauit.

Monumenta Conuentus Altamurani.

Anno 1544.

INdicitur Concilium Tridentinum hoc anno, ad quod cum Hieronymo Oleaſtro noſtri Ordinis, viro toti Chriſtiano orbi notiſſimo noſter Pater F. Georgius de Sancto Iacobo, Vlyſiponenſis Inquiſitor, vir omni genere ſcientiarum ornatus à Luſitaniæ mittitur Rege. Habuit Georgius in hac Synodo Tridentina an. 1547. (teſte Miræo *de Scriptoribus Eccleſ.*) celebrem orationē eiuſdem Concilij actis annexam. Vide infra.

Die 13. Auguſti anno 1552. ob translationem Roderici Pomberij ad Portugallen. Georgius Epiſcopus Angrenſis apud Inſulas Tertiarias à Iulio III. ad inſtantiam dicti Regis creatur.

Quanto verò tempore huic Eccleſię præfuerit, & quo anno ipſe deceſſerit, Scriptores ſilent. Ex actis Conſiſt. eiuſdem Iulij III. Souſa *in hiſtor. Portugall.* & Fontana *in Theatro 1. p. cap. 5. tit. 35. num. 1.*

Interfuere ex noſtris in hoc ſacro Concilio Archiepiſcopi ſex, Epiſcopi ſupra 40. Theologi itidē 40. glorioſiſſimè, & ad inuidiā conſtipantes Reuerēdiſſimum Ordinis noſtri Generalem F. Vincentium Iuſtinianum, virum planè ingentis animi, ſummæ prudentiæ, ad regimen natū. Archiepiſcopi hi fuere.

1. Sebaſtianus Lecauella, Græcus, vir doctiſſimus. Naxienſis, & Parienſis Eccleſiarum ſibi inuicem vnitarum Archiepiſcopus à Paulo III. die 12. Maij an. 1540. creatus fuit. A Pio IV. ad Litterenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1562. die 16. Decembris, Poſt eiuſdem Eccleſiæ adminiſtrationis annos tres, curam ſibi creditam ad pedes Pontif. liberè renunciauit anno 1565: Concilio Tridentino interfuit, cuius cum laude meminit Cardinalis Pallauicinus *in Hiſtor. eiuſdem Concilij lib. 18. cap. 14.* Obijt Romæ, & conditus fuit in templo S. Mariæ ſuper Mineruam tali memoria eius tumulo proſtante.

D.O.M.

D. O. M.
Sebaſtiano Lecauella Archiep.
Naxienſi
Ord. Præd. Chienſi,
Qui vixit ann. LIV. Menſ. IV.
Dies XXVIII.
Obijt anno ſalutis MDLXVI.
Id. Nouemb.
Io: Comitialis Nepos ex
teſtamento.

Vghell. *in Append. tom. 9.*

2. Iulius Paueſius de Quinrano, Brixienſis, ex Prouincia Lombardiæ, habitu Ord. in S. Clementis de Brixia an. 1527. indutus fuit; ſanctimonia, doctrina, rerumque experientia longè clariſſimus. A Paulo IV. die 23. Augusti anno 1555. creatus eſt Epiſcopus S. Leonis in Calabria ſub Metropolitana S. Seuerinæ. Poſtmodum ab eodem Pontifice Maximo translatus eſt ad Veſtanam Eccleſiam in Apulia ſub Metropoli Sipontina die 2. Octobris 1555. Anno ſuo 1558. ad Archiepiſcopalem Surrentinam die 20. Iulij. Tridentino Concilio interfuit ſub Pio IV. Apoſtolicæ ſedis Nuncius fuit Neapoli primò, deinde in Belgio, ac Neapolitani Archiepiſcopatus Gener. Vicarius. Morralitatem compleuit 3. Id Februarij Neapoli 1571. in Eccleſia noſtra S. Catharinæ à Formello ſepultus. Vghellus *tom. 7. Ital. ſacra.*

3. Bartholomæus de Martyribus, Luſitanus, Archiepiſcopus Bracarenſis, de quo 1561.

4. Auguſtinus Saluagus, Genuenſis, Archiepiſcopus Genuenſis. Hic primum fuit Epiſcopus Aceienſis in Corſica à Iulio III. inſtitutus diè 18. Auguſti anni 1553. Ex qua ſede an. 1559. ad Genuenſem Archiepiſcopatum translatus eſt à Paulo IV. die 17. Aprilis. Obijt anno 1567. Pridie Kal. Octobris. Plodius *p. 2. lib. 4.* Vghellus *tom. 4.* & Fontana *in Theatro p. 1. cap. 4. tit. 52. & cap. 5. tit. 7. num. 4.* Obijt Genuæ, & ſepultus eſt in Cathedrali cum hac inſcriptione,

D. O. M.
Auguſtinus, ex nobili,
Atque priſca Saluagorum
Familia ortus, Genuenſium Antiſtes,
Sacræ paginæ Profeſſor,
Pietate, ac moribus ornatus,
Obijt anno à partu Virginis 1567.
Pridie Kalen. Octobris.

5. Leonardus Marinus, ſeu de Marinis, Genuēſis, Archiepiſcopus Lâcianenſis, de quo 1573.

6. Antonius Iuſtinianus, Chienſis, Archiepiſcopus Naxienſis, qui ſucceſſit defuncto Sebaſtiano Lecauella, ſanguinis nobilitate, & doctrinæ præſtanria celebris fuit. Ianuæ in Conuentu S. Mariæ de Caſtello inter noſtros adſcriptus fuit die 5. Aprilis 1524. Anno 1550. in Chienſi Inſula fuit Inquiſitor hæreticæ prauitatis. Ex hoc munere aſſumptus eſt ad Archiepiſcopatum Naxienſem, & Parien. à Pio IV. die 16. Decembris 1562. At cum promotus fuiſſet inſcio Criſpo Naxienſe Duce, ac propterea id ægrè ferente, non completis duobus annis translatus fuit anno 1564. die 2. Maij ab eodem Summo Ponrifice Pio IV. ad Eccleſiam Liparitanam, in qua cōpleuit vitæ ſuæ curſum an. 1571. Hic fuit in Concilio Tridenrino.

EPISCOPI.

Thomas Caſellius, Calaber, Ruſſanenſis, Theologus celebris, pietate, & prudentia conſpicuus. A Paulo III. die 11. Decēbris an. 1542. creatus eſt Epiſcopus S. Leonis in Calabria ſub metropoli S. Seuerinæ, quam Eccleſiam cum annos duos rexiſſet die 27. Octobris 1544. ab eodem ſummo Pontifice Paulo III. promotus eſt ad ſedem Bertinorienſem vnitam cum Foropopilien. in Romandiola ſub Metropoli Rauennat. Deinde aſſumptus eſt ad Eccleſiam Oppidenſem in Calabria ſub Metropolit. Rhegien. 7. Maij 1548. ab eodem Paulo III. ex hac Eccleſia euectus eſt ad Cauenſem à Iulio III. die 1. Septembris 1550.

Deceſſit Romæ 9. Martij 1571. ſepultus eſt in templo S. M. ſuper Mineruam cum cænotaphio.

Thomæ Caſſellio Ruſſanen. Patritio
Ord. Præd.
Diuinarum litterarum peritiſſimo,
Ca-

Catholicæ doctrinæ propugnatori,
Epiſcopo Cauenſi,
Qui pro S. Republ. Chriſtiana
Innumeros labores ſuſcepit.
Marius Protonobiliſſimus
Patritius Neapolitanus poni curauit.
Vixit ann. LX. obijt nona Martij.
MDLXXI.

Vghellus *tom.* 1. *It. Sac.*

Hic præſtantiſſimus Præſul conſtituitur à Patribus S. Concilij Tridentini Commiſſarius. Quæ fecerit contra BracciumMartellum Epiſcopum Feſulanum coram Patribus TridentiniCōcilij pro defenſione Regularium lege Doctiſſimum, & Eruditiſſimum Pallauicinum in Hiſtoria Concilij Tridētini *lib.* 7. *cap.* 4. qui ibidem ita concludit.

L'iſtanza del Caſellio riceuette fauore in prima da Galeazzo Fiermondi Veſcouo d'Aquino, e poi dalla voce d'aſſai altri, li quali condannauano l'orazione del Martello, come indegna, e disbonorata.

2. Iacobus Naclantes, Epiſcopus Clugienſ. qui fuit author, *vt in ſeſſ.* 13. *cap.* 5. *& can.* 11. *verbum Sacerdotis* in verbum *confeſſarij* mutaretur, vbi diceitur *habita copia confeſſarij*, cum prius diceret, *habita copia Sacerdotis.* de quo anno 1554.

3. Thomas Stella, Venetus, Epiſcopus Iuſtinopolitanus, de quo an. 1566.

4. Antonius ex Comitibus Lucurri, Genuenſis naſcitur Sigeſtri, vir tum in ſcholis, tum in ſuggeſtu orator facundus, à Paulo III. Brugnatenſis Epiſcopus in Liguria ſub Ianuenſ. Metropoli nominatur die 14. Februarij anno 1548. per ceſſionem Auguſtini Card. Triuultij. Interfuit Concilio Tridentino, fuitque Ianuenſis Archiepiſcopi Vicarius. Præfuit ſuæ Eccleſiæ annos decem, & ſeptem, dimiſitque Epiſcopale onus ad Pij IV. pedes, & in Conuentum Ordinis S.Mariæ Annunciatæ Sigeſtri, ſoli Deo vacaturus ſe recepit, vbi ſancto fine quieuit, apud noſtros ibidem ſepultus ann. 1579. cum hac inſcriptione:

R. P. D. Antonius ex Comitibus Lucurri
Sigeſtri Oriundus. Ord. Præd.
Qui an. MD. XLVIII.
Ad Epiſcopatum Brugnaten. aſſumptus,
In arduis
Vtriuſque fortunæ caſibus probatus,
Semper idem manens,
Epiſcopale munus, non ſatellitio vſus,
Aut pecuniarijs mulctis,
Sed peruigili præſentia, & viuo verbo
Miniſtrando,
Nullū vmquam vitium incorreptū dimiſit,
Nec paſtorali officio defuit.
Demum quandam pro ſuis gentilibus
Haud diuitibus, eleemoſynam
Annui cenſus librar. Genuenſium
CCXL. inſtituit,
Et hoc ſepulchrum ſibi viuens
Parari curauit an. MDLXX.

Vghellus *tom.* 4. *Ital. Sacræ*, Plodius, Fontana, & alij.

5. Timotheus Iuſtinianus de Chio à Iulio III. creatus eſt in Inſula Cretenſi Calamonenſis Epiſcopus die 21. Iulij an. 1550. quæ Eccleſia vnita fuit anno ſequenti 1551. Arienſi in Græcia in eadem Inſula Cretenſi, vt refeſeret amicus meus Abbas Iuſtinianus, vir eruditus in Chio ſacra fol. 116. ex Actis Conſiſt. Iulij III. & Leonis X. & Vghel. *tom.* 9. inter Strongulen. Epiſ. Has Eccleſias quatuordecim annos ſanctiſſimè texit: Poſtea anno 1564. die 10. Aprilis à Pio IV. translatus eſt ad Chienſem. Hic patritius Ianuenſis ex Condominis Chienſis Inſulæ, adoleſcens habitum noſtrum in S. Mariæ de Caſtro Chienſi Conuentu induit, vbi litteris, ac pietati addictus, ita profecit, vt pluribus in Conuentibus & docuerit, & præfuerit cum ſui laude. Vicarius Generalis Congregationis peregrinantium factus, eo in regimine cordati viri, zelum Dei habentis, exemplar cunctis ſe præbuit. Eius virtutum fama permotus Iulius Papa III. (vt dixi) Arienſis primo an. 1550. die 21. Iulij, mox Calamonenſis Eccleſiarum vnitarum Epiſcopū in Creta creauit. Concilio Tridentino ſub Pio IV. interfuit, à quo ad Chienſem ſedem translatus eſt die 10. Aprilis 1564. Hanc cum ſanctiſſimè regeret,

miſerabilis, multumque lacrymabilis illius Inſulæ à Turcica claſſe occupatio contigit anno Do. 1566. Illuxit tunc fidelibus cunctis in Timotheo fidei Chriſtianæ ardor, ac deſiderium pro Chriſto Martyrium ſubeundi: nam cum Turca quidam in S. Petri æde ciborium, in quo Euchariſtia ſacratiſſima condita erat, impijs manibus contrectare niteretur, pedibus illam ſubiecturus, epiſcopus qui aſtabat, vexatus dolore incredibili, procidit ad barbari pedes, rogauitque, vt ſibi potius vitam adimeret, quàm pretioſum Chriſti corpus indignè tractaret. Quibus permotus impius, ab aſſumpto opere perfido deſtitit. Tandem Timotheus inter tot mala, de ſua ſede deturbatus, petijt Romam, vbi fuit benigniſſima commiſeratione à noſtro Beatiſsimo Pio V. amplexatus, & cum die 5. Aprilis an. 1568. ad Strangulenſem Eccleſiam tranſtulit in Calabria, vbi quarto ſui regiminis anno ſanctiſſimè deceſsit. De eo eruditiſsimus Abbas Vghellus *tom. 9. Italiæ ſacr. ę hæc ſubdit: Scripſit de Inſula Chio breuem relationem ad Cardinalem Io: Baptiſtam Cicadam, quæ manu ſcripta ſeruatur ab amico noſtro Camillo Tutino. Tandem ſeptuagenario maior piè, vt vixerat, bono fine quieuit anno* 1571. *in Cathedrali ſepultus.*

Lege Vghellum vbi ſupra, Fontanam *in Theatro p.* 1. *c* 5. *tit.* 51. 119. 167. 563. Abb. Iuſtinian. *in Chro ſacra.*

6. Aegidius Fuſcararius Bononienſis, Epiſcopus Mutinēſis, de quo 1564.

7. Marcus Laurus de Tropeia, Calaber, Epiſcopus Campanien. & Satrianen. creatus à Pio IV. die 26. Ianuarij 1560. claruit in Concilio Tridentino inter doctiſsimos Patres adnumeratus, quorum doctrinam magnifecit ſacra Synodus. Inſeruiuit Cōcilio loco Secretarij ſub Pio IV. & orauit (in Theologica facultate vir eximius) in Concilio coram Patribus *in ſeſſ.* 5. Ita teſtatur Spondanus *in Annalib. Eccleſ. an.* 1546. *num.* 6. Vghellus *Ital. ſacra tom.* 7. *in Epiſc. Campanien.* & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 126. *& part.* 2. *cap.* 3. *tit.* 15. Seceſsit è viuis an. 1571. poſt fundatum, ac conſtructum à ſe Conuentum Ordinis Girifalci in Prouincia Calabriæ. Authores citati, & Plodius *p.* 2. *lib.* 4.

8. Io: Coloſuarinus Hungarus à Pio IV. Canadienſis Epiſcopus creatus, interfuit Concilio Tridentino, in quo mortuus eſt die 24. Nouembris 1562. Ibi totius Hungariæ Prælatorum intererat nomine. Fontana, Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 4.

9. Martinus de Mendoza à Corduba, filius Comitis Carpenſis, & Conuentus S. Pauli Cordubenſis, tres alios germanos fratres in Ordine habuit, omnes doctrina, & pietate ſpectabiles. Poſt varias obitas in ſua Prouincia Bætica præfecturas, Prouincialis electus fuit ibidē: quo in munere cū optimi Paſtoris nomen ſibi promeruiſſet, Dertuſēſis Epiſcopus in Aragonia ſub Archiepiſcopatu Taraconen. nominatus à Philippo II. Hiſpaniarum Rege, à Pio IV. confirmatur die 17. Iulii 1560. ex qua Eccleſia poſtea an. 1574. die 4. Iunij ad Placentinam translatus eſt a Gregorio XIII. Tandem ad Cordubenſem in Hiſpania ſub Hiſpalen. Archiepiſcopali gradum fecit die 10. Iunij 1578. In qua dignitate cum ſe bonorum operum exemplum præbuiſſet, vitæ ſanctitate, & eleemoſynis clarus quieuit in Domino anno 1581. Interfuit ſacro Concilio Tridentino. Fernandez *inter Epſcop. Hiſp.* Gil *in Theatro Eccleſ. Placentin.* Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 202. 220. *&* 469. Luſitanus *in Chronico*, Ioannes Marietta, Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 4.

10. Interfuit Concilio Gabriel de Alexandris, Bergomēſis in Lombardia, Epiſcopus Gallenſinenſis, & ſuffraganeus Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi Tridentini. Razius, Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4. Fontana *p.* 1. *Theatri cap.* 5.

11. Itē Eugenius Ohairt, Hibernenſis, Epiſcopus Achadenſis in Hibernia, vir doctus, ſanguinis, & morum nobilitate venerabilis, ſed fidei zelo venerabilior, magnus eccleſiaſtes, ſalutiſque animarum zelator feruidus, infracti animi vir Concilio Tridentino interfuit. A Pio IV. die 28. Ianuarij an. 1562. promotus fuit ad Eccleſiam dictam. Index Epiſc. Concil. Tridentini Plo-

Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib.* 4. & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 4.

12. Hieronymus Michael Nichiſola Veronenſis, vetuſta, nobilique familia natus, in Theologica facultate verſatiſsimus, à Paulo IV. die II. Ianuarij an. 1557. Theanenſis Antiſtes ſub Metropoli Capuana deligitur. Cōcilio Tridentino interfuit, in quo docti, cordatique viri promeruit ſibi nomen. In ſuam Eccleſiam reuerſus ſibi creditum clerum, & vrbem iuxta eiuſdem Sanctæ Synodi decreta pro viribus reducere meliorem viuendi ad normam ſategit. Poſtremò mortem lætus aſpexit anno 1566. currente Auguſto, ætatis ſuæ IL. & conditus fuit in ſua Cathedrali. Vghellus *tom.* 6. *Ital. ſacra* Plodius *part.* 2. *lib.* 4. & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 583.

13. Dominicus Caſablanca, Siculus, Meſſanēſis, ſummus Theologus, Equenſi, ſeu Vicoaquenſi, ſeu Vicequenſi ſuper mare propè Surrentinam Metropolim functus eſt Præſulatu, ad quem Paulus IV. die 4. Febr. anno 1558. illum promouit: Tridentino Concilio interfuit, ſextoque ſui regiminis anno, quòd mortale erat, immortalia conſequuturus, reliquit an. 1564. Vghellus *tom.* 6. *Ital. ſacra*, & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 634. *num.* 4. Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4.

14. Hieronymus Triuiſanus, Venetus, Theologus inſignis, probatis moribus, ſanguiniſque præſtantia conſpicuus, Pio IV. in paucis charus, Veronenſis Epiſcopus delectus eſt ab eodem, die 15. Ianuarij 1561. de mandato præfati Pontificis Concilio Tridentino aſſedit, vbi deceſſit die 9. Septembris 1562. anno verò regiminis ſui ſecundo. Conditus fuit in Eccleſia S. Dominici cū ſequenti inſcriptione.

Hieronymo Triuiſano Ord. Præd.
Dominici filio,
Epiſcopo Veroneuſi
In ſacra Tridentina Synodo vita functo;
Auguſtinus, & Franciſcus Fratres
Sibi, & P.

Font. *in Th. p.* 1. *c.* 5. *tit.* 629. *Lege* 1562.

15. Antonius Hauetius, de quo an. 1578.

16. Petrus Bertandus in Nonantulæ territorio ortus, dictus tamen Mutinenſis, diſcipulus fuit P. F. Thomæ Badia Ordinis noſtri, qui fuit S.R.Eccleſiæ Cardinalis. Cum eſſet Theologus præſtantiſſimus, celebriſque diuini verbi præco, atque in pertractandis negotijs ſingulari dexteritate ornatus, à Paulo III. Fanenſis Epiſcopus in Vmbria Senonen. creatur die 28. Nouembris 1537. Ad Concilium Tridentinū, tamquam qui in Theologica facultate per id tempus nulli cenſeretur ſecundus, delegatur: Apoſtolici Nuncij munere apud Carolum V. functus eſt ſub eodem Pontifice Maximo, in quo quidem orbi chriſtiano patefecit quid ipſe in componendis negotijs valeret, dum illud ſaluberrimum Concilium congregati concluſit, vnde toti infectæ Germaniæ medicina parabatur. Ex hoc tantam apud Principes Chriſtianos promeruit gratiā, vt à Iulio III. eius præſtantiſſimis meritis exigētibus Presbyter Card. ſub tit. SS. Petri, & Marcellini 13. Kalend. Ianuarij anno 1551. creatus ſit; parumque abfuit (inquit Vghellus) quin in Conclaui, defuncto Iulio ſummo Pontifice, eueheretur ad ſummum Sacerdotium. Deceſſit Romæ anno 1558. apud S. Sabinam conditus eſt cum ſequenti inſcriptione.

D. O. M.
Petri Bertani Mutinen. corpus hìc
Situm eſt, qui cum adoleſcens in
D. Dominici
Familia nomen dediſſet, doctrinæ, &
virtutis ergo
Factus eſt Epiſcopus Fanenſis.
Tum à Paulo III. Nuncius Miſſus
Ad Carolum V. duobus memoriæ noſtræ
Prudentiſſimis Principibus incredibiliter
ſatisfecit.
A Iulio III. in Cardinalium numerum
adlectus,
Sub Paulo IV. mortalitatem cum immortalitate commutauit. Benè precare
Quiſquis es: vt ita tibi quoque alij
benè precentur.
Vixit annos LVI. menſes IV. dies IV.

 Obijt

Obijt anno ſalutis MDLVIII.
Guronus Frater, Fratri vita chariori
Poſuit.

Vghellus *tom.* 1. inter Fanen. Epiſc. Ciaeconius, Plodius, & Fernandez *inter Cardinales*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 33. *& alibi pluries.*

17. Petrus de Xaque, Hiſpanus, Turris Iuliæ.Epiſcopus Niochenſis 4. Septemb. an. 1560. a Pio IV. creatus, qui deceſſit tertio ſuę dignitatis anno. Ex Regeſtis Apoſtolicæ Cancellariæ, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 424. *num.* 2.

18. Affuit Concilio Tridentino P. F. Hieronymus Muzarellus, Bononienſis, ſanguinis præſtantia clarus, ſacrarum litterarum ſtudijs addictus, Hebraicæque, ac Græcæ linguæ periſſimus. In patria habitum noſtræ Religionis ſuſcepit, & emiſit profeſſionem. Pluribus Prouinciæ Lombardiæ conuentibus præfuit integerrimè, ac præſertim Bononiæ Prior & ab anno 1547. vſque ad an. 1550. ibidem Inquiſitor anno 1550. ad Sacri Palatij Magiſterium aſſumptus à Iulio III. in Romana curia copiam ſuæ doctrinæ diffudit. Tribus annis in hac dignitate peractis, ab eodem Iulio III. Archiepiſcopus Compſanus creatur die 11. Decembris an. 1553. Ante ſuam ad Sacripalatij magiſterium aſſumptionē, primis Concilij ſeſſionibus Bononiæ habitis, interfuit, vt patet ex epitaphio. Archiepiſcopus renunciatus, Eccleſiaſticæ libertatis vindex ſemper extitit indefeſſus. Vnus ex quatuor Neapolitani Regni Inquiſitoribus fuit. Apoſtolicam legationem ad Carolum V. Imperatorem pro Iulio III. Pontifice Maximo obiuit, in qua magnam ſibi apud Cæſarē, necnon cæteros gloriam comparauit. Poſt ſeptem annos Legatione peracta, dum ad ſuam Eccleſiam, maiora conſequuturus, reuerteretur, Salerni extremum clauſit diē, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ de Porta anno 1561.

Bononiæ, in S. Dominici templo, vbi Religionis lac ſuxerat, religioſiſſimo viro Gaſpar Muzzarellus pronepos honoratium hoc epitaphium poſuit:

D. O. M.
Hieronymo Muzzarello, nobili Bononien.
Ex Ordine Prædicat.
Viro doctiſſimo; Linguarum Hebraicæ,
Et Græcæ peritiſſimo;
Inquiſitori, & Priori Bononiæ,
Tridentinæ Synodi inchoatæ ſpect.
Qui Sac. Palatij Magiſter
Neapolit. Regni vnus ex IX. Inquiſit.
Ac tandem à Iulio III. Pont. Max.
Compſa Archiep. creatus,
Ad Carolum V. Imperatorem Apoſt.
Legatus
Omnia hæc munera omnibus abſoluit
numeris.
Iam tanti proaui nequaquam immemor
pronepos
Gaſpar Muzzarellus
Hoc monumentum poſuit.
Anno Dom. MDCXXVIII.

Vghellus *tom.* 6. *Ital. Sacræ*, Plodius *in Appendice*, Lucarinus, & Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 4. *tit.* 30. *& p.* 2. *pluries.* Ludouicus Panormitanus *in Chron. manuſcrip. & Relat. Reg.*

19. Albertus Duimius de Clericis, Catharenſis, Epiſcopus Belenſis.

20. P. F. Hieronymus Vielmus Venetus, Argolicen. Epiſcopus, de quo an. 1582. libros duos in Concilio, qui eidem S. Synodo Tridentinæ vſui magno fuerunt, edidit de ſcriptis D. Thomæ. Interfuit etiam Georgius de S. Iacobo Epiſcopus Angrēſis apud Inſulas Tertiarias, de quo ſupra, & alij plures, de quibus in hac opere paſſim patebit.

Eugenius Obairt, Epiſcopus Accadienſis, ſiue Achadenſis, de quo ſupra *n.* 11. Concilio terminato, in propriam reuerſus Eccleſiam, ab hæreticis multa perpeſſus, dæmonis inſidias, Deo iuuante, inuictiſſimè ſuperauit. Ex actis Conſiſt. Plodius *p.* 2. *lib.* 4. *ex indice Epiſcop. Concil. Trident.* & ex Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 4.

Ex Theologis verò noſtris interfuerunt F. Petrus de Soto Hiſpanus, qui obijt Tridenti menſe Aprili 1563. in cuius locum ſuffectus eſt P. F. Adrianus Valentieus Venetus, poſtea Iuſtino-

nopolitanus Epiſcopus, de quo anno 1572.

3. P. F. Camillus Campegius Papienſis, ex Prouincia Lombardiæ, Inquiſitor Mantuæ, & Ferrariæ, quo in munere nõ modicas calamitates ſuſtinuit. Cum magni nominis eſſet Theologus, Pioque IV. multùm familiaris, ad Tridentinum Concilium directus eſt ab eodem. Deinde à Pio V. Pontifice Max. die 4. Maij 1568. Eccleſiæ Nepeſinæ in Vrbis diſtrictu cum Sutrina vnitæ præficitur. In ſequente anno corpora SS. Martyrum Ptolomæi, & ſociorum adhuc ſanguine madentia reperta, ſolemni pompa in noſtrl Ordidinis templo Nepeſino eiſdem SS. dicato ſub Ara maxima collocauit. Breui tempore paſtor optimus, longiori vita dignus, vixit, clauſitque diem extremum Sutri anno 1569. in Cathedrali ſepultus. Vghellus *tom. 1. Ital. Sacræ*, & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 418. num. 3. vide* 1569.

4. P. F. Hieronymus Bracco, Hiſpanus. Hi tres ad Concilium miſſi fuere à Pio IV. ſummo Pontifice.

5. & 6. P. F. Ioannes Gallo Hiſpanus, qui ſacræ Scripturæ Cathedram Salmantinam moderatus fuerat. Hic miſſus fuit ad Concilium à Philippo II. Rege Hiſpaniarum ſimul cum noſtro P. F. Petro Fernandez Hiſpano, qui Præfectus fuit Prouinciæ Hiſpaniæ: *Ex eiſdem Actis, & Fernandez in concertat. Prædic. lege* 1577.

7. Sub Paulo III. ad idem Concilium miſſi fuere à Rege Hiſpaniarum PP. FF. Bartholomæus Caranza, & Dominicus Soto. Caranza, de quo anno 1576. Dominica prima Quadrageſimæ an. 1546. concionem habuit coram Patribus Concilij, ad quos ſcripſit librum de Reſidentia Epiſcoporũ. Fernandez *in Concert. Prædic.* Miræus *in Bibliot.* & Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit.* 15.

8. Dominicus Soto, de quo anno 1563. in congreſſibus cum Hæreticis maximum reportauit triumphum: vnde illuſtri ſtemmate fuit decoratus, nempe flamma egrediente ex duabus complexis manibus cum inſcriptione: *Fides, quæ per charitatem operatur*. Et habuit in Concilio Dominica prima Aduentus an. 1545. orationem latinam. Fernandez, Miræus, & Fontana vbi ſupra.

9. & 10. A Rege Portugalliæ Ioanne III. miſſi fuerũt Theologi præſtãtiſſimi PP. FF. Georgius de S. Iacobo, Inquiſitor poſtea Vlyſiponenſis, qui Dominica prima Quadrageſimæ anno 1547. concionem habuit in Concilio, & Hieronymus de Oleaſtro, Inquiſitor poſtea & ipſe Vlyſiponenſis, de quibus diximus ſupra. Lege an. 1563.

11. & 12. A Sebaſtiano Rege miſſi fuerunt ad Synodũ duo alij doctiſſimi, F. Ludouicus de Sotomaior primariæ Conimbrlcen. Vniuerſitatis diuinæ ſcripturæ cathedræ Regens, & Franciſcus Forerius. De Ludouico lege an. 1595, de Franciſco Forerio an. 1576.

13. P. F. Felicianus Ninguarda de Morbinio acceſſit Procurator pro Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Salisburgenſ. de quo an. 1595.

14. P. F. Io: de Ludẽna præſtantiſſimus Sacræ Theologiæ laureatus adfuit in Concilio pro Epiſcopo Segnatino Procurator, & concionem habuit coram Patribus Dominica prima Quadrageſimæ an. 1563. Fernandez, & Fontana.

15. Ambroſius Pelarges, vir doctiſſimus eidem Synodo interfuit die 10. Maij anno 1546. ibique ſedit Procurator, & Orator electorum Treueren. & Colonienſis, ac habuit coram Patribus orationem; vt teſtatur Card. Pallauicinus in hiſt. eiuſdem Concilij vide an. 1548.

16. Cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Concilio interfuere P. F. Angelus Cioſus, alij Cioſus Florentinus cum Cardinali Mantuano Legato.

17. P. F. Heliſæus Capy Venetus Theologus cum Archiepiſcopo Pragen.

18. P. F. Sanctes Cythinus Vrinenſis cum Archiepiſcopo Amalphitano.

19. P. F. Petrus Aridien. Gallus cum Epiſcopo Cenomanen.

20. P. F Bernardus Bernardi Gallus, Auenionen. Inquiſitor, Congregationis Franciæ Vicarius, cum Epiſc. Ne-

Nemauſen. Graſſanre impia Caluini hæreſi in pluribus oris, Sacrum Inquiſitionis tribunal Auenione, eiuſque diœceſi, nec non in Comitatu Venaiſino Paulus Papa III. conſtituit. Primus ibidem Inquiſitor Generalis conſtitutus eſt P. Mag. F. Bernardus Bernardi prædictus de Conuentu Arelatenſi à Card. Sandoleto Epiſcopo Carpentoratenſi per patentes litteras Apoſtolica authoritate roboraras, datas 21. Aprilis an. 1541. qui maximo cum catholicæ fidei incremento illud rexit vſque ad an. 1571. quo è viuis exceſſit. Fontana *in Theatro p. 3. cap. 3. tit. 9. num. 1.*

21. P. F. Ioannes Matthæus Valdinas cum Archiepiſcopo Tarentino. Fuit Valdinus Siculus, ex Prouincia Siciliæ S. Th. Magiſter non vulgaris, & die 15. Maij an. 1566. à Pio V. P. M. cui eius virtutes, & doctrina erant perſpectæ, datur Epiſcopus Acernenſis in Campania Felici ſub Metropolit. Salernitana. Præfuit Eccleſiæ ſuæ quatuor annos ſanctiſſimè, & mærente grege ſibi commiſſo quieuit in Chriſto an. 1570. Vghellus *Ital. Sacra tom. 7.* & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 5. num. 1.*

22. P. F. Petrus Martyr Coma, Hiſpanus cum Epiſcopo Gerundenſi. Petrus Martyr de Coma Barcinonenſis Conuentus ad Catholici Regis præſentationem creatus fuit à Pio V. Elnenſis Epiſcopus in Aragonia ſub Tarraconen. Metropolit. die 14. Ianuarij 1569. in qua Eccleſia ſedit optimus Paſtor vſque ad annum 1578. quo appoſitus eſt ad patres ſuos. *Ex actis Conſiſt. eiuſdem Pij V. Fernandez inter Epiſc. Hiſpan.* Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 233. num. 3.* Diagus *Hiſt. Aragonenſi*, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 4. lege ad annum* 1578.

23. P. F. Petrus Zatores, Hiſpanus cum Epiſcopo Dertuſenſi.

24. P. F. Antonius de Gropſuto cum Epiſcopo Viglieuanenſi.

25. P. F. Aurelius de Chio cum Archiepiſ. Spalatrenſi.

26. P. F. Marcus Medices Veronenſis cum Epiſcopo Cenetenſi. Natus eſt Marcus Veronæ ex dignitate patritia, ex Prouincia Lombardiæ, Theologica facultate illuſtris, Cenetenſis Epiſcopi in Concilio Tridentino (vt dixi) Theologus; ex fidei quæſitore Venetijs die 15. Decembris an. 1578. Clugienſis Epiſcopus ſub Patriarchali Veneta à Gregorio XIII. creatur. Quinque annis ſanctiſſimè rexit Eccleſiam ſuam, & integerrima vita tranſacta, deceſſit non ſine ſanctitatis opinione die 30. Auguſti 1583. Vghellus *tom. 5. Ital. Sac.* & Fontana *in Theatro p. 1. c. 5. tit. 190. num. 4.*

27. P. F. Adrianus Valenticus Venetus cum Archiepiſcopo Nicoſien. de quo ſupra, & an. 1572.

28. P. F. Benedictus Herba Mantuanus cum Epiſcopo Brixienſi. Fuit Benedictus Prouinciæ Lombardiæ, filius Conuentus Angelorum eiuſdem ciuitatis Mantuanæ. Venit in Concilium Theologi titulo cum Epiſcopo Brixienſi, cuius doctrinam admirata eſt Sacra Synodus. Cenſor fidei in ſua patria creatus, quos à fidei tramite deuiantes agnouit, in aliorum exemplum acriter puniuit. A Pio V. Sanctiſſimo Pontifice, qui Benedicti virtutes in minoribus optimè nouerat, Caſalenſis Epiſcopus in Monte Ferrato ſub Metropoli Mediolanen. adlectus, tale onus humeris ſuis (aiebat ipſe) importabile, datis ad eundem Pontificem litteris, conſtantiſſimè recuſauit. At Pius, comperta Benedicti humilitate, iterum, vt onus ſubiret, eidem imperauit. Reſtitit Pontificis Maximi mandatis rurſus inflexibili conſtantia Benedictus, datiſque ad eundem Pontificem alijs litteris, ſe nolle, dicebat, Epiſcopali dignitate tantæ dignitatis indignum, damnationem ſubire. Obſtupuit Sanctus Pontifex, & viri conſtantiam admiratus, Cardinali Piſano, vt Benedictum Apoſtolicis cenſuris perterrefactum, ad Romanam ſedem, iniunctum Paſtorale onus ſubiturum, accedere compelleret, imperauit. Hoc telo ſauciata Benedicti humilitate, vrbem celeri pede petijt, vt Pontificis pareret mandatis. Caſalenſem igitur ſedem inuitus regendam ſuſcepit die 16. Iunij. anno 1570. in qua omnia omnibus factus, omnium memor, immemor

mor tantùm ſui, cuncta, retentis ſolum ſibi neceſſarijs, in pauperes erogabat. Nullus vnquam lapſus eſt annus, quo Synodum non celebraret: nullus dies, quo ægrotos non inuiſeret: nulla feſtiuitas, qua Caſalenſem populum ad pietatem non excoleret concionibus: Nulla tandem hora, qua ſeipſum ad amorem erga Deum toto corde non excitaret. Chriſtiana doctrina pueros adeo imbuendos curauit, vt plerumque ipſemet rudes cathechizaret. Montem Pietatis in pauperum ſubſidium fundauit, labentia templa inſtaurauit, egenis cunctis ſubuenit. Ob hæc, & alia pietatis opera S. Carolo ſummoperè charus fuit. Tranſiuit ad ſuperos die 28. Decẽbris an. 1576. apud noſtros ibidem ſepultus cum hac breui inſcriptione:

Oſſa Fratris Benedicti Herba Mantuani,
Epiſcopi Caſalenſis, Ord. Prædicat.

Fernandez *in Catal.* Plodius *p. 2. lib. 4.* Vghellus *Italia Sacra tom. 4.* & Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. tit. 142. num. 2.*

29. P. F. Conſtantinus Coccianus Iſforella cum Epiſcopo Montis Politiani.

30. P. F. Henricus de S. Hieronymo cum Archiepiſcopo Bracarenſi.

31. P. F. Baptiſta de Lugo cum Epiſcopo Veronenſi.

32. P. F. Hieronymus Barolus Papienſis.

33. P. F. Michael de Aſt Genuenſis Prior noſtri Conuentus Tridentini S. Laurentij.

34. P. F. Aloyſius Suppa Catanenſis ductus fuit in Concilium à Petro de Tagliauia Archiepiſcopo Panormitano. Aloyſius filius fuit Conuentus Cephaleditani, doctor non vulgaris, in ſacra Theologia, & in moralibus in primis maximè verſatus. Quapropter à præfato illuſtriſſimo Archiepiſcopo in ſuum Theologum aſsũptus, ad Concilium (vt dictum eſt) ductus fuit; eidemque poſtea vices ſuas in Panormitana Eccleſia, plenariè commiſit. Semel, iterum, atque tertiò Prouinciæ Siciliæ Prior Prouincialis effulſit. Duobus Siciliæ Proregibus fuit à ſacris confeſſionibus, ſcilicet Ducibus Montis Leonis, & Medinæ cæli. Hic poſterior à Rege Catholico eidem Agrigentinæ ſedis nominationem impetrauit. Deceſſit in ſua Eccleſia pius Paſtor anno 1569. 3. Kalend. Octobris, cuius cadauer ad templum noſtrum Panormitanum S. Zitæ ex eius voluntate translatum eſt, vbi hoc epitaphium legitur:

D. O. M.
Frater Aloyſius Catanenſis Prædicatorum Ord.
In re Theologica Siculorum decus, & Epiſcopus Agrigentinus hoc tumulo conditur,
Cuius vita candorem miratus eſt Mũdus, Et deſiderat. Vixit an. 84.
Anno IV. ſui præſulatus obijt Agrigenti. 3. Kalend. Octobris, Anno Sal.
MDLXIX.

Ex Pyrrho *in Sicilia Sacra*, & ex Fõtana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 12. n. 5.*

35. P. F. Gregorius Primaticius, Senẽſis, inſignis Sacræ Theologiæ Magiſter, titulo Theologi inſignitus eiuſdem, huic S. Synodo cum Archiepiſcopo Senenſe interfuit; de quo anno 1578.

36. Interfuit ibi P. F. Franciſcus Romæus Caſtilionenſis, qui ex Procuratore, & Vicario Ordinis an. 1546. in Magiſtrum Ordinis Generalem fuit aſſumptus. Quod officium ſex integris annis geſſit, aliquando Tridentino Concilio detentus, aliàs luſtrandis prouincijs intentus Capitulum Generale apud Salmanticam habuit anno 1551. & inde reuerſus Synodo Tridentinæ duranti interfuit; eaque per Iulium III. ſuſpenſa, reuerſus eſt Romam, vbi die 20. Iulij 1552. eripitur apoplexia.

37. & 38. Seraphinus de Caballis Brixienſis Prouincialis Terræ Sanctæ Concilio interuenit cũ Reuerendiſsimo noſtro Generali P. F. Vincentio Iuſtiniano, qui fuit electus in Magiſtrum Ordinis Generalem an. 1558.

Ambroſius Catarinus Politus Epiſcopus Minoren. in Concilio creatus, de quo anno 1553.

P. F. Mi-

P. F. Michael Giſlerius Boſchenſis, qui deinde fuit ſummus Pontifex, B. Pius V. plura ſacro in hoc Concilio operatus eſt glorioſa.

P.F. Stephano Vſus maris noſtri Ordinis Generali defuncto, Romæ vniuerſo Patrum conſenſu P. F. Vincentius Iuſtinianus Chienſis anno 1558. trigeſimo octauo ætatis ſuæ Magiſter Ordinis ſalutatur. Ad ſacrum Concilium, nobili ſui Ordinis Fratrũ Theologorum, atque Prælatorum Eccleſiæ conſtipatus corona, & hic acceſsit, de quo anno 1582.

PP. FF. Bartholomæus de Martyribus, Archiepiſcopus Braccarenſis, Iulius Paueſius, Archiep. Surrentinus, Aegidius Fuſcararius, Epiſcopus Mutinenſis, Marcus Laureus, Epiſcopus Campanienſis, & Vincentius Iuſtinianus, Magiſter Generalis Ordinis noſtri deputati à Patribus pro negotio reformationis fuerunt.

PP. FF. Petrus Bertanus, Epiſcopus Mutinenſis, & Ambroſius Catherinus ad tollendos abuſus, qui in legendo, atque ſacram Scripturam interpretando irrepſerant, à Patribus ſunt delecti.

P. F. Marcus Laureus, Epiſcopus Campanienſis loco Secretarij ſub Pio IV. Concilio inſeruiuit.

Paulus Papa III. Romæ deputauit Congregationem quinque Theologorum ſuper decreto *de Iuſtificatione*, quod Concilij Patres miſerant ad eundem. Ex his vnus Auguſtiniani Ordinis fuit Apoſtolicus Sacriſta; reliqui verò quatuor fuere Dominicani, nempè Franciſcus Romeus Magiſter Generalis, Bartholomæus Spina Magiſter Sacri Palatij, Albertus Duimius de Clericis à Cattaro, & Dominicus de Roma, vir eruditiſsimus, ac S. Theologiæ profeſſor celeberrimus, qui actualiter in Romana Sapientia legebat Theologiam. Ex Actis Concilij Tridentini, ex Chronologia Ord. Prædicatorum Reginaldi Lucarini, ex Alphonſo Fernandez *in Concert. Præd. ad annum* 1562. & ex Fontana *in Theatro p.* 2. *c.* 3. *tit.* 15.

Translato ob peſtilentiam Bononiã Concilio Tridentino anno 1547. die Iouis 21. Aprilis eiuſdem anni, celebratur prima ſeſsio ibidem, quæ in ordine Synodi Tridentinæ fuit nona, in Eccleſia S. Petronij, in qua iterum orauit F. Ambroſius Catharinus Epiſcopus Minorenſis. Spondanus *in Annal. Eccleſ. anno* 1547. *num.* 5.

Alia, quæ ad hoc Concilium ſpectant, paſſim in hac Centuria habentur.

Franciſcus Romeus Ordinis Generalis interfuit Bononiæ diſputationibus habitis de Purgatorio, de Indulgentijs, & de Euchariſtia.

Mortuo Paulo III. & creato ſummo Pontifice Iulio III. an. 1550. Franciſcus Romeus petiuit Hiſpaniam ad celebrandum Capitulum generale, quo peracto, redijt ad Concilium.

Interfuit ſacræ Synodo Gregorius Cæſarius Balneolenſis Auellinæ Diæceſis. Fuit hic S. Th. Magiſter doctiſſimus, & Neapolitani Collegij doctorum Decanus, Prior Regij Conuentus S. Dominici dictæ Vrbis, Prouincialis Prouinciæ Regni, Theologus, & concionator clariſſimus. In Concilio Tridentino è cathedra, & ſuggeſtu doctiſſimum, & modeſtiſſimum coram Patribus præ ſe tulit. Faſces ſuæ Prouinciæ iniens in Conuentu ſuo D. Dominici, Neapoli fato ceſſit. Vallus *in Compendio part.* 5.

Anno 1545.

GEORGIVS de S. IACOBO, Luſitanus, Oliſſiponenſis Conuentus, de quo nuper. Vir fuit eloquens perinde, ac doctus. Cum igitur ſummus Theologus eſſet, & non ſecundus Orator,

Orationem habuit ad Patres Sacri Cõcilij Tridentini Dominica prima Quadrageſimæ anni 1547. Quã excuderunt cum alijs Orationibus in eadem Synodo habitis, & nuper quoque in nouiſſima editione Pariſienſi Concilij Tridentini.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 412. *columna* 2. Hyacinthus de Parra *in breuiori Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Hoc anno moritur Lutherus. Fratres noſtri oculatiſſimi, & indefeſſi inuigi-

uigilabant, & cuſtodiebant Italiam, ne in hanc irrumperet peſtilentia Lutherana. In Regno Neapolitano pariter excubias ducebant noſtrates, & rcueta cauerunt vigilantiſſimi, ne opera Ioannis Valdeſij, Bernardini Ochini, & Petri Martyris Vermilij irrumperet lues hæc in noſtrates.

ANONYMVS DOMINICANVS edidit.

Hiſtoria, y milagros de N. Señora de la Peña de Francia.

Non ſemel, ſed quattùm typis mandatam noſtræ domus Dominicanæ nomine, in qua imago hæc tota Hiſpania celeberrima veneratur. Salmanticæ 1646. in 8. Bibl. Hiſp.

BALTHASAR VVERLINVS, Teutonicus, Colmarienſis vir doctus, qui præter artes, & Sacram Theologiam exactiſſimè Hiſtorias calluit. Præterea linguarum fuit peritus. Scripſit,

Appendicem ſecundam ad Tritemium de Scriptoribus eccleſiaſticis. qua & aliquot authores ab eo prætermiſſos, & & alios, qui poſt illius tempora emerſerunt, complectitur, & recenſet. Typis ſubiacuit anno Domini 1546. quo Balthaſar efflorebat. Coloniæ in 4. Poſtea Lugduni, & alibi. Alia quoque referunt ediidiſſe.

Colmariam habuit patriam, quæ eſt prope Argentoratum, altera ab ea, quæ eſt in Gothia.

Eius meminerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 37. *&* 38. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. Miræus *de Scriptoribus ſaeculi XVI. cap.* 64. *qui ſubdit: Appendix iſta eget quibuſdam in locis expurgatione, ſeu lima cenſoria; nominatim, vbi agitur de Beato Rhenano, Felice Malleolo, Guidone Donato, Henrico Bebelio, Hieronymo Guebilero, Lamberto de Monte Luciano Mantuano, Nicolao Borbonio, Paulo Ritio Iſraelita, Petro Moſellano, Roberto à Mosham, & Vito Amerbachio*. Hæc Miræus.

IACOBVS FERRANDVS, ſiue Ferrari, vel Ferram, S. Theologiæ Magiſter, vir celeberrimus, quamuis ortus ex patre Turca, nihilominus fuit religioſus obſeruātiſſimus. Datus eſt Prior in Conuentu Valentino, bis Prouincialis in illa Prouincia. Natus eſt in Lepti magna, vulgò in Tripoli di Barbaria à parentibus infidelibus. At puer captus à Chriſtianis, ductuſque Barcinonem, baptizatus, & fidei rudimentis, ac litteris imbutus, inter noſtros cooptatus eſt in eadem vrbe; euaſitque Magiſter doctiſſimus.

Compoſuit officium S. Raymundi de Pennafort. Ex Vincentio Iuſtiniano Anriſt in vita S. Ludouici Beltrandi *cap.* 2. Luſitano *in Bibl.* & Plodio *de vir. illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

Mortuus eſt Pāplone, ſiue Pompilone circa annum 1566. Hoc Officium recitatur in Regnis Cataloniæ, Valentiæ, atque Aragoniæ die 7. Ianuarij. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 74.

MARCVS CATANEVS, Genuenſis, nobiliſſimus, Dominicanum habitum induit in Conuentu S. Mariæ de Caſtello ſuæ patriæ die 2. Iunij 1496. Deinde S. Theologiæ celebris Magiſter effectus, inter diuini verbi annunciatores ſui ſæculi primarios obtinuit locum: Quapropter à Pontifice Max. Clemente VII. cui Marci virtutes innotuerant, ad Cardinalis Innocentij Cibo Ianuenſis Archiepiſcopi inſtantiam, ſuffraganeus Ianuenſis, & Rhodienſis Archiepiſcopus in Conſiſtorio Bononiæ 24. Ianuarij anni 1530. habito, ſalutatus fuit. Has dignitates vſque annum 1546. obtinuit. Tandem menſe Maio eiuſdem anni vitam cum morte Ianuæ commutauit, & apud noſtros eſt traditus ſepulturæ. Reliquit poſt ſe ingenij ſui hæc monumenta præclata.

Inſtitutione della vita Chriſtiana.

Il cinque foglio del diuino Amore in 5. *libros diuiſum.*

Ex Actibus Conſiſtorial. Clementis VII. ex Plodio *p.* 2. *lib.* 4. *ex Regeſt. Cancellariæ Apoſtolicæ*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 4. *tit.* 52. *num.* 4. *& tit.* 81. *num.* 2. Oberto Folietta *in Elogijs de viris illuſtr. Liguris.*

IOANNES VIGVERIVS, Granatenſis, Hiſpanus, Toloſæ adſcriptus eſt noſtris, & ibidem in Academia profeſſor, doctiſsimus Theologus, & Philoſophus profundo iudicio, maxi-

moque labore euulgauit.

Inſtitutiones vitæ Chriſtianæ, ad Naturalem, Chriſtianam Philoſophiam, & ſcholaſticam Theologiam, in quibus ita D. Thomam ſectatus eſt, vt eum & ſolidè in Compendium perſpicuum redegerit, & ex Concilijs, ac Pontificum Decretis doctrinam illam Angelicam oportunè confirmauerit. Eas Inſtitutiones excuderuntParisienſes anno 1553. Venetijs Bartolus Rubinus ann. 1567. deinde iterum anno 1581. At Iacobus Vitalis, ibidem anno 1575. demum anno 1582. illuſtriore inſcriptione Pariſienſes.

Scripſit quoque *Opuſculum de Conſolatione Agonizantium cum elucidatione Miſſæ*. Ibidem apud eundem anno 1569. cum Pariſijs anno 1553. prodiiſſet.

Scripſit etiam *ſuper epiſtolam Pauli ad Romanos*, in quo Commentario hæreſes noſtri temporis expugnat. Venetijs 1571. & Lugduni eodem anno apud Gulielmum Rouillium.

Gulielmus Eiſingrenius inquit Viguerium in omnesEpiſtolas Pauli ſcripſiſſe.

Viuebat anno 1546.

De eo Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. capit.* 177. Luſitanus *in Bibliotheca Ordinisfol.*157. Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. ſanctæ*, Antonius Poſſ. *in Appar. tom.* 2. *fol.* 264.

PAVLVS MANNA, Cremonenſis, Lombardus, doctus Magiſter in Theologia, ac Phiſolophus eruditus ſcripſit.

Super vniuerſam ſummam D. Thomæ. Item ſuper Philoſophiam.

Opera nõ ſunt typis excuſa cum ob magnitudinẽ voluminum, tum etiam, quia character eſt difficillimus lectu. Aſſeruantur in noſtro Conuentu Cremonenſi, cuius erat filius.

Petrus MartyrVrceus *in paruoChronico m.* 1. *de Conuentu Cremonenſi*, & Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4.

Anno 1546.

FRANCISCVS de VICTORIA ab oppido Nauarræi regni ſic dictus, puer Burgos, Caſtellæ veteris Metropolim ductus à parentibus, vitæ religioſæ inter noſtros ſacramentum pronunciauit. In ſtudijs adeo profecit, vt à Matamoro Hiſpalenſi viro ſapientiſsimo fuerit appellatus *Inſtituti Dominicani ſpendor, decus, & ornamentũ Theologiæ, exemplar antiquæ religionis, vir excellens, diuinus incomparabilis*. Poſito inPariſiẽſi Academia, illius temporis more, Theologiæ tyrocinio, poſt aliquos annos fuit laurea decoratus. Repetijt patriam, & primùm Pinciæ cæpit docere, vbi in Gregoriano Collegio ſtudiorum egit Præfectum. Deinde Salmanticam accitus, Petro Legionenſi ſimiliter noſtri Ordinis, qui per triginta annos in ea ſchola profeſſus fuerat, ſuffectus eſt, & illam cathedram vſque ad annũ 1546. quo obijt, rexit. Gymnaſium illud clariſſimum reddidit, etenim in hac Hiſpaniæ ſchola, & alijs Hiſpanorum ingenia ad Theologica ſtudia prouocauit, exeitauitque ad veram Philoſophiam. Fuit reuerà Franciſcus abſque controuerſia doctiſſimus non ſolùm inter doctores Ordinis noſtri, ſed inter cæteros huius feraciſſimi ſæculi. Philoſophus quippe naturalis, & moralis incomparabilis: Theologus adeo illuſtris, & excellens, vt clariſsimi viri illius ætatis Victoriam appellarent *clariſſimum lumen Hiſpaniæ*. Ita extemporaneè de qualibet re diſputabat, quaſi illam in marmore legeret, aut in alia ſolidiore materia inſcriptã. Memoria, & ingenium ioerant illi ad miraculum. Ipſe (vt dixi) exuſcitauit in Hiſpania tam in noſtra Religione, quàm exrra, ſtudium ſacræ Theologiæ, ac aliarum facultatum. Exiſtens publicus Cathedraticus in vniuerſitate Salmaticenſi, habuit diſcipulos, & alumnos quot natio illa protulit doctiores, inter quosMelchior Cano, Sotus, Medina, & alij. Hi lacte ſuæ doctrinæ nutriti, poſtea doctiſſima Commentaria in D. Thomam euulgauerunt. Ex his plurimi aſſeruerunt quicquid boni in eorum ſcriptis repertum, è limpidiſsimo Victoriæ fonte manaſſe. Peritus quoque fuit litteraturæ politioris. Quare Nicolaus Cleuardus, & Ioannes Vaſæus Hiſpa-

niæ

niæ Chronici *cap.6.* cum ab eruditione, & ab humanitatis, & eloquentiæ ſtudio ſummopere commendarunt. Laudatur quoque magnificis verbis à Melchior Cano diſcipulo ſuo *lib.* 12. de locis Theologicis *cap.* 2. & 5.

Obijt Salmanticæ Pridie Idus Auguſti anni 1546.

Cucurrerunt ad funus Religioſi cuiuslibet Ordinis, doctores, Magiſtri, ac ſtudentes illius celeberrimę Vniuerſitatis, populuſque numeroſior, & aduectum fuit feretrum à primis cathedraticis omnium Vniuerſitatum, à quibus vnicè amabatur.

Legatur de tanto viro Elogium in nuncupatoria Fr: Bartholomæi Medinæ ſuper Primam ſecundæ D. Thomæ.

De eo Antonius Luſitanus *in Bibl. pag.* 83. Seraphinus Ractius, Plodius *de viris illuſtribus part.* 2. *lib.*4. Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag.* 413. Philippus Labbe *ibidem*, Martinus Nauarrus *in Enchiridij cap.* 1. *de Contritione num.* 38 *& cap.* 26. *num.* 16. *& in Repetitione cap. inter verba* 2. *quæſt.* 3. Ioannes Marieta *lib.* 21. *Hiſtoria Eccleſiaſtica cap.* 42. Ioannes Lopez *Epiſcopus Monopolitanus part.*4.*Hiſtor. Ord. Præd. lib.* 1. *cap. vltimo*, *Bibliotoheca Hiſpana*, & Miræus *in Auctario cap.* 548. *vbi hæc habet: Franciſcus Victorius, à Victoria Cantabriæ Opido Natali ſic dictus, Lutetiæ prima Theologice ſtudij fundamenta poſuit. Inde in Hiſpaniam reuerſus, principem Salmanticæ cathedram profeſſoriam ſumma cum laude tenuit: & ex ſchola eius, velut ex equo Troiano, heroes aliquot doctrina clariſſimi, in his Dominicus Sotus, & Melchior Canus, prodierunt.* Hæc Miræus.

Edidit *Theologicas Relectiones XIII.* duobus tomis Lugduni 1557. in 8. Salmanticæ 1565. in 8. Ingolſtadij 1580. in 8. Antuerpiæ anno 1604. in 12.

Quarum hæc argumenta.

1. *De poteſtate Eccleſiæ.*
2. *De ciuili Poteſtate.*
3. *De Poteſtate Pontificis, & Concilij.*
4. *De Indis, & Iure Belli.*
5. *De Matrimonio.*
6. *De Augmento Charitatis.*
7. *De Temperantia.*
8. *De Homicidio.*
9. *De eo, ad quod tenetur perueniens ad vſum rationis.*
10. *De Arte magica.*
11. *De Simonia.*
12. *De Silentij obligatione.*

Acceſſerunt huic editioni quæſtiones è Sanctorum Conciliorum decretis, præſertim Tridentini, & aliorum, quæ antea deſiderabantur, idque cura noſtri Fr: Thomæ à Chauues.

Hiſpanicè Franciſci Victoriæ nomine in lucem prodijt Confeſſariorum quædam Inſtructio inſcripta.

Confeſſionario: Salmanticæ apud Matthiam Gaſt. 1562. in 12.

In quodam libro, cui Didacus Zuniga Hieronymianus titulum fecit. *Inſtrucion, y refugio del Anima*, legitur *Vn parecer, que dio el Padre frà Franciſco de Victoria ſobre ſi los Senores pueden vender, ò arrendar los oficios, como Eſcriuanias, y Alguazilaſgos*. Salmanticæ apud Ioannem Iuntam 1552. in 8.

Manuſcripta relicta.

In vniuerſam ſummam Theologiæ S. Thomæ Commentaria.

In quatuor libros ſententiarum.

Ex his Romæ in Bibliotheca Altëpſiana habentur *Commentaria in Primam partem.*

Item Commentaria in Secundam ſecundæ.

Franciſco de Victoria in profeſſorio munere ſuffectus fuit Dominicus Sotus Segobienſis, de quo anno 1560.

Ex doctrina quoque noſtri Fratris Franciſci de Victoria Fr. Thomas de Chiaues Dominicanus (de quo anno 1559.) confecit, & publicauit

Summam Sacramentorum Eccleſiæ. Pinciæ 1561. 8. Romæ 1567. Venetijs 1569. in 12. Antuerpiæ 1586. 1594 & 1610. in 12.

BARTHOLOMAEVS SPINA, ſiue Spinæus, Piſanus, Prouinciæ Romanæ, & Conuentus Sanctæ Catharinæ de Piſis alumnus, ob religionis, ingenij, & eruditionis omnimodæ pręſtantiam, atque in difficillimis quæſtionibus tractandis, ac enodandis felicitatem, & copiam admirandus Ferrariæ interfuit diſceptationi Thomæ Card. Caietani, & Ioan. Pici Mirandulani,

dulani, quo in congreſſu nobiliſsimo, & conſeſſu frequentiſsimo decoratus eſt doctorali Pileo à Ioachino Turriano, Veneto, Magiſtro Generali Ordinis. Pluribus ſuæ Prouinciæ Conuentibus præfuit; Prouinciæque Calabriæ Prior Prouincialis. A Paulo III. anno 1542. Magiſter ſacri Palatij Apoſtolici datur. Deinde ab eodem ſummo Pontifice inter eos, qui Congregationi de rebus fidei inſtitutæ, intereſſent, deligitur. Agebatur tunc de hoc negotio maximè graui in Synodo Tridentina. Quinque Patres ſummus Pontifex nominauerat, omnes quidem Theologos præſtantiſsimos, & in Romana Curia magni nominis viros, ex quibus vnus extitit Auguſtinianus, Apoſtolicus nempe Sacriſta; reliqui verò ex Ordine noſtro fuerunt. Ita refert Card. Pallauicinus in Hiſtoria Concilij Tridentini *lib. 8. cap. 1. nu. 1.*

Quatuor annos magiſterium Sacri Palatij geſsit; tandem ſenio confectus quieuit in pace an. 1546. ſcripſit:

Super Peribermeniam, Poſteriora, Phyſicam, & Animam Ariſtotelis.

Item *Defenſiones in Metaphyſicam contra Scotiſtas*, quos dicauit Cardinali Portuenſi, qui liber fuit impreſſus Venetijs, anno Domini 1517. & habetur communiter coniunctus cum Metaphyſica D. Thomæ.

Poſtea ſcripſit volumina tria.

VOLVMEN PRIMVM.

Propugnaculum Ariſtotelis de immortalitate Animæ contra Thomam de Vio Caietanum.

Tutelam veritatis de eadem Animæ immortalitate contra Petrum Pomponatium Mantuanum, tunc publicum Bononiæ philoſophum 1519. antequam à Lateranenſi Concilio ſub Leone X. eius proſcriberentur errores.

Flagellum in tres libros Apologiæ eiuſdem Petri de prædicta immortalitate Animæ.

Quaſdam quæſtiones de Ordine ſacro. Hoc volumen impreſſum fuit Venetijs an. 1519. in folio. Ad Illuſtriſsimum, & Eminentiſs. D. Cardinalem Portuenſem.

VOLVMEN SECVNDVM.

Quæſtiones tres de Deo contra Caietanum.

Quæſtiones quatuor de perſonalitate.

De primis operibus Angelorum articulos quinque.

Quæſtionem de informatione Animæ intellectiuæ.

Tractatus de vniuerſali corruptione generis humani.

De conceptione Beatæ Virginis.

De præſumptuoſo appetitu ad Epiſcopatum.

Quæſtionē de Simoniaca redemptione vexationis Eccleſiæ.

De forma Baptiſmi.

De neutra intentione baptizati.

De neceſſitate baptiſmi paruulorum.

De forma conſecrationis ſanguinis Chriſti.

Omnia impreſſa Venetijs an. 1535. in folio, & dicata Eminentiſsimo D. Marino Grimano S. R. Eccleſiæ Cardinali, & Patriarchæ Aquileiæ. Typis Sabij.

VOLVMEN TERTIVM.

Tractatum de Strigibus, & Lamijs. Romæ 1575. in 4.

Malleum maleficarum. Coloniæ 1581

Tractatum de neceſſitate confeſſionis ante ſacram communionem.

Alium de coniugio in gradibus diuino iure prohibitis.

Tractatum de diſpenſatione coniugij cum vxore relicta fratris defuncti.

Declarationē poteſtatis Eccleſiæ ſuper gradus prohibitos.

Quædam dubia breuia reſoluta in materia ſimoniæ.

Caſus vnius vſurarij deciſionē, quādo ſcilicet ſocius in ſe ſuſcepit onus exactionis, & refuſionis ex ſuo facienda cameræ, ante terminum ſalarium exigens, ad ratam refuſionis factæ ex pacto à ſocijs in termino.

Caſus matrimonialis deciſionē, quando contrahens cum infecto morbo Gallico, contra voluntatem propalatam, vel etiam non propalatam, eſt à tali matrimonio ſoluta. Et continet demum:

Quæſtionē de præſtantia Alexandri ſuper Salomone, in poteſtate, & Affluentia diuitiarum. Venetijs anno Domini 1555. apud eundem Sabium.

Huius genium, & iudicium pluribus proſequitur Theophilus Raynaudus in Dypticis Marianis *p. 2. puncto 2. n. 40.*

Præ-

Præfuit impreſsioni Commentariorum Caietani ſuper 2.2.vbi extat Epiſtola in laudem S. Thomæ, & Caietani,qua magna pars vitæ huius expoſitur, & præſertim diſputatio, quam habuit Caietanus, cum in minoribus eſſet, cum doctiſsimo, & Illuſtriſsimo Domino Ioanne Pico Mirandulano. Aderat ibi noſtri Ordinis Magiſter Generalis,F.Ioachimus Turrianus Venetus, qui poſt diſputationem, ipſum publicè ad ſe accerſitum coram illo ſolemniſsimo conſeſſu, omnium plauſu, & acclamatione, bireto Magiſterij decorauit.

De eo Luſitanus *in Bibl.*Marraccius *in Bibl. Mar.* Plodius *p. 2. lib. 3.* Lucarinus;Monumēta Conuentus Piſani. Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. num. 41. & lib. de Prou. Rom. cap 6.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Item *ſcripſit de Poteſtate Papæ*. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tomum primum Apparatus ſacri*.

Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16.cap. 26.* duos Bartholomæos Spina ponit Dominicanos dicens: *Bartholomæus de Spina, Piſanus, Ordinis Prædicatorum, varia opuſcula ſua Venetijs* 1535. *in folio edidit.* Ita Molanus *in ſua Bibliotheca ſacra*. Antonius Senenſis *dicit ipſum fuiſſe Magiſtrum ſacri Palatij, & tria volumina de rebus Theologicis* 1519. *&* 1535. *in folio Venetijs publicaſſe. Alius ab iſto fuit Bartholomæus Spineus itidem Monachus* Dominicanus: *cuius liber de Strigibus, & Lamijs* 1575. *in* 4. *Romæ, &* Malleus *Maleficiarum. Colonia* 1581. *prodierunt. Præter hos duos ſunt, qui tertium conſtituunt Bartholomæus de Spina, eumque dicunt fuiſſe Monachum Ordinis Minorum, & auctorem cuiuſdam operis, Norimbergæ* 1498. *in folio, &* Lugduni 1525. *in* 8. *editi hoc titulo; formalitates fidei contra Iudæos, Saracenos, alioſque hoſtes, libris quinque per quendam Ordinis Minorum in partibus Occidentis* 1439. *ſcriptum. Alij huius operis Auctorem vocant Ioannem à Spira*. Hucuſque Miræus.

VINCENTIVS SVRRONVS, de Conuentu noſtro Tiburtino, Domini Papæ Pœnitentiarius in Baſilica Liberiana, S. Mariæ Maioris communiter appellata, ſcripſit librum prænotarum.

Directorium pœnitentium ad Sacramentalem Confeſſionem. Circa annum currentem 1546.

Huius memoria proſtat inciſa in marmore ſuper portam cellæ Patris Prioris pro tempore Cœnobij Tiburtini.

Anno 1546.7

IACOBVS CARAPRESIVS, nobilis Lucerinus, Apulus Daunus, Sacræ Theologiæ doctor, vir præclarus, & perſpicaci ingenio, qui in noſtra Prouincia Diui Thomæ, tribus vicibus Prouincialis fuit vigilantiſſimus, filius Conuentus ſuæ patriæ, Lucerini, ſtudij Adrienſis Regens meritiſſimus, rerum agendarum peritia, & litterarum illuſtris, virtutum omnium genere, maximeque prudentiæ ornatiſſimus, in primis vitæ ſanctitate venerabilis, quem maximopere commendarunt Apuliæ relatio, Ambroſius Gozzæus in Catalogo, Campugnanus in vita Fr: Pauli Conſtabilis Ord. Generalis,Vallus *in Compendio part.* 5. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſtr. part. 2. lib. 4.*

Scripſit Commentaria, & quæſtiones multa eruditionis ſuper Metaphyſicam.

Item ſuper Priora Ariſtotelis, & alia plura.

Diem clauſit extremū Anno 1587. in Conuentu noſtro S. Auguſtini Lucerini, & ibi ſepultus eſt in choro, in quo legitur hæc breuis inſcriptio: Fr: Iacobus Carapreſius,Lucerinus,S. Th. Mag.

Anno 1233. Cum plurimi Agareni in Capiraneata, ſeu Apulia Daunia, & maximè Luceriæ, Troiæ, ac Fogijs morarentur, à Gregorio IX. ſummo Pontifice ad inſtantiam Friderici II. Imperatoris illuc fratres Prædicatores ad conuertendos ad fidem catholicam illos, mittuntur. Venerunt igitur noſtri Fratres, & ibi, atque in adiacentibus vrbibus fidem chriſtianam, extirpatis erroribus, vberrimè propagarunt. Bzouius *in Annal. Eccleſ. n.*15.

IOANNES PESSELIVS, Tilæ in Celria natus, noſtræ ſe addixit Religioni,

gioni, fuit doctus, Præfectum egit Prouincialem. Acerrimè obſtitit Lutheranis non voce dumtaxat, ſed ſcripto: in eos enim (vt ſupra innui) edidit libros.

Præterea *Epitomen operum Sancti Auguſtini* ab homine hæretico editā, recognouit, & tomo vno à ſe auctam 1535. & 1549. Coloniæ publicauit.

De eo Aubertus Miræus de *Scriptoribus ſæculi 16. cap. 68.*

Differt hic à Ioanne Heſſelio, & Haſſelio. Ioannes Haſſelius cognomēto Leonardus Haſſeletum diœceſis Leodicenſis oppidum habuit patriam; quique miſſus à Carolo V. Imperatore Tridentum ad Concilium aduenit vbi deſijt viuere. Ioannes Heſſelius etiam adfuit Synodo, ex qua patriam repetiuit.

AMBROSIVS STVC, fidei Orthodoxæ acerrimus propugnator, ſummus Theologus, & Orator ſcripſit.

De ſacrificio Miſſæ Seuatui Baſileenſi contra hæreticos.

Volumen contra Lutherum.

Diſputationes, an liceat Anabaptiſtas; & alios hæreticos capite plectere.

Theologum:

Contra Lutherū de cælibatu ſacerdotū.

De lapſibus Deſiderij Eraſmi Roterodami, Bataui.

Ita Fernandez *lib. 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 6. fol.* 330. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

ALBERTVS de VENETIIS, muſicus exquiſitus ſcripſit.

Compendium de Arte Muſices.

Ita Andreas Lorente *in libro de cauſa muſica lib.* 4. *cap.* 24. *folio* 475. Petrus Zeron *in libro ſuæ Muſicæ*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo deScriptoribus Ordinis m. s.*

THOMAS BADIA, nobilis Mutinenſis, ex Prouincia Lombardiæ eruditione, doctrina vitæque integrirate venerabilis. Legit Philoſophiam, & Theologiam Ferrariæ, Bononiæ, & Venetijs. A Clemente VII. datur Magiſter Sacri Palatij. Inculpatæ vitæ exemplo, doctrinæque præſtantia ita in ſe omnium animos allexit, vt ſemel, atque iterum in electionibus Magiſtrorum Ordinis Pauli Buticellæ, & deinde Auguſtini Recuperati concurreret. In prima electione Badiam commendauerat Clemens VII. in altera Paulus III. cui in paucis extitit charus: quare eius opera in arduis Eccleſiæ negotijs pluries vſus eſt. Cum alijs doctiſſimis Theologis ab eodem Paulo III. ad Vuormatienſe colloquium cum Lutheranis habendum directus eſt, vbi hæreticos præ cæteris excellentiùs confutauit. Inſtitutum à S. Ignatio Loiola Paulo III. pro Societate Ieſu oblatum, eodem Pontifice mandante (teſte Card. Pallauicino in Hiſtor. Concil. Trident. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 9.) recognouit, & approbauit. S. R. Eccleſiæ Cardinalis ab eodem Paulo ſub Tit. S. Syluestri in Campo Martio anno 1542. creatur 6. Non. Iulij. In hac eminentiſſima dignitate, in qua vixit annos quinque, menſ. 2. dies .... conſtitutionum noſtrarum obſeruantiſſimus interiorem Ordinis habitum conſuetum non mutauit.

Multa ſubtiliter edidit in ſcholaſtica, & præſertim *de pugna duorū Angelorum homini aſſiſtentium* ad Gabrielem Ferrarium,

Tractatum de Prouidentia Dei.

Commentaria in octo libros Phyſicorum.

Super metaphyſica libros:

De intenſione formarum.

De pluralitate intelligentiarum iuxta Ariſtotelem.

Commentaria in libros de Anima.

De entis Analogia.

De modo, quo Anima rationalis corpus informat.

De anima humana immortalitate.

Eius meminerunt Ioannes Antonius Gabutius Nouar. in vita Pij V. Ioannes Antonius Petramellara Bononienſis de Cardinalibus, Alfonſus Ciacc. Serap. Razius, Plod. *de viris illuſtr. Ordinis lib.* 4. Olmeda *in vita Buticellæ Mag. Ord.* Fernandez, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 2. *num.* 32. *& alibi plures.* Lucarinus, Luſitanus *in Bibliotb.* Antonius Poſſeuinus *Tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 301.

Obijt Romæ anno 1547. octauo idus Septembris ætatis ſuæ 64. ex Vatica-

ticano Palatio delatus eſt ad Mineruã, vbi ante fores Eccleſiæ prope Card. Caietanum conditus iacet cum ſequenti Epigraphe lapidi ſepulchrali inſcripta:

Thomæ Badiæ Mutinenſi
Card. D. Syluestr.
Ord. Prædic.
Deceſſit è vita Anno MDXLVII.
VII. idus Septemb.

In anteriori autem Eccleſiæ facie ante tumulum hæc alia inſcriptio inſpicitur.

D. O. M.
Thomæ Badiæ Mutinenſi
Eruditione, continentia, ſanctitate
Clariſſimo
Card. D. Sylueſtri.
Qui & ampliſſimo Ordini Senatorio,
Et cunctis mortalibus
Mira cuiuſdam frugalitatis
Religionis, atque omnis vitæ
Incredibile exemplum reliquit.
Alijs verò quibuſcumque honoribus
Non tam vti voluit,
Quàm dignus videri,
Quos tamen ſola morte exiſtimatus eſt
Effugere potuiſſe.
Franciſcus Badia Fratri Opt. Poſ.
Vixit an. LXIII. Menſes IV.
Dies XXVII.

Hic Cardinalis doctrina, prudentia, & pietate conſpicuus à Paulo III. die 16. Octobris anno à Natiuitate Domini 1542. cum Cardinalibus Pariſio, & Polo de Latere Legatus, vt Tridentinæ Synodo cum prædictis præſideret, creatur ex decreto in Conſiſtorio apud S. Petrum facto. Ita in actis conſiſtorialibus dicitur: *die 16. Octob. in Conſiſtorio apud S. PetrumPont. creauit Legatos de Latere ad Concilium Cardinales Pariſium, Badiam, & Polum ad beneplacitum Sanctitatis ſuæ, cum facultatibus, quas olim habuerunt, Vicentias pro eodem Concilio miſſi.* Ad Concilium tamen non acceſſit Badia detentus in curia propter eiuſdem Concilij negocia in Vrbe pertractanda coram Pontifice Maximo. *Ex eiſdem act. Conſiſt.*

CLEMENS ARANEVS, Raguſinus, in Theologia Magiſter, Prouinciæ Dalmatiæ, vir probus, ac doctus, Theologus non ignobilis, & in concionibus ad populum eloquentiſsimus, gratioſus, memoriæ tenaciſsimus, vir ſingulari prudentia, morumque probitate inſignis. Pietatem, quam erga Deiparam Virginem profitebatur, notam fecit edendo de laudibus eiuſdem *Sermones plures*, qui cum alijs eius ſermonibus prodierunt Brixiæ anno 1587. & Venetijs 1547. Hi ſermones ſunt pro diebus feſtis à prima Dominica Aduentus vſque ad Cineres, & ſubinde per omnes ferias Quadrageſimæ vſque ad tertiam feriã Paſchæ.

Item magnum volumen inſcripſit *Quodlibet declamatorium*. Venetijs anno 1541.

Edidit expoſitionem cum reſolutionibus occurrentium dubiorum, etiam Lutheranorum errores validiſſimè confutantium ſecundum ſubiectam materiam ſuper Epiſtolam Pauli ad Romanos. Venetijs, apud Nicolaum de Baſcarinis 1547. quo ipſe viuebat in 4. Operis initium eſt: *Paulus Apoſtolus*.

Edidit quoque librum *de caſibus Cõſcientiæ*.

Dicunt etiam ſcripſiſſe *Super libros Sententiarum*.

Huius meminerunt Antonius Senenſis *in Bibl.* Marraccius *in Bibl. Mariana*, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtrib. p. 2. lib. 4.* Sixtus Senenſis *in lib. 4. Bibl. ſanctæ*. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 58.*

IOANNES PLACENTIVS, Derthonenſis, ſiue Trudonopolitanus, hiſtoricus, & poeta, litterarum prima rudimenta poſuit Siluæducis apud noſtros fratres. Deinde Theologiæ Louanij operam dedit. Publici iuris fecit.

Catalogum EpiſcoporumGermaniæ inferioris, ſcilicet Tungrenſium, Traiectenſium, ac Leodicenſium. Louanij 1529. ad Erardum Marcanum Cardinalem, & Epiſcopum Leodicenſem. Reprehenditur à Miræo, quòd in hoc opere multa ex fabuloſis, & anilibus Annalibus retulerit. Scripſit quoque dia-

dialogos duos, Priorem inſcripſit: *Clericus eques*. Alterum: *Luciani Aulicus*, verſu phaleucio.

Scripſit etiam ingenioſiſsimè *prælium porcorum*, ideſt hæreticorũ inter ſe diſſidentiũ; ad Pium III. Papam carminibus, quorum ſingulæ dictiones incipiunt à littera P. Initiũ poematis eſt.

Plaudite porcelli, porcorũ pigra propago.

Simile eſt poema Hucbaldi monachi Benedictini, Elnonenſis, qui obijt anno nongenteſimo triceſimo. Hic ſcripſit (vt refert Sigebertus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 107.) ad Imperatorem Carolum Caluum libellum trecentorum (alij dicunt 136.) verſuum, in laudem Caluorum, cuius omnia verba incipiunt ab eadem littera C. vt.

Carmina Clariſona Caluis cantate Camœnæ.

Vtrumque hoc opuſculum excudit Vuelleus Louanij. Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. Luſitanus *fol.* 156. *&* 157. *Bibliotheca Ordinis*.

IOANNES ECDEBERG. Germanus, inſignis S. Th. Magiſter, & in ſacra Scriptura apprimè verſatus ſcripſit.

Super vniuerſa Biblia.

Item ſuper quatuor libros Sententiarum.

Item de Germanica puella, quæ biennio ſine cibo, & potu vixerat. Quod argumentũ poſtea tractauit Simon Portius, Neapolitanus, & publici fecit iuris Florentiæ 1551.

Luſit. *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4.

IOANNES à S. MINIATE, Etruſcus, primi nominis planè Orator, ingenio feliciſsimo, ac memoria, edidit.

Opuſcula varia.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

IOANNES CHRYSOSTOMVS de Balneolo, vlterioris Prouinciæ Picentinæ, Magiſter Sac. Theologiæ vnicus, in Philoſophia excellens, in Prædicatione aſsiduus, ingenio præclarus, memoria tenaciſsimus, virtuoſorum fautor, conſilio magnus, qui cum Peruſiæ ageret lectorem, inter cæteros ſui Ordinis fratres, auditorem habuit F. Michaelem Bonellum S. R. E. Cardinalem, Pij V. Pont. Maximi ex ſorore nepotem. Neapoli, ac Romæ publicè perlegit multos libros ſacræ Scripturæ, nec non Summam D. Thomæ poſtillauit. Moritur Neapoli in Conuentu S. Thomæ Aquinatis. Sui inſtituti obſeruantiſsimus fuit, ac moribus, & religione excelluit.

Inter cætera poſteris edidit.

Poſtillam ſuper ſummam D. Thomæ.

Super Geneſim.

Super primum, & Secundum Regum.

Commentaria in Prædicabilia, Prædicamenta,

In Priora, & Poſteriora.

In Phyſicam, & Metaphyſicam.

Sermones quadrageſimales.

Item ſermones de Tempore, ac de Sanctis.

De Auctoritate ſummi Pontificis.

Tractatum de ſacra Scriptura.

Et plura alia.

Ambroſius Gozzæus, Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. *Catalogus virorum illuſtr. Conuentus de Balneolo*, Vallus *in Comp. p.* 5.

Anno 1548.

AMBROSIVS PELARGES, ſeu PELARGVS, Germanus, Niddanus, vir doctiſsimus, hoſtis in hæreticos indefeſſus, qui Concilio Tridentinò interfuit die 10. Maij an. 1546. in quo ſedit Procurator. & Orator Electorum Treueren. & Colonienſis, habuitque in illo (vt teſtatur Card. Pallauicinus in Hiſtoria eiuſdem Concilij) coram Patribus orationem. Callebat linguam græcam: quare tranſtulit è græco in latinum.

Liturgia S. Io: Chryſoſtomi. Item Doxologiam.

Concilium Nicenum, cui addidit quaſdam Annotationes.

Scripſit contra Anabaptiſtas. Ex Gratina.

Aduerſus Iconomachos, & Theomachos.

Confutationem Concilij Oecolampadij circa dilationem baptiſmatis, &c.

An ſit licitum impugnare Anabaptiſtas, & alios hæreticos, & in eos pœna capitis animaduertere.

Dia-

Dialogum inter viros, & mulieres ex ſecta Lutherana.

Annotationes in errores Eraſmi.

Librum de Sacrificio miſſæ latinè, & germanicè ad Senatum Baſileenſem.

De cælibatu Sacerdotum.

De non timenda morte.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Quadrageſimale.

Annotationes ſuper omnes libros veteris, ac noui Teſtamenti.

In Eleutherobaptiſtas hæreticos.

Scripſit plura alia. Fuit omnium ſcientiarum peritiſsimus, ac inter cunctos oratores Germaniæ præſtantiſsimus.

Abbreuiationes Geſneri, Balthaſar Vuerlinus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 73. & tom. 2 fol. 69.* Miræus *de Scriptorib. ſæculi 16. c. 60.*

Doxologia in Miſſa, & in precibus Matutinis vſui fuit antiquis. Opera Pelargi Vormaciæ in Germania fuerunt excuſa, anno 1541. quædam etiam Coloniæ è Typographia Gymnici Baſileæ, Viennæ in Auſtria.

Iconomachi Græcè dicuntur, qui bellum mouent contra Sanctorum imagines.

Scripſit etiam *Hyperaſpiſmum, ſiue propugnationem, ſiue Apologiam* pro ſanctiſsima Euchariſtia contra Oecolampadium. Seu de Sacrificio miſſæ, cui titulus: *Conflatiuncula.*

IOANNES BENEDICTI Gallus, doctor Pariſienſis, illiuſque Vniuerſitatis ſplendor, Theologus, ac Peripateticus profũdiſsimus. Ab Henrico III. Rege Chriſtianiſsimo fit Abbas, ac Generalis Ordinis Valleſcholariũ, qui penè incæpit eodem tempore quo noſter dominicanus. Scripſit:

Introductionem in Logicam Ariſtotelis. Et plura alia.

Luſitanus *in Bibl. pag.* 159. Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Item:

Biblia cum ſuis ſcholijs, & Concordantias Bibliorum. 1562. Lutetiæ edidit.

Emendauit item Scholia ex Græcis, & Latinis in quatuor Euangelia, & Acta Apoſt. à Gagneio collecta. Pariſijs 1552.

Confecit Indicem Sententiarũ Chryſoſtomi. Ibidem 1570.

Lege Poſſeuinum, & Miræum.

PETRVS SYLVIVS, eos in ſacra Theologia fecit progreſſus, vt inter principes ſuæ ætatis recẽſeretur Theologos. Præterea in ſacris declamationibus gratia mirificè valuit. Graſſante per Germaniam hæreſi, inuictus Antagoniſta.

Præclarum edidit Opus aduerſus Martinum Lutherum Apoſtatam, & Hæreſiarcham. Id autem prodijt Lipſiæ, quæ ciuitas tunc nondum tabo Lutheranorum dogmatum erat infecta.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 3. fol. 70. circa medium.*

GVILELMVS CARNIFICIVS Gandenſis, exactæ diligentiæ Theologus cum eſſet, & inſuperabilis hæreticorũ oppugnator ſchedas reliquit, ex quibus noſter Ioannes Bunderius collegit Indicem codicum manuſcriptorum per Belgium, vicinaſque prouincias, alphabeti ſerie. Carnificius enim Illuſtriores Belgij, Germaniæ, Galliæ, Angliæque Bibliothecas ante exortam ſæculò ſuperiori hæreſim, ſedulò excuſſerat.

Extabat hic Index apud *Lucam Opmerum* Delphium. Ex hoc Indice excerpſerunt Poſſeuinus plura *in Apparatum ſacrum*, Valerius Andreas *in Biblioth. Belgicam*, & Miræus *multa in ſua.*

Similis Catalogus manu ſcriptorum librorum per Belgium extat Louanij *in Cænobio S. Martini.*

Credo Carnificium floruiſſe ſæculo ſuperiori.

De eo Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 69. in calce.*

COSMVS ROSELLIVS, Conuentus S. Marci Florentini filius, Orator, Philoſophus, & Theologus non inelegans.

Scripſit *De memoria artificiali, & locali*, quod opus ab eius germano Fr. Damiano Roſellio circa annum 1550. datum eſt typis. Monumenta eiuſdem Conuentus, Fontana *de Prou. Rom. cap. 6.*

Hoc anno 1548. è viuis abijt Henricus

ricus VIII. Rex Anglorum, Conſule meam Chronologiam. Ceterùm Sabellicus in ſupplemen. *lib.* 28. hunc obitum anno præcedenti affigit,& habet aſſeclas, Miræum *de Scriptoribus cap.* 29. *& alios.*

ANONYMVS DOMINICANVS Conuentus Salmantini vertit ex *Latino* B. Humberti de Romanis;

Doctrina de Religioſos. Salmanticæ apud Ioannem Iuntam. 1548.

IOANNES BRESLAER, ſodalis Ordinis noſtri perdoctus, vir in ſacris litteris,& PhiloſophiaAriſtotelica verſatiſſimus, catholicæ fidei acerrimus propugnator Tractatum emiſit.

Aduerſus errores duodecim Altenburgi in Miſnia ortos,idque hortatuNumburgenſis Epiſcopi.

Mentionem fecit de eo Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri folio* 134.

Anno 1549.

PETRVS AVRATVS (Gallicè Dorè)alijs Gallus,alijs Belga,Paulinas,Arteſius, Conuentus Bleſenſis filius,CongregationisGallicanæ,Doctor Sorbonicus, Pariſienſis, vbi Theologiam profeſſus eſt diu. Cum Prioratum à Valle Collium, qui caput eſt illius Congregationis adeptus, ſanctè direxiſſet, Prioratui vale dicens, Lutetiam retulit pedem. Fuit Eccleſiaſtes ſua ætate per vniuerſam Galliam celebris,etenim eloquentię iunxit probitatem, & ſapientiam. Verè aurea lingua Auratus. De quo meritò eruditiſſimus Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*: *Eius ſcripta præter doctrinam, ſpirant pietatem eximiam. Sanè verò inter libros eius generis vix quidquam in Gallijs legi, quodme magis afficeret. Et quidem quoniam Gallicè populos hæreſibus, & vita laxatione quaſi obſeſſos, ad ſanitatem redigere conabatur, Gallicè penè omnia ſcripſit, quæ quidem ſunt ſequentia.* Hæc Poſſeuinus.

Anticaluinus editus, Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellum ann. 1568.

Paradoxa, Pariſijs apud Audinum Poncium 1543. in 8. contra hæreſes.

Virtutis imago, ſeu vita Beatiſſimæ Virginis. Ibidem apud Stephanum Groulcaurum 1569.

Spes ſecura, & firma. Ibidem.

Patientia Piſcina.

Vitæ Arbor.

Liber, quem inſcripſit: Sapientiæ Collegium.

Chriſtianorum Dialogus.

Ardoris diuinæ ſcintilla. Les Alumettes du feu Diuin. Ab hoc libro ſi ſemoueas verba antiquata, nihil ardentius ad inflammandos igne diuini amoris animos.

Liber de conſeruatione Gratiæ.

Dialogus inter Deum,& Samaritanos.

Turtur viduitatis, ſiue de tribus Eccleſiæ ſtatibus, Virginum, Nuptarum, Viduarum.

Miſſæ meditationes.

Humanæ vitæ deplorationes.

Peccatoris via recta.

Oratio Dauidis *Prophetæ, quæ Pſalmo* 81. *continetur*.

Commentaria ſuper Pſalmum Eructauit cor meum:

Spiritualis Ceruus.

Pœnitentiæ Opera.

Ouis Pauimentum.

Nouæ affinitatis arcus.

Tractatus de vita & morte Chriſtiana. Ibidem apud Baquenoium.

Omnium tribulationum victoria. Ibidem apud Sebaſtianum Niuellium.

Dialogus, & Doctrina Chriſtianorum in fide, ſpe, & Dei amore. Pariſijs apud Guilielmum Bonnemerum.

Liber de diuinis beneficijs.

Liber prænotatus, Arcafœderis.

Alius dictus, Cæleſtis cogitatio.

Alius, cui titulus Candelabra Fidei diuinæ.

Anno 1546. compoſuit.

Officium ſacræ deſponſationis Beatiſſimæ Virginis cum Sancto Ioſepho.

Atque à ſummo PontificePaulo III. precibus vir pius contendit, ratum laborē ſuū haberet:idque feſti in Gallijs ſeruari permitteret, vt refert Locrinus in Maria Auguſta *lib.* 6. *cap.* 4.

Florebat Pariſijs Regnante Henrico II. in Gallijs circa annum ſalutiferæ Natiuitatis 1550.

Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Ambroſius Gozzeus

zeus, Plodius *in Appendice*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. cap. 60.*

ANTONIVS MARRAPHA de Martina, Diæceſis Tarentinæ nobili Oppido, & frequenti, Theologus eximius, omni doctrinæ genere ornatiſſimus, Philoſophiæ, Theologiæ, humanarumque litterarum, quondam in Neapolitano ſtudio Metaphiſicæ publicæ profeſſor, deinde ibidē in Conuentu S. Dominici Regens: edidit.

Commentaria ſuper libros Metaphyſices.

Item opus de Anima. Neapoli 1550. quo ipſe clarebat. in 8.

Ambroſius Gozzeus, Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtrib. part. 2. lib.* 4. Vallus *in Compendio p.* 4.

Anno 1550.

ANDREAS de FLORIBVS, ſiuè Flores, Hiſpanus, Bæticus, magnus Theologus, poeta, & potiſſimū in Theologia morali clariſſimus: edidit.

Catalogum ſummorum Pontificum, & Imperatorum.

Item Hiſpanicè *Doctrinam Chriſtianam ad pueros inſtruendos.*

Hic liber adeo placuit omnibus in Hiſpania, vt ſub cenſuris, & pœnis mandatum fuerit, vt in Regno Galleciæ, in Archiepiſcopatu Toletano, & alibi pueri in Eccleſijs inſtruerentur in eo. Imò ex mandato regio; ſcilicet Caroli V. Cæſaris prodijt hic liber de doctrina Chriſtiana primum an. 1558. in 8. Deinde alibi ſæpius.

Edidit quoque lingua Hiſpana *Deuocionario: ſuma de las Eſpirituales Cofradias: de los Iuramentos, y Roſario de Nueſtra Señora.*

Præterea ſuma de Tota la Eſcritura ſagrada en verſo heroico Caſtellano.

Thomas Tamajus in Collectione librorum Hiſpanorum refert aliquem horum librorum Petro Ortizio Galapagaris in agro Matritenſi Parocho.

At hoc voluntariè aſſerit Thomas.

Subdit Tamaius Andream noſtrum natum eſſe in Oppido Torrijos Toletanæ diæceſis, cui non refragor. Inficias eo, cum vocat Andream Eremitam Sancti Eugenij Toletani. Cum id proferat voluntariè. Vide Lopez Epiſcopum Monopolitanum IV. parte Hiſtoriæ Ordinis *lib. 2. cap.* 3. Antonium Senenſem Luſitanum *in Bibl. Ordinis pag.* 19. Plodium *de viris illuſtr. par. 2. lib.* 4. Biblioth. Hiſpanam Nicolai *tom. 1. fol.* 58. *col.* 1.

Audiendus eſt Luſitanus vbi ſupra. *Sed huius bonis Patris* (Andreæ) *methodum quidam poſtmodum imitantes, vel potius eidem libro non nulla addentes, vel ab illo aliqua auferentes, in aliorum ſegetes falces miſerunt, & opus ſibi ipſi quodamodo adſcripſere.*

DOMINICVS à CASTENEDOLO Brixienſis, feliciter à tyrone Philoſophica, & Theologicá imbibit. Promotor obſeruantiæ regularis cum eſſet oculatiſſimus, renunciatus fuit Vicarius celeberrimæ Congregationis Lombardiæ. Vt erat facundus orator, & fructuoſus, conſcripſit.

Sermones Quadrageſimales.

Item ſermones de Tempore, & de Sanctis.

Claruit hoc anno 1550.

Antonus Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol.* 73. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. 2. lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad primum Tomum Apparatus ſacri.*

TILMANVS SIBERGENSIS, Germauus, S. Theologiæ Magiſter inſignis, olim Prior Colonienſis, & Inquiſitor acerrimus contra hæreſes. In diſputationibus fuit acutus, verſatiſſimus in Scripturis ſacris, & celeberrimus cum doctrina, tum ſyncera religione: ſcripſit.

Librum vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ.

Adnotationes item, & *Appendicem in Enchiridion Ioannis Echij*, & non nulla alia.

Ex Additione ſecunda ad Trithemium, ex Antonio Senenſi *in Biblioth. Ordinis pag.* 334.

LEANDER ALBERTVS, Bononienſis, vir in politioribus litteris, Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis valdè doctus, in Mathematicis clarus, atque in Hiſtorijs, & antiquis

rerum monumentis diligentiſſimè verſatus anno 1550. erat Inquiſitor Generalis Bononiæ. Fuit Prouincialis Terræ Sanctæ, ac ſocius P. Generalis F. Franciſci Syluestri Ferrarienſis. Inter alia ſui ingenij clariſſima Monumenta, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum laude tranſmiſit Italicè edidit:

Deſcriptionem Italiæ ſatis accuratam. 1550. Bononiæ. Hanc poſtea ex Italico Latinè redditam anno 1566. Colonienſes publicauerunt.

Chronicon Imaginis B. Virginis in Monte Guardiæ prope Bononiā cum miraculis ab eius exordio vſque ad annum 1577. Venetijs apud Dominicum Gueua anno 1578. & poſtea Bononiæ cum addictionibus an. 1598. in 8. apud hæredes Ioannis Rubei.

De viris illuſtribus, ſeu de Monumentis Ordinis Prædicatorum ſex voluminibus latinè conſcripſit, Mediolani aſſeruantur in Conuentu noſtro Gratiarum. Ex Martyrologio Dominicano. Bononiæ 1517. in folio edita.

Item librum de mulieribus illuſtribus Ordinis.

Librum de translatione corporis S. P. noſtri Dominici.

Chronicon ciuitatis Bononienſis lib. 62.

Item librum de obitu D. Dominici Calariguani. Vitam Io: Bentiuoli.

Hiſtorias lingua Itala, quæ aſſeruantur in Conuentu SS. Io: & Pauli, Venetijs, & in Conuentu Inſulæ Clodiæ apud Venetias. Caſtillus *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7.

Ephemeridas ab Aduentu Ludouici Galliæ Regis vſque ad an. 1552. Poſſeu. & Miræus *de Scriptorib. eccleſiaſt. c.* 496.

Clarebat an. reparatæ ſalutis 1550. ex Concertat. Prædie Alphonſi Fernandez, Luſitano *in Bibl.* Seraphino Razio, Ludouico Panormitano *in Chron. m. s.* Plodio *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

Obijt Bononiæ plenus annorum.

ANGELVS BETTINVS Florentinus.

In capitulo Salmantin. 1551. authoritate ſummi Pontificis decreta eſt reformatio Breuiarij, & hoc onus iniunctum eſt F. Angelo Bettino Florentino in Magiſtri Generalis ſocietate, Prouinciali Angliæ, qui vt vir erat ingentis induſtriæ, præſtitit egregiè, quod ab vno homine in hac re poterat expectari.

VINCENTIVS PLACENTINVS, Italus Philoſophus, & Theologus varia eruditione ornatus, inſuper inter Oratores non minimus, cui dictum Virgilianum poterat adaptari: *Ad vtrumque paratus*. edidit:

Logicam ſatis eruditam.

Librum in defenſionem S. Catharinæ Senenſis, in quo varias difficultates theologicas enucleat.

Orationes varias, quas ipſe habuerat, vel in ſolemnitatibus Sanctorum, vel in Prælatorum aſſumptione, vel cum aliqui reciperent lauream doctoratus, vel in diſputationibus & exordijs alicuius lecturæ, ſiue in aliqu. celebri funere.

Viuebat hoc anno 1550.

Leander *lib.* 4. Luſit. *in Bibl.* Plodius *de viris. illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 67.

ALPHONSVS de HERRERA, alius à Minorita, de quo Lucas Vuaddingus, & ab alio Minorita, de quo Bibliotheca Hiſpana: noſter igitur in vrbe Legionenſi noſtro Ordine initiatus, Carolo V. Imperatori fuit à concionibus. Vir doctiſſimus æquè, ac candidorum animi, & ingenij aduerſus Lutherum ſcripſit.

De valore bonorum operum.

Claruit circa hunc annum, eiuſque meminerunt cum laude Ioannes Geneſius Sepulueda *in Apologia pro libro de iuſtis Belli cauſis*, Eiſingrenius, *in Catalogo Teſtium Veritatis*, Bibliotheca Hiſpana, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

IOANNES FABER, Heilbrunnenſis, Germanus, inuictus hæreticorum Antagoniſta, & Catholicus concionator Auguſtæ Vindelicorum in Cathedrali, inſtituto Dominicanus, ſcripſit.

De miſeria vitæ humanæ, ac de mundi contemptu 1564.

Item de Miſſa Euangelica. Pariſijs anno 1567. libros quinque, quos ex Germanico idiomate in Latinū 1556. Laurentius Surius tranſtulit.

Eiuſdem *Enchiridion Bibliorum, con-*

cio-

cionatoribus in popularibus declamationibus vtile, Auguſtæ anno 1549. & Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno 1568.

Conciones in Ioelis Prophetiam: Latinitate donatæ per Tilmannum Bredembachium, anno 1578. & 1589.

Item de *Fructibus*, *è quibus dignoſcuntur heretici*; *deque eorum nominibus*, *ex Philaſtrio*, *Epiphanio*, *Auguſtino*, *& alijs*, *ac quibuſnam armis vincendi*. Ingolſtadij anno 1551.

Libellus, *quod Fides eſſe poſſit abſque charitate*. Auguſtæ 1548.

Recta, *ſeu Regia via*, *qua fidelibus eundum eſt*, *vt æterna pace*, *& quiete fruantur*. Dilingæ anno 1569. Germanicè.

Expoſitio Germanicè ex ſcripturis ſacris, *& Patribus*, *quid ſit Miſſa Euangelica*. Sunt ea partim Auguſtæ, Coloniæ, & Ingolſtadij, partim Louanij, & Pariſijs excuſa.

Viuebat anno 1500. Eiſingrenius, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol.* 176. Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. cap.* 52. *& 60.*

A noſtro Fabro iam laudato alius fuit Ioannes Faber, natione Heluetius, Ferdinando Arciduci, poſt Cæſari, à Secretis, & Conſilijs, deinde Viennenſis in Auſtria Epiſcopus.

Anno 1551.

FERDINANDVS à S. MARIA, Luſitanus, Præſentatus, ac Lector S. Theologiæ. Goa ciuitas eſt in Indijs Orientalibus. Hæc cùm defenderetur à Luſitanis; ab innumerabili Indorum multitudine fuit obſeſſa, in cuius obſidione multa pertulit Ferdinandus. Prædicabat quotidie ibi, & in locis proximis, & remotis, in quibus pri ma noſtræ fidei fundamenta iecit. Scripſit tandem.

Librum de Goa obſidione.

Goa ante paucos annos (vt diximus) ab Indorũ innumera multitudine fuit obſeſſa, quos Luſitana gens fortiſſimè multis hoſtium turmis cæſis, vel profligatis, propulſauit. Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis pag.* 79. *& 8.* Plodius *in Appendice*, *Bibliotheca Hiſpana* Nicolai *tom. 1. fol. 289. colum.* 2.

Scripſit etiam Ferdinandus *Vitam B. Fratris Hieronymi à Cruce Oliſſiponenſis pro catholica fide in Taprobana Inſula martyrio coronati.*

STEPHANVS PARIS, Gallus, Aurelianenſis, Doctor Theologus Pariſienſis, poſtquam Prouinciam Franciæ multos annos religioſè, ac laudabiliter rexerat, ad Epiſcopatum Abellonenſem in Romania ſub Athenienſi Metropolitana aſſumptus eſt. Rothomagenſi Eccleſiæ vir in dicendo facundiſſimus, & efficax, à Iulio III. ſub die 16. Maij de conſenſu Cardinalis Caroli de Vandomo Archiepiſcopi eiuſdem Rothomagenſis Eccleſiæ datus eſt ſuffraganeus. Poſtea creatus etiam fuit ſuffraganeus Aurelianen. Epiſcopi Ioannis de Moruilliers, ex qua diæceſi hæreſim eliminare ſategit, & multa alia pietatis opera adimpleuit circa annum 1560. quo annoin eadem Aurelianenſi Eccleſia functiones Epiſcopales exercuit. edidit:

Chriſtiani hominis Inſtitutionem, *aduerſus huius temporis hæreſes*, *& morum corruptiones*, *quinquaginta homilijs quadrageſimalibus diſtinctam*. Venetijs, in vico S. Mariæ Formoſæ 1556. in 8. & Pariſijs anno 1561.

Poſtillam ſuper Verbum caro factum eſt, cuius initium eſt: *Pietati*, *& religioni.*

Homilias XXV. de Sanctis.

Clarebat anno 1558.

Gallia Chriſtiana *inter Aurelianen. ſub num.* 109. Plod. *p. 2. lib.* 4. Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit.* 2. In Capitulo Generali Romano anno 1558. recipitur ad beneficia, & ſuffragia Ordinis, Miræus *de Scriptorib. ſæculi 16. cap.* 62. Sixtus Senenſis *in Bibl. ſancta*, Luſitanus, Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri folio* 252.

Anno 1552.

FRANCISCVS ROMAEVS Caſtilionẽſis, Aretinus, Tuſcus Io. Finario Generali datus comes, & Prouincialis Terræ Sanctæ, Gymnaſijs Galliarum, & Hiſpaniarum, quæ cum eodem Magiſtro Ordinis viſitandò attigit, doctrinæ profunditate, & eleganti

ganti facilitate differẽdi extitit admirabilis, ſed nõ minor religionis exemplo. Demum eodem Magiſtro Generali vita functo, ad ſuos reuerſus, primùm ſuæ Romanæ Prouinciæ Prior Prouincialis, deinde Procurator Ordinis à Magiſtro Generali Alberto Calao factus eſt, & eo mortuo, Vicarium Ordinis egit in interregno, donec anno 1546. ex Procuratore,& Vicario Ordinis in Magiſtrum Ordinis fuit aſſumptus. Hoc officio ſex integris annis perfunctus eſt. A Paulo III. in Concilio Tridentino detentus eſt. Quo mortuo, Capitulum Generale ad celebrandum an. 1551. Salmanticam petijt. Deinde reuerſus ad Italos, Synodo Tridentinæ duranti interfuit, eaque per Iulium III. ſuſpenſa, reuerſus eſt Romam. Ibi 20.Iulij 1552. ereptus apoplexia ſepultus eſt in Mineruæ. Obijt ætatis ſuæ an. 60. menſ.4. cuius epitaphium:

Fratri Franciſco Romæo à Caſtilione Aretino, in Ordine Prædicatorum Terra Sanctæ, poſt ſuæ Romanæ Prouinciæ Prouincialis; deinde Procuratoris, & demum ſex annis Magiſtri Generalis munere functo, probitate doctrinæ in Religione non ſolum,& Concilio Tridentino, ſed & Italiæ,Dalmatiæ,Galliarum, ac Hiſpaniarum Prouincijs, quas ex officio luſtrauit, probato, atque clariſſimo, eiuſdem Ordinis obſeruantiſſimi fratres P. O. P. Obijt 20. Iulij 1552. ætatis ſuæ anno 60. menſ. 4.

Scripſit in hæreticos:

De libertate, & neceſſitate operum, aduerſus Pſeudo Philoſophos,& Pſeudo Chriſtianos contra librum, cui titulus: *Interim*. Lugduni 1521. in 4.

Epiſtolas hortatorias ad piè, rectèque viuendum.

De immortalitate Animæ, Chriſtianè & peripateticè deducta,àGryphio 1578. in 4. excuſa.

De Fide, & operibus.

Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.* Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16.cap. 28.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

ANTONIVS de ESPINOSA, natione Hiſpanus, pietate inſignis, ac litteris. In vtraque materia hæc reliquit poſteris Monumenta.

Commentaria in Dialecticam.

Item lingua vernacula.

Reglas de bien viuir, y menoſprecio de mundo, y Lectiones de Iob 1552. in 4.

Huius meminerunt Epiſcopus Monopolitanus Lopez *in Hiſtoria Ordinis part. 3. lib. 2. cap. 90.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 91. col. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

Anno 1553.

AMBROSIVS de POLITIS, Senenſis,nobili genere natus, Conuentus S. Marci Florentini alumnus, Lancellotti nomen habuit in baptiſmate, quod in Ambroſium in noſtra Religione mutauit. Ob gratiã à S. Catharina Senenſi acceptam cognomento dici voluit Catharinus,vir doctrina, & virtutibus ſpectabilis. Apud Pontifices Maximos, Concilijque Tridentini Patres in maxima exiſtimatione habitus. *In ſeſſ. 3.* die Iouis 4. Februarij celebrata (vt teſtatur Spondanus *in Annalibus Eccleſ. an. 1546. num. 4.*) doctiſſimam habuit orationem,& elegantem; & feria 4. Cinerum eiuſdem anni prædicauit. Impio Hæreſiarchæ Lutero fuit maximè formidabilis. Cumque eius doctrinæ acumen in dies Sanctæ Synodo magis, ac magis proficuũ agnoſceretur, creatus eſt Epiſcopus Minorenſis die 27. Auguſti eiuſdem anni 1546. à Paulo III. Cui Eccleſiæ annos ſex optimè præfuit. Deinde die 3. Iunij anni 1552. ad Archiepiſcopatum Compſanum à Iulio III. Pontifice Maximo, quem in minoribus Politus legalibus diſciplinis erudierat, translatus fuit. At breui temporis interuallo conceſſæ ſibi diginitatis honore vſus fuit; ſiquidem dum ab eodem Pontifice purpura decorandus ob eius inſignes animi dotes, atque virtutes Romam vocaretur, Neapoli die 8. Nouembris anno 1553. Miræo autem anno 1552.apoplexiæ ictu percuſſus interijt. Deceſſit vir humanarum lit-

litterarum, iuris canonici egregiè peritus, in Theologicis ſtudijs verſatiſſimus, omnique diſciplinarum genere diligenter ſatis excultus ætatis ſuæ an. ſeptuageſimo apud noſtros tumulatus.

Ad oſtentandum ingenium, non raro ad ſatyricum declinauit. Ea propter contra præcipuos doctores illius ſæculi inſurrexit. Scripſit contra Caietanum. Contra Sotum euulgauit Apologiam. Impugnauit doctrinam, & prophetias Sauonarolæ. Inuexit quoque in Baldum, & alios *vt nouus adhuc* (dicam cum Tacito 2. hiſtor.) *& in ſenatum nuper adſcitus, magnis inimicitijs clareſceret*. Huius tandem eum pænituit: cumque cogitaret ſe contra fratres ſuos inſurrexiſſe, in lacrymas prorumpebat, & præſertim in Refectorio Mineruæ. Ita Plodius *de viris illuſtribus p. 2. lib. 4.*

Maturior tamen factus, & grauior ſuum arripuit calamum in hæreticos, vt contra Bernardinum Ochinum perfidum hæreticum, contra Lutherum, &c. Emendatiſſimis moribus, ac robuſto ſpiritu fuit, & in primis ſui acerrimus inſectator: ſua vita fuit omnibus in exemplo.

Ad eius memoriam Clemens Politus, Epiſcopus Groſſetanus nepos, Senis in D. Franciſci Eccleſia, vbi huius familiæ commune extat ſepulchrum, in nigro marmore ſculptum, Epitaphium ſequens appoſuit.

D. O. M.
Lancellotto Polito Compſa Archiep.
Quem ſicuti primis ab annis
Virtutes principes complexæ ſunt omnes,
Sic ad ætatis vſque veſperam
Mirificè ſemper exornarunt.
Is XVI. ætatis ſuæ anno vtriuſque iuris
Lauream adeptus,
In Senenſi Gymnaſio publicè profeſſus,
Ingentique laude nondum XXV.
Attingens, mille axiomatibus
In celeberrimis Italiæ, ac Galliæ
Academijs ſtrenuè defenſis,
Romæ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus
Eſt factus. Tandem ſtudia illa
Et honores pertæſus, mutato nomine
In Ambroſium Catharinũ, ante an. XXX.
Dominicanæ familiæ nomen dedit,
Ex qua mox à Paulo III.
Ad Epiſcopatum Minoritanum euectus,
Ad ſacrum Concilium miſſus,
Ibi in ſuſtinendo ſententia certamine
Aduerſus veritatis hoſtes
Nullis non oſtendis lumen animi,
Conſilijque ſui:
Demum à Iulio III. vocatus,
A quo priùs etiam Compſæ Archiepiſcopus
Renunciatus fuerat,
Dũ Romã ad ampliſſimos purpuræ honores
Proficiſcitur, honoribus maior
Neapoli deceſſit apoplexia.
Plurimis ingenij monumẽtis poſteris datis
Anno ætatis ſuæ LXX.
Sal. hum. MDLIII.
Clemens Polisus Epiſcopus Groſſetanus
Patruo Opt. ac de ſe optimè merito Poſ.
Anno Dom. MDCVI.

Eius cum laude meminerunt Card. Pallauic. in Hiſtoria Concilij, Vghellus, & alij.

Reliquit poſteris ſequentia ingenij ſui Monumenta præclara.

In quinque priora capita Geneſis.

In omnes epiſtolas D. Pauli.

In epiſtolas canonicas Petri, Iacobi, Thadæi, & Ioannis, breuiores commentarios, quorum initium eſt: Temporis corruptiſſimi.

Speculum hæreticorum.

De Conceptione B. Virg. lib. 3. Senis per Michaelem Angelum Bernardini Caſtanei 1532. in 4.

De veneratione Sanctorum.

De præſcientia, & prouidentia Dei.

Alium librum de Conceptione diuerſum à tribus dictis.

De interpretatione quarti capituli Cõcilij Tridentini.

De conſideratione, & iudicio præſentium temporum à ſuperſeminatis zizanijs in agro dominico.

De Auctoribus, & auctoritate librorum ſacræ Scripturæ librum vnum.

Tractatum quo iure, & qua pæna plectendi ſunt Hæretici.

De recipiendis pueris Iudeorum venientibus ad Baptiſmum.

Aſſertiones XIV. pro aſſertione gratiæ ad Concilium Tridentinum.

De cælibatu aduerſus Eraſmum. Senis 1581.

De

De reprobatione doctrinæ F. Bernardini Ochini.
De prædeſtinatione Dei lib. 3.
De eximia prædeſtinatione Chriſti l.2.
De Angelorum bonorum gloria.
De Angelorum malorum lapſu.
De conſummata gloria ſolius Chriſti, & B. Virginis, lib. 1. Venetijs 1551.
De lapſu hominis.
De peccato Originali.
De omnium morte, & reſurrectione.
De veritate Purgatorij.
De præmio bonorum.
De ſupplicio æterno malorum.
De ſtatu puerorũ abſque Sacramento Baptiſmatis decedentium.
De perfecta iuſtificatione.
De fide, & operibus.
De Reſidentia Epiſcoporum, & de anni correctione. Venetijs 1547.
De cultu, & adoratione imaginum.
De veritate incruenti ſacrificij miſſæ.
Libros quinque contra Lutherum. Florentiæ *anno* 1521. impreſſos, & Carolo V. Auguſto dicatos.
Contra Baldum.
In Caietanum libros ſex.
Contra Sotum.

Vertit in latinam linguam vitam S. Catharinæ Senenſis à B. Raymundo de Capua compoſitam.

Scripſit quoque plura alia Opuſcula, *in quibus continentur quæſtiones circa matrimonium: circa verba Sacramenti Euchariſtiæ, circa communionem ſub vtraque ſpecie: circa characterem, qui imprimitur per Sacramenta: circa ſacerdotem; quomodo ſit miniſter pœnitentiæ.*

De diſcrimine baptiſmatis Chriſti, & Ioannis. De baptiſmate puerorum in vtero matris: & an liceat transferre ſacram Scripturam è Latino in linguam vulgarem.

Scripſit librum, cui titulus duæ claues ad aperiendas, & intelligendas Scripturas.

Et plura alia.

In Indice Auctorum, & librorum prohibitorum ad Concilium Tridentinum prohibentur huius Authoris quæſtiones duæ; de verbis, quibus Chriſtus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum confecit.

Omnia eius opera Venetijs vnà excuſa fuerunt. Item Romæ, Pariſijs, Lugduni, Bononiæ, & alibi.

De Catharino eiuſque geſtis, ac ſcriptis conſule Bellarminum *de Scriptorib. Eccleſiaſticis*, Fernandez *in Concertat. Prædicatorum*, Marraccium *in Bibliotheca Mar.* Plodium *part. 2. lib.* 4. Luſitanum *in Biblioth.* Vgurgerium *in Pomp. Senenſ. tit.* 5. Fonranam *in Theatro 1. p. cap. 4. tit. 30. num. 3. & cap. 5. tit. 390. num. 4. & p. 2. cap. 2. tit.* 15. Vghellum *Italia Sacra tom. 6. & 7. In Epiſc. Minorenſes*, Lucarinum, Sixtum Senenſem, Seraphinum Raziũ, Poſſeuinum, Philippũ Labbe *de Scrip. Eccleſ.* Miræum *de Scriptoribus ſæculi 16 cap. 57. & alios.*

Ambroſius Catharinus in Opuſculo de Lapſu hominis, & de peccato Originali *cap. 6.* & Albertus Pighius *in* prima controuerſia de peccato Originis falſò, & hæreticè dixerant aſſerentes peccatum originis nihil eſſe aliud, niſi primã Adæ tranſgreſſionem actualem; & nihil eſſe in paruulis vnicuique proprium, & inhærens, quod habeat veram peccati rationem.

Habuimus enim deinde apertiſſimã Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ definitionem in quinta ſeſſione, vbi quatuor ſententiæ leguntur, de peccato originis, quæ ſunt quatuor argumenta contra Pighij & Catharini errorem.

Circa libros ſex contra dogmata noſtri Thomæ Cardinalis Caietani, qui prodierunt Pariſijs apud Colinæũ conſulendi ſunt Sixtus Senenſis *in quinto, ſexto, & ſeptimo libris ſuæ Bibl. Sanctæ, & alij noſtri.*

Sixtus *num.* 157. *lib.* 5. dictæ Bibliothecæ oſtendit à Catharino non rectè notari Caietanũ *in Gen.* 18. in eo quod legitur *Abraham in valle Mambræ tres vidiſſe, & vnum adoraſſe.*

Vide eiuſdem Sixti *Annotationem centeſimam lib. 5. Bibl. ſanctæ.*

Præterea Catharinus cum dicit *in Gen. 3.* Moyſem vna cum corpore viuentem fuiſſe in Paradiſum voluptatis, vt ibi vſque ad finem ſæculi viueret vitam mortalem cum Henoch, Helia, & Ioanne, translatum, non eſt audiendus. Etſi enim videatur id docuiſſe Ambroſius, vt cerni poteſt *in Annot.*

not. 61. lib. 5. in Sixti *Bibl. ſancta* , & *Annotat. 91. lib. 6.* Item S. Hilarius *canone 20. in Matthæum* , quos ſequutus eſt Io: Arboreus Laudunenſis, Theologus Pariſienſis: nihilominùs reclamat veritas hebrææ ſcripturæ cũ omnibus ferè Eccleſiaſticis Scriptoribus.

Inſuper erronea putanda eſt ſententia Catharini, qui aſſerit poſſe hominem fidelem habere certitudinem fidei de ſua gratia.

Corrigendus etiam eſt in Opuſculo de Imaginibus, cum docet, Deum in Decalogo prohibuiſſe imagines ſimpliciter; ſed illud præceptum fuiſſe poſitiuum, & temporale. Ob id putat Deum iuſſiſſe fieri imagines Cherubim, vt oſtenderet primùm imagines non eſſe ex ſuo genere, vel per ſe malas, ſed malas dumtaxat, quòd prohibitas; deinde id ſanxit, ne præiudicium Teſtamento nouo, in quo permittendæ erant imagines, inferretur.

Cæterùm hæc Catharini ſententia firmis rationibus reprobatur in ſchola, & præſertim à Cardinali Bellarmino *lib. 2. de Imaginibus ſanctorum cap. 7. vltra medium.*

Quæſtiones quoque duas Catharini de verbis, quibus Chriſtus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum confecit, proſcripſit, atque prohibuit Apoſtolica Sedes Romana. Conſule Indicem librorum prohibitorum à Clemente VIII. Pontifice Maximo euulgatum.

Anno 1554.

AVGVSTINVS de SBARROIA, Cordubenſis, ad Sancti Thomæ Hiſpalenſis Vrbis Collegium ſodalis, vbi operam in ſtudijs doctiſſimis Dominicanis diligentiſſimã dedit. Theologus, & Philologus inter æquales præſtans euaſit. Decurſo igitur curriculo ſtudiorum, eorundem ponitur à Superioribus Moderator. Cumulatiſſimè impleuit, quæ ſua.

Dominicus Sotus, Princeps ſui temporis ſacrorum Theologorum hunc audiens coram ſe diſputantem, admiratus hominis acumen, fertur exclamaſſe: *O felix ingenium infeliciter natum!* Quaſi extra natale ſolum litterarum natus fuerit, ſcilicet non apud Caſtellę clariſſima gymnaſia, litterarum exercitationibus impendi meruiſſet. Diſertiſſimè ad populum de verbo Dei diſſerebat. Igitur quà ſcribendo, quà concionando illuſtris publico bono foras dedit.

Expoſitionem Summularum Petri Hiſpani 1533. in folio.

Dialecticas introductiones, trium viarum placita, Thomiſtarum, videlicet, Scotiſtarum, & Nominalium, complectens, duabus partibus, quarum prior anno 1533. Altera verò anno 1535. Hiſpali prodierunt in folio.

Huic Authori Ludouicus Caruaialius Franciſcanus vir doctiſsimus in Elogio, quod præfatis Dialecticis inſtitutionibus præfixit, veræ, non fucatæ doctrinæ tribuit laudem. Vtpotè qui aduerſus ſophiſtas diu, lateque regnantes acerrimum bellum mouit:

Edidit etiam patrio idiomate.

Purificador de la conciencia. Hiſpali 1550. in 8. & Compluti apud Ludouicum Gutierrez.

Italicum etiam reddidit Iulius Conſtantinus Præpoſitus Recanatenſis. Venetijs 1581. in 16.

Deceſsit è vita anno 1554.

Eius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p. 1. fol. 139. colum. 1. & 2.*

LVDOVICVS de BOLLO, natione Gallus, Conuentus Anneſsienſis alumnus, Doctor Pariſienſis, & Congregationis Gallicanæ Vicarius Generalis 1554. emiſit *de Roſario librum* Roſis, & lilijs longè fragrantiorem. Erat Author à ſactis concionibus celeberrimus; magniſque ingenij, ac pietatis, vti & eruditionis dotibus exornatus.

Monumenta dicti Conuentus, & Godefridus Languedoc in m. ſcriptis.

PETRVS EBARDVS, ſtudioſus antiquitatum, cum ſe addixiſſet noſtræ Religioni, ex corde nauauit operam litteris, in quibus ſatis profecit. Scripſit:

Vitam B. Delphinæ à Puteo Michaele Comitis, & coniugis S. Auzliasij de Sabiano

biano Comitis Ariani. Et edidit Pariſijs.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*. Quo tempore vixerit, neſcio.

MELCHIOR CANO, Hiſpanus, Oppidum quoddam Toletanæ diœceſis Tarancòn dictum, patriam habuit. Fuit ei Anna germana, ex qua alter Melchior Canus noſtræ quoque Religionis ortus eſt. De hoc ſuo nepote cum laude loquitur Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus in Hiſtoria Ordinis noſtri *p. 4. lib. 3. cap. 31.* in vita, & poſt mortem gloria floruit pietatis. Et Melchior ipſe meminit huius ſui nepotis in principio *lib. 11.* de locis Theologicis, tunc Viennæ Auſtriæ mortui. Vbi ſubdit ſe compoſuiſſe volumen de locis Theologicis eius gratia, illique illud, ſi vixiſſet nuncupaturum. At his præteritis, Melchior ſenior in Cœnobio S. Stephani ſe adſcripſit noſtræ Religioni. Franciſco Victoria maximo illius ætatis doctore operam dedit Theologiæ. Fæcundiſſimi ingenij vir in ſtudio admirabiles fecit progreſſus. Animaduertens deinde exacto Theologo, & cuiuſuis diſciplinæ ſtudioſo Hiſtoriæ cognitionem neceſſariam eſſe (ita ipſemet fatetur *lib. 11. cap. 2.*) vtrique, profanæ, & ſacræ ſtuduit perfectiſſimè. Didicit quoque linguas Orientales, Græcã Hebraicam &c. quibus veluti elegantiſſimam veſtem pulchro corpori, adiunxit eloquentiæ cultum inſigem. His omnibus comparatis, reuerſus eſt ad gymnaſia. Academia per id tempus viros illos ſummos, qui huic doctrinæ incumbebant, amiſerat. Victoria nempe anno MDXLVI. diem ſuum (vt diximus ante) obierat. Quare Cano noſter docendi locum è cathedra principe occupauit. Vir ergo maxima eloquentia ditatus, in Græca lingua, & Hebraica peritus, in ſacris litteris, in Patribus, in Hiſtorijs, in D. Thomæ, ac Ariſtotelis doctrina verſatiſſimus, necnon Theologus celebris, Salmanticæ pluribus annis maximo cum auditorum fructu cathedram primam conſcendit, velut & moderatus fuerat Complutenſem. In hoc munere Dominico Soto ſucceſſit. Ad Concilium Tridentinum ſub Paulo III. ſummo Pontifice venit, in quo tam perſpicaciæ mentis, atque iudicij maturitatis, quàm profundæ ſapientiæ, & ſingularis facundiæ laudem eximiam communi omnium collegarum ſententia reportauit. In Hiſpaniam reuerſus è Synodo rurſus Salmanticæ docuit. Philippo II. qui patri, Carolo V. ſucceſſit in regnis.

Defuncto Franciſco de la Cerda, etiam ex Ordine noſtro aſſumpto, qui Capræ Comitis filius fuit, ad præſentationem Caroli Quinti in huius loci fuit renunciatus Epiſcopus Inſularum Canariarum à Iulio III. Pont. Max. Kalend. Septembris 1552. Deinde quietis, & ſtudiorum amantiſſimus poſt breue tempus Epiſcopatui ceſſiſſet, electus fuit Prouincialis Hiſpaniæ. Fungens in Prouincia ſua Caſtellæ hac præfectura, ante annum Toleti ſupremum obijt diem anno Redemptionis 1560. Edidit volumen, cui admiratores ſunt, quot lectores. Titulus.

Locorum Theologorum libri XII. in quibus non modo vera refellendis vniuerſos Chriſtianæ religionis hoſtes, confirmandique ſacra dogmata ratio, ac vſus exactè oſtenditur; verùm etiam omnia ferè, quæ hodie in controuerſia habentur, luculentiſſimè examinantur. Salmanticæ Poſthumum prodijt apud Matthiã Gaſtium 1562. in folio.

Promouit editionem Dominus D. Ferdinandus de Valdes Hiſpalẽſis Archiepiſcopus, & Hiſpaniarum Generalis Inquiſitor, cui Canus legato edendum reliquerat.

Hoc Volumen non eſt omninò abſolutum: nam deſtinauerat Author tertium decimum, & alium ſequentem pro operis colophone adiungere, ad quos ipſe Canus frequenter Lectorem remittit, vt patet *in lib. 8. cap. 2. Item in libro 10. cap. 3. rurſus in lib. 11. cap. 1. & lib. 12. cap. 4.*

Deinde Opus pluries alibi prodijt, vt Venetijs ex officina Bartholomæi Rubini 1567. in 8. Louanij 1569. Coloniæ 1574. & iterũ 1585. apud hæredes Arnoldi Birkmani in 8. & tertio 1603.

cum

cum Relectione de Pœnitentia habita in Academia Salmanticenſi 1548. ſuper diſtinctionem 14.*lib*.4. Sententiarum. Hæc Relectio diſtributa eſt in ſex partes.

Seraphinus Ractius cum in Academia noſtra Regentem ageret ſtudioſũ, in Compendium redegit hoc opus, & Sodalibus noſtris explicuit. Impreſſit Peruſij anno 1603. in 4. Vincentius Columbarius, vt ſæculo ſequenti dicemus anno 1611.

De locis Theologicis Prælectiones, quibus Reuerendiſſimi D. *Melchioris Cani Ordinis Prædicatorum de ijſdem eruditio omnis, compreſſiùs tamen, ac magis arctè colligitur, atque explicatur, cum vindicatione quorundam grauiſſimorum Patrum, qui ab ipſo Cano paſſim in ſuo, alioquin eruditiſſimo, opere ſugillantur, atque reprehenduntur.*

Idem fecit Cornelius Gonſæus Callidus, ſiue Callidius Moguntiæ publicatum.

Edidit etiam Canus *Relectionem alteram de Sacramentis in genere*; quæ vna cum ſuperiore Mediolani edita eſt 1580. in 8.

Aduerſus ſtatum Eccleſiæ Toletanæ, quo infecti ſanguine homines à beneficijs huius Eccleſiæ arceantur.

Edidit vna cum Soto *Catechiſmum Romanum*.

Hunc ſummis laudibus commendarunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag*.175.Cardinalis Sfortia Pallauicinus *in Hiſtoria Concilij Tridentini lib. 12. cap. 1. 10. & alibi ſæpe*, Eiſingrenius *in Catalogo teſtium veritatis*, Boetius Epo *lib. 2. Heroicarum,& eccleſiaſticarum quæſtionum quæſtione 3.* Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 430. & 431. *Bibl. Hiſpana* Nicolai *part. 1. fol.* 96. 97. & 98. Fernandez *inter Scriptores*, Plodius *part. 2. lib.* 4. Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. tit.* 129. *num.*6. *Acta Conſiſtor.* Sixtus Senenſis *in Bibl. ſancta lib.* 4. Miræus *in Auctario cap.* 549. Razius, & alij.

MICHAEL de VEHO, ſiue Vehe, Germanus, illuſtris fuit vitæ integritate, doctrina, & ſcriptis. Eodem ſemper conſtantiæ tenore in hæreticos propugnauit. Igitur glorioſus Antogoniſta pari fidei zelo, & odio in Lutherum ſcripſit.

De ſacrificio miſſæ in eum.

Alterum librum, quo probat neceſſarium non eſſe laicos communicare ſub vtraque ſpecie.

De eo Fernandez *lib. 3. Hiſtor Eccleſiaſt. cap. 5. fol.* 349. Eiſingrenius, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 447. *ſub* initium, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

IOANNES de ROBLES, natione Hiſpanus, prouinciæ Caſtellæ, politiori litteratura, ſacriſque litteris ad ſacietatem peritus, primus extitit Cœnobij Talauerenſis Carpentaniæ municipij filius. Circa annum MDXXX. accuratè ſcripſit Hiſpanicè.

La vida de F. Iuan Hurtado de Mendoza.

Item *Las fundaciones de algunas caſas de la Prouincia de Caſtilla.*

Fuerat Author Ioanni Hurtado noſtræ Religionis ornamento, nobili Salmaticenſi, qui Archiepiſcopatum Toletanum à Carolo Quinto oblatum lacrymis recuſauit, cariſſimus. Vixit vſque ad hæc tempora.

De eo Marieta in Catalogo Scriptorum noſtræ Religionis, Zepeda *in Hiſtoria* S. *Mariæ de Atocha cap. 22. Bibl. Hiſpana* Nicolai *tom. 1. fol.* 589. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

Anno 1555.

DOMINICVS de VICO, patria Vbetenſis, Americanus, homo ſtudijs totus addictus, adeo quidem, vt lucubrando olei pluſquã vini (quod de Athenienſi Oratore olim iactatum) conſumpſiſſe videatur.

Fuit quoque claritudine vitæ inſignis. Scripſit:

Theologiam Indorum adhuc m.s.

De Hiſtorijs, fabulis, & erroribus eorundem.

De Magnis nominibus.

Vernaculè autem.

Paraiſo terrenal.

Vocabularios, y Artes de la lengua Cachi-

chiquil, y de la vera paz, y de otras ſeis: quibus omnibus varios tractatus edidit.

Occiſus fuit ab Indis Chriſtianæ fidei hoſtibus anno labente 1555.

De eo ſcripſerunt Antonius Leonius *in Bibl. Indica Occidentali tit.* 17. *&* 18. Antonius Remeſal *in Hiſtoria Prou. de Chiapa Ord. Prædicatorum lib.* 10. *cap.* 6. 7. *&* 8. *num.* 3. *Bibl. Hiſpana* Nicolai *tom.* 1. *fol.* 258. *col.* 1. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m.s.*

HIPPOLYTVS CIETA, Venetus abſolutiſſimè ſcripſit quædam opera de Muſica, ex quibus Moderni, vt Scipio Cerreto, & alij, mutuati ſunt plurima.

Hunc inter Scriptores retulerunt Sanſouinus in Venetijs, Plodius *de viris illuſtr. Ordinis part.* 2. *lib.* 4.

HIERONYMVS MVGNOZ, de Teuar, ſiue Teuarienſis, natione Hiſpanus, vir pius tranſtulit ex Italico in Idioma Latinum:

Homilias Fratris Hieronymi Sauonarolæ Ferrarienſis Dominicani *in Ruth.*

Præterea *Homilias eiuſdem in tria alia loca* Sacræ Scripturæ. Salmanticæ, typis Ioannis à Canoua 1556. in 4.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 447. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptorib. Ordinis ms.*

IOANNES SOMERETON, Anglus, noſter profeſſione, vir ſummæ integritatis, & eloquens, Nordouicenſis Cœnobij ſcripſit.

Sermones per annum, Qui m. s. extabant in Londinenſi Bibliotheca.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 249.

Reor hunc elapſis ſæculis floruiſſe: quo claruerit anno non reperio.

BARTHOLOMAEVS de las CASAS, ſiue Calaus, patria Hiſpalenſis, familia nobiliſſimus, Primùm admodum puer Anno MCDXCIII. in famulatu Chriſtophori Columbi, qui Dux expeditionis clariſſimæ iterum illuc petebat, in nouum Orbem Americanum perrexit. Ita ex ore eiuſdem Bartholomæi ſe audiuiſſe Auguſtinus Salutius Dominicanus, ſatis idoneus teſtis in Tractatu *de Monetis Hebræorum* nondum vſque modo typis editum ſcriptum reliquit. Cauſa huius itineris fuit Bartholomæo, quoniam parens ſuus, Antonius, erat in comitatu Columbi. Reuerſus eſt deinde cum genitore Bartholomæus ad propria anno Domini MCDXVIII. Redux ergo in patriam, ibi ſedulam operam dedit ſacrorum canonum ſtudio. Hoc abſoluto, Deo animas lucraturus vnà cum aliquibus ſacerdotibus rurſus contulit ſe ad Indos. Ad Hiſpaniolam appulit Inſulam, quam S. Dominici dicunt, in qua nonnullis perſtitit annis. Tandē ſacerdotio initiatus, incolas *Zaguarama*, oppidi Cubæ, vt moris eſt, accepit in clientelā. Huic tamen renunciauit, propoſuitq; ſibi in poſterū Indorū tueri omnimodam libertatem. De hoc cum Ferdinando Rege catholico tractaturus, in Hiſpaniam ex America nauigauit. Fefellit ob obitum Regis, qui contigit ſub id tempus, ſpes eum. Nec aliæ difficultates, & aliæ, quæ retardabant negotium, in Hiſpania, & America defuere. Hinc mundanorum pertæſus in Inſula Hiſpaniola inter noſtros Dominicanos voluit accenſeri. Et ne Indi ab Hiſpanis, ſub quorum ditione degebant, quoquo modo aſperè tractarentur, viſitauit rurſus Hiſpaniam. Vtque comperit ſanctiſſimis legibus eorum indemnitati fuiſſe rectè prouiſū, petijt Cœnobiū ſuū, indeque impiger *Verè Indorum Apoſtolus* Mexicum cogitauit. In eius, & Guatemalæ Conuentibus Theologos, & ſacræ Scripturæ interpretes ſibi perfamiliares fecit. Guatemaleſem Antiſtitem iuuit eximiè, cuius auſpicijs denuò ad Carolum V. Cæſarem rediit. Ad hunc igitur deſtinato, totus animus eius exarſit ob percrebeſcentes quotidie per orbem illum magis, ac magis in Indos calamitates. Per id tempus Carolus V. per alias terrarum oras peregrinabatur. Poſt triennium reuerſo in Hiſpaniam Cæſare, impiger vir, & induſtrius cœpit de ſæuitia morum inſumulare Hiſpanos, de auaritia, de inſultibus, de tirannide. Illacrymabat Indorum miſerijs, exponebat ſupplicibus libellis Imperatori eorum deplorabilem ſeruitutem; de

illo-

illorum querebatur afflictionibus, de internecione, qua miſerabiles afficiebantur quotidie. Glorioſiſſimum Cæſarem indignirate rei permotũ, intimè miſertũ eſt cauſæ. Illã enim ingentem tam longè, lateque propagati Imperij gloriam peſſimorum quorundam rapacitate defloratam ex toto corde dolebat. Ea propter præſtantioribus Theologis, & Legiſtis Valliſoletum conuocatis tantam rem feriò examinandam, totiuſque expeditionis Indicæ diſquirenda iura commiſit. In eo conſeſſu ſuſtinuit partem aduerſam Ioannes Geneſius de Sepulueda, Cordubenſis, Theologus, & Cæſareus Chronographus. Steterunt autem ex aduerſo noſtri Dominicani cum Caſa, imò & Cõplutenſis Academia, ſicut refert Gomezius *de rebus geſtis Ximenij Cardinalis lib.* 8. Quare Geneſius à Melchiore Cano *lib.* 11. *de locis Theologicis cap.* 2. non probatur. Noſter Dominicus Soto (vt dicemus anno 1560.) argumenta vtriuſque partis perpendit fideliter, ſcitè ſummam collegit, & mira integritate Cæſari retulit. Aſſerti fuerunt Indi in libertatem, & ſanctiſſimis legibus in poſterum cautum eſt, vt innumerus ille populus iuſtè, ac innocenter haberetur ſub ditione. Ab eo tempore in S. Gregorij Valliſoletano Collegio manens plura excogitauit, ſcripſit, & regijs Adminiſtris pro dictæ rei complemento ſuppeditauit. Quare earum legum, quæ anno 1543. pro rectè Indorum adminiſtrando imperio ſancitæ fuerunt, habendus eſt Author Caſa. Poſt tot præclara ſuæ doctrinæ, ac ſingularis virtuis experimenta, poſt quam recuſauerat Cuſco, Vrbi Peruani regni dari Epiſcopus; Carolo V. promouente, obedientia compellente, rei neceſſitate obſtrictus, ac domeſticis precibus condeſcendens Chiapenſem acceptauit Eccleſiam gubernandam. Igitur à Paulo III. creatur die 19. Decembris anno 1543. Antiſtes. In hac dignitate conſtitutus, quæ Paſtoris optimi munia ſunt, adimpleuit. Pro libertate Indorum, ac patrocinio pertulit multa. Cumque necdum poſt tot hominum, rerum diſcrimina, poſt tot reditus per Oceanum, ſe videret compotem voti, nauigauit vltimum in Hiſpaniam. Illuc perueniens Epiſcopatum ſuum contentus nuncupatione dignitatis ab anno 1551. aut circiter vſque ad annum 1555. ætatis ſuæ 92. quo Matriti obijt, renunciauit Pontifici. Obdormiuit pijſſimus Paſtor (vt dixi) anno 1555. menſe Iulio. Sepultuſque fuit apud noſtros Valliſoleti.

Magnis animis ſcripſerunt contra Indos, & noſtrum Bartholomæum Ioannes Geneſius de Sepulueda, Cordubenſis, Bartholomæus de Frias Albornotius.

Scripſit Bartholomæus, alter Moyſes, qui pro gente ſua pertulit multa, in defenſionem Indorum.

Principia quædam, ex quibus procedendum eſt in diſputatione ad manifeſtãdam, & defendendam iuſtitiam Indorum. Vernaculè.

Breuiſſima Relacion de la deſtruicion de las Indias. Hiſpali 1552.

Hæc latinè, & alijs linguis hodie habetur.

Gallicè conuerſam fuiſſe à Iacobo Migrodde, Antuerpiæ per Franciſcum Raphelengium teſtatur Verderius in Bibliotheca.

Italicè eam vertit Iacobus Caſtellanus. Venetijs apud Marcum Ginammum 1630. in 4.

Excuſa eſt quoque Latinè apud Batauos.

La diſputa, y controuerſia entre el Obiſpo, y el Doctor Gines de Sepulueda ſobre que el Doctor contendia, que las conquiſtas de las Indias contra los Indios eran licitas, y el Obiſpo por el contrario defendiò, y afirmò auer ſido, y ſer impoſible no ſer ilicitas, tyranicas, iniuſtas, y iniquas la qual queſtion ſe ventilò, y diſputò en preſencia de muchos Letrados, Theologos, y Iuſtas en vna Congregacion, que mandò ſu Mageſtad juntar el año de MDXLII. en Valladolid.

Alius liber continet las replicas, que el Obiſpo hizo contra las ſoluciones de las doce obiectiones, que el Doctor Sepulueda hizo contra el Sumario de ſu Apologia.

Alius complectebatur treinta Propoſiciones muy iuridicas, en las quales ſumaria, y ſuccintamente ſe tocan muchas coſas pertenecientes al derecho que la Igle-

ſia,

ſia, y los Principes Chriſtianos tienen ò pueden tener ſobre los Infieles de qualquier eſpecie, que ſean: majormente ſe aſſigna el verdadero, y fortiſſimo fundamento, en que ſe aſienta, y eſcriba el titulo, y ſeñorio ſupremo, y univerſal que los Reyes de Caſtilla y Leon tienen al Orbe, que llamamos Occidentales Indias, por el qual ſon conſtituidos univerſales ſeñores, y Emperadores en ellas ſobre muchos Reyes. Apuntanſe tambien otras coſas concernientes al hecho acaecido en aquel Orbe notabiliſſimas, y ſabidas &c.

Tratado, que el Obiſpo compuſo por comiſſion del Conſejo Real de las Indias ſobre la materia de los Indios, que ſe han hecho en ellas eſclavos: El qual contiene muchas razones, y autoridades juridicas, que pueden aprovechar à los Lectores para determinar muchas, y diverſas queſtiones dudoſas en materia de reſtitucion.

Entre los Remedios, que el Opiſpo refiriò por mandato del Rey en los ajuntamientos que mandò hazer ſu Mageſtad de Prelados, y Letrados, y perſonas granes en Valladolid el año de MDXLII. para reformacion de las Indias, el octavo en Orden es el ſiguiente, donde ſe aſignan veinte razones, por las quales prueba no deberſe dar los Indios a los Eſpañoles en encomienda, ni en feudo, ni en vaſallage, ni de otra manera alguna, ſi ſu Mageſtad, como deſea, quiere librarlos de la tirania, y perdicion, que padecen &c.

Fortaſſe hæc pars eſt illa ſub titulo Italico *Il ſupplice Schiavo Indiano*, ex interpretatione Marci Ginammi edita eſt Venetijs apud eundem Ginammum 1636. in 4.

Alius continet Auiſos para los Confeſſores de las Indias.

Alius amplectitur *Tratado comprobatorio del Imperio ſoberano, y Principado univerſal, que los Reyes de Caſtilla, y Leon tienen ſobre las Indias.*

Omnes prædicti Tractatus impreſſi fuerunt Hiſpali anno 1552. in 4.

Præter hæc, Anno 1597. à Collegio Gregoriano Pinciæ Vrbis allata fuerunt in Bibliothecam Regiam S. Laurentij ad Scuriale infraſcripta. Ita refert Aegidius Gonzalez Dauila *in Theatro Eccleſiaſtico Chiapenſis Eccleſiæ*.

Apologetica Hiſtoria ſumaria quanto a las calidades, diſpoſicion, deſcripcion, Cielo, y ſuelo deſtas tierras, y condiciones naturales, politicas, republicas, maneras de viuir, y coſtumbres deſtas gentes de las Indias Occidentales, y meridionales, cujo imperio ſoberano pertenece a los Reyes de Caſtilla. Volumen eſt ingens nempe foliorum octingentorum, & triginta. Authoris exaratum eſt manu, illudque Antonius de Remeſal in Hiſtoria Prouinciæ Chiapenſis Ordinis Prædicatorum *lib.* 10. *cap.* 24. magnopere laudat: Omnigena enim ſcatet eruditione.

Vna Hiſtoria general de Indias. Tribus voluminibus, quorum primum viginti quatuor ſupra ſexcenta folijs cōſtat. Ita Dauila. Alterum folijs 197. ita Remeſal vbi ſupra. De tertio nihil refertur.

Hac Hiſtoria ſatis profecit Antonius de Herrera Tordeſillas in ſua Hiſtoria Generali Indiarum quatuor voluminibus. Sic Remeſal notauit loco citato.

Diez, y ſeis remedios contra la peſte que entonces comenzaua, y à toda priſſa iua deſtruiendo las Indias.

Horum octauum remedium anno 1552. Hiſpali typis dedit. Ita Remeſal.

Sumario de lo que el doctor Sepulueda eſcriuiò contra los Indios. folijs 94.

Doce quadernos de las diſputas, que tuuo con el Obiſpo de Darien, y el Doctor Sepulueda. folijs 184.

Latinè verò.

De Theſauris. folijs 192.

De cura à Regibus Hiſpaniarum habenda circa Orbem Indiarum; & de vnico vocationis modo omnium gentium ad ad veram Religionem. folijs 63.

De Iuridico, & Chriſtiano ingreſſu, & progreſſu Regum noſtrorum in regno Indiarum. folijs 61.

Teſtamentum, & Codicillus, quos duos libros Philippo II. Regi obtulit ante mortem. Meminit horum Emmanuel Rodriguez *Quæſtionum Regularium tom.* 2. *quæſt.* 99. *art.* 4.

Item *librum de Promulgatione Euangelij*, & librum lingua patria de eadem materia.

De iuuandis, & fouendis Indis. Magnæ molis opus, quod ſeruatur in Biblio-

bliotheca noſtra in Mexicano Cōuentu.

Præterea *Vtrum Reges iure aliquo ſubditos à Regia Corona poſſint allenare*.

Hic tractatus laudatur à D. Thoma Tamajo in Collectione librorum Hiſpanorum.

Doctrina horum librorum approbata fuit à Collegio S. Gregorij Valliſoletani, ab Vniuerſitate Salmanticenſi, & Complutenſi. Admiranda ſiquidem eſt doctrina huius eruditiſſimi Patris: præſefert enim Theologum celeberrimum, ciuilis, ac Canonici iuris conſultiſſimum, magnum Hiſtoricum, & Paſtorem amantiſſimum Gregis ſui.

Multis de Bartholomæo agunt Vincentius de las caſas Hiſpalenſis Dominicanus *in Hiſtoria M. S. Nouæ Hiſpaniæ*, Ioannes de Torquemada Franciſcanus *libris de Monarchia Indica*, Antonius de Herrera *in varijs locis, quæ in vnum collegit* D. Ioannes de Solorrano *lib. 2. de Iure Indiarum cap. 1. num.* 27. Alphonſus Fernandez Ordinis noſtri *lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ noſtri temporis cap. 6.* Franciſcus Lopez de Gomora *in Hiſtoria Peruana cap.* 77. Auguſtinus Dauila Padilla *in Hiſtoria Mexicana Ordinis Prædicatorum lib.* 1. *cap.* 97. *vſque ad* 107. Antonius Remeſal *per totam Hiſtoriam Prouinciæ Chiapenſis Ordinis noſtri nempe lib.* 2. *à cap.* 10. *vſque ad* 23. *ſparſim: & lib.* 3. *à cap.* 1. *vſque ad* 17. *& lib.* 4. *à cap.* 10. *vſque ad* 13. *& lib.* 5. *cap.* 3. 5. *&* 9. *lib.* 6. *à cap.* 1. *ad* 4. *&* 10. *&* 12. *lib.* 7. *cap.* 4. 5. 7. 8. 13. 15. 16. 17. *lib.* 8. *cap.* 3. 4. 5. 11. 13. 27. *& maximè lib.* 10. *cap.* 25. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 149. 150. *&* 151. Gil. *in Theatro Eccleſiæ Chiapenſis*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 164. *num.* 1. Plodius *de viris illuſtr. Ord. p.* 2. *lib.* 4. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

IOANNES MARIA de TOLOSANIS, e Colle, de Conuentu S. Marci Florentino, celebris Philoſophus, & Theologus, in alijſque etiam verſatus, præſertim in Mathematicis. Inſuper peritiſſimus, & diligens rerum antiquarum ſcrutator, ac hiſtoricus nulli ſecundus.

Edidit *Librum de maxima Solis declinatione.*

Elucidarium rerum antiquarum ſacrarum, & profanarum. Ad Fr. Zanobium Acciaiolum.

Expoſitionem locorum obſcurorum Sacræ Scripturæ.

Item *diſputationem de S. Maria Magdalena ad Opuſculum Iacobi Fabri*.

Quaſdam alias diſputationes ſubtiliſſimas, quæ extant Florentiæ in Bibliotheca noſtra S. Marci.

Item *de Correctione temporum; ideſt de vero computo annorum ab Orbe condito vſque ad Aduentum Chriſti*. Venetijs in 4. anno 1546.

Additiones ad Io: Lucidum Samotheum.

Inſuper Breuem notam Kalendarij Romani; vt adamuſſim Paſcha Reſurrectionis celebretur.

Hoc opus ad Sacrum, & Oecumenicum Concilium Tridentinum tranſmiſit. Ex quo poſtea plurima mutuatus eſt P. Chriſtophorus Clauius. Venetijs 1545.

De eo vide Antonium Luſitanum *in Bibliotheca Ordinis pag.* 155. Seraphinum Razium, Plodium *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4. Michaelem Poccianciam, Fontanam *de Romana Prouincia c.* 6. Antonium Poſſeuinum *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 219. Monumenta Florentini Conuentus S. Marci.

Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 217. hæc opera tribuit Ioanni Mariæ Florentino. Poſtea fol. 219. ponit Ioannem Mariam cognomento Toloſano, cui attribuit

Additiones ad temporum emendationes Ioannis Lucidi Samothei.

Breuem item Kalendarij Romani emendationem de Paſchate ritè celebrando ad Concilium Tridentinum. Quæ cum eodem Ioanne Lucido emiſſa eſt in lucem Venetijs anno 1546. Atque eiuſdem Ioannis Mariæ putat eſſe Libellum de Maxima Solis declinatione.

At ego indubitatè puto hunc vnicum eſſe Ioannem, & non duos.

IOANNES SLOTANVS, GEFFENSIS (qui Vicus eſt altero lapide à Silua-Ducis, quod eſt oppidū in Braban-

bantia) Doctor Theologus, & Inquiſitor Colonienſis, nec non fratrum noſtrorum ibidem vigilantiſſimus Prior, ſuæ doctrinæ ſpecimina nobis reliquit.

Sermones elegantes, ſeu Homilias de myſterijs diuinæ Incarnationis, & noſtræ Redemptionis in folio.

De octo beatitudinibus ſermones XIV.

De retinenda Fide catholica libros nouem.

De verbi Dei virtute, & Eccleſiæ inſuperabili potentia libros quinque.

De baptiſmo paruulorum, alijſque Fidei noſtræ capitibus tractatus varios. Coloniæ 1550. & 1555. fecit publici iuris.

De Ieiunio.

Extat eiuſdem liber Diſputationum contra Iuſtum Velſium, ibidem in 8. publicatus.

Ita Miræus *de Scriptoribus ſaeculi* 16. *cap.* 68. Eiſingrenius, Antonius Poſſeuinus, *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 248. qui eum appellat Scholotanum Goſſenſem.

BEATVS IOANNES MICON, ſiue Miconius, Hiſpanus, gente Valentinus, patria ex Polomar Vallis d. Albaida Oppido, Prouinciæ Aragoniæ, concionandi munere præſtantiſſimus, aliquando Moderator Vigilantiſſimus, quem virum doctrina, omnimodæ virtutis, & ſanctimoniæ famà clariſſimum, nec non miraculorum gloria coruſcum appellant *in Concert. Prædic.* Alphonſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 568. *colum.* 2. & communiter alij.

S. Ludouici Beltrandi Magiſter ſolertiſsimus fuit, & S. Franciſci Borgiæ confeſſarius, & in vita ſpirituali director, cum eſſet Dux Gandiæ. Verè miræ ſanctitatis exemplar, quem & ipſi Mauritani admirati ſanctum prædicabant, & vt ſanctimonia eminentem veneratus eſt idem Sanctus Ludouicus Beltrandus. Vox Turturis Grauinæ *p.* 2. *c.* 23.

Scripſit *Officium de pretioſo ſanguine Chriſti.*

Hoc officium maximis laudibus cōmendatum fuit in noſtris comitijs generalibus Romæ anni MDXLV.

Item *Roſarium, ſiue Pſalterium nominis Ieſu.* Primum Valentiæ. Deinde anno 1590. in 4. Romæ editum cum Commentarijs Gundiſalui Pontij Legionenſis.

Item *de Scriptoribus noſtræ Prædicatorum Familiæ.*

Poſtremò *Opuſculum de ſodalitate nominis Ieſu,* quod vnà cum libro de Roſario, ſiue Pſalterio nominis Ieſu Romæ opera Gundiſalui Pontij Legionenſis, Hiſpalenſis editum fuit apud Ioannem Baptiſtam de Caualerijs in 4.

Valentiæ ſanctè deceſsit anno Redemptionis humanæ 1555. Pridie Kalendas Septembris.

Eius meminerunt Vincentius Blaſius de Lanuza in Hiſtoria Eccleſiaſtica Aragoniæ *lib.* 5. *c.* 40. Miræus *de Scriptoribus ſaeculi* 16. *cap.* 67. vbi habet: *Magna ſanctitatis opinione* 1555. *ex hac vita migrauit.* Bibliotheca Hiſpana vbi ſupra ſic concludens: *Obijt Sanctiſſimus vir pridie Kalendas Septembris MDIX.* & vt prætercam ceteros, Martyrologium Dominicanum Antiquum eum reponens inter Beatos Cōfeſſores Ordinis his verbis. *Frater Ioannes Michonus Prouinciæ Aragoniæ, Magiſter, & Prouincialis eiuſdem Prouinciæ vir fuit ſanctiſſimus, atque admirabili vitæ integritate, & prudentia laude excelluit, miraculis quoque multis nobilitatus, cuius beatum corpus in magnificentius ſepulchrum elatum in Valentino Conuentu, frequentiſſimo populi concurſu, & magna veneratione colitur huius tanti viri res præclariſſimè geſtas optima fide ſcriptis conſignatas ſperamus magno Chriſtianæ Reipublicæ commodo propediem prodituras in lucem.*

Laurentius Palmirenus, liberalium artium apud Valentinos Profeſſor eius vitam conſcripſit. Antonius Luſitanus *in Chronico anno* 1550. *fol.* 327.

Anno 1556.

IOANNES à CRVCE, in Conuentu de Atocha Matritenſi fuit in Ordine noſtro admiſſus. Ob doctrinam, prudentiam, & probatiſsimos mores, quæ parili laude ab Antonio Senenſi Luſitano in Bibliotheca Ordinis folio 160. commendantur, diu

man-

manſit in Luſitania. In qua prouincia, quæ ei plurimum debet ob magnam ibi nauatam ſtrenuè operam plurimos annos in educatione religioſiſsima iuuentutis,religioſas variorum Conuentuum exercuit Præfecturas. Scripſit Hiſpanicè.

Chronicon Ordinis noſtri duobus voluminibus, & proſequebatur reliqua; ſed morte illum præoccupante, abſoluere non potuit,quæ conceperat. Primum volumen fuit impreſſum Oliſsipone anno 1567. in folio.

Alterum miſſum fuit Salmanticam ad Patres illius Conuentus,vt ibi prelo datum prodiret in lucem.

Item hiſpanicè Librum eruditum.

Per Dialogos de neceſſitate,obligatione, & fructu Orationis vocalis, de alijs virtutibus, ac de cæremonijs, quas peragunt Chriſtiani. His acceſſit ſermo D. Chryſoſtomi in Pſalmum XLI.

Item *Tractatum appoſuit Vincentij Lirinenſis*, ad dialogos conferentem, quem idem Ioannes à Cruce tranſtulit è Latino. Salmanticæ apud Ioannem de Canoua anno 1555. in 4.

Eoſdem dialogos deinde ipſemet Auctor retulit in latinum.

Vincentius Lirinenſis floruit Theodoſio, & Valentiniano Imperatoribus in Gallia presbyter.

Vertit etiam è Latino *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, quam Tripartitam appellant. Hanc Caſsiodorus Senator è tribus Græcis Chronographis, Socrate, Sozomeno, & Theodoreto deſumpſit. Hæc bis commiſſa fuit typis, primùm abſque nomine Authoris, Oliſſipone anno 1541. in folio. Ad Ioannem III. Luſitaniæ Regem. Deinde Conimbricæ expreſſo nomine Authoris Ioannis à Cruce Ord. Præd.

Præterea tranſtulitSummam myſteriorum Chriſtianæ fidei Franciſci Titelmani Minoritæ; cum alijs. Salmanticæ apud Andream de Portonarijs anno 1555. in 8.

Inter hæc legitur quædam Epiſtola Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis adValerianum, qua illum ad contemptum Mundi hortatur.

Hanc adnexuit Ludouicus Granatenſis ſuis operibus poſt illud, *Ducem Peccatorum*, nuncupatum, & laudat Ioannem à Cruce interpretem.

Epiſtolam illam Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis, qui anno Domini 441. vixit Leone II. Pontifice Maximo, puto non ad Valerianum;ſed ad Veraniũ, ſiue ad Veranum datam. Scribebat enim Eucherius ad Veranium, & Salonium filios ſuos, quos genuit antequam ad Epiſcopatum vocatus eſſet ex vxore ſua legitima.

Tandem *Duos ſupra triginta ſermones, quibus declarantur diuinæ legis præcepta, articulique fidei, atque Sacramentorum*. Compluti anno 1568. in 8.

Claruit anno currente 1556.

Hunc ſummopere commendarunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol.* 160. Fernandez, Gabriel de Zepeda *in Hiſtoria S. Mariæ de Atocha cap.*24. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 517. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M.S.* Martyrologium Dominicanum Antiquum,Plodius *de viris illuſt. Ordinis p.* 2. *lib.*4. Miræus *de Scriptoribus ſaculi 16. cap. 67.*

IVSTINVS, fortaſſe alter ab illo, quem recenſui anno 1242. & cui Patres in Generali Capitulo mandauerfit anno dicto, vt vitam Sancti Dominici ſcriberet, edidit.

Chronicon Ordinis noſtri.

Caſtillus *in Præfatione Chronicorum.*

THOMAS SENENSIS, acuto fuit ingenio, & omni litteratura ornatus; peritus in primis Hiſtoriæ cùm ſæcularis, tum ſacræ. Me tempus, quo floruerit, latet. Scripſit:

Chronicon Ordinis noſtri.

Caſtillus *in Præfatione Hiſtoriæ noſtræ Religionis.*

CONRADVS, cuius Caſtillus in præfatione Chronicorum nec patriam, nec tempus, quo claruerit, prodit. Comprehendimus tamen ex opere peritum fuiſſe Hiſtoria: ſcripſit enim.

Chronicon Ordinis noſtri.

Ita Caſtillus *in præfatione Hiſtoriæ noſtræ Religionis.*

Fuit Conradus Prouincialis Germaniæ. Ex eodem.

BERNARDVS de NIEVEA,quod eſt oppidum diœceſis Segobienſis, vbi

amplexus fuit noſtram Religionem, Præſentatus, ex Conuentu S. Mariæ de Nieua legendo, & diſputando celeberrimus effulſit. Poſtremo à ſpeculatiua deſcendens ad Moralia fructuosè ſcripſit patria lingua.

Sumario Manual de informacion de la Chriſtiana conciencia. Quod valde à Ioanne Marieta laudatur. Medinæ à Campo, typis Franciſci del Canto 1556. in 4.

De eo Ioannes Marieta...... Bibliotheca Hiſpana Nicolai *pars. 1. fol. 176. colum. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

MATTHAEVS ORYVS, Hiſpanus, alijs Matthæus Ori Gallus, Conuentus Dinannenſis alumnus, fuit Regens, & Prior in ſtudio, & Cœnobio Pariſienſi, Vicarius Congregationis Gallicanæ, ac ſimul per Galliam vniuerſam Generalis Inquiſitor, & Pauli III. Iulij III. Marcelli II. & Pauli IV. Pontif. Max. Pænitentiarius; item Concionator excellentiſſimus, & pater ſummæ perfectionis, *qui etiam* (verba ſunt eruditiſſimi Poſſeuini *tom. 2. Apparatus fol. 420.*) *Societatis noſtræ Ieſu primos Fundatores egregiè aduerſus calumniatores iuuit.* Hæc Poſſeuinus.

Sacros illos primæuos Patres calũnijs exagitabat Doctor Hortenſius cũ alijs maleferiatis hominibus.

Scripſit doctiſſimè.

De Iuſtificatione.

De Peccato Originali;

In illam ſententiam Pauli: Volo quinque verba loqui.

Librum contra hæreſes, quas omnes ad ſeptem reduxit capita, eaſque aſſimilauit ſeptem capitibus beſtiæ Apocalypſis, & Scholam hæreticorum beſtiæ illi.

Item *Librum prænotatum Alexipharmacon aduerſus hæreſes.* Venetijs anno 1551.

In hoc libro de rebus in Ecclesiæ controuerſis tam profundè diſcurrit, vt Papa Iulius III. voluerit ipſum coram frequenti Cardinalium Conuentu dicentem audire. Diuerſus eſt à præcedenti, cui titulus *ſeptem ſchola aduerſus Hæreſes.*

Item *de SS. Imaginibus.*

Prætereà *Varia Opuſcula de materijs Theologicis, & Philoſophicis.*

Et alia plura.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 174. Ambroſius Gozzeus, Sixtus Senenſis *in Bibl. Sancta*, Plodius *de viris illuſtr. Ord. part. 2. lib. 1. & 4.* Grauina, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 420.

Anno 1557.

BALTHASSAR SORIONVS, ſeu Sorius, Hiſpanus, Aragonenſis, Valentinus, ibidem filius Cœnobij S. Honuphrij S. Theol. Magiſter, Prouinciæ Aragoniæ aliquando Moderator, Religione, ac doctrina nobilis, rerum agendarum prudentia inſignis, varia, & omnigena eruditione refertus, zeloque, erga Prædicatoriæ familiæ ornamentum, præſtans, edidit.

Librum de viris illuſtribus Prouinciæ Aragoniæ, ex Martyrologio Dominicano.

Librum in laudem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quem prænotauit *Mariale*, Derthuſæ, quæ ciuitas eſt Cataloniæ in Hiſpania) anno 1538. in 4.

Contra ſeptẽ Blaſphemias ſuper B. Virginem, & Ioſeph, ad Epiſcopum Ilerdenſem Valentiæ 1511. & Barcinone 1522.

Sermones de Sanctis.

Decem homilias in Pſalmum XLIV. dicatas Duci Calabriæ.

Eiuſdem Balthaſaris Sorij *Apologeticus pro vnica Maria Magdalena, aduerſus Iacobum Fabrum* 1517. in 4. Cæſarauguſtæ prodijt.

Iacobus Faber, Stapulenſis, Philoſophus Pariſienſis edidit multa inter alia.

Opuſculum de tribus Magdalenis editum Cadomi 1515. & Pariſijs 1523.

At huius opera egent repurgatione, iuxta cenſuram Patrum Tridentinorũ Ita Molanus *in M. S. Bibl. ſacra* & Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 30.* Sorius in hunc ſcripſit Apologiam.

Hoc ipſo tempore Iodocus Clichtoueus Pariſienſis Theologus, & Marcus de Grandi-Valle (vt Schotus refert) hoc idem argumentum tractarunt

runt de vnica Magdalena.

Vixit vſque ad annum gratiæ 1557. & centenarius è vita exceſſit.

De eo Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 57. Alphonſus Fernandez *in Concert. Præd.* Andreas Schottus *in Bibliot. Hiſpaniæ*, Marraccius *in Bibl. Mar.* Luſitanus *in Bibl. f.* 38. Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Martyrol. Dominicanum, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 144. *colum.* 2.

PETRUS de IRUROSQUI, gente Nauarrus ponitur hoc anno à Bibliotheca Hiſpana: At nos poſuimus eum anno 1297. Nec puto hos eſſe duos. Hæc addam ex Bibliotheca prædicta, Iruroſqui almæ noſtræ Religioni fuiſſe in Conuentu S. Iacobi Pampilonenſi aggregatum. Pariſijs Doctorem Theologum fuiſſe renunciatum, floruiſſeque Barcinone, Vbi & obijt. Præterea in Sacris Scripturis peruoluendis adeo diligentem, & aſſiduum extitiſſe, vt lumen oculorum amiſerit tandem ſenex.

Hæc opera eius recenſet:

Seriem totius Euangelij Ieſu Chriſti ex quatuor Euangeliſtis concinnatam Stellæ Nauarrorum 1557. in folio.

Hæc recenſita ibidem fuit à nobis:

In caput 11. *Diui Pauli Prima Epiſtolæ ad Corinthios de Euchariſtia Commentarium*. Cæſaraugustæ in 4.

Habentur Barcinone apud noſtros Dominicanos, & in Collegio Societatis alia in Sacram Scripturam eiuſdemmet inedita adhuc volumina, & ſunt:

Commentaria in Pentateuchum:

Commentaria in omnes S. Pauli Epiſtolas.

Lege in anno allegato 1297.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Petrus Bertanus, Mutinenſis, Cardinalis. Lege 1544. inter Epiſ. 16.

Anno 1558.

PLACIDUS PARMENSIS, S. Theologiæ Magiſter, Generalis inquiſitor, vir apprimè verſatus in litteris ſacris, & celebris concionator ſcripſit.

Super Pſalterium explanationem.

Super Epiſtolam ad Romanos. Venetijs 1559. Baſileæ 1569. edita, & alia plura. Hoc anno 1558. ſpiritum poſuit.

Expoſitionem Pſalmorum, & breuitatis gratia, & doctrina, ac mirabili elegantia prælo commiſit, & Henrico Chriſtianiſſimo Galliæ Regi Academia Veneta nuncupauit.

Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 73. *in calce* Seraph. Razius, Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

VINCENTIUS BUCCIA ab Aſeruio, ſiue Cataro, Dalmata, S. Theologiæ Magiſter ſcripſit.

Librum Conciliorum.

Ita in Actis Capituli Generalis Romani anni 1542. ipſe verò florebat hoc anno 1558. Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

VINCENTIUS LARCHERIUS à Lugo, Flaminius, è Prouincia Lombardiæ, vir eloquens, & peritus linguis Hebræa, Græca, & Latina ſcripſit *plura opera*. Leander autem, & Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. opera quæ fuerint, non referunt.

FRANCISCUS à IESU, in ſæculo dictus Franciſcus *Sa de* Meneſes, Luſitanus, claris ortus natalibus, aſſumens habitum noſtræ Religionis dictus eſt inpoſterum Franciſcus à Ieſu; cecinit carmine propriæ linguæ, quod Octauas dicunt Hiſpani.

Malaca Conquiſtada.

De eo G. Cardoſo *in Agiologio Luſitano* 24. *Martij pag.* 295. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 359. *colu.* 2.

Anno 1559.

THOMAS IACOMELLUS, Pinarolenſis, Chriſtianæ veritatis zelotes, & Pedemontanus Prouinciæ S. Petri Martyris. Eſt Pinarola in Subalpinis Italiæ ſupra Auguſtam Taurinorum, hæreticæ prauitatis acerrimus inſectator, ac Inquiſitor Taurinenſis. Creatur à Pio IV. die 23. Februarij an. 1565. Epiſcopus Tolonenſis in Gallia

ſub Arelaten. Metropol. ad nominarionem Caroli Francorum Regis Chriſtianiſſimi. Vir probus, & doctus auitam retinens pieratem quinque annos ſuæ Eccleſiæ præfuir integerrimè, & obdormiuit in Domino. Scripſit.

De Auctoritate Papæ.

Librum contra Valdenſes.

Et Propugnaculum contra F. Franciſci Meddenſis Ord. Minorum calumnias Taurini, typis Martini Craueti 1559. quo ipſe florebat in 8.

Gallia Chriſtiana *tom. 3.* Poſſeuinus, Fontana *in Theatro 1. p. c. 5. tit. 591. num. 4.* Ciprianus Vberti *in opere de Cruce*, & Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 3.* Ambroſius Gozzeus.

THOMAS à Chaues Hiſpanus, vel Achaueus, Præſentatus, alumnus Conuentus S. Stephani Salmantini vir grauis, ac prudens, diſcipulus P. F. Franciſci de Victoria ejuſdem noſtri Ordinis Prædicatorum, & olim primarij cathedratici apud Salmanticen. compilauit, & collegit *ſummam Sacramentorum Eccleſiæ* ex doctrina ſui doctiſſimi Præceptoris, typiſque tradidit. Pinciæ 1561. in 8. Romæ 1567. deinde Venetijs 1569. in 12. apud Ioannem de Albertis Antuerpiæ 1586. 1594. & 1610. in 12. *Huic operi acceſſerunt multæ quæſtiones ex Sanctorum Conciliorum decretis*, præſertim Tridentini. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *in Appendice*, Bibliotheca Hiſpana Nicol. *part. 2. fol. 242. colum. 1.* Antonius Poſſeuinus *tom. 3 Apparatus ſacri fol. 304.*

Tranſtulit Summam hanc de Latino in Italicum Idioma Franciſcus Taruiſinus proprio nomine Turcius Carmelita, cum alibi, tum Venetijs apud Petrum Deuchinum 1575. in 4. & 1580. in 8.

ALPHONSVS MARTINI Hiſpanus, Bæticus, acerrimus defenſor fidei typis mandauit.

Cenſuram Annotationum Franciſci Vatabli ſuper Biblia eiuſdem.

Et plura alia.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* Sixtus Senenſis *Bibl. ſanctæ lib. 4.* Ioannes Marieta, Antonius Senenſis *in Bibl. pag. 11.* Ioannes Lopez *Epiſc.* Monopolitanus *4. p. te Chronic. Ordinis S. Dominici lib. 2. cap. 3. Bibliotheca Hiſpana p. 1. fol. 27.*

Anno 1560.

ALPHONSVS VENERO, natione Hiſpanus, patria Burgenſis anno 1488. ſextodecimo kalẽdas Martias proditur luci. A noſtro Reuerendiſſimo P. F. Vincentio de Caſtrobono totius Ordinis Magiſtro Generali, cũ per id tempus luſtraret Hiſpaniam, Burgis receptus fuit in Ordinem. Clarus moribus, & doctrina, peractis exercitijs ſcholaſticis, totum rei Hiſtoricæ, ac illuſtrandis Hiſpaniæ antiquitatibus applicuit animum. Poſt laborioſas tot lectiones concinnauit lingua hiſpana.

El Enchiridion de los tiempos, ſiue Vniuerſalis ab Origine rerum Hiſtoriæ Summarium. Anno 1526. primùm.

Secundò addidit alios duodecim annos Hiſtoriæ, & typis commiſit anno 1540. ſimul adiungens Antonini Imperatoris Philoſophi ſermonem quendam, quaſi ad vxorem Fauſtinam de re vxoria, & nuptiarum moleſtijs directum in Hiſpanam linguam traductum. Compluti 1541. apud Antonium Vaſquez. Salmanticæ 1545. tandem anno 1551. editio prodijt locupletior, nempe cum ſupplemento aliorum duodecim annorum, qui ab anteriori excurrerant. Antuerpiæ apud Nutium 1551. in 8. & 1554.

Huic operi deinde ſucceſſiuè variæ factæ ſunt additiones, inter quas eſt illa Thomæ Tamaij de Vargas.

Edidit præterea *La Vida del Confeſſor San Leſmes.* Latinè Leſmij, Burgis 1563.

Item *La Vita de Santa Caſilda.*

Agiographia, ò vidas de Santos de Eſpaña, cuius ipſe meminit in Enchiridio his verbis: *Cuio argomento es a quel libro, che io tengo compueſto, y copilado de los Santos, y perſonas illuſtres de ſolos eſtos Reinos, que ſe llama Agiographia, y Archigraphia ſegun los linages de perſonas celebres, que an florecido.* Hoc opus aſſeruatur in Bibliotheca Laurentiana.

Poligraphia de Eſpaña, hoc eſt *deſcriptio-*

ptionem ciuitatum Hiſpaniæ. Incipit *El Mundo ſe parte, y diuide en tres partes, &c.*

Tratado del Origen, y fundacion de la Ciudad de Burgos.

Vixit vſque ad annum currentem 1560.

Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 42. *col.* 1. *&* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

AMBROSIVS de SALAZAR, Hiſpanus, vir ingenioſus, & clarus litteris, grauitate, obſeruantia, cœnobij Salmantini alumnus. Diſcipulus fuit Dominici Soto Segobienſis viri clariſſimi, cui rude donato ſuccenturiatus, maxima cum laude, ac totius noſtri Ordinis gloria Salmanticæ ex primaria cathedra ſacram Theologiam profeſſus eſt. Scripſit commentaria erudita.

In primam partem S. Thomæ:

Supremum diem feſtino fato abſoluit, ſcilicet anno ætatis XXXVIII. Redemptionis autem 1560. quare morte præoccupatus, prelo nequiuit committere dictum opus.

Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 54. *colum.* 2. Luſitanus *in Bibliot. Ordinis pag.* 11. Plodius *de viris illuſt. Ord. part.* 2. *lib.* 4. Martyrologium Dominicanum Antiquum.

THOMAS de VALENCIA, Hiſpanus, noſtri Ordinis induit habitum. Aequè profecit in litteris, ac in moribus. Studiorum curſu exacto, quà voce, quà calamo totum ſe ſaluti proximorum impendit. Vt mederetur afflictis, Hiſpanicè tradidit.

Flores de conſolacion neceſſarias à todo Chriſtiano para paſar proſperamente las tempeſtades deſte Mundo.

Hunc ex Hiſpano Italicum reddiderunt Venetijs anno 1562.

Claruit circa annum currentem MDLX. eiuſque meminerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 258. Alphonſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 2. *fol.* 555. *colum.* 1. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 313.

FRANCISCVS de CEPEDA, vir doctus, & pius, ne ignorantia linguarum ſalutem gentium retardaret, vel quoquo modo obicem poneret ei,

Edidit *Artes de las lenguas Chiapa, Toque, Celdales, y Zinacanteca* 1560.

Eius meminerunt Alphonſus de Remeſal *in Hiſtor. Dominicana Prouincia Chiapenſis*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 317. *col.* 2.

Alius eſt à Franciſco de Cepeda Oropeſano, & à Franciſco de Cepeda Toletano Ieſuita.

FRANCISCVS MEXIA, alijs Meſſias, Hiſpanus, vir doctrinæ ſplendore clarus, atque in antiquitate eccleſiaſtica admodum eruditus, Mariani honoris amplificandi percupidus, poſterorum memoriæ tradidit.

Librũ de Roſario Beatiſſimæ Virginis Mariæ hoc titulo: *Coloquio prouechoſo de la ſanta Cõfradia del Roſario de Nueſtra ſeñora*. Hiſpali 1573. in 4.

Emicuit circa annum ſalutis noſtræ 1560. ex Concert. Prædic. Alphonſi Fernandez, *ex Bibl. Mariana* Marraccij, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 342. *col.* 2.

MELCHIOR PVTEVS, ſiue à Puteo, Hiſpanus, Aragonenſis, Illerdenſis Conuentus alumnus, & Prouinciæ Aragoniæ digniſsimus moderator, vir ſpectabili fama, vitæ, & doctrinæ opinione clarus. Inter alia perſpicacis ingenij ſpecimina, quibus memoriam ſui nominis ad poſteros cum laude tranſmiſit, librum edidit, quem inſcripſit:

Mariale, ſiue de laudibus Beatiſſimæ Virginis.

Item ſermones de Tempore, ac de Sanctis.

Vixit circa annum humanæ redemptionis 1560.

Item ex Antonio Senenſi *in Bibliot. Prædicat.* Ambroſio Gozzeo, Plodio *in Appendice*, Antonio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 431.

THOMAS FAZELLVS, Siculus, Magiſter in ſacra Theologia, magnus hiſtoricus, Philoſophus exactus, litteriſque humanis apprimè inſtructus, & in primis morum candore illuſtris, edidit Latinè.

Magnum volumen in duas decades partitum de rebus Siculis, & qualibet decas continet decem libros Panormi anno 1560.

Scri-

Scripſit etiam librum de Regno Chriſti.

Florebat circa hunc annum 1560.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Martyrologium Dominicanum, Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 305. Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 73. in calce*.

ANGELVS SENENSIS, Etruſcus, Magiſter S. Theologiæ, & publicus lector in patria, & Patauij, ſcripſit.

Super Prædicabilia Porphirij.

Super Perihermenias, in Prædicamenta, & Poſteriora.

In Phyſicam, & Animam Ariſtotelis.

Quæſtiones in Metaphyſicam. Ita Gozzeus: at Luſitanus refert ipſum Patauij tantum recollegiſſe quæſtiones Metaphyſicas P. F. Franciſci Neritonenſis in Salentinis noſtræ Prouinciæ. Viuebat an. 1576. Luſitanus *in Bibliot.* Plodius *in Appendice*, Lucarinus, Fonrana *de Prou. Romana cap. 6.*

ALPHONSVS MVNHOSIVS Hiſpanus, S. Theologiæ præſentatus litterarum peritia, & Hiſtoriæ inclaruit apud Hiſpanos.

Hiſpanicè elucubrauit de Cæremonijs Miſſæ.

Deinde hoc tranſtulit in Latinum.

Chronicon ſuæ Prouinciæ Hiſpaniæ.

Demandata eſt ei Prouincia, vt Chronicon Ordinis Prædicatorũ, quod Caſtillus inchoauerat, abſolueret:

Aliquem Tomum abſoluit. Reliquos proſequutus eſt Lopez.

Eius meminerunt Ambroſius Gozzeus. Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.*

Narrat Luſitanus *in Bibliot. pag.* 11: hunc Alphonſum diligenter expoſuiſſe Hiſpanicè cæremonias Miſſæ & omnium, quæ in illo diuino peraguntur myſterio. Sed Patres ſuæ Prouinciæ, dum maturè deliberant, num expediret in manus vulgi tale opus venire, conſuluiſſe, vt priùs ab Authore donaretur latinitati, & deinde publici fieret iuris. Arbitrati ſunt prudētiſſimi viri diuina illa myſteria non euulganda eſſe ſimplicibus, & ignaris.

Alphonſus Munhoſius, ſiue Muñoz patria Teuatenſis an alius ſit à prædicto, vel idem, ignoro. Hic ex Italico in Latinum vertit Hieronymi Sauanarolæ *Homilias in librum Ruth.*

Item in Micheam, &c. Salmanticæ 1556. apud Ioannem de Canoua in 4.

ALPHONSVS Muñoz alius vertit ex Italico librum Fratris Petri Martyris Felini Cremonenſis inſcriptum.

De las coſas marauillosas de Roma. Editus anno 1610. in 8.

Hic liber licet prodierit anno dicto 1610. nihilominus potuiſſet optimè edi ab Alphonſo translatore Sauanarolæ, qui vixit ſuperiori ſæculo, & poſtea anno 1610. elapſis pluribus annis typis committi. Bibliotheca Hiſpana. An igitur tres ſint, vel duo, vel vnus, non determinato.

DOMINICVS SOTO Segobienſis, Franciſci à Victoria Auditor, & in Cathedra Salmanticenſi ſucceſſor. Ei natalis dies fuit annus 1494. Parentes ignobiles habuit, quorum alterum Franciſcum nomine, qui cultor erat hortorum. In fonte luſtrali Dominicus, etiam vt pater, vocatus fuit Franciſcus, quod deinde in ingreſſu Religionis in Dominicum mutauere. Studebat puer Grammaticæ, ſed cum eſſet pauperrimus, vt alimenta ſibi compararet, in viculo quodam, *Ochando* dicto, XX. paſſuum millibus ab vrbe Segobienſi poſito, ædis ſacræ miniſteri o cogebatur ob pauperiem deſeruire. Itaque agebat ibi Sacriſtam. Hinc Complutum ſe contulit, vbi familiaritate Ferdinandi Sanuedræ Bætici Benalcazerenſis eſt vſus. In Collegio Ildephonſino Præceptorem adhibuit per id tempus Thomam de Villanoua, qui deinde fuit Auguſtinianus, Archiepiſcopus Valentinus, & hodie iam relatus eſt Sanctorum in album. Hoc doctore operam dedit Philoſophiæ. Paulò poſt perexit in Pariſienſem Academiam, in qua poſt aliquot annos artiũ factus Magiſter vnà cum Sanuedra perpetuo ſtudiorum ſuorum comite ad patriam, Complutumque remeauit. Breue poſt tempus in hac Academia præceptor Philoſophiæ electus, in ſancti Ildephonſi collegio ſex & viginti natus annos toga cohoneſtatur. Litteris cumulatè imbutus, de altioris vitæ ſta-

ſtatu cæpit cogitare. Vt ergo pietatem aſſociaret doctrinæ, Burgos venit, vbi ardentiſſimo deſiderio nomen dedit noſtræ Religioni. Vt factus eſt Dominicanus, ei data eſt noſtros docendi prouincia. Salmanticam, vt cathedram Theologiæ veſpertinam regeret, accerſitur. Venit igitur nouus homo, quamquam à veteri Complutenſi lectione notiſſimus, & cæpit cum admiratione audiri. Breui temporis interuallo pari laude, ac fructu Thomiſticam docens doctrinam, omnes non ſolùm Academiæ dictæ, ſed & totius Hiſpaniæ homines in admirationem ſui quotidie magis conuertete cæpit, ac ſuperare.

Anno MDXLV. ad nutum Caroli V. Imperatoris vnà cum noſtro Bartholomæo Carranza Mirandenſi, de quo hoc anno currente, Tridentum ad Synodum Oecumenicam, ad quam doctiſſimus quiſque ex toto ferè Orbe Chriſtiano feſtinabat, aduenit. Ibi & vitæ integritate, & profunditate doctrinæ ſe illuſtriſſimum reddidit. Inſuper in abſentia noſtri Ordinis Generalis cum maximo noſtræ Religionis decore, ac ornamento vices geſſit illius. Dominica prima Aduentus doctiſſimam, & facundam habuit in Concilio ad Patres orationem. Synodo abſoluta, ad Imperatorem in Germaniam venit Carolum V. vt Cæſareæ Maieſtati eſſet à confeſſionibus ſacris. Paulò poſt oblatam ſibi ditiſſimam Segobienſem Eccleſiam, quæ illi patria erat, magna animi conſtantia recuſauit. De rebus Indicis inter Bartholomeum Caſam, & Geneſium Sepuluedam acerrimè controuerſis, argumenta vtriuſque partis perpendit fideliter, ſcitè ſummam collegit, & retulit ad Cæſarem mira integritate. Annos quatuor ante ſuum obitum dignitate Confeſſarij Imperatoris Caroli V. ac Regis Hiſpaniarum, quæ maximæ æſtimationis eſt in Hiſpania, vltrò ſe abdicauit: Aulicique pertæſus ſpeciminis, redijt ad Rachelem, Salmanticam. Non indignatus eſt pientiſſimus Imperator abdicatu, imò Sotum deinceps maiori proſequebatur reuerentia, & affectu. Quinimo audito nuncio de eius obitu coram tota au'a ampliſſimis verbis, & pijs Soti humilitatem, & cæteras eius virtutes referunt commendaſſe. Reſtituit ergo ſe Domui Salmantinæ maxima omnium lætitia, & plauſu. Iterum ad cathedram redijt, & lampadem; quam Melchiori Cano tradiderat (hoc iam Epiſcopo Fortunatarum Inſularum creato) reaſſumpſit. Sic prouinciæ legendi vigeſimum annum compleuit, atque religioſi Conuentus S. Stephani Prioratum ſumma vigilantia, & feruore adminiſtrauit.

Præter innumeros, Salmanticæ Frãciſcum de Toleto, qui primus in Societatem Ieſu purpuram intulit, habuit Auditorem. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 369.* ſummus Theologus, Philoſophus, & Orator excubans, Eccleſiam præſepiuit, & priſco Theologorum nitore aduerſus hæreticos, præcipuè Lutheranos lingua armauit, & calamo.

Tres Libros de Natura, & gratia obtulit ſacræ Synodo Tridentinæ. Antuerpiæ poſt primam editionem vnà cum alijs eius operibus 1550. in folio. Salmanticæ 1570. & 1577. Medinæ 1579. in folio.

Hunc honorem adeptus eſt ex hoc opere, vt in poſterum ferret pro ſymbolo duas manus in ſe complicatas ignis flammam euomentes, & è regione cum hac inſcriptione deſumpta ex D. Paulo ad Galatas: *Fides, quæ per charitatem operatur.* Hoc Symbolum hodie legitur in ædificatis ab eo operibus apud Sanctum Stephanum Salmantinum. In tribus his libris multa diſplicuerunt noſtro Ambroſio Catharino: quare protulit Apologiam aduerſus Sotum. Hac coactus Segobienſis edidit ſtatim Apologiam aduerſus Catharinum de certitudine gratiæ, & decretis ſacri Concilij Tridentini. Antuerpiæ 1556. in fol. Salmanticæ 1574. in folio. Venetijs apud Florauantem à Prato 1584. in 4.

Anno Domini 1548. ſcripſit *in Epiſtolam ad Romanos commentarios* eruditione, ſtylo, ac præſertim methodo valde probandos. In his litterales primùm ſenſus apertiſſimè dilucidat. Breuiter deinde propoſitis, ac ſolutis omnibus

nibus tam veterum, quàm recentiorum ſuper hac epiſtola controuerſijs, afficiendis, promouendiſque animis, quanta poteſt dicendi efficacia inſiſtit. Operis exordium eſt: *Diffiteri porrò nequeo.*

Scripſit *Magna duo volumina ſuper quartum librum ſententiarum, ſiue de Sacramentis*. Primum editum eſt Salmanticæ typis Ioannis à Canoua 1557.

Alterum apud Andream de Portonarijs 1560. in folio. Deinde alibi. Venetijs in officina ad inſigne Fontis anno 1569. in 4. Louanij 1573. in folio. Duaci, & Coloniæ. At Medinæ Campi 1581. in folio. Iterum Venetijs 1598. ex officina Ioannis Zenarij in 4.

Conceperat animo Sotus in omnes quatuor libros Sententiarum edere cõmentarios: cum verò in dies ætate imbecilior redderetur, quarti tantum libri expoſitioni ante alios, propter materiæ vtilitatem, incubuit.

De iuſtitia, & iure, libros ſeptem. Ad Carolum Hiſpaniarum Principem. Salmanticæ 1556. in folio. Vbi exponit ea, quæ S. Thomas tractat in Secunda ſecundæ.

Inde verò ab ipſo Authore reſtituti ſæpius, & vberiores ſunt redditi. Editioni Salmantinæ anni 1569. adiunctus fuit *Liber VIII. de Iuramento, & Adiuratione*. Anno autem 1580. ibidem in folio prodierunt duo alij libri.

De ratione tegendi ſecretum libros tres: Salmanticæ 1552. & 1574. in folio. Brixiæ apud Petrum Mariam Marchetum 1582. in 8. Duaci apud Belleros 1623. in 8. *De iuramento, & periurio; ſiue de cauendo iuramentorũ abuſu*. Salmanticæ 1552. Idem Hiſpanè ex Latino translatum, atque ita inſcriptum.

Como ſe à de euitar el vſo de los iuramentos, Toleti apud Ioannem de Ayala 1551. in 8. Latinè iterum Antuerpiæ anno 1567. Scripſit vlterius.

Deliberationem in cauſa pauperum, Latinè, atque Hiſpanicè.

Ad Philippum Principem, hoc eſt, *De non inhibendo ſecundùm miſericordia praſcriptum publico mendicabulo.* Salmanticæ apud Ioannem Iuntam 1545. Quod à Rege, conſilio, ſententiæque acquieſcente obtinuit.

Expoſitionem in Matthæum. Ita Chronographi noſtri Ordinis.

Item Annotationes edidit in Commentaria Ioannis Feri Teutonici Ord. Minorum ſuper Ioannem, oſtendens loca ſeptem, ac ſexaginta cautè in eo eſſe legenda.

Cui Michael Medina Belarcenſis Franciſcanus edens pro defenſione dictorum locorum volumen Apologeticum, reſpondit. At dicta Apologia Fratris Michaelis damnata poſtea fuit in Indice ad Concilium Tridentinum.

Eiſingrenius aſſerit Sotum ſcripſiſſe ſuper omnes epiſtolas Pauli Commentaria. At Poſſeuinus id negat.

De extremo Iudicio concio habita ad Tridentinos Patres Dominica prima Aduentus, anno 1546. edita fuit Louanij cum reliquis aliorum 1567. in folio, nuperque Pariſijs Labbæi cura 1667. in noua editione Concilij Tridentini.

Noſter Dominicus Soto, Segobienſis, Cornelius Muſſus, Epiſcopus Bitontinus Ord. Minorum, & Antonius Marinarius, Cantapretenſis, Apulus Ordinis Carmelitani, in Vrbe Procurator Generalis, *Orationes, ſeu Conciones Latinas*, ad Patres Tridenti congregatos tempore Aduentus, vt vocant, habuerunt, quæ extant in actis Concilij Tridentini 1547. Antuerpiæ, & (vt dictum eſt) Louanij &c. Marinarius, præter Orationes duas Tridentinas, ſcripſit libros tres de conſonantia Ieſu, & Prophetarum. Pariſijs, & Antuerpiæ 1541. editis. Opera Cornelij nota ſunt omnibus. Ex Miræo *de Scrip. ſæc.* 16

In nuncupatoria librorum de Iuſtitia, & Iure, ad Carolum Principem epiſtola meminit Concionis à ſe corã ijs Patribus ſacris habitæ gratulatione ad Deum Opt. Max. de fauſto Caroli ipſius natali.

Declamauit in eodem loco pro aptitudine, & neceſſitate ſtyli Theologici, quem ſcholaſticum appellamus. Ita ipſe in proæmio librorum *de Natura, & gratia*.

Ex commiſſione Sacri Concilij Patrum latino, facilique ſermone ordinauit ſacra ſeſſionum illius temporis Decreta.

Compoſuit etiam *profeſſo die S. Hieronymi*

ronymi Doctoris Eccleſiæ officium, quod in comitijs Fratrum Hieronymianorū Lupianenſibus anno 1543. admiſſum fuit, & iuſſum perſolui.

Item *Officium S. Thomæ Aquinatis*, quod recitari refert Ioannes Marieta In Conuentu S. Stephani Salmantino. Hiſpanicè compoſuit Summam hoc titulo:

Catechiſmo, ò Doctrina Chriſtiana. Salmanticæ apud Matthiam Gaſtium 1563. in 12. Eadem eſt fortaſſe cum hac, Summa illa, quam Soti nomine Didacus Ximenes edidit ibidem apud Petrum Laſſo 1567. in 8.

Summulas, primò quinque libris prolixiores, deinde contractiores. Salmanticæ Petrus Touans excudit 1539. in ſolio, & ibidem 1575. in folio poſt priores editiones. In dialecticam Ariſtotelis commentarios 1580. in folio.

Super Prædicabilia.

In Categorias Ariſtotelis commentarios. Venetijs apud Bernardum Iuntam 1583. in 4.

In Libros Poſteriorum. Venetijs per Aegidium Regaldam an. 1574. in 8.

Super octo libros Phyſicorum Cōmentaria, ſiue quæſtiones tertiò edita fuerunt. Salmanticæ 1572. in folio. Duaci 1613 in 4. (Ita recenſet Iacobus Bouuerius Hochſtratanus eiuſdem Ordinis noſtri) vnà cum Dialectica.

Quæſtiones ſuper Animam.

Item *Super Artem nouam, & veterem Ariſtotelis*.

In Ariſtotelis libros de Anima Commentarios.

Tractatum de ratione promulgandi Euangelij primùm *in obſequium fidei, deinde in gratiam Principum Hiſpanorū*.

Ita Ferdinandus Menchaca *lib. 1. quæſt. illuſtrium cap.* 10.

In Bibliotheca Altempſiana Romæ cuſtodiuntur Dominici Soto *in Primam Partem D. Thomæ, & in Secundæ vtramque commentarij*, præter illos, qui noti in quartum ſententiarum, quæ materies eſt Tertiæ partis.

Tractatum pro Iuſtificatione Concilij Tridentini. Ita Ioannes Marieta *lib.* 14. qui eſt de Scriptoribus Hiſpanis Dominicanis.

Obijt glorioſiſſimus Pater die 15. Nouembris anni currentis 1560. ſic nobis noſter Dominicus Bannes aſtipulatur in 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 6. *dicens*: *Fuit autem eius obitus feliciſſimus anno Domini* 1560. 15. *Nouembris, cui ego ipſe interfui, vidique in homine ſuæ prædeſtinationis ſigna non vulgaria, robuſtiſſimam fidem ſumma cum humilitate, ac timore Dei coniunctam, egrediendique ab hoc ſæculo deſiderium vehemens. Suſceptis tandem deuotiſſimè Eccleſiaſticis ſacramentis, Deo ſpiritum reddidit*.

Commune illius temporis dicteriū erat: *Qui ſcit Sotum, ſcit totum*.

Rodericus de Oſma eius diſcipulus Sotum appellat *Integerrimum virum, & in Theologica doctrina abſolutiſſimum Hiſpaniæ lumen, & ſuæ tempeſtatis ornamentum*.

Magnus Couarrubias 3. *variar. lib. cap.* 13. de eo: *Omnium Cenſura, & iudicio virum in ſchola Theologica admodum inſignem*.

Camillus Botellus in Additionibus ad Bellugæ ſpeculum: *Facundiſſimum Theologum*.

Boetius Epo Friſius Duacenſis Iuris Profeſſor in quadam oratione de Aureola Doctorali: *Virum maximum: virumque antiquitatum eccleſiaſticarum periti ſſimum*. Idem in titulo de vita, & honeſtate Clericorum *cap.* 4: *Præceptorem clariſſimum*, eiuſque de Iuſtitia, & iure Cōmentarios vocat *eruditiſſimos*.

Eius meminerunt Ludouicus Granatenſis in Prologo ad Summam Caietanam, Paulus de Palacios, Didacus Colmenares Segobienſium terū Chronographus diligentiſſimus, qui Soti Vitam, & res geſtas accuratè collegit, Antonius Luſitanus *in Bibliotheca*, Seraphinus Razius, Plodius *de viris illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. Sanctæ*, Simlerus, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Bellarminus *de Scriptoribus eccleſiaſt. pag.* 424. & ibidem Philippus Labbe, Miræus *in Auctario cap.* 548. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 255. *vſque ad fol.* 258. *colum.* 1.

Doctiſſimus, & Religioſiſſimus Doctor hic iſta ex parte fortunatiſſimus, quòd, vt olim ex Iſocratis ſchola optimi quique Oratores, ſic ex eius audi-

torio præſtantiſſimi Theologi, & Philoſophi prodierint. In primis Glorioſiſſimum habuit Auditorem (vt diximus) Franciſcum Toletum, primum Cardinalem meritiſsimum Societatis. Item Ioannem Auilam, Hiſpanum, Theologum, & ſæculi ſui eccleſiaſten. ſummum.

DOMINICVS BALTHANASIVS, ſeu de Baltanas Mexia, patriam habuit oppidum Villanueua del Arzobiſpo tractus illius, quem *Adelantamiento de Cazorla* vocant Hiſpani, in Prouincia Bætica, fundator plurium cœnobiorum ibidem, celebris S. Theologiæ Magiſter natus eſt die Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſacra anni 1488.

Noſtro Ordini ſe addixit Salmanticæ, dum ibi operam impenderet ſtudijs. Tractu temporis litteris clarus euaſit, & ſanctimonia. Vtriuſque ſexus noſtræ Religionis per varia loca (vt diximus) ædificauit Cœnobia, hincque ſe reddidit venerabilem, & dilectiſsimum cunctis.

Collegio Hiſpalenſi, viuo adhuc Didaco Deza fundatore, viro celeberrimo, illius Vrbis Epiſcopo Rector præfuit, atque ibidem Conuentum Dominicanarum Sanctimonialium ſub Sanctæ Mariæ de Gratia titulo, quod religioſæ obſeruantiæ veluti ſpeculum eſt, conſtrui fecit.

Varios libros vir Apoſtolicus edidit, ex quibus.

Doctrina Chriſtiana, en que ſe debe cadauno creer, huir, temer, obrar, deſear &c. Hiſpali apud Martinum de Monteſdoca 1555. in 4.

Vitã Chriſti, ſeu Flos ſanctorum, Hiſtoria general de la vida, y hechos de Ieſu Chriſto, y de ſus ſantos, con anotaciones, Hiſpali apud Ioannem de Truxillo.

Epitome, y ſumario de la vida, y excelencias de trece Patriarcas del Teſtamento nueuo, y de nueue muy eſclarecidas ſantas. Hiſpali anno 1555. in 4.

Concordancias de muchos paſos dificiles de la diuina Hiſtoria. Ibidem apud Ioannem à Monteſdoca 1556. in 8.

Compendio de Sentencias morales, y de alcunas coſas notables de Eſpaña, y la conquiſta, y toma del Reino de Granada: Ibidem apud eundem 1555. in 8.

La vida, y hechos admirables del Real Profeta Dauid; y las excelencias del Pſalterio ſobre las otras Eſcrituras. Ibidem apud Martinum Monteſdocam 1557. in 8.

Confeſſionario; Tratado de excomuniones, vſura, matrimonio, y votos. Ibidem ex eadem officina 1554. in 4. abſque Authoris nomine.

Expoſicion ſobre los Euangelios deſde el Aduiento à la Trinidad; Ex eadem Officina 1555. in 4.

Enchiridion de Eſtados. 1555. in 8.

Paradoxas, y ſentencias eſcogidas para la erudicion del entendimento, y reformacion de las coſtumbres. Ibidem 1558.

Apologia ſobre ciertas materias morales, en que ay opinion, hæc ſunt.

De la Oracion mental.

De la comunicacion de los meritos.

Del juramento.

De la venta de Oficios publicos.

Del comer manteca de puerco.

Del comer guebos en viernes.

De la hora, en que eſpirò Chriſto.

De la diſcordia de linages.

De las Alabanzas.

De la reſidencia de los Obiſpos.

De los zuegos.

De la compañia de IHS.

De la Simonia en vender ſepolturas. Hiſpali 1556. in 8.

Satyra, e inuectiua contra las Tabures. Ibidem 1557. in 4.

Ariſtoteles: Compendio de la Filoſofia natural. Ibidem 1547. in 4.

Chronica breue de nueſtro Orden haſta ſu tiempo.

Huius fortaſſe eſt liber acephalus, qui abſque Authoris nomine Ducibus Medinæ Sidoniæ nuncupatus fuit à quodam Fratre Dominicano. Libri titulus eſt.

De la Iuſtificacion del Hombre por la gratia. Hiſpali apud Ioannem Canallam 1550.

Obijt poſt annum MDLX. Aetatis autem LXXII.

Agunt de eo Dominicani Hiſtorici Mariera, Alphonſus Fernandez, Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus 4. *parte cap.* 3. *lib.* 2. Hiſtoriæ Ordinis Prædicatorum, Martinus Ximena *in* Hi-

Hiſtoria Giennenſis Epiſcopatus pag. 459. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliot. Prædicatorum pag.* 74. qui refert in Hiſtoria ſanctorum Patrum veteris Teſtamenti aliquid admixtum eſſe, quo alicubi fuit prohibita, & ſuſpecta. Eius quoque meminerunt Plodius *de viris illuſt. Ordinis part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad Tomum* 1. *Apparatus Sacri*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 252. *colum.* 1. *&* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord.m.* Martinus Iurado *in Hiſtoria Eccleſiaſtica* Gienij ad annum 1429. & 1488.

DIDACVS XIMENES, Hiſpanus, Prouinciæ Caſtellæ, atque Conuentus S. Stephani Salmantini, non ſolum fuit magnus Philoſophus, & Theologus, ſed etiam Aſtronomus ſummus. Multa induſtria & labore edidit.

Kalendarium Ordinis noſtri tabulis triginta ſex concinnatum. Salmanticæ 1566. Romæ, & alibi.

Hoc kalendarium non ſolum à noſtris, ſed etiam laudatur à Valerio Andrea in Catalogo Scriptorũ Hiſpaniæ, & ab Antonio Verderio in ſupplemento Bibliothechæ Geſnerianæ.

Vertit quoque in ſermonem vernaculum è Latino.

La Doctrina de Religion del M.R.Fr. Humberto de Romanis.

Obijt anno MDLX.

Ita Antonius Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 66. Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 249. *colum.* 2.

IOANNES de la Peña, Hiſpalenſis, domo ex opp!do *Hita* diœceſis Toletanæ, Ordini noſtro ſe adgregauit Toleti: Horis veſpertinis, qui alter à primo loco eſt in Academia laudabiliter Salmanticæ docuit. Edidit.

Super vniuerſam Summam noſtri Angelici ſubtiliſſima Commentaria.

Circa currentem annum MDLX. hilariter obijt mortem.

Ex Ioanne Marieta, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 1. *fol.* 579. Multa ſcripta reliquerunt Damaſcenius, & Cherubinus Famaguſtani, eruditiſſimi viri in Cypro.

Anno 1561.

SIXTVS MEDICES ſiue de Medicis, Venetus, Philoſophus, ac Theologus clarus, legit plures annos Patauij, cuius doctrinam probabat diſcipulorum frequentia. Patauio accitus in Patriam, in loco ibi Sebaſtiani Foſcarini Philoſophi diſſertiſſimi, ac Senatoris aperuit ludum. Edidit:

Tractatum de primis, ac ſecundis intentionibus.

Librum de ſex tranſcendentibus.

De præſtantia induſtriæ humanæ.

De lumine ſanctæ Fidei.

Librum Orationum.

Super libros de Generatione, & Corruptione:

Libros tres de vſuris contra Hebræos, 1555. in 4. Venetijs foras dedit.

Obijt die 29. Nouembris currentis anni 1561. Venetijs, & ſepultus eſt in Conuentu noſtro Sanctorum Ioannis, & Pauli in primo Clauſtro, in quo legitur ſequens Epitaphium.

D. O. M.
Fratri Sixto Medices Venerab. viro
Religione, doctrina, prudentia,
Et humanitate inſigni
Sũmis celeberrimi huius Cœnobij, & totius
Prouinciæ muneribus
Egregiè ſæpè perfuncto,
Qui multos annos ſacram
Theologiam in Gymnaſio Patauino,
Atque in patria
Vtramque Philoſophiam eximiæ
Cum laude publicè profeſſus,
Tandem à Deo euocatus ad cæleſtem vitã,
Summo totius ciuitatis dolore deceſſit
Aetatis ſuæ LX.
Die 29. Nouembris MDLXI.
Fr. Hieronymus Ven. Theolog. præcept.
Et tamquã Patri de ſe optimè merito P.C.

Marmore in exiguo ſat erit tua nomina tantum.
Scribere Sixte Pater, cetera quis referat?

Franciſcus Sanſouinus in Venetijs, Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Miræus *de Scriptoribus ſaculi* 16. *cap.* 68. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3.

Apparatus ſacri folio 225. qui non exprimit fuiſſe Ordinis noſtri.

Anno 1562.

ARDENGUS PAPIENSIS, natione Italus, vir in Theologia perdoctus, in diuinis litteris valdè verſatus, concionator etiam facundiſſimus, vitæque integritate, atque eruditionis merito commendabilis. Stadio Theologiæ ſpeculatiuæ decurſo, ſe ad grauiora conuertens, exarauit.

De Immunitate Eccleſiaſtica.

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Claruit hoc anno ſalutis 1562. ex Antonio Senenſi *in Bibl. Præd. pag.* 36. Marraccio *in Bibl. Mar.* Plodio *de viris ill. p.* 2. *lib.* 4. & noſtra Chronologia anno 1562.

THOMAS ELYSIUS, Neapolitanus, alumnus Conuentus S. Dominici de Neapoli, S. Theologiæ magiſter, Prior fuit Conu. S. Petri Martyris de Neapoli. Deinde Prouincialis, item, & Regens. De quo Ioannes de Miranda Hiſpanus hæc habet: *Hic eſt ille Reuerendus Magiſter Thomas Elyſius, Neapolitanus, quem genere clarum, omnibus naturæ dotibus ornatum, multis & Philoſophiæ, & Theologiæ litteris excultum* &c. ſcripſit ſimplici, & nitido ſtylo; ſed profundiſſima intelligentia.

Piorum catholicorum Clypeum aduerſus veterum, recentiorumque hæreticorum prauitatem. Venetijs 1563. in 4.

In hoc Clypeo tractatur contra hæreticos *de Iuſtificatione.*

De prædeſtinatione.

De Libero arbitrio hominis.

De Fide catholica.

De Reprobatione.

De Operibus bonis.

De Gratia.

De Purgatorio.

De Sacramentis in genere.

De Sacramento Altaris.

De Miſſa.

De Sacrificio.

De Communione ſub vtraque ſpecie.

De Sacramento pænitentiæ.

De Confeſſione auriculari.

De Ieiunio.

De Oratione.

De Cælibatu.

De Diuortio.

De Matrimonio.

De Virginitate.

De Satisfactione.

De Eleemoſyna.

De Veneratione ſanctorum.

De Communitate rerum.

De Eccleſia.

De Rebus, quæ debent fieri, & credi.

De Interpretatione Scripturæ.

De Sacerdotibus, Prælatis, & Epiſcopis.

De Reſidentia eorum.

De Poteſtate Papæ, & aliorum Prælatorum.

De Clauibus Eccleſiæ.

De Traditionibus.

De Imaginibus.

De Adorationibus.

De Inæqualitate peccatorum.

De Hæreticis, & hæreſibus.

De Votis monaſticis.

De Indulgentijs.

De Electione Papæ.

De Concilio Generali.

De Primatu ſummi Pontificis:

De Auctoritate Papæ, etiam temporali.

De Paupertate Clericorum.

De Vera donatione facta Eccleſiæ à Conſtantino.

Inter libros prohibitos recenſetur. Ad Concilium Tridentinum, donec expurgetur, edidit præterea.

Chriſtianæ Religionis arcana. Venetijs, ex typographia Dominici Guerrei, & Io: Baptiſtæ 1569. in 4. ad Pium V. Pontificem maximum.

In hoc altero libro ſunt hi tractatus.

De Diuinis præceptis.

De Conſilijs.

De Articulis Fidei contra Hebræos.

De Sacrificijs vtriuſque legis.

De Peccatis in genere, & in particulari.

De Donis Spiritus Sancti.

De Virtutibus Cardinalibus.

De Voluntate Dei.

Floruit 1588. Miræus *de Script. ſæculi* 16. *cap.* 82. Antonius Poſſeuinus, Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 4. & Vallus *in Comp. p.* 6.

IO-

IOANNES BVNDERIVS Gandauenſis, Theologus eruditiſſimus, Magiſter, & Inquiſitor Gandauenſis, ſemel, iterum, & tertiò ibidem Prior, zelo pro veritate coactus, abſque Rhetorico fuco contra Lutherum, Oecolampadium, Bucerum, cæteroſque huius farinæ peſſimos viros, calamum acuens, catholicam veritatem ex fonte ſacræ Scripturæ, ex inconuulſa Conciliorum, orthodoxorumue patrum authoritate inuexit, & Enchiridion, ſeu Compendium rerum Theologicarum, quæ noſtra ætate ab hæreticis oppugnantur; idque iuxta conſenſum Eccleſiæ Catholicæ è D. Scripturæ teſtimonijs appoſitè contexuit. Quod cum non ſemel è prelis prodijſſet, factum eſt deinceps auctius.

Antuerpiæ in ædibus Ioannis Stelſij 1562. & Pariſijs prius, vbi editum fuit ann. 1549.

Collationem quatuor SS. Doctorum Eccleſiæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & Gregor.

Super triginta articulos ab hæreticis modernis agitatos, impreſſum Pariſijs apud Arnaldum Iulianum an. 1574. & 1577. cum dicto rerum Theologicarum Compendio.

Scutum Fidei Orthodoxæ aduerſus Ioannem Anaſtaſium Veluanum. Antuerpiæ an. 1569. apud Ioannem Vuithagium, Louanij, Gandaui, & alibi euulgatum. Eſt aduerſus quaslibet hæreſes.

De Baptiſmo contra Mennonem Anabaptiſtam, Louanij anno 1553. & Pariſijs 1574. editum.

Delectionem nugarum Lutheri, & confutationem dogmatum Lutheranorum, impreſſas Louanij anno 1551. apud Grauium.

Collegit quoque *Indicem codicum manuſcript. per Belgium, vicinaſque prouincias, alphabeti ſerie ex ſcriptis P. F. Gulielmi Carnificij Gandenſis* noſtri Ord. Prædicatorum, qui Belgij Bibliothecas ferè omnes, nec non illuſtriores Germaniæ, Galliæ, Angliæ ante ortas ſuperioris ſæculi hæreſes, ſedulò excuſſerat.

Ad meliorem tranſijt vitam die 8. Iulij 1557. ſenio confectus. Bibliotheca Belgica, Fontana *in Theatro p. 3: cap. 3. tit. 39.* Biblioth. Luſitana, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 4.* Grauina-Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. c. 69.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 125. & 126.*

HIERONYMVS TREVISANVS, nobilis Venetus, de quo anno 1544. *inter Epiſcopos num.* 14. Eruditione, ac iudicio ſingularis ad publicam naturalium, Diuinarumque litterarum profeſſionem primùm deſtinatus fuit à Patribus. In Cœnobijs docuit pluribus. Deinde à populis accitus eſt ad ſuggeſtus. In dicendo tantæ fuit facundiæ, leporis, ac fructus, vt per totam fermè Italiam in ſacris declamationibus celeberrimus haberetur. Scripſit:

Super Epiſtolam D. *Pauli ad Hebræos profundiſſima Commentaria.*

Optimè de Eccleſia ſcriptis, ac voce meritus, renunciatus fuit Epiſcopus Veronenſis. Vide vbi ſupra.

Obijt anno dilabente reparati orbis per Chriſtum 1562. ſituſque fuit in ſacriſtia Conuentus Sancti Dominici apud noſtros. Venetijs.

Ita Sixtus Senenſis *in Bibliot. ſancta* Sanſouinus *in Venetijs*, Plodius *de viris illuſt. Ord. part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. folio* 47.

HENRICVS à SANCTO HIERONYMO, Luſitanus, magnus Philoſophus, & Theologus, Artium Magiſter, ac eloquentiſſimus prædicator, in Oecumenica Synodo Tridentina, Dominica prima Quadrageſimæ anni labentis 1562. grauem, & eruditam habuit concionem.

De calamitatibus Eccleſiæ; in qua elegantiam ingenij, & doctrinæ ſuæ illuſtri dexteritate reddidit manifeſtam. Eodem anno excuſa Brixiæ fuit. Louanij quoque inter alias olim paſſa eſt prelum, & nuper Pariſijs anno 1667.

Inclareſcebat his annis. Fatalem ei non lego.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 432. colum. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo Scriptorum Ordinis M.S.* Vide anno 1544. inter Theologos *num.* 30.

HENRICVS TABORIENSIS, vir do-

doctus æquè, ac eloquens, ſocius fuit celeberrimi Præſulis Bartholomæi à Martyribus, de quo anno 1590.

Orationem habuit in Concilio Tridentino. Ex Muñoz *in vita Bartholomæi à Martyribus*.

Scripſit alia plura. Apud Fernandez.

Meminit eius Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Anno 1563.

PETRVS de SOTO, Cordubenſis, vir natalibus, doctrina, religione, fideique zelo inſignis, ac Familiæ noſtræ decus eximium, Salmanticæ ad ſanctum Stephanum inſtitutum noſtrum ſuſcepit. Tantis erat ingenij, memoriæ, & pronitatis dotibus ad ſtudia adornatus, vt perbreui euaſerit inter doctiſſimos longè doctior. Auguſtiſſimo Hiſpaniarum Regi, inuictiſſimoque Romanorum Imperatori Carolo V. fuit à ſacris confeſſiouibus. Ab eodemmet Cæſare in Germaniam ductus, cum illam, & fidem catholicam ſectariorum perfidia inueniſſet labefactatas, Induſtrius, ac impiger doctor in Hæreticos ſumma animi præſtantia, & contentione acuit ſtylum, eoſque terruit voce, redarguit vita, & maximè Dilingæ Sueuorum terruit argumentis. Quod vt ardentiùs, & expeditiùs faceret, diſceſſit è Curia, & confeſſarij munus tam honorificum in manus Auguſtiſſimi Imperatoris pietate admirabili reſignauit. In Vniuerſitate Salmanticenſi fuerat meritiſſimus cathedraticus veſpertinus. A Philippo II. tunc Hiſpaniarum Principe, recenſque Anglorum Rege, & à Regina Maria delectus, Theologiæ Profeſſor cum Ludouico à Soto maiori, & Ioanne Villagarcia eiuſdem noſtræ Religionis, depulſis Bucero, & Petro Martyre, Academiam Cantabricenſem in Anglia celeberrimam, doctrinæ catholicæ ad tempus vindicauit. Brentium magni nominis ſceleſtiſſimum Lutheranum ſcriptis aggreſſus eſt. Huic certamini (immortuo Soto) non putauit infra ſuam eruditionem, & dignitatem Cardinalis Oſius ſuccedere, eiuſque partes, ſuſcipere. Oxoniæ præcipuè magna patrauerat: At moriente breui Maria Regina, huius olim catholicæ nationis in irritum cecidit cauſa: nam excedente Mariaè viuis, Angliam obcæcauit caligo errorum, & catholica fides illinc prorſus in poſterum viſa eſt exulare.

Demum in Concilio Tridentino ſub Pio IV. Pontifice Maximo ſuam doctrinam voce; ac ſcriptis toti Orbi declarauit. Ibi enim eam ſibi opinionem iniecit ſacro Cætui, vt Princeps Theologorum, communi omnium conſenſu reputaretur. Tandem Tridenti ex nimia fatigatione, ac ſtudio detritus penè, omnium luctu, interceptus eſt morte menſe Aprili labentis anni 1563. Scripſit:

De Inſtitutione Sacerdotum, ſeu Parochorum libros tres, ſiue Manuale Clericorum. Louanij 1566. in 8. deinde ſæpius, vt Venetijs 1567. Coloniæ 1579. Lugduni, & Brixiæ 1586.

Item *libros tres de Inſtitutione Chriſtiana*. Auguſtæ 1548. Antuerpiæ 1551. in 16.

Doctrina Catholicæ compendium in vſum plebis Chriſtianæ rectè inſtituendæ. Dilingæ apud Sebaſtianum Maier 1560. in 12.

Libros Aduerſus Ioannem Brentium. Antuerpiæ 1552. in 16.

Defenſionem catholicæ Confeſſionis, & ſcholiorum aduerſus confeſſionem Vuirtembergenſium, & cæteros Lutheranos, ac Prolegmena Brentij. Antuerpiæ typis Martini Nutij 1557. in 4.

Methodum confitendi, & nonnulla alia. Catecheſes piæ, & ſolidæ ex Franciſco Coſtero, Petro de Soto, & ex Auctore Methodi confeſſionis prodierunt Auguſtæ Treuirorum apud Henricum Bock, an. 1590.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 200. & 201. Seraphinus Razius, Plodius *de viris illuſtribus part. 2. lib. 4.* Miræus *in Auctario cap.* 548. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol.* 193. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 3. fol.* 69. ſub finem, qui eum appellat *Eximium, & verè pium Theologum*. Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 82. Hæc habet

bet de Petro: *Et dotes duæ potiſſimùm fuerunt; altera in bonorum fortunæ deſpicientia, altera in animi celſitudine poſita. Rebus namque ſæculi valere iuſſis, cum ſe Dominicanis ſodalibus adiunxiſſet, & Carolo V. Imp. à ſacris iam eſſet confeſſionibus, religionis auitæ peſſum in Germania euntis, ac iuuentutis Germaniæ vicem dolens, à Carolo in Belgica commorante miſſionem petijt, atque vnà cum Martino Olauio, poſt Soc. Ieſu Sacerdote, eo conſilio in Germaniam ipſam ſe contulit, vt Lutheranorum furori murum pro domo Dei ſeſe, vitamque obijceret. Commodum tunc Otho Truchſius, Card. & Antiſtes Auguſtanus, in eandem curam, cogitationemque ingreſſus,* Delingæ *Diœceſis ſuæ oppido, gymnaſium inſtituendis pijs adoleſcentibus. Huic Sotum, & Olauium, magno iuuentutis bono præfecit, aluitque liberaliter. Sotus porrò non voce tantùm, ſed & ſcriptis prodeſſe volens, Fides noſtræ dogmata, aduerſus Brentium, ceteroſque Vultebergenſis ſcholæ miniſtros acerrimè propugnauit*. Hæc Miræus.

FRANCISCVS GARZIAS Hiſpanus, Valentinus, ſacræ Theologiæ Profeſſor Primarius in Tarraconenſi gymnaſio edidit Hiſpanicè.

Tratado vtiliſſimo de todos los contratos, quantos en los negocios humanos ſe pueden afrecer. Duobus tomis Valentiæ apud Ioannem Nauarrum 1583. Barcinoneque.

Mutatus in idioma Italicum prodijt ſecundò emendatior, Brixiæ ex officina Petri Mariæ Marchetti anno 1589. in 8. & 1596.

Item de erratis Typographorum Romæ in operibus S. Thomæ: ad Antonium Auguſtinum Tarraconenſem Archiepiſcopum Tarracone 1568. deinde Coloniæ cum eiuſdem ſancti doctoris Summa 1605.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 328. col. 1.*

FRANCISVS de SANCTO IOSEPHO, vir cum litteris, tum charitate inſignis, ne proximo prodeſſet verbo tantùm, quod volat, ſed etiam ſcriptis, edidit lingua Tagala Inſularum Philippinarum.

Libro de Nueſtra Señora del Roſario.
De los Santo Sacramentos de la Igleſia.

Ita Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus *in Hiſtoria Ordinis Præd. part. 4. lib. 3. cap. 58.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 332. colum. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptor. Ordinis M. S.*

Supprimunt quo claruerit tempore.

BASILIVS PISANVS, Etruſcus, profeſſione Ordinis Prædicatorum, inter Oratores, Philoſophos, & Theologos cum maximis comparandus. Præſtitit his argumentum, in ſacro Oecumenico Concilio Tridentino anno 1563. habuiſſe coram Patribus concionem, quam cum ceteris concionibus in eadem Synodo habitis impreſſerunt. Ita Epiſcopus Lucarinus in m.s. Fontana *de Rom. Prou. c. 6.*

AEGIDIVS MARCHESINIVS, ſacrarum litterarum Bononiæ lector, hoc anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio in Concilio Tridentino habuit concionem, quæ extat in volumine Orationum Tridentinarum 1567. Louanij edito.

Ita Miræus *de Scriptoribus Sæculi 16. cap. 80.*

HIERONYMVS OLEASTER, dictus de Azambuja, quod eſt oppidum adiacens Tago flumini, Luſitanus, S. Theologiæ Magiſter an. 1520. amplexus eſt noſtram Religionem: Poſt ſolitos in ſcientijs curſus, Græcæ ac Hebraicæ ſtuduit linguis, quas exactiſſimè callens ad ſacram Scripturam ſe contulit exponendam. Anno 1545. è patria in Italiam, vt Oecumenicæ Synodo Tridentinæ cum Georgio à S. Iacobo Dominicano, & cum alijs familiæ ſuæ Theologis à Ioanne Rege Luſitanorum III. deſtinatis intereſſet, ſe contulit. Tantus vir in Concilio nulli Theologorum, etſi præcipuæ claſſis, inferior apparebat. In Luſitania functus eſt laudabiliter Inquiſitoris Generalis officio. Primus Prouincialis ibidem, poſt reformationem promotam à Caſtellanis, faſces iniuit Prouinciæ. Rex Luſitanus Oleaſtrum in Africa Pontificem Inſulæ S. Thomæ nominauit: at fruſtra. Noluit vir doctus annuere: quare remiſſus in litterarum

doctus æquè, ac eloquens, ſocius fuit celeberrimi Præſulis Bartholomæi à Martyribus, de quo anno 1590.

Orationem habuit in Concilio Tridentino. Ex Muñoz *in vita Bartholomæi à Martyribus*.

Scripſit alia plura. Apud Fernandez.

Meminit eius Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Anno 1563.

PETRVS de SOTO, Cordubenſis, vir natalibus, doctrina, religione, fideique zelo inſignis, ac Familiæ noſtræ decus eximium, Salmanticæ ad ſanctum Stephanum inſtitutum noſtrum ſuſcepit. Tantis erat ingenij, memoriæ, & pronitatis dotibus ad ſtudia adornatus, vt perbreui euaſerit inter doctiſſimos longè doctior. Auguſtiſſimo Hiſpaniarum Regi, inuictiſſimoque Romanorum Imperatori Carolo V. fuit à ſacris confeſſionibus. Ab eodem met Cæſare in Germaniam ductus, cum illam, & fidem catholicam ſectariorum perfidia inueniſſet labefactatas, Induſtrius, ac impiger doctor in Hæreticos ſumma animi præſtantia, & contentione acuit ſtylum, eoſque terruit voce, redarguit vita, & maximè Dilingæ Sueuorum terruit argumentis. Quod vt ardentiùs, & expeditiùs faceret, diſceſſit è Curia, & confeſſarij munus tam honorificum in manus Auguſtiſſimi Imperatoris pietate admirabili reſignauit. In Vniuerſitate Salmanticenſi fuerat meritiſſimus cathedraticus veſpertinus. A Philippo II. tunc Hiſpaniarum Principe, recenſque Anglorum Rege, & à Regina Maria delectus, Theologiæ Profeſſor cum Ludouico à Soto maiori, & Ioanne Villagarcia eiuſdem noſtræ Religionis, depulſis Bucero, & Petro Martyre, Academiam Cantabricenſem in Anglia celeberrimam, doctrinæ catholicæ ad tempus vindicauit. Brentium magni nominis ſceleſtiſſimum Lutheranum ſcriptis aggreſſus eſt. Huic certamini (immortuo Soto) non putauit infra ſuam eruditionem, & dignitatem Cardinalis Oſius ſuccedere, eiuſque partes, ſuſcipere. Oxoniæ præcipuè magna patrauerat: At moriente breui Maria Regina, huius olim catholicæ nationis in irritum cecidit cauſa: nam excedente Mariaè viuis, Angliam obcæcauit caligo errorum, & catholica fides illinc prorſus in poſterum viſa eſt exulare.

Demum in Concilio Tridentino ſub Pio IV. Pontifice Maximo ſuam doctrinam voce, ac ſcriptis toti Orbi declarauit. Ibi enim eam ſibi opinionem iniecit ſacro Cœtui, vt Princeps Theologorum, communi omnium conſenſu reputaretur. Tandem Tridenti ex nimia fatigatione, ac ſtudio detritus penè, omnium luctu, interceptus eſt morte menſe Aprili labentis anni 1563. Scripſit:

De inſtitutione Sacerdotum, ſeu Parochorum libros tres, ſiue Manuale Clericorum. Louanij 1566. in 8. deinde ſæpius, vt Venetijs 1567. Coloniæ 1579. Lugduni, & Brixiæ 1586.

Item *libros tres de Inſtitutione Chriſtiana*. Auguſtæ 1548. Antuerpiæ 1551. in 16.

Doctrina Catholicæ compendium in vſum plebis Chriſtianæ rectè inſtituendæ, Dilingæ apud Sebaſtianum Maier 1560. in 12.

Libros Aduerſus Ioannem Brentium. Antuerpiæ 1552. in 16.

Defenſionem catholicæ Confeſſionis, & ſcholiorum aduerſus confeſſionem Vuirtembergenſium, & cæteros Lutheranos, ac Prolegmena Brentij. Antuerpiæ typis Martini Nutij 1557. in 4.

Methodum confitendi, & nonnulla alia. Catecheſes piæ, & ſolidæ ex Franciſco Coſtero, Petro de Soto, & ex Auctore Methodi confeſſionis prodierunt Auguſtæ Treuirorum apud Henricum Bock, an. 1590.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 200. *&* 201. Seraphinus Razzius, Plodius *de viris illuſtribus part.* 2. *lib.* 4. Miræus *in Auctario cap.* 548. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 193. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 3. *fol.* 69. ſub finem, qui eum appellat *Eximium, & verè pium Theologum*. Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 82. Hæc habet

bet de Petro: *Et dotes duæ potiſſimùm fuerunt; altera in honorum fortunæ deſpicientia, altera in animi celſitudine poſita. Rebus namque ſæculi valere iuſſis, cum ſe Dominicanis ſodalibus adiunxiſſet, & Carolo V. Imp. à ſacris iam eſſet confeſſionibus, religionis auitæ peſſum in Germania euntis, ac iuuentutis Germaniæ vicem dolens, à Carolo in Belgica commorante miſſionem petijt, atque vnà cum Martino Olauio, poſt Soc. Ieſu Sacerdote, eo conſilio in Germaniam ipſam ſe contulit, vt Lutheranorum furori murum pro domo Dei ſeſe, vitamque obijceret. Commodum tunc Otho Truchſius, Card. & Antiſtes Auguſtanus, in eandem curam, cogitationemque ingreſſus, Delingæ Diœceſis ſuæ oppido, gymnaſium inſtituendis pijs adoleſcentibus. Huic Sotum, & Olauium, magno iuuentutis bono præfecit, aluitque liberaliter. Sotus porrò non voce tantùm, ſed & ſcriptis prodeſſe volens, Fides noſtra dogmata, aduerſus Brentium, ceteroſque Vvittebergenſis ſchola miniſtros acerrimè propugnauit.* Hæc Miræus.

FRANCISCVS GARZIAS Hiſpanus, Valentinus, ſacræ Theologiæ Profeſſor Primarius in Tarraconenſi gymnaſio edidit Hiſpanicè.

Tratado vtiliſſimo de todos los contratos, quantos en los negocios humanos ſe pueden afrecer. Duobus tomis Valentiæ apud Ioannem Nauarrum 1583. Barcinoneque.

Mutatus in idioma Italicum prodijt ſecundò emendatior, Brixiæ ex officina Petri Mariæ Marchetti anno 1589. in 8. & 1596.

Item de erratis Typographorum Romæ in operibus S. Thomæ: ad Antonium Augnſtinum Tarraconenſem Archiepiſcopum Tarracone 1568. deinde Coloniæ cum eiuſdem ſancti doctoris Summa 1605.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 328. col. 1.*

FRANCISVS de SANCTO IOSEPHO, vir cum litteris, tum charitate inſignis, ne proximo prodeſſet verbo tantùm, quod volat, ſed etiam ſcriptis, edidit lingua Tagala Inſularum Philippinarum.

Libro de Nueſtra Señora del Roſario.
De los Santos Sacramentos de la Igleſia.

Ita Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus *in Hiſtoria Ordinis Præd. part. 4. lib. 3. cap. 58.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 332. colum. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptor. Ordinis M. S.*

Supprimunt quo claruerit tempore.

BASILIVS PISANVS, Etruſcus, profeſſione Ordinis Prædicatorum, inter Oratores, Philoſophos, & Theologos cum maximis comparandus. Præſtitit his argumentum, in ſacro Oecumenico Concilio Tridentino anno 1563. habuiſſe coram Patribus concionem, quam cum ceteris concionibus in eadem Synodo habitis impreſſerunt. Ita Epiſcopus Lucarinus in m. s. Fontana *de Rom. Prou. c. 6.*

AEGIDIVS MARCHESINIVS, ſacrarum litterarum Bononiæ lector, hoc anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio in Concilio Tridentino habuit concionem, quæ extat in volumine Orationum Tridentinarum 1567. Louanij edito.

Ita Miræus *de Scriptoribus Sæculi 16. cap. 80.*

HIERONYMVS OLEASTER, dictus de Azambuja, quod eſt oppidum adiacens Tago flumini, Luſitanus, S. Theologiæ Magiſter an. 1520. amplexus eſt noſtram Religionem: Poſt ſolitos in ſcientijs curſus, Græcæ ac Hebraicæ ſtuduit linguis, quas exactiſſimè callens ad ſacram Scripturam ſe contulit exponendam. Anno 1545. è patria in Italiam, vt Oecumenicæ Synodo Tridentinæ cum Georgio à S. Iacobo Dominicano, & cum alijs familiæ ſuæ Theologis à Ioanne Rege Luſitanorum III. deſtinatis intereſſet, ſe contulit. Tantus vir in Concilio nulli Theologorum, etſi præcipuæ claſſis, inferior apparebat. In Luſitania functus eſt laudabiliter Inquiſitoris Generalis officio. Primus Prouincialis ibidem, poſt reformationem promotam à Caſtellanis, faſces iniuit Prouinciæ. Rex Luſitanus Oleaſtrum in Africa Pontificem Inſulæ S. Thomæ nominauit: at fruſtra. Noluit vir doctus annuere: quare remiſſus in litterarum

rarum otium fuit. Nec diu poſt ab Henrico S. R.E. Cardinali,qui per id tempus in Luſitania ſupremam rerum fidei præfecturam adminiſtrabat, violatæ religionis Iudex fuit delectus, Vliſſiponenſibusque integrè ius inter ceteros Oleaſter pronunciauit. Gratitudinis ergo Hieronymus intra non multum temporis interuallum prædicto Sereniſsimo Principi, ac Eminentiſsimo Eccleſiæ Cardinali nuncupauit.

Commentaria in Pentateuchũ Moyſis, hoc eſt in quinque primos Bibliorum libros, Geneſim, Exodum &c. iuxta Sanctis Pagnini Lucenſis editionem: in quibus primùm hebraicam veritatem exactiſſimè explicauit: Deinde verò quæ ad morum compoſitionem aptari poſſunt, ex ipſius litteræ penetralibus ſeorſum adiunxit. Oliſsipone primum anno 1556. in folio, deinde Antuerpiæ apud hæredes Stelſij 1568. in folio; mox Lugduni anno 1586. in folio apud Petrum Landrij, & anno 1589.

His Auctor præfixit *Articulos 17. ad ſacrarum ſcripturarum intelligentiam*.

Item *Hebraiſmos, ſiue phraſes Hebrææ linguæ peculiares*.

Ad ſingulorum autem Capitum expoſitiones adiecit vtiles, commodas, & doctas hortationes.

Item *In Iſaiam Commentaria*. Hæc opera Petri Calui Ordinis noſtri in Gallia edita fuere Pariſijs in folio anno 1623. poſt antiquiorem aliam eiuſdem regni editionem. Item an. 1658. apud Cramoiſium.

Eodem quoque ſtylo edidit *Commentaria in Ieremiam*.

In duodecim Prophetas Minores.

In Quatuor libros Regum.

In Pſalmos.

Super aliquos alios libros Bibliorum.

Contra Hæreſes modernas.

At hæc omnia in ſchedis M. SS. adhuc (ex Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 448.) vel tineas, quod indignum, vel aliorum libros, quod iniuſtum eſt, magno omnium dolore,qui his delectantur litteris, paſcunt. Hæc illa.

Raptus eſt ex hoc ſæculo anno currente 1563. ante impletam Prouincialatus ſuæ Prouinciæ Præfecturam, in qua Ludouico Granatenſi ſummo illi viro, numquam ſine maximo præconio laudis nominando, ſuccenturiatus fuerat prudentiſsimè.

Scripſerunt de illo Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis folio* 114. & 115. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibliothecæ ſanctæ*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol.* 32. Bibliotheca Hiſpana *loco laudato*, Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 59.

VINCENTIVS CAQVETIVS, Siculus natione, S. Th. Magiſter, claritudine ſuæ doctrinæ, vitæque rectitudine celebris, Logicus, & Metaphyſicus ſubtiliſsimus ſcripſit.

De ſuppoſitionibus, & alia.

Inter Religionis noſtræ illuſtres accenſerunt Antonius Luſitanus *in Ordinis Bibliotheca pag.* 267. Plodius *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4.

Anno 1564.

IOANNES à LVDEGNA, Matritenſis anno præcedenti in Sacro Concilio Tridentino habuit *elegantem Orationem, ac grauem de tribus Domini noſtri Ieſu Chriſti*, & eius Sponſæ tentationibus (Prima Dominica Quadrageſimæ) quæ extat in volumine Orationum Tridentinarum 1563. Louanij cuſo. Affuit Concilio pro Epiſcopo Seguntino. Rectitudinis,& doctrinæ gloria floruit. Noſtris vixit gratiſsimus, atque exteris, quibus tandem mærentibus, expirauit.

Edidit quoque *diſputationem de cælibatu ſacerdotum contra Lutheranos*. Patauij anno 1563. in 4.

Eius meminerunt Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 80. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. fol.* 552. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

AEGIDIVS FVSCARARIVS, Bononienſis, in Concilio Tridentino celeberrimus, vir eccleſiaſtica eruditione conſpicuus, ex Prouincia Lombardiæ in S. Dominici patriæ ſuæ Conuentu permagnifico ad Ordinis habitum receptus fuit. In pietate, ac litteris excultus, non modicum in illis excelluit.

luit. Peracto legendi in præcipuis ſuæ prouinciæ ſtudijs munere, varijque Conuentuum præfecturis laudabiliter abſolutis, Cardinalis F. Thomæ Badia Mutinenſis ex Ordine noſtro aſſumpti inſtantia, ad nobiliſsimum S. Palatij Magiſterium à Paulo III. Pontifice Maximo anno 1547. promouetur. Eodem Pontifice Maximo mandante vna cum F. Ioanne de Toleto Cardin. Burgenſ. ex Ordine noſtro aſſumpto exercitia S. Ignatij Loiolæ recognouit, ac ſuo ſuffragio maxima cum laude approbauit. Fuit in omni ſcientiarum genere verſatiſsimus, Iulioque III. charus, à quo die 15. Martij 1550. creatus eſt Epiſcopus Mutinenſis in Lombardia ſub Metropolit. Bononienſi. Montẽ pietatis Mutinæ erigendum curauit, Collegiumque puellarum Epiſcopi (vt vocant) inſtituit, partemque Epiſcopalis Palatij, hortos reſpicientem conſtruxit. Cum Card. Morono calumnijs circumuentus, Adrianam molem Romæ pro carcere habuit: moxque comprobata ſub Pio IV. eius innocentia, crimen, & vincula, publico decreto à Michaele Cardinali Alexãdrino S.R.E. ſummo Inquiſitore hac de re edito, quod Plodius *p. 2. lib. 3. de vir. illuſt.* Ord. refert, diſcuſsit. Concilium Tridentinum, quò quidquid floris chriſtiana habuit Reſpublica conſtat conueniſſe, conuenit. Ibi Area ſcientiarum appellabatur à Patribus, ex quorum mandato ſacras Synodi edidit ſeſſiones, ſeu eiuſdem Concilij acta, quæ manuſcripta extant. Præterea ſermones in eodem Concilio iuſſu Patrum prius recognoſcebat, & cum opus erat, corrigebat. Præcipuis in negotijs ibidem adhibebatur conſultor.

Miſſale Romanum, & Breuiarium corrigendum, caſtigandumque ex Concilij decreto ſuſcepit.

In componendo Catechiſmo Romano cũ Leonardo de Marinis Archiepiſcopo Lancianenſi, ac F. Franciſco Forerio Luſitano, ex Ordine noſtro aſſumptis egregiam nauauit operam.

Fato functus eſt Romæ 1564. die 23. Decembris, & conditus fuit in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam cum hoc elogio.

D. O. M.
Fratri Aegidio Foſcherario Bononien.
Ord. Præd. Epiſcopo Mutinenſi
Religione, innocentia, liberalitate,
Præſtantia, prudentia, ac ſcientia
Diuinarum rerum tanta,
Vt in publico Tridentino Concilio
Patres in eius iudicio conquieſcerent,
Qui Catechiſmo, Miſſali, & Breuiario,
In quibus maximè omnium elaborauit,
Compoſitis,
Romæ obdormiuit in Domino
Anno Domini MDLXIV.
Die XXIII. Menſis Decemb.
Vixit Ann. LVIII.
F. Ferdinandus de S. Ambroſio
Memoriæ tanti viri obſeruantiſſ. fecit
XV. Octob. MDLXVII.

Vghellus *tom. 2. It. ſacra* Plodius *inter Epiſc. Lucar. in Adnot. ad Indicem*, & Fontanà *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 407. num. 2. & p. 2. cap. 5. num. 43.*

At in Epitaphio quod extat in templo S. Petronij Bononienſis variatur ætas: dicitur enim: vixit an. 52. menſ. 10. dies 26.

PETRVS PAVLVS GIANNERINVS, Aretinus, Saxenſis Conuentus Romanæ Prouinciæ filius pluriũ Conuentuum in ſua Prouincia rexit habenas. Cum autem magnus Theologus eſſet, in Generali ſtudio eiuſdem Prouinciæ, Peruſiæ Auguſtæ pluribus annis Regens, cum ſua non vulgari laude docuit. Deinde Prior Prouincialis electus à Patribus, in eo regimine ad regularis obſeruantiæ, ſtudiorumque promotionem totus incumbens, maximum Ordini noſtro attulit ornamentum. Anno 1553. à Iulio III. Magiſter Sacri Palatij in locum Hieronymi de Muzzarellis creatur. Annos vndecim in hoc magiſterio vixit, interfuit Theologus Synodo Tridentinæ, compleuitque in ſenectute bona, viam vniuerſæ carnis ingreſſus an. 1564. dies ſuos. Scripſit:

Super libros Phyſicorum, & ſuper Animam.
Super Metaphyſicam Ariſtotelis.
De Cælo, & Mundo.
De Generatione, & Corruptione.

Tt Poli-

Politicam, Ethicam, & Oeconomiam. Item in 4. libros ſententiarum, & alia. Monumenta Conuentus Saxenſis, Plodius *part.* 2. *lib.* 4. Lucarinus, Fontana *in Theatro p.* 2. *cap.* 5. *num.* 45. *& de Rom. Prou. cap.* 6. Luſitanus *in Bibl.* Seraphinus Razius, Ambroſius Gozzeus, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Anno 1565.

DOMINICVS CATTALCA, ſeu Catalius Brixienſis, de Vico, celebris Prædicator, qui viuebat hoc anno, Scripſit:

Quadrageſimale.

Sermones de Tempore, & de Sanctis.

Librum, cui titulus; ſpeculum Crucis.

Luſitanus *in Bibl. pag.* 73. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tom.* 1. *Apparatus ſacri.*

IOANNES Ocham S. Theologiæ Mag. ſcholaſticus, & poeta eximius *Verſibus per modum concluſionum vniuerſam Summam* noſtri Doctoris Angelici illuſtrauit.

Ambr. Gozzeus, Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4.

PETRVS IBAÑEZ, ſeu Petrus Bannes, S. Gregorij Vallis-Oletanæ alumnus, Regens Rector, & à confeſſionibus Sanctiſſimæ Matris Thereſiæ. Petri per vniuerſam Hiſpaniam crebeſcente fama virtutum, eum in pietatis negotijs illuſtriores viri per litteras conſulebant. Vitam ex varroniano conſilio legendo, ac ſcribendo procudens, reliquit nobis Aſcetica, ſcribens:

Tractatum doctiſſimum in vndecim Capitula de Regulis ad ſpiritus diſcernendos digeſtum. Seruatur in monaſterio Carmelitarum diſcalceatarum S. Ioſephi Abulenſis. Ita referunt Epiſcopus Taraſonenſis in Proemio vitæ S. Thereſiæ. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Meminit Petri Bañez Vox Turturis Grauinæ *p.* 2. *cap.* 23. *pag.* 169. *&* 170. his verbis. *Noſter P. F. Petrus Bannes cum peritia litterarum ſanctitatem adiungens, & cum aſpera pœnitentia ſpiritum orationis indefeſſum, qui Sanctam Matrem Tereſiam de Ieſu à principio inſtruxit ad maximum perfectionis gradū adducendo, illique ſuadendo, vt diſcalceatorum Carmelitarum recollectionem, opus inſigne, intrepidè aggrederetur. Vnde & Beata Virgo Tereſia refert in præmium tanti Conciliȷ Reginam cælorum vidiſſe candido veſtimento illum induiſſe, & eius animam eidem Virgini rectà abſque repurgante igne in Cælum euolaſſe, viſam eſſe teſtata eſt.* Hactenus. Obijt Petrus hoc anno 1565.

NICOLAVS STRATTA, Italus, patria Taurinenſis, Sereniſſimo Sabaudiæ Duci Emmanueli Philiberto à cōfeſſionibus, vir eruditione clarus, & deuotione erga Beatiſſimam Virginem Deiparam conſpicuus, idiomate italico publicauit.

De Roſario Beatiſſimæ Virginis librū vnum. Quem Taurini excuſum circa annum domini 1565. teſtatur Franciſcus Auguſtus Epiſcopus Salutienſis *in Catalogo Scriptorum Pedemontanorum.*

Viuebat adhuc anno ſaluriferi partus 1580. ex Alphonſo Fernandez *in Concertatione Præd.*

BENEDICTVS MARABOTTI à Monte Regali Pedemontanus Theologus, & Orator inſignis in publicum protulit.

Dialogum inter Chriſtum, & S. Catharinam Seneuſem. Habetur in libro Lombardelli *cap.* 27. pro defenſione ſtigmatum eiuſdem Sanctiſſimæ Virginis.

Edidit quoque orationes diuerſas.

Gregorius Lombardellus *in Summario &c.* Ambroſius Gozzeus, Plod. *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4.

DOMINICVS de MENDOZA, & Loaiſa, Hiſpanus, nobiliſſimus ſanguine, ac virtutibus, fuit frater natu maior Garſiæ Loaiſæ etiam noſtræ Religionis, Archiepiſcopi Hiſpalenſis, Sacræque Eccleſiæ Romanæ Cardinalis. Sicut & ipſe Garſias, Talauerenſis natalibus extitit, ex Salmantino Conuentu. Ludouicus Paramus *lib.* 2. de Origine S. Inquiſitionis *cap.* 2. laudat eius Tractatum.

De Sancto Officio Inquiſitionis, eiuſque vtilitate.

Item edidit *quam plurima Theologica multa doctrina referta:* Horum tamen præ-

prænotationes non afferunt Chronicon cuiuſdam Patris noſtri Anonymi Prouinciæ Bęticæ, neque Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſt. Ord. p. 2. lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice prima ad tom.* 1. *Apparatus ſacri*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 254. *col.* 2.

Hic Dominicus Primus Auctor fuit primæ miſſionis ad Indos Occidentales, ad quos transfretauit.

Contexuit quoque *Metricam Epitomẽ Summæ S. Thomæ*.

Lege Remeſal *lib.* 1. *cap.* 8. *lib.* 4. *cap.* 7. *&* 8. Fernandez *in Catalogo*, Hyacinthum de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. M S*.

IOANNES OCHOA, natione Hiſpanus, vir doctiſſimus, S. Th. Magiſter, in Collegio S. Thomæ Hiſpalenſi ſtudiorum Præfectus. In eadem ciuitate deinde alterum Collegium, cui à Monte Sion indidit nomen, fundauit. Non ſolum litteris, ſed etiam clarus fuit ſuo tempore pietate. Aegidium, & Conſtantinum Fontanum Eccleſiæ Apoſtatas virus ſuum clam, & ſubdolè apud Hiſpalim diffundentes, deprehendit: illos apud Iudices rerum Fidei poſtulauit violatæ religionis. Quare damnati fuere igne. Scripſit:

Omnes primarias concluſiones omnium & ſingulorum articulorum partium D. Thomæ, additionumque in carmen redactas, quo facilius memoriæ mandari poſſint, Romæ anno 1565. in 8.

Eius meminit Bibliotecha Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 574. *col.* 2.

Anno 1566.

IOANNES ENTENIVS, ſiue Hentenius, Belga, Nechlinienſis (non Mechlinienſis, vt quidam ſcribunt; patria enim illi fuit Nechlinia, ſiue Nalina, diœceſis Leodicenſis vicus, prope Tudinum) primùm in Luſitania Hieronymianus, deinde noſtri Ordinis. Dedit nomen noſtræ Religioni Louanij, cum eſſet Licentiatus in Sacra Theologia. Doctor Theologus anno 1551. fuerat renunciatus ibidem. Profeſſus igitur vota, inſtituta, ac mores Ordinis ex animo complexus, ad vnguem illa ſemper conatus eſt obſeruare. Doctiſsimus euaſit ex docto, ingenio peracuto, Religioſiſsimus amator communitatis. Rexit quandoque ſtudium Louanienſe, & factus ab illa Vniuerſitate quorundam librorum Cenſor, notauit, & recollegit.

Omnes errores ſparſos in libris perfidi Eraſmi.

Biblia ſacra iuſſu Imperatoris Caroli Quinti cum M. SS. codicibus contulit, & ex fontibus Græcis, atque Hebrais reſtituit, quæ Louanienſia hodie appellantur.

Expurgauit Biblia magna Roberti Stephani.

E Græco, qua lingua in primis excelluit, tranſtulit in latinum Euthymium Zigabenum ſuper quatuor Euangeliſtas.

Subiecit eidem Refutationem libelli de legali Chriſti ſacerdotio: Louanij 1543. Pariſijs, & alibi editam.

Latinum inſuper reddidit Oecumenium in Acta Apoſtolorum, Diuum Paulum, & Epiſtolas Canonicas. Louanij in folio, & Pariſijs in 8. euulgatum.

Aretham item in Apocalypſin 1543. Antuerpiæ diuulgauit.

Huic adiecit, à ſe primò erutum Remigium Antiſiodorenſem Epiſcopum in XII. *Prophetas minores*.

Traduxit ex Hiſpano in Latinũ multa Opuſcula:

Præterea Alphonſi Matritenſis pium libellum.

De vera Deo inſeruiendi methodo, ex Hiſpanico Latinum fecit. Titulus eſt: *Ars ſeruiendi Deo*. Cui acceſsit *Speculum illuſtrium perſonarum*. Louanij apud Petrum Zangrium anno 1577.

Publici etiam fecit iuris Commentaria in Geneſim.

Item in Eccleſiaſten.

In Acta Apoſtolorum.

In Quatuor Euangeliſtas. Louanij ex Officina Rutgeri Reſchij anno 1544.

In Epiſtolas D. Pauli.

Breuem commentarium ſuper Apocalypſim, quem prænotauit, *Iudicium de Apocalypſi, & Antichriſto*, in quo beſtiam illam *cap.* 13. deſcriptam deſignare ait Mahumetem falsum Turcarum prophetam. Louanij apud noſtros m.ss. aſſeruantur.

Exceſsit è viuis ibidem anno Domini 1566. Aetatis 67. continuis confectus doloribus Calculi, eiuſque funus lacrymas ex tota Germania inferiori excuſsit.

Eius meminerunt cum laude Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. Ord. part. 2. lib.* 4. Miræus *de Scriptoribus ſæculi XVI. cap.* 86. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 204.

Alphonſus Matritenſis Minorita, ediderat vernacula lingua quoſdam libellos pietatem Chriſtianam ſpirantes, inter quos.

Arte para ſeruir à Dios. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in 4. & Burgis 1530. in 16. cum hoc aureum planè Opuſculum minus emendato dicendi genere legentium aures offenderet, illud Ambroſius Morales Cordubenſis reformauit,& typis commiſit Matriti anno 1598. Hoc Ioannes noſter Entenius vertit latinè, eiuſque verſio prodijt Louanij 1576. in 16. Itemque Ingolſtadij apud Sartorium 1578.

Idem Opuſculū deinde prodijt Italicè apud Paulinum an. 1604. Gallicè apud Guidonem Boudouile Toloſanū Typographum 1555. in 16. & Germanicè à Iacobo Farcin Gallo-Brabanto Franciſcano.

Alphonſus Matritenſis etiam ediderat.

Eſpejo de Iluſtres Perſonas. Burgis 1541. in 12.

Et hic libellus verſus eſt in Latinum à noſtro Ioanne Hentennio, & ſimul cum libello de Arte rectè inſeruiendi Deo lucem aſpexit.

ZACHARIAS FLORENTINVS, vir doctus, traduxit è latino in linguā Italicam.

Vniuerſum teſtamentum nouum. Fuit iterum excuſum Florentiæ 1566. Michael Poccianti us, Plodius *in Appendice*.

In hoc viro ad ſingularem doctrinā acceſsit facundia ſumma, & magna vitæ integritas. Quo anno conceſſerit fatis, non lego.

BERNARDVS COMENSIS, ſiue NouiComenſis Lombardus, vigilantiſſimus Inquiſitor, ac clariſſimus tum morum grauitate, tum peritia litterarum; Catholicus, vt obſiſteret Acatholicis, & Hortodoxam fidem ab Heterodoxis protegeret, edidit librum prænotatum:

Lucernam Inquiſitorum. Mediolani 1566.

Antonius Luſit. *in Bibl.* Ambr. Gezzeus, Plodius *de viris ill. part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

DOMINICVS SERGENT Gallus, Magiſter doctiſſimus, filius conuentus Lauallenſis, Regens in ſtudio Pariſienſi & Prior anno 1544. ibidem. Cardinali Armeniaco, & D. Eliſabethæ Auſtriacæ Gallorū Reginæ à concione, ac ſacris confeſſionibus, hoſtis hæreticorum perpetuus edidit Gallicè luculentum. *Volumen in hæreticos de non reiterando baptiſmate, ac de illius caremonys*, & de earum vtilitate. Auenione 1566.

Luſit. *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice prima ad tom.* 1. *Apparatus ſacri*.

DOMINICVS CALECA Hiſpanus, Conuentus Salmantini, Alijs à Celeria præter vtramque ſcholaſticam, phyſicam, & diuinam, profitebatur Aſcetica. Inſuper erat aſſiduus in lectione Scripturæ, quam vt perfectius caperet peraſſiduè Patres peruolutabat. Scripſit:

In Pſalmum 50. *Miſerere mei feliciſſima commentaria*.

Viuebat hoc anno 1566.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tomum primum Apparatus ſacri*.

Hic, quem Antonius Poſſeuinus appellat Caleca, rectius dicitur de Celaya, & ſcripſit non ſolùm ſuper Pſalmum Miſerere: ſed ſuper VII. *Pſalmos Pænitentiales*. Ita Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1 *fol.* 253. *col.* 2.

THOMAS STELLA Venetus (vt teſtantur Vghellus, & Fontana) vir longe doctiſſimus, probatiſſimiſque moribus dotatus, fuit celeberrimus concionator. Paulus Papa III. die 9. Martij in conciſtorio referente Card. Tranen. diſſoluit vnionem Salpenſis Eccleſiæ à Martino V. factam cum Eccleſia

cleſia Tranenſi. Salpenſem ad vitam P. F. Thomæ Stellæ Veneto contulit, ita vt eo decedente, vnio prædicta eo ipſo in priſtinum ſtatum rediret. Præfuit Stella huic Eccleſiæ vſque ad annum 1547. quo translatus eſt ad Eccleſiam Lauellinam in Apulia ſub Barenſi Metropolit. die 15. Martij 1547. à Paulo III. Cumque Eccleſiam hanc annis duobus peregregiè rexiſſet, ad Iuſtinopolitanam,ſiue caput Iſtriæ ſub Patriarchali Aquileien. ab eodem Pōtifice Maximo translatus fuit an. 1549. Alij dicunt die 5. Maij an. 1550. à Iulio III. In hac regenda Eccleſia, quod optabat Pontifex Maximus, præſtitit. Siquidem hæreſim ab anteceſſore ſuo Vergerio diſſeminatam è ſua eliminauit Eccleſia, oueſquè ſibi creditas inſra veræ fidei, ac pietatis ſepta, cancelloſque continuit, & aſſiduis exhortationibus per mandatorum Dei viam direxit, necnon clerum legibus ſalutaribus fortiſſimè communiuit. Tridentino Concilio interfuit,& in ſeſſione 6. habita die Iouis 15. Octobris 1546. orauit.Erat tunc Salpenſis Epiſcopus. Ex Actis conſiſt. eiuſdem Pontificis, ex Vghello *tom. 7. Italiæ ſacra*, Spondano *in Annal. eccleſ. an.* 1547. *num.* 1. & Fontana *in Theatro*.

Scripſit de Charitate Chriſti.

Item aliquas Orationes.

Quieuit in Domino Spalatri hoc anno 1566. Vide 1544.

Sanſouinus in Venetijs, Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 4. Razzius, Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Appar. ſacri fol.* 311. in calce.

Romæ in Eccleſia S.Mariæ ſuperMineruā an.1554. Sanctiſſimi Sacramenti ſodalitatem in memoriā tanti beneficij erexit.Vox Turturis Grauinæ *p.*2.*c.*23.

IO: BRABANTINVS, doctrina ſua clariſſimus, & fidei zelo. Debaccante per Germaniam, Flandriam, Iberniam,Angliam,Galliam,& conuicinia loca hæretica prauitate ſcripſit.

Contra Lutherum.

His annis æquali menſura copioſiſſimè noſtri pro fide atramentum fundebant, & ſanguinem. Anno enim ſequenti Renatus Priuetus Magiſter ab Hugonotis ferreis forcipibus toto pectore dilaniatus, & è ſublimi præcipitatus, tandem ſulphurea glande occiditur. Ioannes Malchauſerius Prior Conuentus Toloſanus globulo pariter plumbeo proſtratus interijt. Similiter Michael Sarberius Prior Matiſconenſis poſt præcipitium ſtrangulatur, & Ioannes Nouitius ictu alabardæ occubuit.Ioannes BoleConuentus Engoliſmenſis cum altero Patre ab Hæreticis pariter occiſus eſt. Petrus Guillotus Magiſter, Prior Conuentus Caſtrenſis, pugione traſfoſſus præcipitatur in flumen. In cuius palma eius hoſtes obſeruarunt eſſe deſcriptum fidei ſymbolum: *Credo in Deum*. Et alij plurimi, quos legere poteris apud Grauinam *Vox Turturis p.* 2. *cap.* 23. *fol.* 182. 183. & ſequentibus. Cumque horum perirent corpora, peribant etiam libri & Bibliothecæ, quæ apparauerant tot vigilijs, & ſudoribus in hæreticos.

THOMAS ACHAVEVS, Luſitano à Clauibus, nobis verò à Chaues. Lege anno 1559. Vnus eſt enim, & non ab illo diuerſus.

Anno 1567.

IOANNES ORTEGA, Hiſpanus, Prouinciæ Aragonenſis,Mathematicarum ſatis peritus. Scripſit vernacula lingua.

Tratado ſutiliſſimo de Aritmetica.

At quoniam facillimè in numeros illabuntur errores, & menda, poſt varias libri huius editiones, opus fuit Tractatui, vt emendaretur, cenſore. Prodierat primùm è ſuo Authore purgatus Hiſpali apud Ioannem Cromberger 1537. in 4. Recuſus deinde vndique mendis ſcatebat. Quare caſtigatus cenſoria virga vidit lucem tandem ſub hoc titulo:

Tratado ſutiliſſimo de Arithmetica de nueuo enmendado por Iuan. Lagarto, y antes por Gonzalo de Buſto. Granatæ 1563. in 4.

Floruit Ortega anno 1567.

Ita Ioannes Marieta, eiuſque meminit Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *fol.* 575. *col.* 1.

Alter eſt noſter à Ioanne Ortega ex Oppido Albanchez.

IO-

IOANNES CHARON, natione (vt creditur) Germanus, S. Theologiæ Doctor eruditus, claruit pietate in primis, & maximè in Deiparam. Ex tot operoſis diligentiſsimi viri lucubrationibus, & vigilijs inter voracitatem luſtrorum, militares iniurias, & incendia ſtat ſuperſtes in tuto.

De ſacro Beatiſſimæ Virginis Roſario liber vnus.

Ita refert Coluenerius in Calendario Mariano ſub die 2. Iulij.

Cætera cum tempore, quo claruerit, latent.

THOMAS BAFARVLL, natione Hiſpanus, in noſtra Religione, quam amplexatus fuerat, Præſentatus, & in cœnobio ſanctæ Catharinæ Martyris Virginis Barcinonenſi alumnus, lingua Hiſpanica publicauit.

Nueuas Indias del Roſario.

Eius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. in Appendice fol. 335. col. 2.* Hyacinthus de Parra *de Scriptoribus Ordinis M. S.* tempus autem, quo vixerit, non recenſent.

IOANNES MARIA Capalla, Salutienſis Pedemontanus, Prouinciæ Lombardiæ, & Bononienſis ſtudij aliquando Regens, & in dicto Cœnobio Prior, Inquiſitor Cremonenſis, & Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ, pater lenis, humanus, miſericors, inopum amator, & vir multarum partium, S. Th. Magiſter, Theologica eruditione clariſsimus, & in ſacrarum paginarũ cognitione ſatis verſatus, ſcripſit Italicè.

Flammam innoxiam, ſeu conſiderationes ſuper miraculum Imaginis B. Virginis Mariæ, de Igne nuncupata, quod Fauentiæ accidit anno 1567.

Item *Narrationem miraculorum eiuſdem Imaginis.* Bononiæ 1609.

Item magnum volumen de Cœna Domini. Venetijs 1604. apud Baretium Baretio.

Arcam ſalutis in Paſſionem. in folio.

Bononia ad Deum abijt anno Domini 1596. die 2. Nouembris.

Michael Plodius *lib. 4. de viris ill. Ord. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mar.* Ambroſius Gozzeus, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol. 217.*

BARTHOLOMAEVS FVMVS Villaurenſis Placentinus, hereticæ prauitatis Inquiſitor, religioſus exactiſſimæ obſeruantiæ; vtriuſque iuris doctiſsimus, inſignis Theologus, & ſuper omnia clarus, ac breuis, Scripſit.

Auream Armillam, ſiue Summam caſuum conſcientiæ. Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ 1567. & 1578. Lugduni, & Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1590. & alibi ſæpè. In dictæ Summæ præfatione dicit ſe anteà publicaſſe *Philotheam immortalis animi dignitatem.*

Præterea librum plurimum carminum

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol.* 183. *circa finem*, Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 56.*

THOMAS NERI Florentinus ſacrarum litterarum peritus, ac pius: euulgauit.

Apologiam in defenſionem doctrinæ noſtri pijſſimi Sauanarolæ.

Obijt Peruſij anno labente 1567.

Antonius Poſſeuinus *in Appar.* Michael Poccian. Sixtus *Bibl.* Plodius *de vir. illuſt. part. 2. lib.* 4. Fontana *de Rom. Prou. cap. 6.*

PETRVS FRATINVS, Florentinus, vir fuit doctus, & vitæ integritate inſignis. In ſua Prouincia varijs in Cœnobijs noſtris ſodalibus humanas, & ſacras tradidit litteras. Rethoricis, & alijs humanioribus artibus multum excelluit.

Scripſit eruditam Epiſtolam in veſtibulo operum P. F. Iacobi Naclanti Epiſcopi Glugienſis.

Item alia multa. Lucarinus, Fontana, Viuebat hoc anno 1567.

ROMERVS de SABRVGERA Hiſpanus, & (vt creditur) Catalanus, vir liberalium artium diſciplinis, pietate, animique moderatione pluribus anteferendus, ſuæ gentis cupidus adiuuandæ, laudabilem ſuſcepit prouinciam, & Bibliorum.

Edidit *Verſionem in Catalanum Idioma.*

Seruatur in Bibliotheca regia Eſcurialenſi cum hoc titulo:

Bi-

Biblia en Catalan en copla, y el Pſalterio traducido en Catalan, por Fray Romero Sabragerà de la Orden de Santo Domingo.

Charta, qua continetur hoc opus, eſt Pergamena, formaque characterũ non eſt multum antiqua.

De eo Catalogus librorum dictæ Regiæ Bibliothecæ, Bibliotheca Hiſpana *part. 2. fol.* 219. *col.* 2 *in fine &* 220. *col.* 1. Hyacinthus de Parra *in Catalogo Script. Ord.*

Anno 1568.

PETRVS DIVOLVS, Gallus, Antiſiodorenſis, Doctor Pariſinus, longè eruditus, qui Polemica ſcripta aduerſus Hæreticos edidit, vir tam zelo animarum, quàm probatiſſima vita, & grauitate doctrinæ clariſſimus fuit. Laudabiliter ſuæ Prouinciæ Franciæ egit Prouincialem. Cum Prædicator eò fructuoſior, quò facundior eſſet, compoſuit.

Sermones de Tempore, ac de Sanctis.

Se opponens pectore ferreo, imò adamantino hæreticis,

Librum contra hæreſes, quæ germinabant in Gallia ſuo tempore diuulgauit.

Scripſit etiam Quadrageſimale.

Conciones editæ fuerunt Pariſijs typis Nicolai Cheſnau.

Pariſijs denatus eſt anno noſtræ ſalutis 1568. Pieque ſepultus fuit de more in noſtro Choro.

Ita Alphonſus Fernandez *in Concertatione Præd.* Antonius Senenſis *in Biblioth. Ordinis pag.* 203. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

BENEDICTVS FERNANDEZ, Cœnobij Salmanticenſis, virtute, ac pietate ſingulari incubuit litteris: ob id omnes quid eximium præſagiebant de illo. Imbutus ſtudijs Theologicis, initiatuſque lectoratu, in concionibus habendis ad populum, atque in accerſiendis ad Orthodoxam fidem gentes ſatis emicuit. Quod vt facilius ageret, cum eſſet Vicarius Prouinciæ in Noua Hiſpania idiomate Mexicano compoſuit.

Doctrinam Chriſtianã. Mexici 1568. in 4.

Tranſtulit quoque in eandem linguam *Epiſtolas, & Euangelia.*

Ita Padilla *lib.* 2. *Hiſtoriæ Mexicanæ cap.* 37. *&* 93. Fernandez *lib.* 1. *Hiſtoria Eccleſiaſticæ cap.* 31. Antonius Leonius *in Bibl. Indica*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 1. *fol.* 164. *colum.* 2. *poſt medium*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. M.S.*

Alter eſt noſter hic à Benedicto Fernandez, Luſitano, Borbenſe Societatis Ieſu, qui edidit Commentaria in Geneſim, & in Lucam.

CLAVDIVS SPINAEVS, cuius meminerunt Philippus Labbe de Scriptoribus Eccleſiaſt. ad Bellarminum pag. 338. Antonius Poſſeuinus, *in Apparatu Sacro*, vir non vulgariter doctus ſacras litteras docuit multis annis, & cum laude, ac diſcipulorum profectu. Illuſtrauit Religionem doctrina. At non minus emicuit probitate vitæ. In conuerſatione grauis, minimè tamen ſuperbus. Tenax recti, ac iuſti: noſtrarum Conſtitutionum rigidus obſeruator. Edidit.

Epitome in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi. Pariſijs apud Ioannem Foucherium anno 1551.

Poſteris reliquit alia plura.

Anno 1569.

CAMILLVS CAMPEGIVS, Gallus Ciſalpinus, patria Papienſis, ſiue (quod idem eſt) Ticinenſis, de quo anno 1544. inter Theologos *nu.* 3. ſcripſit.

Additiones ad Tractatum Vgolini Zanchini Ariminenſis de Hæreticis. Opus vtiliſſimum Inquiſitoribus. Romæ.

Item *Indicem ad Priuilegia Cruciſignatorum.*

Anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo in Synodo Oecumenica Tridentina orationem, ſiue concionem latinam habuit coram Patribus, quæ vnà cum alijs inibi recitatis, typiſque anno 1567. Louanij in folio traditis, legitur.

Ita Index Concilij Tridentini, Antonius Luſitanus *in Bibl. pag.* 59. Cyprianus Vbertinus *in Opere de Cruce*, Plodius *de Viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Anto-

tonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 75.

SPIRITVS ROTERVS, Aquis Sextijs natus, vir doctiſſimus, à pietate, à morum ſuauitate, ab ardenti fidei zelo laudandus, Anno 1553. deligitur Cenſor Fidei Toloſanus. Viriliter demandatum ſibi onus in perturbationibus Toloſanæ ciuitati ab hæreticis illatis ſuſtinuit. Poſt conciones, quas fructuoſiſſimè per quinquaginta annos habuit ad hæreticos compeſcendos, & Orthodoxos conſolidandos in fide, voce defectus plures doctos, eruditoſque elegantiſſimo ſtylo compoſuit libros. Edidit inter Cetera.

Libros duos Toloſæ in 4. aduerſus eos, qui futura ex aſtris prædicunt.

In tam breuibus eius Opuſculis variam omnigenæ doctrinæ vim, vtriuſque iuris, ſacræ Theologiæ, auctoritatum veterum, & recentium omnium notitiam admiraberis. Huius Libelli planè paucis noti ſunt, licet notitia, & lectione digniſſimi.

Recenſuit eum Miræus *inter Scriptores ſæculi 16. cap. 68. circà finem*. Quo anno deceſſerit ſæculi, non notauit.

MARCVS PLAGENSIS de Caſtromaris de Stabia in Picentinis nobili loco natus, filius Conuentus S. Dominici de Neapoli, Fundator Cænobij Sanctæ Crucis de Caſtro Maris patriæ ſuæ, vir tam in ſpeculatiua Theologia, quàm etiam in practica reſolutus, & clarus, in ſacris Scripturis egregiè exercitatus. Prior fuit prouincialis ſuæ Prouinciæ Regni: aliquando ſtudij noſtri Sancti Dominici digniſſimus Regens, necnon publicus lector S. Theologiæ in Neapolitana Vniuerſitate. Legit magno cum fructu plures annos ſcientias Patribus Theatinis. Vita tandem, moribus, & ſcientia celeberrimus. multa doctiſſima tum in Theologia, tum in Philoſophia opera edidit, quæ morte præuentus non potuit typis mandare. In Collegio Theologorum Neapoli Decani munere functus eſt, egitque Priorem in Conuentu S. Petri Martyris Neapolitano. Anno 1559. F. Marcum Maphæum de Marthiniſio, qui cum ſanctitatis opinione in Conuentu Sanctæ Mariæ Sanitatis de Neapoli, Cōgregationis Reformatæ die 15. Martij an. 1615. extremum obijt diem, recepit ad habitum. Exuuias depoſuit mortales Plagenſis Anno Domini 1569.

Scripturæ Regij Conuentus S. Dominici de Neapoli, Vallus *in Compendio part. 5.*

GASPAR de CRVCE, Luſitanus patria Cetrobicenſis, e Conuentu de Citaro, in India, Perſia, Camboja Sinarumque regno diutiùs habitauit. A Sebaſtiano Rege Luſitano Malacæ vrbis electus fuit Epiſcopus. Peſte infectus, in quam ex miniſterio præſtito ijs, qui contraxerant epidemiam, anno 1569. obijt diem ſuum in patria. Factus eſt ergo ex Præſule, pro ciuibus ſuis victima charitatis.

Luce donans Regi Sebaſtiano dicauit.

Tratado em que ſe contam muito per eſtenſo as couſas da China com ſuas particularidades, aſſi do Reino de Ormus, Eboræ 1569. in 4.

Caſtellanam reperiri editionem huius libri formis Hiſpalenſibus referunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 401. *colum.* 1. Hyacinthus de Parra, & alij.

Gaſparis meminerunt Thomas Maluenda *lib. 4. de Antichriſto cap. 15. &* 16. Ioannes Gozales de Mendoza *lib.* 2. *Hiſtoria Sinenſis cap.* 1. & 3. Alphonſus Fernandez *in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſui temporis lib.* 2. *cap.* 3. Ioannes de Sanctis *in Aethopia Orientali part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. Hyacintus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis manuſcripto*. Gregorius Garcia *de Prædicatione Euāgelica fol.* 154. *lib.* 4. *cap.* 1. Hieronymus Grauanus Carmelita *in Stimulo Propagationis fidei folio* 255. & alij.

His primus Vexillum Crucis in amplo Imperio Sinarum erexit.

BOLVS SABAVDI Camberiacenſis ex Gallia, vir doctiſsimus, magnus Heterodoxorū impugnator plura ſcripſit in Lutheranos, & Caluiniſtas.

Varia eſſent hic opera recenſenda; ſed trucidatis Authoribus ab Hæreticis, diſcerpta ſunt volumina, & combuſta. Franciſcus Picarſius in Rupelenſi Cœnobio duobus alijs adiunctis

Fra-

Fratribus in mare demerſus eſt. In eodem Conuentu Sebaſtianus Meunδi Prædicator cum P. F. Ioanne de Tirauilla ab Hæreticis laqueo ſuſpenſi. Alius item frater ſacerdos ibidem capite obtruncatur, quod tamquam trophæum manibus geſtare voleus impius ſpeculator morte perijt repentina. Ibidem P. F. Ioannes Carrera gladijs tráſuerberatur. Similiter eiuſdem Conuentus tres alii fratres laqueo necati ſunt. Iacobus S. Theologiæ Magiſter, effoſſis ei oculis primùm, deinde virilibus abſciſſis, demum percutitur gladio, & interiit. Item P. F. Ioannes Tortu ſagittis confoſſus eſt ab eiſdem. Alii ſimiliter in Conuentu Athouarenſi, & Picardia, & Normandia. In Prouincia Prouinciæ P. F. Nicolaus Sauxatus Neumaſenſis, P. F. Antonius Vrſus, P. F. Ioannes Miraballus, P. F. Apollinaris Viennenſis, & P. F. Ioannes Chabaſus Conuentus Diomenſis ab Acatholicis ſub hos annos occiſi ſunt, copioſiſſima, & doctiſſima eorum volumina tradita pariter igni, funditus adhuc & ipſæ Bibliothecæ euerſæ. De quibus conſulenda ſunt Hiſtoriæ, & Annales.

SIXTVS vel XYSTVS SENENSIS, Italus, ex patria ſui cognominis oriundus, natus eſt ex patre hebræo, deinde factus eſt Chriſtianus. Pluries relapſus deinde in hæreſim, à Sacro Inquiſitionis tribunali damnatus fuit ad ignem. At Pius V. (cum eſſet in minoribus) prophetico ſpiritu præuidens Sixtum eruditione ſumma pluribus profuturum, veniam ei, ne capitis à Pontifice Max. damnaretur, impetrauit. Sixtum igitur ſic abſolutum ad veram fidem reduxit. Prophetiæ ſucceſſit euentus: namque deinde Ordinem noſtrum profeſſus, diſputationibus, concionibus eruditis, & pijs, doctiſſimiſque libris Eccleſiam Dei nobilitet illuſtrauit. Fuit enim (præter ſingularem in ſcholaſtica Theologia, in ſacris voluminibus, & in lectione Patrum eruditionem) diuini verbi ſynceriſſimus prædicator. Beatiſſimo Pio V. Pontifici Maximo, ob varias diſciplinas, & linguas, Latinam, Græcam, Hebraicam, vnà cum zelo Diuini cultus coniunctas chariſſimus. Ob celebrẽ ſui nominis memoriam inſcribendam noſtrę Bibliothecæ, per illuſtria monumenta Priſcorum æternitati conſignans, reliquit:

Bibliothecam ſanctam in tomos duos diuiſam. Ad ſanctiſſimũ Pium V. Pontificem Opt. Maximum. Venetijs, apud Franciſcum Franciſcium Senenſem, 1566. in folio. Quo anno ætatis ſuæ annum agebat quadrageſimum ſextũ. Deinde Lugduni, Francofurti, & alibi ſæpius recuſos.

Tomus primus in 4. libros diuiditur.

Secundus verò in libros octo.

Item librum de vſu Concordantiarum ſacrorum librorum.

In varios diuinæ Scripturæ locos Aſtronomicarum quæſtionum librum alium.

In varios diuinæ Scripturæ locos Geographicarum quæſtionum librum vnum.

In varios Diuinæ Scripturæ locos Phyſicarum quæſtionum alium librum.

In aliquos locos Scripturæ librum vnũ.

In varios Diuinæ Scripturæ locos quæſtiones, ſiue Epiſtolas Problematicas.

In alios locos Scripturæ alium librum.

Sex homilias in Primum Pſalmum.

In Pſalmum Quinquageſimum Genuæ in concionibus explicatum viginti Homilias.

In tria prima Capita Iobi Homilias ſex.

Quatuor tomos homiliarũ ſuper Euangelia Qadrageſimæ quatuor annis Genuæ concione enarrata.

Sex tomos homiliarum in Pentecoſten, & Aduentum.

Hoc eſt, in ſingulos annos tomos ſingulos, ſex annis Genuæ pro concione ab Auctore enarratos.

Librum vnum, cui titulus *Sophias Monoteſſaron*; hoc eſt, Sapientiæ vnius ex quatuor.

In quatuor Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, Sapientiæ, Eccleſiaſtici libros.

In Epiſtolam ad Romanos. Ad Ioan. Baptiſtam titulo S. Clementis.

In eandem Epiſtolam quæſtiones ſcholaſticas.

Homilias octo in Hexaemeron.

Ita ipſemet in Bibl. Sancta, Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus fol.* 226. & alij infra citandi.

Et quàmuis totus eſſet in libris cõponendis; nihilominus numquam à prædicatione diuini verbi, in qua celeberrimus erat, deſiſtebat.

Mortales artus pius Pater anno ſalutis 1569. ætatis ſuæ 59. Genuæ in Conuentu S. Mariæ de Caſtello, cuius erat filius, poſuit.

Eius cum ſummis laudibus meminerunt Luſitanus in Bibliotheca Ordinis, Seraphinus Razius, Alphonſus Fernandez *in Concertatione Præd.* Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib.* 4. Fontana *de Romana Prou. cap. 6.* Antonius Poſſeuinus vbi ſupra, Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 88. & alij plures.

Sixtum Pius V. Pontifex Maximus ante Pontificatum Chriſto lucrifecit (vt ipſemet in ſua epiſtola dedicatoria candidè fatetur) *Me*, inquit, *tu olim ab inferis reuocatum, & errorum tenebris erutum ſinceræ veritatis lumine illuſtraſti, & ad ſublimioris diſciplinæ obſeruantiam perductũ habitu ſanctæ profeſſionis tuæ, tuis ipſe veſtibus, tuis ipſe manibus induiſti, & in filium tuo renatum ſpiritu adoptaſti.*

ADNOTANDA IN LIBRIS SIXTI SENENSIS.

Loquens Sixtus de Acacio, eum, dicit, ex Catalogo Hieronymi in tantùm ſub Conſtantio Imperatore claruiſſe, vt in Liberij locum Romæ Felicem Arianum Epiſcopum conſtitueret.

Martinus Lypſius *in Codicibus ſuis m. ſ.* dudum eſt, cum adnotauit (vt neque in Sophronio Græco) hanc vocem *Arianum* non haberi.

Conſentiunt codices Sigeberti Gemblacenſis, & Viridis vallis, ſicut teſtatur Suffridus Petrus: ac præter alios Bellarminus Cardinalis libro quarto de Pontifice Maximo, & noſter Pater Grauina euincunt Felicem II. ſummum Pontificem nequaquam Arianum fuiſſe: eam verò vocem Arianam, quæ apud Miræum *de Scriptoribus Eccleſ.* in textu Hieronymi non habetur, improbe ab aliquo in Hieronymi contextũ fuiſſe inſertam. Reuera Liberio Papa ab Arianis in exilium pulſo, Felix II. ſubrogatus eſt ab eiſdem. Manſit hic tamen profeſſione Orthodoxus, etſi cum Arianis communicaret; vt Baronius ad annum 355. docet. Idem Felix poſtea Conſtantium Imperatorem Arianum damnauit, ac demum Martyr occubuit, Martyrologij Rom. tabulis 2. d. 29. Iulij adſcriptus. Plura qui volet, Baronium ad annum 357. & meam Chronologiam eodem anno conſulat.

In Sixto igitur id expungatur.

2. Vbi de Aloyſij Lippomani Catena in Geneſim agit, Acatiumque, & Euſebium Cæſarienſem, & alterum Emiſenum, & Theodorum Mopſueſtæ, atque Apollinarem Laodicenum, eum alijs, è quibus Catena illa contexta eſt, enumerat, ſanè expediuiſſet de ijs, tamquam de heterodoxa fide ſuſpectis, atque adeo hæreticis, vel polliceri alibi ſe dicturum, vel quid in ijs eſſet cauendum paucis ibidem innuere.

Acacius magiſtro ſuo Euſebio Pamphili, anno 340. defuncto ſub Conſtantio Imperatore, in Epiſcopatu Cæſarienſi, & ſtudio factionis Arianæ ſucceſſit. Præterea moriens anno 366. Euzoium, itidem Arianum habuit ſucceſſorem Hic poſtea, eò quòd Arianus eſſet, Theodoſio regnante ſua cathedra pulſus eſt.

Euſebium Cæſarienſem Arianiſmũ olere oſtendunt clariſſimè ex varijs dictis Euſebij Iacobus Billius *cap.* 27. *lib.* 1. *ſuarum obſeruationum*, Robertus Cardinalis Bellarminus, Cæſar Cardinalis Baronius, Franciſcus Ribera, Antonius Poſſeuinus *tom.* 1. *Apparatus ſacri fol.* 462. *vſque ad fol.* 471. Quare ſimplicitate nimia factum eſt, vt alij Euſebium inter ſanctos retulerint, vt Petrus *in Catalogo Sanctorum lib.* 5. *cap.* 134. fecit, quod item in Vſuardum irrepſit, & in Menologium *die* 21. *Iunij.*

Theodorus Mopſueſtenus Epiſcopus, Neſtorij hæretici Magiſter, vt habet Euagrius *lib.* 1. *cap.* 2. damnatus à quinta Oecumenica Synodo, veluti dux Neſtorij *Act.* 4. & alijs. Quod ipſum affirmat S. Gregorius Papa *lib.* 6. *Epiſt.* 71. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. Hoc idem Iuſtinianus Imperator, promulgata Sanctione, cuius

cuius eſt exordium; *Scientes, quod nihil*, Legendus S. Ioannes Chryſoſtomus ad Theodorum lapſum, qui iſte ipſe eſt, Mopſueſtæ deinceps creatus Epiſcopus, cum antea deſertor monachiſmi, & luxuriæ ſordibus obrutus ita fuerit, vt à tanto viro, quantus erat Chriſoſtomus, non potuerit eo ex cæno extrahi.

3. In Ambroſio Catharino Sixtus debebat notare errata, vt peregerunt noſter Sotus, Bellarminus, Grauina, & alij: & reuera in Indice librorum prohibitorum à Clemente Octauo Põtifice Maximo, quæſtiones duæ prohibitæ fuerunt, quibus agitur, *quomodo Chriſtus Dominus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum confecit*.

4. De Antonio Rampelogo idem cenſuit Index vlt. Rom. librorum prohibitorum à Clemente VIII. Hic Antonius Rampelogus, ſiue de Rampilogis in Cænobio Neapolitano ſcripſit figuras Bibliorum ſatis rudi ſtylo.

In his multi errores ab Eccleſia proſcripti, comperiuntur, ab eis tollenda ſunt, quæ è magiſtro Hiſtoriæ ſcholaſticæ ſumpſit. Hæc enim abſurda ſunt, & magis fabulas ſapiunt, quàm Hiſtorias.

Plura etiam aliter in Biblijs habentur, quam quomodo Rampelogus poſuit. Quin & diuina Scriptura parum ſyncerè, non numquam autem malè citata, & ſine adnotatione locorum ipſius. Apocrypha quoque adducit e tertio libro Eſdræ, atque ex Epiſtolis Cyrilli Hieroſolymitani ad Auguſtinũ de Morte S. Hieronymi. Sixtus de his non commonefecit Tyrones.

5. Auguſtini Eugubini Coſmopæia in eodem Clementis VIII. Indice prohibita fuit, niſi fuerit ex emendatis, & impreſſis, Venetijs an. 1591.

6. Ibidem prohibitus eſt Franciſcus Georgius Venetus, de Harmonia mundi, deque ipſius problematibus Sacræ Scripturæ, donec emendetur.

7. Henricus quoque Harphius de Theologia Myſtica, niſi fuerit expurgata ad exemplar illius, quæ cuſa eſt Romæ anno 1580.

8. Hieronymus ab Oleaſtro, alioqui vir pientiſſimus, & eruditus ab Hiſpaniæ Inquiſitoribus inter libros, qui aliqua expurgatione eguiſſent, recenſitus eſt. In præfatione tamen pauca quædam notarunt: ſed deinceps Lugduni in Gallia planè prodijt expurgatus.

9. Plura alia in Indice librorum prohibitorum de Hieronymo Sauonarola notantur, quàm adnotauerat Sixtus. De quibus nos anno 1498. & in Appendice.

10. De Ioannis Annji commentarijs in Beroſum, & de Metaſthenis, & Philonis Iudæi libris diximus alibi.

11. De Ioanne Caſsiano monendus eſt lector collationem eius de libero arbitrio eſſe ſuſpectam, & cautè legendam. Atque in Indice prohibita eſt illa, quæ Hagenoæ impreſſa eſt à Ioanne Sicero, anno 1528. Romæ tamen expurgata, & adnotationibus aucta in lucem prodijt, quæ à Chriſtophoro Plantino deinceps Antuerpiæ recuſa fuit.

12. Opus Auctoris imperfecti in Mattheum varijs ſcatet hæreſibus. Ita notarunt Ioannes Maldonatus, & Antonius Poſſeuinus.

13. In nouo Indice librorum prohibitorum mandatum eſt in Ioanne Fero aliqua emendanda.

14. Liber de fiducia, & miſericordia Dei falſo Ioanni Fiſchero Roffenſi adſcribitur: nam Fiſcherus pijſsimus fuit, & feliciſsimè obijt martyr in Anglia die vigeſima ſecunda Iunij an. 1535. Liber verò prædictus in nouo Indice prohibetur.

15. Ioannis Baptiſtæ Folengij Cõmentaria ſuper Epiſtolas Canonicas S. Petri, S. Iacobi, & S. Ioannis primam prohibentur in eodem Indice.

16. Ioannis Iuſti Lanſpergij Enchiridion militiæ Chriſtianæ prohibitum eſt in nouo Indice, donec expurgetur.

17. Ioannis Ludouici Viues Cõmentaria in libros de Ciuitate Dei prohibita ſunt in nouo Indice, donec expurgentur; & expurgata ſunt à Louanienſibus in editione S. Auguſtini Plantiniana, & Pariſienſi.

18. In Irenæo quædam tum in margine, tum in Indice, tum in annotatio-

tationibus Eraſmi ad Irenæum addita fuerunt, quæ Louanienſes putarunt eſſe delenda.

19. Idem cenſendum eſt de Ioannis Langi annotationibus in Iuſtinum Martyrem. Harum cenſura in Expurgatorio Louanienſium extant Indice. In nouiſſimo Indice Eccleſia per Clementem VIII. Pontificem Maximum deinceps quicquid ſcriptum fuit à Lōgo prohibuit. Eſt inter hæreticos primæ claſſis.

20. Quæ Sigebertus Gemblacenſis ſcripſit aduersùs Gregorium VII. Pontificem Max. aut contra epiſtolam Paſchalis Papæ, damnata ſunt in Indice librorum prohibitorum.

21. Præterea loquens Sixtus de Franciſco Ximenio, hæc verba adiecit: *Libri verò, qui extra Canonem ſunt Hebraeorum, quos Eccleſia ad ædificationem legit, Græcum, &c.* Aliter hodie ſcribendum eſſet: Iam enim tantam auctoritatem habent, quantam reliqui; Neque ſunt minùs infallibilis veritatis quàm alij protocanonici.

22. S. Lucianus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, qui non fuit Epiſcopus Nicomediæ, ſed fuit Martyr, Græcam Bibliorū editionem ceteris emendatiorem tradidit; & fuit octaua editio. Huius meminit Hieronymus in epiſt. 107. & in Apologia aduerſus Rufinum. De ea præter alios tractat Card. Bellarminus *in lib. de verbo Dei cap. 5.* ex Athanaſio in Synopſi. Hæc Nicomediæ non in turri (vt ſcribit Sixtus) ſed in muro reperta fuit ſub Cōſtantino. Conſule *tom. 3. Annalium*, & Notas ad Martyrologium Card. Baronij. 7. Ianuarij. Hanc verſionem Græci Communem, ſeu vulgatam dixerunt, eaque Orientales inter Conſtantinopolim, & Antiochiam habitantes, ſunt vſi. Conſule Scholia Miræi ad D. Hieronymum *de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 77.*

23. Loquens de Ioſepho, dicit ſolum Pentateuchum à Septuaginta interpretibus fuiſſe verſum. Licet non deſint, qui hoc aſſerant, communior eſt tamen ſententia Scriptorum, à Septuaginta fuiſſe omnes Bibliorum veteris Teſtamenti libros in linguam Græcam conuerſos. Quod poſtea ipſemet Sixtus *lib. 8. ſua Bibl. in hæreſi 13.* in diſſolutione obiectorum probauit.

24. Ad ea, quæ Sixtus dicit de Santes Pagnino, dicendum eſt poſt ſacram Synodum Tridentinam, Vulgatam verſionem omnibus præſtare. Lege ad annum 1541. Sanctes Pagninus.

Plura alia notat Poſſeuinus in Sixtum. *Lege illum.*

IACOBVS NACLANTVS, Florentinus, ex Romana Prouincia Conuentus S. Mariæ Nouellæ, alijs S. Marci eiuſdem Vrbis alumnus, ſanctiſſimis exemplis, & catholica prædicatione, cum legeret in Cōnuentu Mineruę Romæ Epiſcopus Clugien. à Paulo III. datur die tertia Iunij anno 1544. Deſendir Eccleſiam pro cuius munimine dedit.

Commentaria ſuper Pſalmum XC.

Dedit etiam ſacræ Scripturæ medullam vbi tractat de ſex ætatibus mundi correſpondentibus ſex diebus creationis.

In XVI. tractatus, qui ſunt.

1. *De exiſtentia, & modo exiſtendi corporis Christi.*
2. *De Communione nobis præcepta.*
3. *De Summo Sacerdotio Christi.*
4. *De Regno Christi.*
5. *De Hierarchia eccleſiaſtica.*
6. *De Epiſcoporum inſtitutione.*
7. *De Primatu Petri.*
8. *De Auctoritate Papæ, & Concilij.*
9. *De Actis Concily approbatis à Papa.*
10. *De Sacro ſanctis indulgentijs contra ſui temporis Hæreticos.*
11. *De Epiſcoporum reſidentia.*
12. *De Sacramento matrimonij.*
13. *De Præſtantiſſimo Miſſæ ſacrificio.*
14. *De Irritandis clandeſtinis matrimonijs.*
15. *De Quibuſdam quæſtionibus circa Arreptitios.*
16. *De Quadam quæſtione circa Montem Pietatis.*

Enarrationes pias, doctas, & catholicas in epiſtolam Pauli ad Epheſios Venetijs 1554. in 8. Ad Iulium III. Pontificem Max.

Item in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Ad eundem ſtylo breui dilucido, &

& eleganti; in quibus inſeruit, & iuxta ſacram Scripturam, & orthodoxã fidem explicauit omnes ferè difficultates pietatis Chriſtianæ.

Enarrationem quoque Auguſtiſſimi Regni Chriſti. Ibidem.

Theoremata Logicalia XIV.

Metaphyſicalia XVI.

Theoremata 14. ſuper Theologiam.

De Alimento, & de eo quod alitur.

De Senſu, & ſenſibili.

De Regula poſita à Philoſopho in calce 7. lib. Phyſicorum.

De Creatione rerum.

De Infinitate primi Motoris.

De Contingentia rerum.

De Creatione, ac immortalitate animæ.

Theoremata ſuper Philoſophiam 12.

Claruit in Concilio Tridentino vir eloquentiſſimus, & ſcientia omni refertus fuit; ibi vnus ex inſignioribus P.P. de quo vide ibi anno Domini 1544. inter Epiſcopos *num.* 2.

Plodius *part.* 2. *lib.* 4. *Luſitanus in Bibl.* Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 81. Seraphinus Razius Vghellus *tom.* 4. *Ital. ſacra.* Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 190. *num.* 3. *& de Prouincia Romana*, Sixtus Senenſis *in Bibl.* Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 77.

Romæ in noſtro Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam docuit Theologiam. Clerum ſuum iuxta ſacri Concilij Tridentini leges compoſuit, & Reformauit. Viginti quinque annos Clugienſem Eccleſiam ſub Patriarchali Veneta, quæ & Foſſæ Clodiæ dicitur, rexit. Deceſſit die 6. Martij 1569. apud noſtros in Clugienſi Eccleſia conditus eſt in ſacello S. Thomæ à ſe magnificè exornato, & tumulo ſibi parato cum hac inſcriptione:

Iacobus Naclantius
Ord. Prædicat.
Epiſcopus Clugienſis.

Anno 1570.

Minimè prætereundũ eſt hoc loco quiddã admirabile de doctrina noſtri Angelici. Scribens enim Sanctiſſimus Doctor Aquinas tot miracula operatus eſt, quot in Schedis ſcripſit articulos. Beniġniſſime Lector, liceat per te mihi tantiſper à meo digredi propoſito. Theobaldus Thamerus, Alſatus, Latinis, Græcíſque litteris præclarè inſtructus, graſſante nouarum opinionũ lue oeſtro percitus, Lutherũ ſequebatur: adeo vt Vutenbergæ Melanchthonẽ audiret, Marpurgi poſtea doceret, ac demum Lantgrauio, eum in Germanico bello Ingloſtadium obſideret, à concionibus eſſet. Sed mira narratur eius ad catholicam fidem acceſſio. In pharmacopolio, vel mercatoris neſcio cuius officina, librum quemdam lacerum vidit, è quo cuculli, emporeticæque chartæ defringebantur. Et vt fit, libri hoc quidnam eſſet, videre voluit; viditque, eſſe B. Thomæ Aquinatis volumen, & quidem eam partem, in qua de gratia & iuſtificatione ex profeſſo agitur. Legit paucula, & mirabatur tantam doctrinam, tantam veritatem, ordinem, ac perſpicuitatem. Et quò legebat plura, eò mirabatur magis, & Luthericam iuſtificationem ſuſpectam habere incipiebat. Ea igitur diuinitùs obiecta potiùs quàm curiosè quæſita lectione ſic incenſus eſt, vt cogitaret etiam alia catholica ſcripta legere & intelligere. Legit, atque intellexit. Cumque à ſuo quondam domino, è Caroli V. Imperatoris vinculis iam emiſſo Lantgrauio, vt de abiectæ hæreſeos cauſſis audiretur, petijſſet, ab eo benignè cum litteris varijs Ienam ad Schneppum, Vuittenbergam ad Melanchthonem, & Tigurum ad Bullingerum miſſus eſt. Sed perindoctè ac contumelioſiſsimè ab illis acceptus, multo magis in catholica fide eſt confirmatus: prout in Apologia ipſemet ſua exponit. Hinc Romam abijt: vbi annum vnum, vel alterum egit, Fratrum Prædicatorum in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruã Dominicanorum, piorumque hominum, in his *Franciſci Turriani*, perutilĩ vſus conſuetudine. Mindam, inde ab Epiſcopo Georgio Brunſuicenſi vocatus, concionatorem ibi egit: idemque Francofurti ad Mænum aliquamdiu munus obijt. Moguntiam inde ſe con-

Nota

contulit, vbi Canonicatus ei datus vſque ad mortem ſe modeſtiſſimè geſſit. Ad Friburgenſe poſteà gymnaſium Theologiæ docendæ capſſa vocatus, ibidem, quæ calcanda omnibus, mortis viam ſub annum CIↃ. IↃ. LXX. inijt. Sic ferè Serarius in ſua Moguntina.

ANDREAS MOGVER Natione Hiſpanus ex Regno Moguer in Prouincia Bætica, Religioſſimæ Prouinciæ S. Iacobi Mexicanæ integerrimus moderator; diuina, humanaque ſapientia clariſſimus, qui ad nouum orbem occiduum ſe contulit feruido deſiderio gentilium animos ad Chriſtum trahendi, quod & præclarè fecit. Inter alia pietatis, & doctrinæ ſuæ monumenta, ſcripto poſteris edidit. *Hiſtoriam Prouinciæ Mexicanæ Ord. Prædicatorum m. ſcrip.* Ita Antonius Leonius *in Bibl. Indica*.

Item *Sermones de Tempore, & de ſanctis*. duobus voluminibus.

Item *Librum exemplorum*.

Ex Alphonſo Fernandez *in Concert. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mariana*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 63. colum. 1.*

DIDACVS, alijs ALPHONSVS HOROZQVIVS Hiſpanus, qui aliquando in religioſo, & celebri Conuentu Segobienſi, & in alijs eiuſdem prouinciæ Hiſpaniæ Prior fuit, & vicarius Prouinciæ, vir cum grauitate morum inſignis, tum doctrina non ignobilis, ſcripſit hiſpanico idiomate.

Sermones de feſtis B. Virginis vernacula lingua.

Latinè verò ſermones quadrageſimales.

Item ſermones Dominicales per annum.

Clarebat an. ſalutiferi partus 1570. ex Alphonſo Fernandez *in Concertat. Prad.* Marraccio *in Bibl. Marian.* Luſit. *in Bibl.* Plodio *de vir. ill. p. 2. lib. 4.* Antonio Poſſeuino *in Appendice ad tomum primum Apparatus ſacri*. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 223. colum. 1.*

Propter doctrinæ, & pietatis meritum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege propoſitus fuit, vt viſitandi Sanctiſſimæ Trinitatis religioſum Ordinem delegatam Summi Pontificis ſumeret curam.

FELIX PLACIVS Italus, à Colorno, vir Theologicæ doctrinæ eruditione, ac religioſorum morum probitate conſpicuus ſcripſit Italicè opus in duas partes diuiſum ſub titulo.

Roſarium Sacratiſſimæ Matris Virginis, piiſſimæ domina noſtra, cum imaginibus, declarationibus, contemplationibus, & affectuoſis orationibus ad quodlibet myſterium cum plena inſtructione circa idem. Bononiæ. . . per Ioannem Rubeum, anno ſalutis 1579.

Alijs Felix Plazzius, de Colorno, quod Oppidum eſt in Gallia Ciſalpina ſub ditione mei Sereniſsimi Ducis Parmenſis, & Placentini, Principiſque Altamurani &c.

Clarebat anno Chriſtiano 1570.

De eo Matraccius *in Bibl. Mariana fol. 333. tom. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

MARCVS à VVEIDA, cuius nationem Ioannes Andreas Coppenſteinus, qui illum in Claue prædicādi Roſarium *lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 14.* nobis exhibuit, tacitus omninò præterijt; nec ea aliunde adhuc innotuit poſteris, vir eximia eruditione fulgens & tam in humana, quàm in diuina Philoſophia egregiè inſtructus, publici iuris fecit opus à ſe in laudem B. Virginis elaboratum, cui titulus.

Speculum fraternitatis Sanctiſſimi Roſarij.

Edidit quoque *Explicationem Orationis Dominicæ, anno* 1573.

De eo Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 387. Marraccius *in Bibl. Mariana 2. part. pag.* 86. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Floruit an. reparationis humanę 1570

PETRVS DELA COSTE, Gallus, vir à Theologica doctrina, atque à prædicandæ Euangelicæ veritatis gratia commendandus, ſcripſit (vt in Bibliotheca Exotica teſtatur Georgius Draudius)

Sermones ſuper ſalutationem Angelicam. Pariſijs, apud Michaelem Sonnium 1578. in 8.

Ser-

Sermones ſuper Antiphonam Salue Regina. Ibidem 1577. in 8.

Sermones ſuper Canticum Virginale dictum Magnificat: Pariſijs apud Guil. Chaudiere anno 1587. in 8. & alia.

Cum eſſet hæreticorum acerrimus impugnator, in eos grande congeſſit volumen, quod prænotauit.

De Hæreticis huius temporis, & eorum deliramentis.

Conflatum librum Pariſijs euulgaturus, ſecum illuc deferebat ad hæreticos conuincēdos. Cognitò Petri conſilio à ſectarijs, eum in itinere aggrediuntur, capiunt, volumen comburunt, & Authorem in publico patibulo ſuſpenderunt. Acta Capituli Generalis Romæ anno 1569. celebrati.

Fontana *in Monumentis Ordinis anno* 1583.

VBERTVS LOCATVS Placentinus ex Prouincia Lombardiæ humili fortuna natus, ibidem Dominicanæ profeſſioni nomen dedit, ſtudiorum curſu completo, Papiæ, & Placentiæ præfuit Inquiſitor. In Vrbem deinde aſcitus anno 1566. conſtituitur Commiſſarius Generalis, in quo munere B. Pio V. fuit à ſacris confeſſionibus. Secundo ſui commiſſariatus anno ab eodem ſummo Pontifice Beatiſſimo Balneoregienſis Paſtor in Tuſcia Apoſtolicæ ſedi immediate ſubiecta, creatus eſt 5. Aprilis an. 1568. quam Eccleſiam annis duobus rexit, & reuerſus eſt in ſuum Conuentum Placentinum. Dum autem eius virtutibus præmia à viſibili Eccleſiæ capite Pio V. præparabantur, ab inuiſibili vocatus eſt ad æterna anno 1570. ſepultus eſt in noſtro Sanctæ Sabinæ templo, in ſepulchro à ſe Epiſcopis noſtri Ordinis in Vrbe decedentibus conſtituto, hoc appoſito epitaphio.

V. L. E. B.
Et ſibi, & cæteris eiuſdem Ord.
Ex Dominicana familia aſſumptis
An. Dom. MDLXX.

In pariete verò ſequens cernitur inſcriptio.

D. O. M.
Quem humilis familia parentes genuere,
Aluit, edocuitque Dominicana
paupertas,
Pÿ V. Pont. Max. munificentia auxit,
Dum in Vrbe Gen. S. Officÿ
Commiſſarium
Ageret, deſideratiſſima morte ſolutus
Hic humari voluit Vbertus Locatus
Placentinus, Epiſcopus Balneoregienſis:

Scripſit librum de Epiſcopis Placentinis varia eruditione refectum.

Praxim iudiciariam Inquiſitorum, impreſſam Romæ 1560. in quarto, & Venetijs an. 1583. Plodius *de Progenie S. Dominici in Italia*, Antonius Senenſis *in Bibl. fol.* 121. *&* 122. Vghellus *tom.* 1. Fontana *in Theatro p.* 1. *cap.* 5. *tit.* 72. *num.* 4. Fernandez, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Fuit Locatus vir grauitate morum, & litteratum conſpicuus, quem non ſolum ſacra Theologia, & Canonica iura ornabant, ſed verſatiſſimus erat in Patribus, & Scriptura.

MAVRVS ARRIGHETTVS Florentinus in S. Theologia Magiſter doctiſſimus ad petitionem noſtrarum Monialium S. Nicolai Pratenſis in Tuſcia traduxit à Latino in linguam Etruſcā ſequens dictionem hebraicam *Pſalmos David*.

Obijt in patria cum Prioris Prouincialis in Romana Prouincia officio fūgeretur & cum eſſet omnibus carùs, omnibus ſui deſiderium magnum reliquit. Plodius *in Appendice*.

IO: FRANCISCVS BEATIS, Venetus, vir doctiſſimus legit publicè Patauij Metaphyſicam, deinde Piſis;

Scripſit varias epiſtolas ad Sadoletum.

Ediditque commentaria in 2. *Phyſicorum*.

Sanſouinus *in Venetÿs*, Plodius *in Appendice*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

THOMAS à SANCTA MARIA, patria Matritenſis, in Religione bonis moribus, varijſque diſciplinis imbutus, his adiunxit animi puritatem. Sermone vernaculo edidit.

Arte

Arte da tañer fantaſia para tecla, viguela, y todo inſtrumento de tres, ò quatro ordenes. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1565. in folio.

Eſſe deſijt inter viuos anno labente 1570.

Eius meminerunt Marieta, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 250. colum. 1.*

THOMAS VVIGENHALVS, Anglus, ex Cœnobio dieramenſi, omni litteratura imbutus antequam Caluiniſtæ, vt puto, ſuos furores lymphata mente diffunderent, & Eliſabetha Regina patrocinaretur hæreſes introductas, librum ſcripſit:

De Miraculis Beatiſſimæ Mariæ Virginis Matris in Comitatu Norfelcenſi.

Meminit huius Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

IACOBVS MARCENISIVS, pietatem intexuit litteris. Affectu, quo proſequebatur Virginem Beatam Luciam Narnienſem, noſtri Ordinis Monialem.

Eius vitam conſcripſit.

Volauerat hæc Beata Virgo ad ſuperos circa annū 1490. meminit Marceniſij Plodius, & de Beata Lucia ſcripſerunt Antonius Senenſis *in Chronico ad annum* 1490. *fol.* 276. *Martyrologium Antiquum Dominicanum*, Marraccius *in Lilijs* Marianus, *Vox Turturis* Grauinæ *part. 2. cap. 23.*

GABRIEL à SAVIGLIANO, humanis, & litteris ſacris imbutus, illas profeſſus eſt honorificè. Scripſit:

Vitam Beatæ Catharinæ Raconiſio Monialis Ordinis noſtri. Plodius.

Vitam eiuſdem Beatæ Sanctimonialis copioſè deſcripſit Ioannes Franciſcus Picus Comes Mirandulæ, eiuſque meminit cum laude Vox Turturis Patris Grauinæ *part. 2. cap. 23.*

IOANNES VILLAGARCIA morum integritate, religionis zelo, & variarum doctrinarum genere celeberrimus. A Philippo II. Auſtriaco, tunc (regnante Carolo I. & V. Imperatore) Hiſpaniarum Principe, recenſque Magnæ Britanniæ Rege, ſiue Anglorum, & à Regina Maria vna cum maximis Theologis illis ex noſtris Petro de Soto Cordubenſi, de quo anno 1563. & Ludouico à Soto maiori, de quo anno 1610. delectus eſt in hæreticos. Hi tres acceſſiti fuerunt in Angliam, illinc ad Bucerum eliminandos, Petrū Martyrem, & cæteros huius ſectæ. Acceſſerunt igitur illuc, & ſub catholicorum auſpicijs Regum, exemplo, calamo, voce Cantabricenſem Academiā inter reliquas celeberrimam ab erroribus vindicarunt. Plura ſcripſit *in Brentium* Villagarcia.

Varias protulit *Apologias in Bucerum, in Petrum Martyrem, & ſodales*, cum quibus publicè pluries contulit manus, at velut aſpectu ſolis nubila euaneſcunt, & vmbræ, ita diffugiebant hæretici à Ioanne.

GODEFRIDVS à MIERLE in Germania inferiori, eximius concionator, & Theologus doctus in paucis, in eadem Prouincia dudum meritiſſimus Prouincialis, S. Theologiæ Magiſter aſſiduè declamauit in Lutheranos de indulgentijs, & de Purgatorio præſertim. Alliciebat lepore, rationibus conuincebat, terrebatque maieſtate. Conciones, quas pronunciauerat, calamo diuulgauit.

Reliquit etiam poſteris.

Conciones de Tempore, & de Sanctis. Item Quadrageſimales, & alia ſui ingenij monumenta.

Meminit tanti viri Antonius Luſitanus *in Chronico Ord. noſtri ad annum* 1560. *pag.* 330.

Inclaruit ſub hos annos.

DIDACVS de MORALIBVS, Luſitanus, vir eruditione inſignis, in docendi munere accuratus, ſacrarumque Scripturarum expoſitor feliciſſimus, eloquentiam cum ſacra Theologia coniunxit; vtramque verò cum morum integritate. Accedebat his omnibus memoria firma, & conſtans, ſtudium ardens, & propugnandæ regularis obſeruantiæ zelus. Floruit Antonio Senenſi Luſitano authore *in Chronico ad an.* 1560. *fol.* 331. circa hæc tempora.

Varia edidit, quæ vſque hunc diem prelo non ſunt commiſſa.

LVDOVICVS Prelormitanus ingenio eruditione illuſtris, & inter cætera hi-

hiſtoricus feliciſſimus elaborauit.

Chroniconparuum, quod aſſeruatur Bononiæ m. s. apud noſtros.

Ita Plodius *eiuſdem* Cœnobij *alumnus*.

DOMINICVS à BRAIDA, vir grauis,& pius politiorem litteraturam coluit primùm, deindè, vt noſtri conſueuere, ſcientias grauiores, philoſophiam, & ſacram Theologiam: Profeſſus has plures annos,ſe tranſtulit ad Aſcetica, & moralia. Edidit typis.

Vitam noſtra Beata Catharina de Raconiſio.

Plodius, apùd quem annum, quo Braida claruit, non inuenio.

ARCHANGELVS MARIA VIADANA Theologiam ſcholaſticam, & moralem docuit multos annos. Vt imitarentur fideles, præſentimque Sanctimoniales Ordinis noſtri geſta noſtræ Beatæ Catharinæ de Raconiſio præclariſſima,ſtylo pio,ac facili vitam eiuſdem Beatæ Virginis exarauit.

Plodius, qui nec tempus, quo Archangelus claruit, notat.

HIERONYMVS CORRIGIA,Luſitanus, vir doctiſſimus fuit, qui ab Antonio Senēſi Luſitano ſummis laudibus commendatur in noſtri Ordinis Chronico ad annum 1560. folio 331. ſcripſit plura, ſed quæ fuerint, ipſimet Luſitani non referunt; niſi is idem ſit cum Hieronymo illo Correa, etiam Luſitano, de quo nos anno 1600.

FRANCISCVS DORTA, Luſitanus, ingenio, doctrina, pietate ſumma famoſus, S. Theologiæ Doctor, in ſcribendo, docendo, & diſputando cum per totam ſuam ætatem ſtrenuam operam impendiſſet, ſuper totam ferèSummam noſtri Angelici Præceptoris reliquit diſcipulis nobiliſſimaCommentaria; quæ olim per illam vniuerſam Prouinciam circûmferebantur.

Meminerunt huius præclariſsimi viri Antonius Senēſis Luſitanus *in Chronico Ordinis ad annum* 1570. *inter Doctores fol.* 331. & communiter Hiſtoriæ noſtræ.

IOANNES SALODIENSIS, Italus, vir doctrina, & religione ſpectabilis. In noſtram Religionem admiſſus in ea, & humanioribus, & ſeuerioribus litteris non minus, quàm religione excultus eſt. Per multos annos artes, & ſacras litteras docuit iuuenentem. Prouectioris ætatis ad Aſceticam retulit pedem,è quibus prouentus plurimos reportauit. Vt deuotionem Deiparæ, in cuius manibus ſpes noſtra, & ſalus, in populis promoueret, compoſuit librum.

De Roſario Beatiſſima Virginis Genitricis Dei Maria.

Et de eo nihil amplius reperitur.

Ita Marraccius *in Bibliotheca Mariana.*

THOMAS de COSTA, Luſitani, Conuentus,vir celebris in cathedra, & ſuggeſtu. At tam raræ humilitatis, vt numquam paſſus fuerit ſe gradu magiſterij ſublimari: etſi Rex Luſitanus eum,vel ſcribens, vel loquens, ſemper hoc titulo nuncuparet. Eſt penes hos Reges auctoritas Magiſtros in Theologia creandi. Ita Ludouicus Cacegas *part. 2. hiſtoria S. Dominici lib. 6. cap.* 18. *dicens: E a verdade, que os Reys graduaõ, & podẽ graduar os que lhe parecerẽ dignos, como fazẽ as Vniuerſidades, pella meſma razão,q. della ſaõ Pays, & Protectores.* Acceptiſſimus fuit Regi, ac Infantibus eius germanis. Fuit etiã eximiæ paupertatis. Perfectiſſimi Oratoris partes habuit cunctas, leporem, eloquentiam,conceptus profundiores, probationes conuincentes, ſanctorum authoritatum promptuarium copioſum, vocem ſonoram, optimam expreſsiuam, & ſuper omnia, in docendo, ac reprehendendo Apoſtolicam libertatem. Delectabat, mouebat, ad lacrymas etiam duriſsimos prouocabat. Et vt de Græco adulando fabulabantur antiqui,ligatos trahebat homines ore. Argumentum ſuæ Apoſtolicæ libertatis ſit hæc hiſtoria. Erat regius concionator. Quadam die Cinerum cum in capella regia concionem haberet, thema proponens: *Memento homo, quia puluis es, &c.* ſubiunxit patria lingua: *Que nouas eu trago, para ſer bem ouuido!* & logo proſeguio aſsi: *Muito Alto, & muito Poderoſo Rey, & Senhor noſſo: Eſtas palauras querem dizer, que Voſſa Alteza he pò, & cinza; & nella ſe ha da tornar muito breuemente.* Sub-

dit Hiſtoricus: *Deuia hauer eutaõ cauſa, que obrigou ao Pregador a fazer particular, o auiſo que a Igreja dà geral.* De hac non habetur memoria. Scitur dũtaxat Regem imperauiſſe, vt Thomas à ſua regia exularet. Non deſuere animi praui, qui arrogantiæ hæc ei verterunt, quæ veritati, ac zelo erant attribuenda. At Rex humanus erat, ac prudens, eique perſpecta erat permagna integritas Thomæ. Eum proſequebatur interna dilectione, nec vnquam in animo habuit vel minima afficere illum iniuria. Intrepidus concionator ſe retulit in Conuentum. Poſt paucos dies acceſſit Rex in Cœnobium, & cauſa vel honoris, vel pietatis ingreſſus eſt cellam Thomæ. Fortuitò, vel conſilio erat in prædicatoris cubiculo ſtatua myſterioſo artificio fabrefacta: erat ei caput inſtar demortui viri. Capilli hirſuti, & incompoſiti, corpus ſemiueſtitum, brachia, & crura nuda, licuiſſet Anatomiæ numerare illius oſſa, venas, muſculos. Demum totus aduinctus erat catenis. Ad illud ſpectaculum Rex admiratus ſciſcitatur quid eſt hoc? tunc Thomas maximo cum lepore, ac maieſtate: Sereniſſime; eſt Baptiſta ob veritatem in vinculis. Ita iuxta Apoſtoli monitum ad Timotheũ arguebat, obſecrabat, increpabat in omni patientia, & doctrina. Ex hoc, quod ſubdo, colligetis quanta fuerit ei efficacia in dicendo. Fato ceſſerat Rex Luſitanus Ioannes III. anno 1557. Regni ſui 36. vt in mea Chronologia. Diù Thomas à concionibus ſuperſederat. Quadam die ad ſuggeſtum, concionem habiturus, copioſa turba eum comitante aſcendit. Extendit oculos ad Auditorium, & circumſpexit hinc inde. Vidit ibi deſiderari maiorem, melioremque Auditorem. Eleuata tunc voce interrogauit & dixit: vbi eſt Rex Dominus meus Ioannes? tanta energia fuit in voce, tanta vis in pronunciatione, tantuſque feruor, & grauitas in actione, vt reſoluta vniuerſa illa concione in lacrymas, non licuit oratori per eas nec vnum verbum proferre, & ſic terminata fuit oratio illa die. Ita Ludouicus Cacegas, & Ludouicus de Souſa *part. 2. Hiſtor. Ordinis lib. 6. cap. 18.* Adeo fuit celebris in exponendis ſacris libris, vt celeberrimus ille, ac Eminentiſſimus Magiſter, Cathedraticus Iubilatus Conimbricenſis Fr. Ludouicus de Soto Maior, de quo anno 1610. declarans quemdam difficillimum ſacræ Scripturæ locũ in maiori cõcurſu Vniuerſitatis Conimbricenſis poſt multa concluſit his verbis. Hic eſt verus ſenſus textus expoſiti; quoniã eadem intelligentia expoſitus fuit à magno illo viro P. Fr. Thoma de Coſta.

Scripſit ſatis eruditum Tractatum, cui titulus:

Tropi inſignes veteris, ac noui Teſtamenti, eiuſdemque phraſes.

Quadam die cum ſenex concionem haberet ad Populum, inuehens maximo ſpiritus impetu in facinora, in tam vehementem prorupit feruorem dicendi, vt ei quædã abrupta fuerit pectoris vena. Cœpit ſat copioſè diffluere ſanguis ex ore, Sibi ſentiens breui mortem imminere, Sanctiſſimis Sacramentis petijt communiri. Auidiſſimè viaticum ſumpſit ad iter. Eloquens fuit in vita, eloquentiſſimus ſed in morte. Vltima exhortatio, quam habuit ad Fratres de modo concionandi, digna eſt, imò perneceſſaria, vt à noſtris concionatoribus perlegatur. Conſule citatos Auctores. Obijt die Viſitationi Deiparæ noſtræ Dominæ conſecrata Anni 1570. in apparatu funebri Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Antonius Pinerius Epiſcopus primùm Mirandenſis, deinde Leridenſis hæc carmina in eius laudem accinit, & affixit:

Hic, quamuis properes, tantiſper ſiſte viator.
Pauca legens noſces, quis iacet in tumulo.
Quem tectum ſaxo tam vili, & paupere cernis,
Stratumque albenti ſub cruce, veſte nigra:
Non tulit hac ætas talem, non lapſa tulerant,
Nec forſan terris ſæcla futura dabunt.
Tres diros hoſtes, mundum, & cum carne Sathanam,

Im-

Impia deuicit monſtra, Erebique duces.
Dæmona conſilijs, mundum cruce, verbere carnem:
Cæleſtis Patriæ Tartara vicit amor.
Mundus, homo, Dæmon, turba inſcia cedere cedunt.
Legitimo victi non ſine Marte tamen.
Sacra fides, ſpes firma, amor igneus arma dedere,
Almaque paupertas obſequium, atque pudor.
Doctor erat ſummus, vulgique per ora volabat,
Nomina ſed renuit vana Magiſterij.
Exoſus famam, neſciri ſemper amauit,
Regales ſemper tardus inire domos.
Vox erat: ite procul tituli, procul eſte Thiaræ,
Nota ſolo peſtis gloria, plauſus vbi.
Qui toties alios, toties ſe vicerat ipsũ,
Vincitur, vt belli præmia poſſideat.
Vitales carpebat adhuc pater optimus auras,
Cum lacrymas cæpit fundere turba Patrum.
Ille autem dictis mærentia pectora mulcens
Lumina per cunctos iam moribunda tulit.
Fratres, filioli, carni nunc debita ſoluo.
Vltima, vt Omnipotens ſoluat, & ipſe mihi.
Omnibus, ætherea qui munere veſcimur aura,
Eſt calcanda ſemel mortis acerba via.
Ire domum iubeor, peregrinaque linquere tecta,
Non poſſum magni ſpernere iuſſa Dei.
Non vos filioli, non fratrum turba meorum,
Chara magis vita, deſero, verto ſolum.

Scripſerunt de Thoma Alponſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 243. colum. 1.* Ludouicus Cacegas, & Ludouicus de Souſa vbi ſupra, Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico Ordinis anno* 1550. *pag.* 321.

THOMAS de SOVSA, Luſitanus, nobili genere natus, pectore indefeſſus ad virtutis, ac doctrinæ ſtudium à prima ætate incubuit. Studio Philoſophiæ, & Theologiæ confecto è cathedra cæpit dicere, & ſuggeſtu. Ex vtroque ſemper cum laude. Nec caruit fructu. Eximius concionator cum eſſet, à Sebaſtiano Rege Luſitano aſſumptus fuit in ſuum Eccleſiaſtem. Paucis abſolui: nam ſolo nomine audito, cetera viri maximi ornamenta ſeſe prodibunt notiſſima. Scripſit:

Doctiſſima Commentaria in Prophetam Oſeam:

Item in Ioelem.

Claruit circa hunc annum 1570.

Ex Alphonſo Fernandez in Hiſtoria Prouinciæ Luſitanæ, ex Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol.* 251. *colum.* 2. quæ tamen ſubiicuit Thomam fuiſſe Ordinis noſtri, ex Antonio Senenſi Luſitano *in Chronico Ordinis an.* 1560. *pag.* 328.

DAMIANVS DIAZ, pius, ac fructuoſus concionator, eum verſaſſet, & attentiùs perpendiſſet quanti roboris, & feruoris eſſent Apoſtolica verba S. Vincentij noſtri Ferrerij ad inflammanda corda fidelium, recognouit, notiſque illuſtrauit eius ſermones de Tempore, ac de Sanctis. Antuerpiæ ann. 1570.

Ex Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro.*

DIDACVS XIMENES Arias, Alcantarenſis, vrbs eſt in extremadura Alcantara, ex qua nomen inclytus ille Ordo Equeſtris mutuatus eſt. Didacus, inquam, Ximenes; ſed alius ab illo, cuius anno 1560. meminimus. Pater planè maximo merito, & doctrina. Edidit librum, quem prænotauit *Enchiridion doctrinæ Chriſtianæ*, in quo orationem Dominicam exponit, & nonnulla alia. Salmanticæ 1567. in 8.

Item *Sermonem de Sancta Maria Magdalena* Hiſpanicè in forma vnius libelli, quem dicauit Reginæ Caſtellæ D. Annæ Auſtriacæ 1570. Toleti.

Item *Expoſitionem Pſalmi Miſerere*

etiam hiſpanice. Pampelone 1568. in 8.

Adauxit, & in Epilogum redegit.

Lexicon Eccleſiaſticum Latino Hiſpanicum. Salmanticæ 1572. 1579. & 1584. in folio. Barcinone 1642. in folio. Venetijs 1616. item alibi 1631. & tandem Cæſarauguſtæ in regio Noſocomio anno 1644. in folio.

Editionem verò Hiſpanam publici fecit iuris ſub hoc titulo:

Vocabulario Eccleſiaſtico Latino Hiſpanico añadido. Valentiæ ex Officina Michaelis Sorolla 1621. in folio.

Compoſuit alia multa. Ita ipſemet refert in Epiſtola dedicatoria, quam præfixit libro de S. Maria Magdalena. Narrat enim in illa ſe dicaſſe quædam ſua opera Regi Luſitano, ac Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

Eum laudant Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 66. Plodius *de viris illuſtr. Ordinis part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tom.* 1. *Apparatus ſacri*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 249. *&* 250.

ANTONIVS è COLLEMONTIO Etruſcus, de Romana Prouincia, ſui temporis inter ſapientiſſimos quoſque clariſſimus, vt qui totam ſuæ vitæ, & temporis metam docendo, diſputando & ſcribēdo feliciſſimè tranſegerit. Præter ingenium, & doctrinam, fuit ei ſumma religio. Scripſit Librum,

De ſuprema felicitate:

In eo diſcutit quoque ingenioſè, *Quantus ſit numerus Angelorum*.

Viuebat adhuc anno 1576.

De eo ſcripſerunt Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 26. Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4.

HIERONYMVS PANORMITANVS, Siculus, Magiſter ſacræ Th. doctiſsimus, plures annos Neapoli, & in Gallia Ciſalpina functus eſt Regentis officio.

Edidit lingua Italica, vt indiſcriminatim cunctis prodeſſet, *Confeſſionale*. Hoc ego à puero ob apertam facilitatem vtebar & delectabar.

Pluries editum fuit, & nouiſsimè Vicentiæ, & Baſſani per Io: Antoniū Remoni in 12. tandem prodijt annexū Operi Marcelli Graſsi; Neapoli typis Conſtantini Vitalis, & iterum Octauij Beltrandi 1641. in 8. de quo an. 1609.

Ita Antonius Poſſeuinus *in tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 32. Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis pag.* 115. Plodius *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4.

Anno 1571.

DOMINICVS de S. THOMA, ex S. Paulo Hiſpalenſi, Collega S. Thomæ eiuſdem Hiſpalis Vrbis S. Th. Magiſter apud Indos Occidentales edidit.

Gramatica, ò Arte de la lengua general de los Indios de los reinos del Perù. Pinciæ 1560. in 8. apud Franciſcum Fernandez à Corduba.

Item: *Vocabulario de la miſma lengua llamada Quichua. latinè Quichuacenſis.*

Primus hic Theologiam docuit in Collegio Roſarij Ciuitatis Limenſis. Præfuit Prouinciæ illi. Tandem Primus Archiepiſcopus de los Charcas renunciatus eſt.

Obijt anno 1571.

De eo Antonius Gonzalez *in informat.* ad Marinum *fol.* 28. 29. *&* 33. Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 4. *tit.* 76. *& cap.* 5. *tit.* 494. Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 258. *col.* 2.

PETRVS BARBERIVS, Theologus doctus, & pius, laudabiliter egit Priorem Louanij. Scripſit:

Hortulum precationum, qui excuſus fuit Louanij 1571.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

IOANNES DVMAEVS, Belga natione, noſtri Cænobij Gandauenſis Sodalis, in illoque ſacræ Theologiæ Lector inſignis, vir quidem humanarum litterarum peritus, diuinarumque ſtudioſus, peritiſſimus Græca lingua. Cum diceret ad populum è ſuggeſtu, adeo erat facundus, & gratioſus, vt ſumma voluptate animos caperet. Erat ingenij feliciſſimi; ingenium tamen moribus adornabat.

Plurima, quæ in prædicto Cœnobio aſſeruantur, conſcripſit. Edidit tamen dum viueret:

Sermones Quadrageſimales.

Pre-

Præterea ſuper Pſalmos Graduales Sermones.

Viuebat adhuc anno 1571.

Huius meminerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 161. Antonius Poſſeuinus *tom* 2. *Apparatus ſacri fol.* 169

ALEXANDER FILIVCCIVS, natione Etruſcus, patria verò Senenſis, omnigena litteratura ornatus, erat enim Philoſophus, Theologus, & Concionator eximius. Callebat præterea medullitus linguam Græcam. Filius fuit Conuentus S. Marci Florentini, in quo vt pietatem aſſequeretur, & litteras, ſe aggregauerat noſtræ Religioni. Iuſſu Sanctiſſimi Domini noſtri Pij PP. V. è Latino tranſtulit in linguam Italicam. *Catechiſmum Romanum à Sacro Concilio Tridentino promulgatum*. Venetijs 1571. apud Aldum Manutium in 8. & primū Romæ 1567.

Iuſsit hoc zelantiſsimus Pontifex in rudium, & tenellæ pueritiæ gratiam. Hæc enim inſtructio, & Chriſtiana doctrina cum neceſſaria ſit ad ſalutem, diſtinctè, ac clarè proponenda eſt in Eccleſia. Hinc in capita diſtinxerunt, & ſectiones, & varijs Patrum ſententijs, & auctoritatibus communitum, deinde traduxerunt in varias linguas.

Ad imitationem Ariſtotelis compoſuit Italicè Ethica.

Orauit in Concilio Tridentino cum maxima ſui laude. Seraphinus Razius, Antonius Luſitanus *in Chronico, & in Bibliotheca pag.* 10. Plodius *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4 Fontana *de Prouin. Rom. cap.* 6. & Monumenta Conuentus S. Marci Florentini.

Florebat vir ſanguinis ſplendore illuſtris, virtute verò illuſtrior hoc an.

FELIX de Caſtro Franco, quod eſt in tractu Bononienſi, S. Th. lector, vir multa bonitate, ac experimento in agendis negotijs ad inſtantiam Generalis Ordinis collegit, ſiue potiùs correxit, & auxit formularium omnium actuum, & officiorum Ordinis.

Adauxit etiam Chronicon breue Ordinis annexum noſtris Conſtitutionibus, quod compoſitum fuerat vſque ad certum tempus à Suſato.

Obijt an. labente 1571.

Luſit. *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſtr. part.* 2. *lib.* 4. *Martyrol. Dominicanum*, Antonius Poſſeu. *in Apparatu ſacro.*

VINCENTIVS de MERLO, alijs Merius Hiſpanus Prouinciæ Bæticæ S. Th. Magiſter ſcripſit.

De ſtatu, & obligatione coniugatorū.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Lopez *hoſt.* 4. *part. lib.* 2. *cap.* 3. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 2. *fol.* 264.

VINCENTIVS MEXIA, hiſpanus Bæticus cum floruerit his temporibus, & opus à præcedente Vincentio de Merlo (quod rectè innuerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai loco nuper citato, & Hyacinthus de Parra *in Catalogo ſcript. Ordinis m. ſ.*) compoſitum ſit etiam eadem lingua, & materia de ſtatu, & obligatione coniugatorum, colligendum eſt eſſe eundem Auctorem: etſi Primus vocetur à Poſſeuino Merius, ſiue Mexius.

ANTONIVS IVSTINIANVS ex Dynaſtis Chienſibus, patre Io: Baptiſta Ortus eſt anno 1505. in Inſula Chienſi. Genuæ in Conuentu S. Mariæ de Caſtello Monaſticen Ordinis Prædicatorum die 5. Aprilis circa horam tertiam noctis an. 1524. amplexus, vota pronunciauit ſolemnia. Philoſophiam & ſacram Theologiam, ad quas rapiebatur natura, breui feliciter hauſit. Ad oratoriam ſe applicuit ſacram, in qua cum ſumma laude profecit. Ob præſtantiam igitur morum, & ſingularem doctrinam anno 1550. in patria datus eſt fidei Cenſor. In hoc munere varia perpeſſus eſt mala. Ita Ioannes Michael Plodius, Alphonſus, Fernandez, & Ioannes Lopez. Sebaſtiano Leccauella Græco, Dominicano doctiſſimo, Naxienſis, & Parienſis Eccleſiarum ſibi inuicem vnitarum Archiepiſcopo tranſlato anno 1562. die 16. Decembris ad Eccleſiam Litterenſem, Antonius aſſumptus fuit dicto die 16. Decembris 1562. ad illud Archiepiſcopatū Naxien. & Parien. à Pio IV. At quoniam hæc prouiſio facta fuit inſcio Criſpo Naxienſe Duce, & deinde moleſtè ferente, transferri Antonium anno 1564. die 2. Maij placuit præfato Summo Pontifici ad Eccleſiam Liparita-

rita-

ritanam, in qua cum gloria vltimo anno 1571. vltimam vitæ attigit metam Hic maximè fulſit in Concilio Tridentino. Contulit Bibliothæ Ordinis noſtri *Conciones Quadrageſimales ab eo habitas Chij an.* 1551.

Abbas Iuſtinianus *de Script. Liguribus*, de quo etiam meminerunt Sigiſmundus Ferrar. Vghellus *Ital. Sacr.* Fontana, & alij.

CYPRIANVS POLONVS, factus Dominicanus ab adoleſcentia operam feriò dedit philoſophiæ; ſacræ Theologiæ deinde. Apud ſuos ob linguæ ſibi vernaculæ facundiam, & acquiſitam doctrinam, in ſacris declamationibus mirificè valuit gratia. Contra Lutherum ſtylum ſtrinxit, & voce, ac ſcripto eius ſigmenta acrius improbauit. Reliqua huius ſuppeditabunt Poloni.

MARCVS LAVREVS, de Tropeia, de quo anno 1544. inter Epiſcopos *nu.* 7. orauit in Concilio Tridentino (vt dictum eſt ibi) in ſeſſione 5. anno 1546. Tandem hoc anno 1571. ſub Pio V. cui cariſsimus erat, mortem obiuit.

Anno 1572.

LVDOVICVS de LVERE, Italus, patria, aut cognomine Brixienſis, vir ingenij, & doctrinæ ornamentis decoratus, & tam in ſæculari, quàm in Chriſtiana philoſophia verſatus egregiè. Concionator quoque præclarus, & doctus. Cum vitæ eſſet integerrimæ, Prouincialis iterũ moderatus eſt Prouinciam Lombardiæ. Prudentia & diſciplinæ zelo valuit plurimùm. Demũ quadam nocte, pijſsimus Pater, abſoluto Brixiæ matutino, pronuncians verba illa: *Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius* ad ſuperos euolauit. Cum verò iaceret in feretro, manus eius, tamquam violarum ſuaveolentiam ſpirabant. Scripſit:

Sermones ſuper Euangelia, & Epiſtolas de Tempore.

Item de Sanctis per annum.

Obijt anno vitæ reſtitutæ 1572. Antonius Luſitanus *in Bibl. Præd. fol.* 169. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 362. circa finem eum appellans Ludouicum Lucretium, ſiue de Luere, Relatio Prouinciæ Lombardiæ apud Plodium *de viris illuſtr. Ordinis part.* 2. *lib.* 4.

ADRIANVS de VALENTICO Venetus, vir doctiſsimus, probatiſsimiſque moribus decoratus, ſublectus eſt Iuſtinopolitanus Epiſcopus, quæ vulgò dicitur Caput Iſtriæ à Pio V. die 28. Februarij 1566. Hic præfuit ſummę integritatis laude ſex annos ſuæ Eccleſiæ, à qua radicitus extirpauit, quod Vergerius dudum eius deceſſor, iniquè in Eccleſia illa plantauerat. Scripſit.

Tractatum de arte inquirendi hæreticos. Venetijs apud Antonium Gardanum 1542.

De Sacramento Euchariſtiæ contra Caluinum.

Item librum contra Matthæum Gribaldum.

Fuerat Inquiſitor Generalis Venetijs, & in dominatu Veneto. Interfuit Concilio Tridentino miſſus à Pontifice in locum F. Petri de Soto. Fuerat etiam Patauij profeſſor Metaphyſices ibique ſacras litteras, & ſcholaſticam Theologiam quadraginta annis honorificè docuit. Pio V. Pontifici Maximo chariſsimus extitit.

Moritur hoc anno 1572. Vghellus *tom.* 5. *Italia ſacra*, Fontana *in Theatro p.* 1. *c.* 5. *tit.* 307. Sanſouinus *in Venetijs*, Index Concilij Tridentini, Plodius *de viris illuſtr. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro, tom.* 1. *&* 2. *& in Appendice prima ad primũ tomum eiuſdem Apparatus* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

PETRVS de MERCADO Hiſpanus vir doctiſsimus protectui noſtrorum ſtudentium conſulturus. Scripſit:

Commentarios in Textum Petri Hiſpani; quibus annectuntur *Argumenta ſelecta in primũ, & ſecundum librum ſummularum. Hiſpali* 1571. *in fol.*

In Logicã magnam Ariſtotelis commentarios cum Noua translatione Textus ab ſe edita. Hiſpali eodem anno in folio.

Hæc opera etiam tribuuntur noſtro Thomæ Dominicano qui eodem cognomine de Mercado recenſetur.

Pe-

Petrus Mercado in Synodo Tridentina Theologus recenſetur. D. Aciſcli Moia de Contreras Epiſcopi Vicenſis in Catalonia, habuitque Sermonem Dominica IV. poſt Pentecoſtē: datuſq; typis fuit cum alijs Tridentinis Deſideratur an. 1544. *n.* 2. inter Teologos. Bibliotheca Hiſpana:

DAMIANVS de ARTVFEL, alijs Damaſus, ex Conuentus S. Maximini ad Hiſpaniam ſe tranſtulit, ſcripſit.

Modo de rezar de los Frailes Predicadores. Cæſarauguſtæ 1572. in 8. & Valliſoleti 1614. in 8.

Præter Proceſsionarium cum notis, & rubricis, edidit librum de Cantu plano, & ordinario. Valliſoleti 1614. in 8. & Cæſarauguſtæ 1672.

Eius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 201. *colum.* 1. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Dominicanis m. s.*

PHILIPPVS MENERIVS, Hiſpanus, claris ortus natalibus, Patriam habuit Truxillum, quæ eſt ciuitas in Eſtremadura Prouincia. In patria ſe noſtrum habitum induit. Applicitus litteris, adeo in eis profecit, vt ad moderandam S. Thomæ cathedram à Cōplutenſibus fuerit accerſitus. Fuit etiā Regens in Collegio S. Gregorij Valliſoletano. Præfuit quoque Gregoriano Collegio Pinciæ, ac Cænobijs Maritenſi, atque Segouienſi, & in omnibus ijs fructuosè. In eo enim ſingularis animi probitas elucebat; atque zelo religioſæ obſeruantiæ totus efferueſcebat. In Gallæcia euolauit ad meliores anno MDLXXII. ſepultuſque fuit in noſtro Conuentu S. Marthæ de Hortigoſa. Scripſit Hiſpanicè.

Luz del Alma contra la ceguedad, y ignorancia: ſeu Doctrinam Chriſtianam. Salmanticæ 1556. in 4. & iterum 1578. Medinæ 1567.

Alphonſus Fernandez Placentinus minus rectè diſtinguit *Doctrinam Chriſtianam à lumine Animæ*.

Tratado de la Cofradia de los juramentos, ſeu *librum in defenſionem, & confirmationem Societatis nominis Dei. Volumen eſt quadripartitum, & fuit excuſum* Antuerpiæ 1569.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. pag.* 204. Plodius *in Appendice*, Ioannes Marieta, *Bibl. Hiſpana.*

DOMINICVS ARTEAGA, Hiſpanus, vir doctrina, & religione inſignis, magna proſequebatur deuotione Virginem de Roſario, ob id edidit Hiſpanicè:

Teſoro de conteplacion hallada en el Roſario de Nueſtra Señora con ſu exercicio. Palentiæ apud Didacum Fernandez 1572. in 8.

Eius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 252. *col.* 1. Poſſeuinus *in Apparatu tom.* 3. *verbo Roſ.* Marraccius 1. *p. Bibl. Mariana fol.* 340. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

DOMICVS de ARA Americanus. Ita eum appellant eius conſodalis Remeſal *lib.* 11. Hiſtoriæ Chiapæ *cap.* 1. *& lib.* 4. *cap.* 15. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* quare non benè de Lara nuncupatur à Fontana *part.* 1. *Theatri cap.* 5. *tit.* 184. & à Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 254. Vir fuit doctus, & grauis, præditusque virtute multa: quare renunciatus fuit Epiſcopus Chiapenſis in noua Hiſpania, at nondum conſecratus, obijt anno 1572. Scripſit:

Vocabularium, ſeu ſyntaxim linguæ Chiapenſis.

Eius meminerunt præter ſupra dictos, Aegidius Gonzalez Dauila *in Theatro Indico eccleſiaſtico, & alij.*

Anno 1573.

DIDACVS à ROSARIO, Luſitanus, prædicator, ac religioſus clariſſimus, in ſua Prouincia varijs functus eſt præfecturis. Apud Bracharenſem illum Archiepiſcopum ſanctitate eximium, Bartholomæum de Martyribus Dominicanum vixit, cuius hortatu edidit idiomate Luſitano:

Legendarium de Sanctis, cui & addidit plures conciones earum duobus magnis voluminibus. Bracharæ anno 1563.

Tribuitur etiam Didaco *Dominicanorum Hiſpanum Chronicon.*

Suma item de Caſos. & Catechiſmo. Vtrumque Bracharæ in Luſitania iuſſu

ſu eiuſdem Archiepiſcopi typis commiſſum.

Ludouicus Iacobus à S. Carolo, qui eſt Author Bibliothecæ Pontificiæ, tribuit Didaco à Roſario Dominicano *Determinationes quorundam Doctorum de differentia inter Eugenium IV. Pont. Max. & Concilium Baſileenſe*, quæ M. S.S. habentur Romæ in Bibliotheca Cardinalis Aſcanij Columnæ.

De eo ſcripſerunt Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 67. Ambroſius Gozæus, Plodlus *de viris illuſtr. Ord. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tom.* 1. *Apparatus ſacri*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 240. *col.* 1.

ANDREAS RESENDIVS, vulgo de Reſende, Eboræ anno 1493. ex nobilibus parentibus, videlicet, Andrea Vaſeo Reſendio, & Angela Eleonora Vaſea Goes exortus. Bimulus patrem amiſit; fuit tamen à matre in ſtudijs liberaliter educatus. Ei cum primùm licuit per ætatem, in patria noſtræ Religioni ſtuduit cooptari. Compluti Antonio Nebriſſenſe, deinde Salmanticæ Ario Barboſa doctoribus græcas, & latinas litteras didicit. In Philoſophia, & ſacra Theologia Dominicanos inſigniores habuit præceptores. Pariſios adijt, & Louanium. Familiaris fuit Conrado Goclenio, Vueſtfalo eloquentiæ profeſſori, qui perpetuo Louanij hæſit, Ioanni Campenſi Hebraicæ linguæ in Collegio Buſſidiano doctori, Rutgero Reſcio ibidem græcas litteras profitenti. Vſus etiam familiariter eſt Nicolao illo Clenardo, qui plures linguas Louanij propagauit, & alibi, & Ioanne Vaſæo. Amicus etiam fuit Conimbricæ Martino Azpilcuetæ Nauarro, vt ſcribit ad Vaſæum pro Colonia Pacenſi. Ita Miræus de Scriptoribus ſæculi XVI. 137. Louanij agens Vaſæum hortatus eſt, & Clenardum vt ſe, docturos ibi, conferent in Luſitaniam. Idem Miræus ibidem *cap.* 72. Petro Maſcarenio Regis ſui apud Carolum V. Imperatorem Legato adhæſit, euocatus, vt ei ab ſtudijs, quæ efflictim amabat, eſſet. Cum eo aulam ſequutus eſt, aulæque, atque ipſi Carolo innotuit, & charus fuit. Etenim ſequutus eſt eum in Pannonica illa aduerſus Turcas expeditione. Anno MDXXXI. vocatus eſt à Rege Ioanne III. Olyſiponam ad ſcribenda Concilij prouincialis decreta. Erat celeberrimus Orator, Theologus, & Poeta. Henrico Cardinali Portugalliæ infanti fuit à Concionibus: erat quidem vernacula lingua, æquè vt latina diſertus. A Rege ipſo, duobusque illius fratribus ampliſſimis S. R. E. Cardinalibus Alphonſo, & Henrico adactus eſt, vt aperiret ludum in curia. Theologiam coluit ſemper, ac epulante Patrono, Epiſtolas Pauli legebat ipſe Reſendius: ſuper lecturam circumſtantes dubia proponebant, quæ Andreas extempore reſoluebat. Dicendi genus floridum, graue, & nitidum ſectatus, non ſine aliqua reprehenſione antiquiores quaſdam pronunciandi, atque ſcribendi formulas, quæ abſoletæ iam ſunt, ſuperſtitiosè vſurpauit.

Poeſim quoque nō ſine magna laude exercuit Horatij imitator. Item Harmonicam; erat enim compoſitionis múſicæ benè peritus. Quare pangens carmina, illis modulationes verè lyricus adaptabat.

Eius opera duobus magnis voluminibus continentur.

P R I M O.

De Antiquitatibus Luſitaniæ libri quatuor.

Hoc opus conſcriptum fuit ab Authore poſt annum MDXL. & typis cōmiſſum fuit. Deinde in magno Hiſpaniæ illuſtrato ſyſtemate iterum prodijt Francofurti 1603.

In hoc volumine præcedunt epiſtolæ duæ de hoc ipſo argumento; aliter ad Alphonſum Emmanuelis Regis filium, altera ad Bartholomæum Frias de Albornoz Iuriſconſultū doctiſſimū.

Subijciuntur Iacobi Mænetij Vaſconcelli in quatuor hoſce libros ſcholia breuiora.

SECVNDO VOLVMINE.

Conſtat hoc volumen 892. folijs & continet.

De Antiquitate Eboræ lingua vernacula.

Auctior liber hic prodijt ex ſecunda editione an. 1576. in 12. cū hoc titulo.

Hi-

Hiſtoria da Antiguidade da Cidade de Euora.

Adiunxerunt Francofurtenſes huic opuſculo in hac ſua editione Iacobi Mænetij Vaſconcelli iuris conſulti Luſitani *De Eborenſi Municipio commentarium*, ſiue Reſendiani Appendicem.

Andreas Scotus vir doctiſſimus vertit Commentarium hunc in Latinum.

Præterea continentur in hoc ſecundo volumine *Poemata varia*; hæc ſunt:

Ad Deum Patrem ob calamitatem ſectarum, Ode.

Ad Christum Confeſſio, & ad Crucifixum.

Vincentius Leuita, & Martyr, Heroici Poematis libri duo, cum ſcholijs eiuſdem Reſendij.

Ad Gaſparem Caſalem Epiſcopum Leirenenſem Epiſtola de Paſtoris officio.

Encomium vrbis Louanienſis, cum alijs carminibus.

Eraſmi Roterodami encomium. Nondum detectus erat hæreticus.

Ad Damianum Goeſium, & alios epiſtolæ.

Epicedion rapto Daciæ Principi, ad Cæſarem.

De Vita Aulica, ad Speratum Marcianum Ferrarium Luſitanum.

In Obitum Ioannis III. Luſitaniæ Regis conqueſtio.

Ad Mariam Sereniſſimam Ioannis III. Regis ſororem eruditiſſimam Principem Epiſtola.

Ad Sebaſtianum Regem, ob Regni adeptum regimen.

Ad Philippum II. Hiſpaniæ Regem, vt arma in Mauros conuertat.

Ad Lupum Scintillam Epiſtolæ duæ, & ad Petrum Santium tertia.

Nicolaus olim Clenardus hoc elogio, quod eſt apud Ioannem Vaſeũ *cap.* 6. Chronici, laudat Reſendium: *Andreas Reſendius, Poeta inſignis tanta carminis maieſtate, tam neruoſis inuentionibus donatus ab Apolline, vt ſi in ſtudio Poetico perduraret, tam nobilem Vatem haberet Ebora, quàm genuit olim Corduba*. Hæc ille.

De Aera Hiſpanica, ad Ioannem Vaſeum. Hanc innuit Didacus Couarrubias *lib.* 1. *variar. Reſolut. cap.* 12. quod de ratione computandi temporis ab annorum numero agit.

De Colonia Pacenſi ad eundem Vaſeum, data Eboræ 1553.

Pro Sanctis Christi Martyribus Vincentio Oliſſiponenſi Patrono, Vincentio, Sabina, & Christeta de Eborenſibus ciuibus, & ad quædam alia, Reſponſio ad Bartholomæum Quanedum S. Toletanæ Eccleſiæ Sacerdotem, doctiſſima quidem, & benè prolixa, Eboræ data anno 1567.

Ad Ambroſij Moralis Epiſtolam Reſponſio, in qua de Traiani pontis Alcantaræ vrbis inſcriptione, alijſque, data Eboræ 1570.

Duæ Orationes, quarum vna habita eſt Conimbricæ in Gymnaſio Regio, anniuerſario Dedicationis eius die 4. Kalendas Iulij MDLI.

Altera in Synodo Eborenſi habita an. MDLXV. menſe Februario, Præſide Ioanne Mello Archiepiſcopo Eborenſi.

Omnia hæc iterum prodierunt Coloniæ ex officina Gerardi Crenemburgi hoc titulo.

Deliciæ Luſitano-Hiſpanicę 1613. in 8.

Cuncta hæc in Arnoldi Mylij editione Coloniæ anno 1600. in 8. Hæc alia tamen ſeorſim lucem viderunt, nempè:

De Verborum Coniugatione Commentaria. Oliſſipone 1540.

Oratio pro roſtris pronunciata in Oliſſiponenſi Academia Kalendis Octobris 1534. in 4.

Narratio rerum geſtarum in India anno 1530. iuxta exemplum epiſtolæ, quam Henricus Cugna Dux Indiæ maximus miſit ex vrbe Cananorio 4. Idus Octobris Anni eiuſdem. Secundo volumine Hiſpaniæ illuſtratæ.

Breuiarium Eborenſe. De hoc ita Ioannes Vaſeus *cap* 5. Chronici Hiſpanici. *Breuiarium Eborenſe nuper Lucius Andreas Reſendius Reuerẽdiſſimi S.R.E. Cardinalis, & Sereniſſimi Principis Infantis Portugalliæ Henrici Eborenſis Archiepiſcopi auſpicijs, ita niteri ſuo reſtituit, vt non arbitrer aliud reperiri exactiori iudicio concinnatum. Certè Sanctorum Hiſtorias Hiſpanorum non alibi meliori fide ſcriptas reperias, quas ille ante annos multos perluſtrata ferè tota Hiſpania, tamquam quod futurum erat, præ-*

ſagiens, & ſummo ſtudio perquiſiuit, & ex Eccleſiarum cathedralium libris, vbi quam emendatiſſimè reperiri poterant, accuratiſſimè deſcripſit. Hæc Vaſeus.

Petrus etiam Galeſinius de hoc opere in nuncupatione Martyrologij ſic loquitur de Reſendio: *Eum doctrinarum antiquarum laude præſtantem appellans virum, ſubdit: perluſtratis omnis Hiſpaniæ Baſilicis Cathedralibus, compertiſque antiquis Tabulis Sanctorum Hiſpanorum, Hiſtoriam diſerta oratione contexuit.*

Hoc igitur *Breuiariū* Eccleſiæ Eborenſis ad inſtantiam Cardinalis Infantis Archiepiſcopi illius Eccleſiæ emendauit.

Vita S. Gilij, ſeu Aegidij Scallabitani, ſiue de Santaren, Ordinis noſtri, dicti de Pomella.

Hanc deſumpſit ex alia cuiuſdam antiqui eiuſdem Ordinis noſtri alumni ſemi-barbara, quæ aſſeruatur in prædictæ Vrbis Conuentu. Eamque in quatuor libros diſtinxit. Edita eſt Pariſijs latinè. Ita Ludouicus Cacegas in Hiſtoria Ordinis Prædicatorū Prouinciæ Portugalliæ *lib. 5. cap. 11. p. 1.*

Edidit carmina *Aduerſus ſtolidos politioris litteraturæ oblatratores* eruditè, & eleganter. Baſileæ apud Frobenium 1531.

Genethliacū Principis Luſitaniæ, quod excuſum fuit in Gallijs. Ita in Epitome Geſneriana Bibliothecæ.

Vernacula lingua compoſuit.

A Vida de Santo Lego Fr. Pedro, do Conuento de Ebora.

Hic Beatus Frater Petrus de Aueiro cōuerſus, Portugallenſis fuit receptus ad Ordinem in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Miſericordia de Aueiro, vitamque finiuit in noſtro Cœnobio Eborenſi. Eboræ impreſſus eſt liber.

Hanc vitam Antonius Senenſis deinde ſcripſit latinè.

A Architettura de Leon Baptiſta Alberto, quam ex Authoris vernaculo in Luſitanum, Henrici Cardinalis nutu, traduxit.

Hæc poſt ipſius Reſendij mortem, eiuſdem Cardinalis iuſſu, & cura Didaci, ſeu Iacobi Mænetij Vaſconcelli lucem aſpexit. Ita Gaſpar Statius in tractatu de Statiorum familia Eborenſi, vbi de Simone Statio tractat diffusè.

Scripſit & ipſe peculiare opus *de Architectura*.

Item *Libellum de Colonia Pacenſi* ad Franciſcum Nonium: *Ita in libro IV. Antiquitatum*, vbi de *Pace Iulia*, ſiue *Auguſta Epiſtolam ad Ioannem Barros*; in qua ſe dicit egiſſe *de Simena* minimè concubina; ſed iuſta vxore Alphonſi VI. Caſtellæ Regis, & quidem prolixè in eodem libro 4. Antiquitatum ſub titulo *de Vrbichienſi Agro*.

Apologiam contra Viſenſem Epiſcopum de Aquæ-ducta Eborenſi à Sertorio fabricari iuſſo.

De Aquæ-ductibus libros duos. Hos ſcripſit iuſſu Regis Ioannis III. ita ipſe in Opuſculo de Antiquitate Eboræ *cap. 3.* vbi meminit quoque Apologiæ prædictæ.

De Coloniarum, & Municipiorum Iure, commentarium. In allegato Opuſculo *cap. 4.* ſe breui miſſurum promitit in lucem.

Libro 1. Antiquitatum cap. de Barbaris populis narrat ſe reſtituiſſe omnia opera Sidonij Apollinarij.

De Bracharæ vrbis conditione, pluſquam trecentorum verſuum Poemation.

Extabat hoc opus ſuperioribus annis penes Emmanuelem Seuerinum de Faria Cantorem Eborenſem virum eruditiſſimum. Ita refert D. Rodericus de Acunha in Hiſtoria Bracharenſis Eccleſiæ, dum agit de D. Didaco à Souza huius Eccleſiæ Antiſtite.

Vitam quoque, & officium S. Gundiſalui de Amarantho. Ita Marieta, & Antonius Luſitanus *in Bibliot. Ordinis fol. 19.*

Compoſuit etiam Officium S. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ. Ita Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 137.*

Martyrologium Luſitanum eadem lingua. Ita Lopez, Epiſcopus Monopolitanus *in Hiſtoria Ordinis Prædicator. part. 4. lib. 2. cap. 3.*

Obijt octogenarius anno currente 1573. ſtatura fuit procera, prægrandibus oculis, criſpo capillo, colore ſubfuſco, ſed hilari, minimeque contracta

& a fronte in domeſticos, diſcipuloſque ſeuerier.

Commendatus eſt ſummis laudibus à Miræo *de Scriptoribus ſæculi cap.* 137. ab Antonio Luſitano *in Bibliotheca Ordinis pag.* 18. *&* 19. Plodio *de viris illuſtr. Ord. part.* 2. *lib.* 4. Nicolao Clenardo, Ioanne Vaſeo, Ambroſio Morali *lib.* 8. *Hiſtoriæ Hiſpaniæ cap.* 20. Oſorio Siluenſe Epiſcopo in Proemio Hiſtoriæ Regis Emmanuelis Portugalliæ, Ioſepho Scaligero in notis ad Euſebij Chron. *num.* 1977. Iacobo Vſſerio de Britannicarum Eccleſiarum primordijs *cap.* 16. *pag.* 747. à Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1. *à fol.* 65. *vſque ad* 68. *vol.* 1. à Ludouico Cacegas *in Hiſtoria Ordinis Præd. Prou. Portugalliæ p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11.

Adnotandum eſt in hoc loco Nicolaum *in Bibl. Hiſpana p.* 1. *fol.* 65. *vol.* 2. in calce aſſerere à Reſendio habitū Dominicanum depoſitum; quod apud noſtros non lego. Ita loquitur de hac re: *Iuſſus interim bona cum Summi Pontificis venia iuſtis de cauſis ſchema dimittere Dominicanum, cuius tamen, vel in morte ipſa ſtudium retinuit, electo ſibi in Eborenſium Prædicatorum intimis adibus ſepulchri loco.*

At Scriptor hic, tametſi ſolertiſſimus & accuratus, fallitur: vixit quidem ex venia Summi Pontificis in Regis curia extra Cœnobij ſepta, ſed habitum nunquam dimiſit. Quod Miræus innuit non obſcurè *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 90. ſub initium. *Lucius Andreas Reſendius, Eboræ in Luſitania natus, poeta fuit, & Orator, & Theologus egregius, Dominicanorum iam ſeſe ſodalium familiæ, pietatis ſtudio, addixerat, cum Emmanuel Luſitanorum Rex, liberis domeſticum Doctorem ſeriò quærens, Pontificis bona cum venia, Reſendium ob ſingularem cum pietate coniunctam doctrinam, in aulam traduxit. Vixitque extra cœnoby ſepta ſacerdos, ſumma vitæ continentia, & integritate, ſtudijs optimarum artium, quæ à vitijs mentem auocant, impensè deditus. Louanij Damiano Goeſio, eiue ſuo, vſus eſt perfamiliariter. ADSVOS REVERSVS, vt erat antiquitatis patriæ, præſertim ſacræ, peritus in paucis, res Luſitaniæ libris quatuor complexus fuit. Quibus Eboræ, Coloniæ Pacenſis, & aliorum locorum antiquitates adiunxit. Reliqua eius operà, partim Romæ, partim Coloniæ Agrippinæ edita, Andreas Schottus in Bibliotheca Hiſpaniæ recenſet. Obyt octogenario maior, ſub annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum octauum.* Hæc Miræus; in cuius verbis duo egent cenſura; primum bis recenſuiſſe Reſendiū hic *cap.* 90. & deinceps *cap.* 137. At hic lapſus frequentiſſimus in recenſendis ſcriptoribus. Alterum eſt obitum produxiſſe ad annum 1578.

GASPAR VARRERIVS Luſitanus, omnis antiquitatis, atque etiam Geographiæ inſigniter peritus, *Iter ſuum à Pace Iulia Mediolanum vſque* deſcripſit, & loca Hiſpaniæ omnia accuratè luſtrans, ſingulorum origines, appellationes, ſitum, aliaque erudita narratione chorographica Luſitanicè euulgauit. Vſus eſt tamen familiariter populari ſuo noſtro Andrea Reſendio; à quo etiam adiutus fuit. Hæc Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 90.

THOMAS MANRIQVEZ, Hiſpanus, Conuentus Petræ fixæ alumnus, auito genere illuſtris, ingenio ſolers, doctrina clarus, iudicio ſolidus, ac propoſiti prudenter admiſſi tenaciſſimus cum in ſcholaſtica Theologia verſatus eſſet egregiè, pluribus in cathedris ſibi nomen viri præſtantiſſimi vindicauit. Anno 1553. aſſumpto P. F. Stephano Vſuſmaris, qui erat Ordinis Procurator, ad hoc officium promouerunt in Hiſpania commorantem Manriquez. Anno 1565. Magiſter Sacri Palatij à Pio IV. deligitur. Cum autem in hoc Magiſterio præſideret, mandante Pio V. Pont. Max. Angelici doctoris opera omnia, vt ſine labe in lucem Romæ prodirent, purgauit à mendis. Idem Pius Pontifex cum Theologalem in Vaticana Baſilica inſtituiſſet, decreuiſſetque, vt huiuſmodi Theologus, D. Thomæ doctrinam ſequi teneretur, illam F. Thomæ Manriquez Theologo præſtantiſſimo, Thomiſticæque doctrinæ fideliſſimo ſectatori, ſucceſſoribuſque Sacri Palatij magiſtris, pro tempore futuris, dato ſuper hoc Apo-

ſtolico decreto, anno 1570. demandauit. Hac nobili præbenda fruitus eſt Manriquez vſque ad mortem. Verùm excepto è viuis Manriquez ann. 1573. Gregorius XIII. hoc Pij V. decretum abrogans, ſanxit huiuſmodi Theologalem præbendam Romano Clerico tribuendam in poſterum fore. Hic eſt ille Thomas Manriquez, qui Proregem Neapoliranum, cum Paulum IV. Pont. Max. bello vexaret, & Vrbi mala plurima minaretur, ab armis remouit. Itaque huius opera Pontifex ipſe, Vrbs tota, eccleſiaſticaque ditio ab imminenti inuaſione fuerit vindicata.

Scripſit *& annotauit errores in Alexandro Tartagino*, dicto de Imola inquinato annotationibus Caroli Molinæi, vt vnuſquiſque, illis deletis, tuta conſcientia, vti poſſet hoc libro. Obſeruata verò ſunt hæc in Lugdunēſi editione an. 1570. Conſule Antonium Poſſeuinum *in Appratu ſacro*.

Scripſit præterea *docta Commentaria ſuper D. Thomam*.

Cum eſſet Magiſter Sacri Palatij, cū P. F. Euſtachio Lucatello noſtri Ordinis Procuratore in Catechiſmo poliendo elaborauit. Vide an. 1576 Fernandez, Plodius, Lucarinus, & Fontana *in Theatro p. 2. c. 5. num.* 47.

HIERONYMVS BRAVATERIVS, Brixienſis, Lombardus, ſcholaſticus eruditus, ſcripſit.

Super Prædicabilia Porphirij.

Luſit. *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſt. part. 2. lib.* 4.

LEONARDVS de MARINIS Genuenſis, ſed in Chio Inſula natus, vir potens in opere, & ſermone Archiepiſcopus Lancianēnſis in Concilio Tridentino clariſſimus, qui poſt Concilium cum F. Aegidio Fuſcarario Epiſcopo Mutinenſi, & F. Franciſco Forerio Luſitano Dominicanis Breuiarium, & Miſſale Romanum reformauerunt, & quibus ſelectiſſimum Catechiſmum conficiendi commiſſa eſt cura, vir fuit omni eruditione conſpicuus.

Hic primùm à Iulio III. die 5. Martij anno 1550. Epiſcopus Laodicenſis, ſuffraganeuſque Card. Herculis Gonzagæ ex Mantuæ Ducibus perpetui adminiſtratoris Mantuanæ Eccleſiæ creatus eſt. Cum eſſet Mantuæ compoſuit *Catechiſmum pro cura animarum ciuitatis, atque diœceſis Mantuanæ*, impreſſum Mantuæ an. 1555.

Ita Abbas Iuſtinianus *in Bibl. Liguſtica*, & Fontana *in Theatro p. 1. cap. 5. tit. 364. num. 6.*

Deinde translatus eſt ad ſedem Lancianenſem in Aprutio die 16. Ianuarij anno 1560. à Pio IV. ſuæ Eccleſiæ erectionem in Metropolitanā procurauit, & obtinuit 9. Ianuarij an. 1562. & ſic primus extitit eiuſdē Eccleſiæ Archiepiſcopus. Sex annis hanc Eccleſiam optimè rexit. Poſtremo à Pio V. Sanctiſs. Pontifice ad Albenſem translatus eſt anno 1566. ex *Act.* Conſiſt. Vghellus *tom. 6.* Fontana *in Theatro part. 1.*

Septem annis Albenſem, quæ eſt in Prouincia Montis Ferrati Inſubriæ ſub Metropolit. Mediolanen. rexit Eccleſiam, licet ferè ſemper abſens ob Apoſtolicas legationes in Eccleſiæ Romanæ commodum obitas; etenim in Hiſpaniarum Regna Apoſtolicus nuncius cum ampla facultate ad Carolum V. Cæſarem, & Regem miſſus fuit in locum Ioannis Card. Poggij, Philippum Regem eiuſdem Caroli V. filium in Angliam, ad Reginam Mariā matrimonio ſibi iungendam tranſfretaturum benedixit; atque Eccleſiaſticam immunitatem à quibuſdam miniſtris impetitam, fortiter ſuſtinuit. Fecit vt Concilij Tridentini decreta nuper ſub Paulo III. & Iulio III. edita, ſeruarentur. Marcellus II. qui Iulio III. an. 1555. ſucceſſit in Pontificatu, Leonardum Apoſtolicum Nuncium in Hiſpania confirmauit, quod & Paulus IV. præſtitit, ſub quo illis difficillimis tunc temporibus, ius eccleſiaſticum, & dignitatem Pontificis infracto animo tutatus eſt: nam perturbatis Con. ſiliorum Regiorum animis contra eccleſiaſticam libertatem, atque in ipſum ſummum Pontificem non minima meditantium, Leonardus ſumma cum rerum ſuarum iactura, per annum, & vltra ſuæ Legationis tribunal occluſum, ne Apoſtolicæ ſedi detrimentum vllum in poſterum inferretur, tenuerit.

Quod

Quod factum poſtea ſummis laudibus extulere cum Paulus Pontifex, tum ipſe Philippus II.

A Pio V. ad Maximilianum II. Imperatorem cum poteſtate Legati pro rebus Concilij, arduiſque Chriſtianæ Reipubl. negotijs miſſus, rem citò, ac perbellè, Pontificis maximi, nec non Cæſaris beneuolentia tibi conciliata, confecit. A Gregorio XIII. in Hiſpaniam ad Philippum II. ac in Luſitaniam ad Sebaſtianum Reges iterum Apoſtolicus Nuncius pro fœdere in Turcas ſanciendo mittitur anno 1572. in qua Legatione ita ſe prudenter geſſit, vt catholicum Regem in ſacro fœdere cōfirmauerit. Luſitanum verò in Mauros arma mouentem, pro fœdere, ac pro ſuppetijs ferendis, ad non exiguam pecuniæ ſummam contribuendā, induxerit. In Vrbem ſacra purpura cohoneſtandus à Gregorio Pontifice reuocatus, illam ingreditur. At ſequenti die infirmatus, laborum ſuorum præmia percepturus in triunphante Eccleſia, tranſiuit ad ſuperos anno 1573.

Die 11. Iunij ætatis ſuæ 63.

Huius præclaras laudes, Legationes peractas, factaque peregregia Abbas Vghellus *in Italia ſacra tom. 4.* diffusè enarrat. Sepultus eſt Romæ in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruā cum hoc Epitaphio:

D. O. M.
Leonardo Marino Patritio Genueſi,
Qui cum inſignis doctrina,
Ac morum grauitate conſpicuus,
Ex Ord. Præd.
Ad Archiepiſcopatum Lancianen.
Euocatus fuiſſet,
Mox illius ſingularem animi prudentiā,
Ac in arduis dexteritatem
Quinque ſubinde Romani Pontifices
Iulius III. Paulus IV. Pius IV. Pius V.
Gregorius XIII.
Maximis in rebus deſtinatus pro Legato
Apud Carolum V. ac Maximilianum
Ceſſ. Augg.
Atque iterum ad Philippum Regem
Catholicum,
Nec non apud Sebaſtianum
Luſitaniæ Regem
Opera ſua pro Chriſtiana Republica,
Ac dignitate Apoſtolicæ Sedis,
Quàm maximè expeti potuit,
Sedula præſtitit.
Demum à Gregorio XIII. deſignatus
Pro Legato iterum ad Maximilianum
Cæſarem,
Exactorum laborum præmia,
Quæ in terris ſumma illum expectabant,
Cum æternis feliciter commutauit
Aetatis ſuæ anno LXIII.
Obijt anno Sal. MDLXXIII.
III. Idus Iunij.

Anno 1574.

ANDREAS ALCHERVS de Materno, alijs de Paterno, Brixienſis, Inquiſitor Generalis Mantuæ, vir pietate, ac religione inſignis compoſuit.

Annotationes quaſdam ſuper paruum Confeſſionale noſtri P. F. Hieronymi Panormitani. Pluries editum, & nouiſſimè Vicentiæ, & Baſſani per Io: Antonium Remondin. in 12. Poſtremò prodijt annexum eidem Confeſſionali, ac operi noſtri Marcelli Graſſi Neapoli, apud Conſtantinum Vitalem, & iterum apud Octauium Beltranum 1641. in 8.

Et alia quedam.

Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.*

MARTINVS de LEDESMA, ſiue Ledeſmius, ſic dictus ab Oppido ſuo Natali, quod adiacet fluuio Tormi, vir ingenij præcellentis, & litteris celeberrimus. Omnibus diſciplinis ornato non defuit probitas morum. His monentibus, Ioannes III. Rex Portugalliæ circa annum MDXLIV. qui Conimbricenſem Academiam optimis, & doctiſſimis præceptoribus ſatagebat ornare, eum Salmantica Conimbricam ad primariam S. Theologiæ lectionem accerſiuit. In hoc munere Ledeſma ſupra triginta annos cōtinuoſe exercuit. Poſt tam longiſſimum ſpacium noluit cathedraticus emeritus deſiſtere iuxta morem ab opere, quinimò animo libētiori ſe impendebat gymnaſio, magno conatu. Catharina Sebaſtiani Regis Minorenſis Mater Viſenſem Epiſcopatum obtulit ei. At vir modeſtus, ac pius,

pius, & humilitatis ergo, & ne ſe à ſchola diuerteret oblatam Infulam renuit acceptare.

Vltimum obijt diem anno 1574. Sepultuſque fuit in maiori ſacello in S. Thomæ Collegio, quod ipſe in eadem Academia Conimbricenſi curauerat conſtrui. Nam Ioanni III Portugalliæ Regi auctor fuit, vt Collegium S. Thomæ Conimbricæ noſtris Dominicanis excitaret, ac annuis ditaret redditibus. Edidit:

In quartum librum Magiſtri ſententiarum, volumina duo: In quæſt. 27. 28. & 29. inſurgens in Lutheranos, acerrimè acuit ſtylum pro Indulgentijs *f.*

Reliquit præterea *Scripta plura in D. Thomæ ſummam Theologiæ*, quam in recitationibus, ſiue prælectionibus Academicis toties percucurrerat.

Hæc tametſi fuerit ſatis egregiè illuſtrata, nihilominus in prædictis non adhibuit cultum ſermonis. Fuit ei ſtylus penè imperitus, & ſcaber.

De eo ſcripſere Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 89.* Ludouicus Souſa *in Hiſtoria Luſitana noſtri Ordinis lib. 3. cap. 5.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol.....* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag. 172.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris Illuſtribus Ordinis part. 2. lib. 4.*

Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Appar. fol.* 409. perperam huic Martino de Ledeſma tribuit tomos duos de Matrimonio: nam illi editi fuerunt à Petro Ledeſma etiam noſtri Ordinis, de quo anno 1589.

FERDINANDVS de TAVORA, Luſitanus, Funchalenſis Inſulæ Maderæ Epiſcopus, eruditione, ac morum probitate illuſtris, ſcripſit.

Commentaria ſuper Euangelium Ioannis. anno 1574.

Eius meminerunt Alphonſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 298. *col.* 2.

HIERONYMVS AVGVSTVS, natione Gallus ex Italica, vel Hiſpanica vertit in Gallicam linguam Opera Ludouici Granatenſis Ordinis noſtri, videlicet:

De Peccatoris Conuerſione.

De Humanæ vitæ miſeria.

De Contemplatione.

De Oratione.

De Pænitentia.

De Sacra Communione.

Viuebat pius Pater Pariſijs anno labente 1574.

Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 29.

Anno 1575.

ANDREAS GIANETTVS, alijs Zannettus, Natione Italus, Patria Salodienſis, S. Theologiæ Magiſter peritiſſimus, Reuerendiſſimi P. F. Seraphini Caballi Brixienſis Ordinis noſtri Magiſtri Generalis digniſſimus ſocius, ac Terræ ſanctæ Prouincialis; vir in quo omnigenæ pietatis, & ſapientiæ reſplenduit candor, & decus.

Scripſit italicò Idiomate.

De Sanctiſſimo Roſario B. Virg. Deiparæ ex Pientiſſimi, & doctiſſimi P. Ludouici Granatenſis ſcriptis congeſtum lib. 1. qui Neapoli, Romæ, atque alibi ſæpius excuſus, paſsim piorum manibus teritur, & præſertim, Venetijs, apud Ioannem Variſcum, & ſocios in 8.

Præmatura morte ſublatus eſt anno poſt incarnatum Dei Verbum 1575. ex Fernandez *in Concert. Præd.* Marraccio *in Bibl. Mariana* Luſitano *in Bibl.* Ambroſio Gozzeo, & Plodio *de viris illuſt. p. 2. lib. 4.*

PETRVS MARTYR MORALLVS, alijs Morellus, Italus, Gareſinus, aut fortè Garetius patria, doctus, & egregius Eccleſiaſtes, ac pius contemplatiuus edidit.

Librum de modo recitandi, & contemplandi Roſarium Sacratiſſimum. Qui prodijt anno 1573.

Item *Latinum Dialogum in nouem partes diſtributum*, quem inſcripſit *Collyrium mentis.*

Hunc Dialogum à ſe Italicè redditum, Genuæ in Italia emiſit in lucem.

Alterum item libellum, quem nuncupauit: *Compendium de frequentia diuiniſſimi Sacramenti*, qui in Monte Regali in Subalpinis prodijt anno 1570.

Libellos quoque *de modo ſe præparan-*

randi ad ſacram Communionem.

De Virtute Humilitatis ad Sereniſſimam Sabaudiæ Ducem:

De Paſſione Domini.

De Gloria caleſti.

Triginta contemplationes de Inferno.

Hæc impreſſa fuere Vercellis anno 1563.

Viuebat Auctor hoc anno 1575.

Ita Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 201. Plodius *de viris illuſt. Ord. part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Iniuſtè Ioannes Marieta, & Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 172. *col.* 2. aſcribunt hæc opera Petro Martyri de Morales, de quo an. 1580.

ROCHVS MVMEROLIVS, edidit.

Viginti Conciones in Ionam Prophetam.

Item quinque Conciones in Dominicos dies Aduentus, ac feſtum Natiuitatis Domini. Virduni 1575.

De eo Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 156. *circa medium.*

MICHAEL de RIBERA, Hiſpanus, patria Malacitanus, apud Hiſpalenſes in Collegio Sancti Thomæ floruit litteris. Excelluit in primis ingenij acrimonia, & memoria. Vniuerſam ſacram Scripturam ferè habebat in numerato, & Summam noſtri Angelici; & quidquid legerat, firmiſſimè retinebat. Elucebant præterea in eo grauitas, & modeſtia. Scripſit:

De Ratione ſtudij Theologici declamationes ſex. Coloniæ 1575. in 8.

Hic liber eſt diuerſus ab illo altero, cui titulus *de perfecto Theologo*, quique editus fuit Lugduni apud Ioannem Torneſium 1570. in 8.

In lucem adhuc emiſit.

De contemptione rerum humanarum, & virtutis excellentia. Declamationes ſeptem. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmãni 1573.

De eo Bibliotheca Hiſpana *tom.* 2. *fol.* 114. & 115. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 446.

DIDACVS DVRAN Mexicanus, omnifariæ fuit doctrinæ, quippe orator, Hiſtoricus, Philoſophus, Muſicus, Theologus, & in omnibus his eximius.

Reliquit manuſcripta:

Hiſtoria de los Indios de Nueua Eſpaña.

Item Antiguallas de los Indios de Nueua Eſpaña.

Hæc opera valde iuuerunt Ioſephũ de Acoſta, quando ſcripſit de rebus Indicis.

Laudarunt Didacũm Antonius Leonius *in Bibliotheca Indica Occidentali titulo* XVII. Auguſtinus Dauila Padilla *in fine Hiſtoriæ Prouinciæ Mexicanæ Ordinis noſtri lib.* 2. *cap. vltimo*, Fernandez *Hiſtoria lib.* 1. *cap.* 31. Gregorius Garſia *de Prædicatione Euangelica lib.* 5. *cap.* 1. *fol.* 172. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 216. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

ALPHONSVS de la ANVNCIACION, ſeu de la Anunciada, hoc eſt, ab Annuntiata Deipara Virgine, vir prudentia præditus, & doctrina, at in primis in Hiſtorijs euoluendis laborioſus reliquit in ſchedis eleganter delineatam.

Hiſtoriam Prouinciæ Mexicanæ Ordinis noſtri.

Obijt hoc anno 1575.

Ita Padilla *lib.* 2. *cap.* 48. Antonius Leonius *in Bibl. Indica*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 8. *col.* 1. *poſt medium* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

LVCAS LEOPOLDA, Polonus primi nominis prædicator, fructuoſus tamen, & eruditus Præ cæteris plures reliquit

Sermones, & adnotationes in Biblia.

Hunc commendarunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico noſtræ Religionis ad annum* 1560. *p.* 330. & alij.

THOMAS de MERCADO, natione Bæticus, ex Prouincia Mexicana, S. Theologiæ Magiſter, vir egregius, ac in moralibus verſatiſſimus. Multùm in Mexico laborauit pro conuerſione infidelium, ſaluteque animarum. Fuit Conuentus ciuitatis, quæ in illo tractu eſt princeps, alumnus. Ab Indis Salmanticam venit, in qua morando compoſuit.

Com-

Commentarios in Textum noſtri Petri Hiſpani, hoc eſt, Summulas. Hiſpali apud Ferdinandum Diaz 1571. in folio.

In Dialecticam Ariſtotelis cum opuſculo argumentorum. Iiſdem typis, ac tempore 1571. in folio.

Vernaculo idiomate concinnauit,

Suma de Tratos, y Contratos; ſex libris: qui ſunt:

De la Ley natural.

Del Trato de los Mercaderes,

De la Prematica del trigo,

De Cambio.

De Vſuras.

De Reſtitucion, Salmanticæ 1560. deinde Hiſpali 1571. in 4. & 1587. in 4. Italicè quoque Brixiæ apud Petrum Mariam Marchettum 1591. in 8.

Raptus fuit è viuis anno currente 1575. in naui, qua in ſuam Prouinciā Mexicanam reuerſurus aduehebatur. Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol.* 257. qui teſtatur Thomam vixiſſe etiā anno 1576. eius etiam meminerunt Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib.* 4. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol.* 250. *colum.* 1. Miræus *de Scriptoribus ſaeculi* 16. *cap.* 105. *in fine.*

EVSTACHIVS LOCATELLVS Bononienſis vir doctiſſimus, inter ſui ſæculi præſtantiores Theologos meritò computatur. Fuit Bononię Prior, ſtudij Regēs, Vicarius Prouincialis Lombardiæ, ac fidei cenſor an. 1517. necnon Vincentij Bandelli Magiſtri Generalis ſocius, ac ſub Thoma Caietano Vicarius Generalis eiuſdem. Ad petitionem Cardinalis Caietani à Magiſtro Generali Garſia de Loayſa Procurator noſtri Ordinis conſtituitur. Olmeda in vita Garſiæ Mag. Ord. Tandē à Pio V. Sanctiſsimo Pontifice, cui erat à ſacris confeſsionibus die 20. Aprilis an. 1569. creatur Epiſcopus Regij Lepidi in Lombardia ſub Metropolitana Bononienſi. Vir erat grauitate morum, ac rerum agendarum peritia, & doctrina omnigena, eaque non vulgari ornatus. Sex annis ſacrum ius dixit Eccleſiæ ſuæ; in cuius dignitate tamquam lucerna ſuper candelabrum refulſit. Aeternis cum gaudijs temporales commutauit ærumnas an. 1575. ætatis ſuæ nonagenario maior. Regij, quem condiderunt in Eccleſia S. Dominici cum ſequente inſcriptione.

F. Euſtachio Locatello ciui Bononienſi,
Viro integerrimo, atque omnium
ſcientiarum
Genere cumulatiſſimo.
Deinde Pio V. piæ mem. Pontifici Max.
A ſacris confeſſionibus;
Ac poſtremò Epiſcopo, & Principi Regienſi
Vincentius Referendarius Apoſt.
Io: Bapt. & Auguſt. eius fratres mæſtiſſ. poſ.
Vixit an. XCIII. mem. VII. dies III.
Obijt an. MDLXXV. prid. Non. Octob.

Scripſit doctiſsimus Præſul.

Super Magiſtrum ſentent.

De Sanctiſſima Trinitate:

De Incarnatione.

De Angelis,

De Deipara Virgine.

Orationes Varias elegántes, & eruditas.

Vghellus *tom.* 2. *Ital. ſacræ*, Plodius *p.* 2. *lib.* 4. Ferdinandus, Marraccius *Bibl. Mar.* Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 490. Leander *lib.* 4. Luſit. *in Bibl.* Ciprianus Vberti, Razius, Antonius Poſſeuinus *in Appendice prima ad tom.* 1. *Apparatus ſacri*.

Leander *lib.* 4. Luſitanus *in Bibl. pag.* 78. & alij ponunt floruiſſe an. 1515.

MANTIVS à CORPORE Chriſti Hiſpanus, Peripateticus, & Theologus eminens plures annos rexit cathedrā Complutenſem, vndecim autem omnium plauſu, ac admiratione Salmanticenſem. Erat vir humilis, feſtiuus, omnibuſque amabilis. Ingenio peracuto, in diſputationibus vehemens, in reſolutionibus firmus, ac ſolidus, & adeo facilis in explicatione adhuc ſubtilium, & obſcurorum D. Thomæ, Caietani, ac cæterorum, vt minus capacibus, ac rudibus facillima viderentur. Huius cum laude meminit Bannes 2.2. *q.* 1. *art.* 6. *dicens*: *Huius doctoris vel nomen eruditiſſimos quoſque opprimebat, tanti eius auctoritas extimabatur*. Scripſit lecturam ſuper Summā D. Thomæ doctiſſimam.

Luſitanus *in Bibl.* 170. Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 4.

HIE-

HIERONYMVS FAZELLVS, Siculus, S. Th. Magiſter, Prædicator eximius, atque hiſtoricus nemini ſecundus, vir fuit clariſſima fama, & meritis, edidit:

Quadrageſimale. Panormi an. 1575. idque Ioanni Auſtriaco dicauit.

Item duos Tomos Concionum Italicè. Venetijs apud Guerræos ann. 1592.

Luſitanus *in Bibl. p.* 115. Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Appar. ſacro tom.* 2. *fol.* 30. *ſub initium* Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *c.* 105. *in fine*.

Anno 1576.

BARTHOLOMAEVS de CARRANZA, Mirandenſis, Oppidum eſt Miranda Regni Nauarræ in Benalaquenſi Conuentu, qui poſtea intra Guadalaxaram vrbem fuit tranſlatus in Prouincia Caſtellæ, Ordinem noſtrum adiuit. In Collegio S. Gregorij in Valle-Oletana ſumma ſui, & Ordinis gloria, Regentis functus eſt munere: Eam prudentiæ ſingularis, profundæ doctrinæ, atque innocentis vitæ ſibi comparauerat famam, vt Philippus Caroli V. Cæſaris filius, Princeps Hiſpaniarum hæreſes eliminaturus ab Anglia, hunc ante alios magis idoneum ad id explendum elegerit: Duxerat Philippus Catharinam Reginam Angliæ vxorem, & vna cum illa Britanniæ, dotalitium habuerat Regnum. Ibi ſub Henrico VIII. ſocero Anglicano lues graſſata erat, & graſſabatur hæretica. Deligitur (vt dictum eſt) ad eam eliminandam Carranza, qui, vt munus hoc adimpleret, coadiutores ſibi aſſumpſit, ſuæ Religionis cõmilitones, rerum ſacrarum peritiſſimos, graues, modeſtiam redolentes, & omni virtute ornatos. His copijs egregiè fretus, ſumma authoritate, qua pollebat, concionibus, argumentis, & quando opus erat, potentia, totum Regnum iamdiu labefactatum erroribus expurgauit. Expiauit in primis Academiam Oxonienſem, in qua concremauit libros hæreticorum, expulit contumaces, cæteroſque innumeros, quos priorum temporum calamitas ſub duobus Regibus peruerſiſſimis Henrico VIII. patre, ac filio Eduardo tranſuerſos egerat cum Romana Eccleſia reconciliauit.

Fuit à ſacris confeſſionibus Philippo II. Regi Hiſpaniarum, ac Reginæ Mariæ, ad quorum petitionem (Ioanne Siliceo Archiepiſcopo Toletano Menſe Maio anni MDLVII. ſublato è viuis) euectus eſt ad hanc maximam dignitatem. Aſtitit morienti Carolo V. cui poſito in extremis animæ pium cõmendationis officium exhibuit. Ex Fontana, & Bibliotheca Hiſpana mox citandis. Studio in Rempublicam Chriſtianam Patribus Concilij Tridentini ardentiſſimo notus, inuicta in aduerſis conſtantia fuit. Malorum patientia, & vitæ rectitudine inſignis. Cuius eruditio, & doctrina inquiſitione Hiſpanica primùm, deinde Romana ſub integerrimis Pio V. & Gregorio XIII. rigoroſè examinata, nihil habuit, in quo damnaretur. Theologus igitur præſtantiſsimus, prædicator facundus, ac pius, ſuique ſæculi nemini ſecundus ab æmulis perſecutiones expertus eſt non vulgares. Quare (vt dixi) ab Inquiſitoribus in Hiſpania primùm de Religione poſtulatus, Pio V. iubente, Romam ductus eſt anno 1567. & in Hadriana mole conſtitutus, ſuam cauſam dixit ibidem. At B. Pio è viuis ante cauſæ terminationem ſublato, à Gregorio XIII. poſt exactam diſcuſsionem, anno 1576. dimiſſus eſt. Annos XVII. in Hiſpania, & in Vrbe carcere detinuerant Mirandenſem. De carcere eductus in Conuentum noſtrum S. Mariæ ſuper Mineruam religioſiſsimus vir ſe recepit. Patres honorificè, vt par erat, eum tractarunt curantes, vt noſtri Patris Generalis incoleret manſionem. Ibi poſt dies decem, & ſeptem morbo correptus die 2. Maij eiuſdem anni deuotiſſimè fato ceſsit. Eam ſeruauit vſque ad mortem æquanimitatem, mentiſque in tot aduerſis tranquillitatem, vt nec leue aliquod impatientiæ ſignum, vel argumentum dederit aliquando. Corpus eius ſolemni pompa, vt tantũ virum decebat, in noſtra Eccleſia in medio chori tumulatum fuit cum ſequenti inſcriptione.

D. O. M.
Bartholomæo Caranzæ Nauarro,
Dominicano, Archiepſcopo Toletano,
Hiſpaniarum Primati,
Viro genere, vita, doctrinâ,
Conuerſatione, atque eleemoſynis claro.
Magnis muneribus à Carolo V.
Et Philippo Rege Catholico.
Sibi commiſſ. egregiè functo.
Animo in proſperis modeſto,
Et aduerſis æquo,
Obijt Anno Dom. CIↃ. IↃ. LXXVI.
Die II. Maij Athanaſio, & Antonino ſacro
Aetatis ſuæ LXXII.

Et circa imaginem mortis eidem tumulo inſculptæ, ita legitur:

In te proiectus ſum ex vtero.

Fuerat Præceptor Fr. Petri Sotomaioris Dominicani. Profundiſſimæ ſuæ doctrinæ reliquit hæc Monumenta.

Summam Conciliorum, & Pontificum à D. Petro vſque ad Iulium III. ſuccinctè complectentem omnia, quæ alibi reperiebantur diſperſa. Venetijs ad ſignum ſpei 1549. ad D. Didacum Hurtadum de Mendoza V. C. Caroli ad Venetos, & ad Tridentinos Patres Oratorem, qui eleganti epiſtola Carranzæ gratias habuit ob dedicationem. Prodijt quoque Salmanticæ 1551. in 4. Venetijs iterum apud Iacobum Vitalem 1573. in 8. atque Lugduni 1600. Franciſcus Siluius Hanno ſcripſit ad hanc Summam Additiones, Duacique edidit 1639. in 8.

Poſſeuinus in Apparatu ſacro dicit Carranzam lapſum fuiſſe in hac Summa Conciliorum. Initio enim ſeptimæ Synodi vocat eam Tertiam Epheſinam Synodum, quam antiqui omnes nominant Conſtantinopolitanam. Eam nempe, quæ coacta eſt ſub Leone Iſauro: quæ quidem meritò reprobata fuit. Nam conuocata fuit illegitimè contra ſacras imagines, & præfuit ibi Theodoſius Epiſcopus Epheſinus.

Falſus eſt quoque Carranza aſſerens in canone 82. ſextæ Synodi prohiberi imaginem Chriſti in forma agni, & Spiritus Sancti in forma columbæ: At Concilium non prohibet iſtiuſmodi imagines; ſed anteponit illis tantum imagines Chriſti in forma humana. Lege Bellarminum *tom. 1. Controuerſ. 7. lib. 2. de Imaginibus Sanctorum cap. 8.*

Præterea ſcripſit.

Controuerſiam de neceſſaria reſidentia perſonali Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Paſtorum, Tridenti per eum explicatam, quæ excuſa eſt Metis. Mediomatricum in Vrbe. Venetijs 1547. Lugduni 1550. in 16. & Antuerpiæ 1554. ſimul eiuſdem.

Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima Dominica Quadrageſimæ anni MDXLVI.

Hiſpanè verò.

Catechiſmo; ingenti volumine, Bruxellis apud Mutium 1558. in folio.

Hic Liber Authori ſuo tota cauſa dicitur extitiſſe permaximi infortunij, & prohibitus in Romano Indice fuit. Cenſura in Catechiſmum huius Doctoris m.s. aſſeruatur in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eulherium Bonettum Dominicanum. Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri in Appendice ad Bibliothecas folio 141.*

Item Inſtruccion para oir Miſſa. Antuerpiæ apud Plantinum 1555.

In carcere affictiſſimus Paſtor compoſuit *librum de Patientia.*

Res eius geſtas, ſcripta, vitæque cataſtrophem lacrymabilem plures memorant, ex quibus Antonius Herrera *in Hiſtoria Philippi II. atque in eiuſdem lib. 4. cap. 25.* Ludouicus Cabrera de Cordoua: Ioannes de Vera Comes de la Roca *in Epitome Caroli V.* Antonius Luſitanus *in Bibl. & Chronico Religionis,* Seraphinus Razius, Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicatoria ad ann. 1555. & Hiſtoria Eccleſ. ſui temporis lib. 3. cap. 29. & tandem in libello de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum,* Plodius *de viris illuſtr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus *in Hiſtoria Ordinis noſtri Hiſpana lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 3. quartæ partis,* Spondanus *in Auctar. Chronolog. ad annum 1559.* Didacus de Caſteion Turiaſonenſis Præſul *in opere inſcripto, Primacia de la Santa Igleſia de Toledo, in Archiepiſcoporum, & Carranzæ vita p. 2. cap. 36.* Fontana *in Thea-*

tro part. 1. *cap.* 4. *tit.* 107. *num.* 3. Sfortia Pallauicinus S. R. E. Cardinalis *Hiſtoriæ Concilij Tridentini lib.* 13. *cap.* 9. §. 4. *& lib.* 14. *cap.* 11. § 4. *lib.* 21 *cap.* 7. §. 7. Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.* Chriſtophorus de la Camara Epiſcopus Canarienſis,& Salmantinus in Catalogo Epiſcoporum Canarienſium in Melchioris Cani mentione. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 147. *&* 148. *& alij.*

Didacus Couarrubias vir grauiſſimus variarum *lib.* 13. *cap.* 13, Carranzam virum appellat *eruditione, pietate, chriſtianiſque moribus inſignem.*

Eiſengrenius in Catalogo Teſtium veritatis, *vnum omnium ſapientiſſimum tam in ſecularibus, quàm in diuinis ſcripturis eruditum, tanta ingenij vbertate, tanta dicendi copia, tam diuino orationis genere effulgentẽ, vt miraculum ſui omnibus præbuerit.* Miræus quoque *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 104. & Bellarminus *in tom.* 1. *Controuerſiarum Contron.* 7. *lib.* 2. *cap.* 8. non mediocriter laudant Carranzam.

Item Matamorus *in Apologetico de Academijs, & litteratis* viris Hiſpaniæ, atque alij plures.

Vitam eius ſpeciali opere comprehendiſſe dicitur Petrus Salazar de Mendoza iuſſu D. Gaſparis de Quiroga S. R. E. Cardinalis, qui ſucceſſit in Toletana ſede Carranzæ.

FRANCISCVS FORERIVS, Luſitanus, patria Vlyſiponenſis, vir doctiſſimus, Theologus ad Concilium Tridentinum miſſus à Luſitaniæ Rege, cuius erat concionator, deputationi ad cenſuram librorum Secretarius in eodem Concilio datus, eſt. Indicis librorũ ordinandi, & in eam formam, qua legitur, edendi Author extitit. Cui etiã poſt Concilium à Summo Pontifice vna cum duobus alijs è noſtro Ordine aſſumptis Antiſtitibus, Leonardo ſcilicet Marino Archiepiſcopo Lancianen. & Aegydo Fuſcarario Epiſcopo Mutinenſi Breuiarium, & Miſſale Romanum reformandi, catechiſmumque ſelectiſſimum conficiendi, commiſſa eſt cura. Quod munus ipſi fideliter exequuti ſunt multis laboribus, quorum multitudine, & grauitate preſſus Mutinen. Antiſtes, dum opere confecto ad ſuam Eccleſiam iter adornat, vrinæ difficultate detentus, & affectus, intra ſex dies moritur Romæ, atque in Minervam elatus eſt; quamquam vtrique operi perficiundo adiunctus (ſi non præfectus eſt) Gulielmus Sirletus Cardinalitia dignitate, ſed magis doctrina illuſtriſſimus Hic demum poliendo Catechiſmo cũ F. Thoma Manrique Mag. Sacri Palatij, & F. Euſtachio Lucatello noſtri Ordinis Procuratore laborauit, perſtititque indefeſſus, admiſſo etiam iudicio aliorum complurium doctiſſimorum, & emunctarum narium virorum. Ex Chron. breue Religionis.

In ſacro Tridentino Concilio exibuit Iſaiæ Prophetæ veterem, & nouam ex hebraica verſionem cum commentarijs. Venetijs 1563. in folio & Antuerpiæ apud Nutium 1565.

Super quinque libros Moſis.
In Ieſue, Iudices, & Ruth.
Super primum, & ſecundum Paralipomenon.
Super Eſdra, Neemiam, Tobiam.
In Eſther, Iudith, & Iobum.
Super Pſalmos.
In Prouerbia, Eccleſiaſten, & Eccleſiaſticum.
Super quatuor Prophetas maiores.
Super XII. Prophetas minores.
Super primum, & ſecundum Machabæorum.
Super quatuor Euangeliſtas.
Super omnes Epiſtolas Pauli.
Super omnes Canonicas.
In Acta Apoſtolorum.
Super Apocalypſim.

Præterea peritiſſimus linguæ græcæ, ac hebraicæ traduxit ex hebræo in latinum libros Iobi, Dauidis, Salomonis, & Prophetarum omnium. Fuit eximius Prædicator, Prouincialis quatuor annos rexit Prouinciam Luſitanã, & fuit Procurator Ordinis Romæ.

Huius cum laude meminerunt Antonius Poſſeuinus *in Appar.* Luſit. *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris ill. p.* 2. *lib.* 4. Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Bibl. ſancta* Marieta, Schotus Alphonſus Fernandez; Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 326. Vide

Zz 2 Chro-

copus Neritonenſis, primùm alumnus Conuentus Sanctæ Mariæ-Lauretanæ Aquauiuenſis in Apulia Peucetia Prouinciæ S. Thomæ, deinde facta diuiſione Prouinciæ, Cænobij S. Dominici de Neapoli. Verbi diuini fuit annunciator perferuidus, & erga Beatiſſimam Virginem Sanctiſſimi Roſarij ſumma deuotione affectus, pluresque Roſarij ſodalitates Apoſtolica Pij V. auctoritate in diuerſis locis fundauit. Ita teſtatur idem Maximus Pontifex in Bulla: *Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus Filius Frater Ambroſius Saluius de Balneolo Ordinis Fratrum Prædicatorũ Sacræ Theologiæ Profeſſor, quem tam Romæ, quàm Neapoli, & pluribus alijs Italiæ ciuitatibus verbum euangelicum, & ſacram Paginam, Chriſti fidelibus feruenti animo prædicaſſe ſatis notum eſt; & cuius vita exemplaris, & doctrina, & morum probitas apud Nos verè comprobatur, diuino ſpiritu ductus, & ob ſpecialem, quam ad eandem Beatam Mariam Virginem gerit deuotionem, Confraternitates eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs huiuſmodi erigere, & inſtituere deſideret, Nos tam pijs, & ſalutiferis ipſius F. Ambroſij votis, libenter annuere, ipſumque ſpeciali gratia fauore proſequi volentes, ex certa noſtra ſcientia, eidem fratri Ambroſio, vt in quibuſuis ciuitatibus, Oppidis, terris, & locis vbique exiſtentibus, in quibus, & præſertim in Terra Itri, Caietæ diœceſis nullæ adhuc Capellæ, & Confraternitates Sanctiſſimi Roſarij erectæ reperiuntur, confraternitates eiuſdem ſanctiſſimi* Roſarij, *cum illarum Capellis ſiue Oratorijs ad inſtar Confraternitatis Roſarij huiuſmodi erectæ, & inſtitutæ Romæ, in Templo Diuæ Mariæ ſuper Mineruam, ad Dei, ac eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis eius matris laudem, & gloriam, erigere, & inſtituere, ac in dictis Capellis, ſiue Oratorijs Capellanum, ſiue Capellanos idoneos ad nutum amouibiles, & per Ordinarios approbandos, qui inibi in diuinis laudabiliter deſeruiant, libere, licitè poſſit, & valeat plenam, & liberam licentiam, & facultatem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ac ſpeciali dono gratiæ concedimus, & indulgemus, &c.* Frater Angelus Florillus in Chronologia Originis, & progreſſuum Sanctiſſimi Roſarij Cẽturia 4. hunc deuotiſſimum Patrem, qui ſumma beneuolentia, & affectu Sanctiſſimum Roſarium complectabatur, his laudibus celebrat: *O quantum fructum Animarum reportauit, quot deperditos, & proteruos peccatores, varijs ſceleribus inuolutos ad viam ſalutis conuertit Magiſter Ambroſius de Balneolo concionator eximius Prouinciæ Regni Ordinis Prædicatorum, qui deinde fuit Epiſcopus Nardonienſis. Hic ſuis fructuoſis concionibus fuit Pio V. Summo Pontifici, & Carolo V. Imperatori gratiſſimus. Templum Spiritus ſancti ampliſſimum in vrbe Neapolitana, & Conſeruatoriũ puellarum, ſua prudentia, zelo, & dexteritate in agendis, eſt auſpicatus.* Hæc Florillus, & Grauinæ Vox Turturis *p. 2. cap. 23. Neapoli Spiritus Sancti templum cum puellarum diſperſarum Cænobio, prædicationis ſpiritu feruentis fratris Ambroſij Saluij Epiſcopi Neritonenſis conſtructum eſt.* Quare in eodem templo Spiritus Sancti ad æternam rei memoriam ſtatuam ei marmoream cum hac inſcriptione appoſuerunt.

Magiſtro Ambroſio Saluio Balneolenſi.
Ordinis Prædicatorum Vicario Generali,
Neritonenſium Epiſcopo,
Doctrina, & pietate claro
Pio V. & Carolo V. concionibus grato.
Quod Templum, Conſilio,
Operaque auſpicatus eſt.
Præfecti ſtatuam erigendam decreuerũt,
Anno MDCXIII.

In Conuentu S. Petri Martyris de Neapoli egit Priorem, biſque Prouincialem Prouinciæ Regni, totius Ordinis Vicarium Generalem, ac Commiſſarium, & Viſitatorem Apoſtolicum Patrum Montem Virginis incolentium ſub Congregatione Diui Guilelmi. Bernardini Ochini Senenſis hæreſim detexit; quare detectus hæreticus Geneuam, ad hæreſum nidum aufugit. Ambroſius verò Neapoli in Eccleſia Archiepiſcopali in eius errores publicè inuehens ſtatuam Ochini cum libris ab ipſo editis comburi curauit.

Huius quoque opera, & F. Stephani

Iaſij Caſſanenſis alumni Conuentus Balneolenſis, qui fuit Magiſter Sacri Palatij, fundatum eſt Cænobium S. Thomæ Aquinatis Neapoli. De quo Cæſar Egnat. Caracciolus in Neapoli *p.* 328. Vallus *in Compendio part.* 4. *&* 5. *& alij.* Prætærea Conuentus Sanctæ Margaritæ de Prochita. Inuitus à Pio V. creatus eſt Epiſcopus Neritonenſis. Obſtitit inter cætera ætatis grauitate. Ab hoc ſummo Pontifice 26. Auguſti an. 1569. Neritonenſis Epiſcopus in Salentinis, Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiectus creatus eſt. Ipſe ab Imperatore Carolo V. cui gratiſſimus erat, cunctis Religioſorum Conuentibus ſalem in Regno Neapolitano (vt in præſentiarum habemus) impetrauit. Cuſtodiam, in qua Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſijs aſſeruatur, adinuenit. Octo annos ſanctiſsimè in ſua Eccleſia, omniũ virtutum exemplar cunctis ſe exhibẽdo, Apoſtolicam duxir vitam.

Diem vitæ clauſit extremum ſalutis anno 1577.

Bibliothecã Conuentus noſtri Balneolenſis pulcherrimis, & quam plurimis locupletauit codicibus, & Sacriſtiam pariter holoſericis. Niſi Pius V. raptus fuiſſet è viuis, Ambroſium inter S. R. E. Cardinales retuliſſet: Mortuo enim Pio, chirographum ſua manu inuenerunt inſcriptũm, in quo inter Cardinales promouendos adnotatus erat Ambroſius. Digniſsimus quidem erat ob tot, tantaſque virtutes, vt à Summo Pontifice Sanctiſſimo, & iuſtiſsimo purpura donaretur.

Barij cum in minoribus eſſet, in comitijs Prouincialibus (Apulia tunc Prouincia vna erat cum illis Regni, & Samnij) has tres concluſiones ſumma cum laude, & omnium admiratione ſuſtinuit:

1. *Quicquid dixit S. Thomas in tota ſumma.*

2. *Quicquid Fr. Franciſcus Neritonenſis in Metaphyſica.*

3. *Inter omnes Orbis ciuitates, Aquauiuam eſſe optimam, & potiſſimam.*

Ad Eccell. D. D. Hieronymũ Aquauiuam Ducem Hadriæ, Marchionem Aquæuiuæ, Comitem Iuliæ nouæ, Ioiæ &c. *Expectantur monum. Conu. Capertin.*

Vghellus *tom.* 1. *Italia ſacra*, Vallus *de vir. illuſt. Prouincia* Regni, Fontana *in Theatr. part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 419. *nu.* 1. Seraph. Razius, Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Luſitanus, vox Turturis Grauinæ *p.* 2. *c.* 23.

IOANNES GALLO, Burgenſis, acerrimi ingenij, raræque doctrinæ, Theologus Salmantinus, quẽ ob præclaras animi dotes virum vnum hæc Academia delegit, vt ad Regem Philippum II. & Pontificem Maximum de rebus magnis Legatũ mitteret Romam. Interfuit Concilij Tridentini vltimis ſeſsionibus vnus ex Theologis à Philippo II. Rege Catholico eò deſtinatis, ibique in feſto Sancti Thomæ habuit orationem ad Patres de Laudibus dicti Sancti, quæ prodijt Brixiæ è typis anno 1563.

In ſchedis quoque reliquit.

Lecturam ſuper Quartum ſententiarũ.

Item Moralia plura.

De Ratione ſuſcepta legationis pro Academia Salmantina m. s. extabat in Bibliotheca Oliuarienſi, cuius Catalogus eſt Romæ in Barberina. Obijt Salmanticæ anno MDLXXVII.

De eo legendi ſunt Leo Caſtrius *in Prologo* Commentarij ſuper Iſaiam, Gundiſaluus de Arriaga *tom.* 2. *de S. Thoma lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. Lopez Epiſcopus Monopolitanus 3. *p. Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 40. *& p.* 4. *lib.* 2. *cap.* 2. *&* 40. Galuan de laudibus S. Thomæ *tom.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *& lib.* 3. *cap.* 2. Fernandez *in Concertat. ad annum* 1562. Muñoſius *in Vita Bartholomai de Martyribus*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *p.* 1: *fol.* 530. *&* 531. Hyacinthus de Parra *de Script. Ord. m. s.*

FERDINANDVS de PINEDA Hiſpanus, vir ſcientia, morumque integritate præclarus ſcripſit in Belgica Regione, ſermone Hiſpano.

Roſarium Beatiſſima Virginis.

Item opus de Confraternitate Roſarij, Quod Illuſtriſſimo Duci Albano dicauit.

Præterea de modo rectè viuendi. Hoc opus præ manibus habebat Neapoli an. 1577. Ita Poſſeuinus, & Antonius

Se-

Senenſis Luſitanus *in Biblioth. Ordinis pag.* 81.

Claruit circa hunc annum à Saluatoris Aduentu 1577.

Alphonſus Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mar.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. p.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 80. vbi refert; cùm eſſet Louanij ab eodem Ferdinando de Pineda oblatum fuiſſe ei librum ſupradictum de Confraternitate Roſarij, in cuius lectione aliqua obſeruauit, quæ ei minimè placuere: quorum emendam, aut declarationem deſiderabat maiorem, ne forent alicuius materia ſcandali. Subdit Antonius: *& quæ mihi maioris ponderis viſa fuere, ipſe correxi in eo exemplari, quod mihi exhibuit, & alia corrigenda per eum, illi inſinuaui. Sed his non obſtantibus, correctiones huiuſmodi non fuerunt receptæ, ſaltem omnes, & liber fuit ab authore cum meo nomine præfixo in Epiſtola euulgatus; quod mihi ſemper ſummopere diſplicuit, & hac de re conqueſtus ſum aliquando apud ſuperiores. Meditabatur autem author eiuſdem libri recuſionem, nec dubito quin in illa limabit, quod fuit ab eo antea prætermiſſum:*

SERAPHINVS de MERODIO, Italus, vir religione, doctrinaque ſpectabilis, qui diuini numinis zelo inflammatus, de domo Dei, Ordiniſque ſui decore, modis omnibus, & vigilijs optimè mereri ſtuduit. Plurimum inſudauit in reparanda obſeruantia regulari in Congregatione Samnij, quod non ſine fructu perfecit.

Edidit ſermones de Tempore, & de Sanctis:

Hiſtorias plurium ſanctorum, atque ſanctarum Italicè reddidit.

Item pias laudes, ac hymnos in Dei, atque Sanctorum honorem, numero ſexcentos, quos pij fideles cantare (vt refert Luſitanus) in Etruriæ dominatu ſolebant.

Viuebat hoc anno 1577.

Antonius Senenſis *in Bibl. Præd. folio* 221. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 209. *in principio*.

SIXTVS ex nobili familia de Vicedominis, Italus, patria Nonocomenſis, *Non eſt perſonarum acceptor Deus. Neſcio tamen, quomodo virtus in nobili magis placet*. D. Bernardus Epiſt. 113.

Sixtus igitur genere nobiliſſimus pro Alphonſo II. Ferrarienſi Duce in Hiſpaniam profectus eſt orator ad Philippum II. Regem anno 1581. Vghellus *tom.* 2. *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Mutinenſibus*.

Hic ex iterata ceſſione Cardinalis Moroni, Mutinenſem ſedem, annuente Pio V. anno 1571. conſcenderat. Prudenter decem, & nouem annos Eccleſiam ſibi creditam rexit. Fuit Prædicator egregius, & in cathedrali Mutinenſi legerat ius canonicum. Ita cum ſacris Theologiæ ſtudijs, ſcientiarum omnium opes, & eloquentiæ ornamenta coniunxit, vt in Religionis Dominicanæ comitijs, anno 1564. habitis, non dubitauerit admodum iuuenis Encyclopædian, hoc eſt Orbicularem, ac perfectam diſciplinarum omnium comprehenſionem in publicis diſputationibus proponere, prouocatis in palæſtram cunctis Academiarum gymnaſiarchis: quibus cùm ad ſingula tum interrogata, tum obiecta reſpondiſſet ſumma eruditione; parique ſermonis elegantia, ingentem ſibi, & Ordini ſapientiæ, & eloquentiæ gloriam comparauit. Deinde Veronæ diſputatiuam, ſeu ſcholaſticam Theologiæ partem in gymnaſio S. Anaſtaſiæ martyris diſſeruit, & alteram Theologiæ partem, quæ ſanctorum voluminum interpretationem complectitur, ad populum enarrauit. Scripſit:

Homilias, ſeu conciones Italicas, & latinas, quæ ſunt in Euangelia de Aduentu, & de Quadrageſima.

Item doctiſſima commentaria ſuper Epiſtolam Pauli ad Romanos, & ſuper alios libros ſacræ Scripturæ. Eleganter quoque, ac ſapienter, ſcripſit.

In Catechiſmum Romanum: Venetijs editæ ſunt apud hæredem Hieronymi Scoti anno 1576.

Reliquit quoque *Homilias alias penè totius anni*.

Homilias in Iſaiam.

Homilias in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.

Ho-

Homilias in Sanctum Ieſu Christi Euangelium ſecundum Ioannem.

In D. Petri Apoſtoli Epiſtolam primã.

In D. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes, quarum editio iam pridem promittebatur.

Hanc lacrymarum vallem deſeruit Anno 1590. die 27. Septembris. Sepultus fuit in noſtro S. Dominici templo cum Epitaphio ſequenti.

Xyſto Vicedomini Nouocomenſi
E Cænobio Dominicano ad Epiſc. Mutinẽ.
Dilecto: Io: Moroni
Sapientiſſ. Card. euecto,
In quo annos XIX. Adminiſtra:
Incredibilis doctrinæ, atque integritatis
Specimen præbuit.
Necnon Io: Baptiſtæ honeſtiſſ. Equiti
SS. Lazari, & Mauritij,
Eorundem Equitum per totam Inſubriam
Præceptori, vt vocant.
Rodericus Eques Fr. Amantiſſimo
Opt. Frat. P. C.
Vixit Epiſcopus decem, & nouem
Annos.

Vghellus *tom. 2. Ital. Sacra in Epiſcopis Mutinenſibus*. Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. tit. 407. num. 3. & part. 2. cap. 6. tit. 4. num. 32.* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 233.*

BERTOLDVS, cuius patriam ignoramus (alter eſt ab illo de Maiſberch, de quo anno 1355.) Doctiſſimus fuit, & pius. Scripſit

Theſaurum veræ pietatis, ſiue *Meditationes de vita, & beneficijs Saluatoris noſtri Ieſu Christi.*

Item Horologium deuotionis. Impreſſa fuere Coloniæ anno 1577.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

BALTHASAR de ANTVERPIA, Brabantinus, Clariſſimus Concionator, hæreticorumque acerrimus perſequutor, à quibus ſæpe numero opprobrijs, & iniurijs appetitus vſque ad mortem diuina virtute ſemper euaſit illæſus. Ex ſuo ore aperto verè ſalutis enſis vtraque parte acutus procedens plures hæreſes ſauciauit. Euulgauit:

Plures homilias de Filio prodigo.

Et alia multa.

Doctrina, & integritate vitæ præclarus viuebat hoc anno 1577. mirificè pro fide catholica in illis partibus aſſerenda laborans.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

ANTONIVS SPENNATVS, patricius Altamuranus Cõuentus S. Rocci eiuſdẽ ciuitatis Alumnus, in patria dedit nomen noſtræ Religioni. Abſolutis Botunti litterarijs rudimentis, altioribus imbuendus diſciplinis mittitur Andriam. Theologicam ingreſſus arenam, adeo profecit in ea, vt æuo ſuo vnus è primis Theologis haberetur. Præter ingenij dotes ſingulares, clarus extitit morum integritate. Poſt decurſa aliquot annorum curricula in docendo, procurante optima fama, Patauium euocatur, vbi pius, atque doctiſſimus S. Theologiæ Baccalaureus ſumma cum laude plures docuit annos. Tandem ibidem exceſſit e viuis. Edidit ſubtiliſſima

Commentaria in vniuerſam Metaphyſicam, quæ morte præoccupatus nequiuit typis committere.

Edidit tamen latine *Orationem de laudibus ſacræ Theologiæ.* Patauij 1570. in 4.

Alteram ibidem habitam de laudibus S. Antonij prædictæ Vrbis Patroni, quæ poſtea lucem vidit Venetijs anno hominis reparati 1572. in 4.

Monumenta Conuentus Altamurani, & relatio Patauina.

Huius libros, vt corpora D. Auguſtini, Gregorij Magni, Anſelmi, Bernardi Abbatis, Hieroglyphica Pierij Valeriani &c. Bibliothecæ noſtræ S. Rocci circa annum 1615. D. Ioannes Donatus Spennatus nonagenatio maior, Germanus frater reſtituit, manuſcripta, quæ plurima erant, retinuit apud ſe.

HIERONYMVS de PERAZA, ſuo vt correſponderet vocabulo in noſtra Religione Deo ſe conſecrauit. Hieronymus, id eſt nomen ſacrum, iuxta Ambroſium Calepinum, vel lex ſacra, iuxta

ta Marianum Victorium, in vita S. Hyeronimi. Fuit igitur Hieronymus noſter quaſi quædā ſacra lex animata, tenax iuſti, ac recti, Prouinciæ Portugalliæ, de quo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 452. *colum.* 2. hæc habet: *Epiſcopus de Salen titularis, vt credo, ſcripſiſſe refertur:*

De Reſurrectione Dominica Tractatum.

Sermonum volumen:

De Sacramentis. Quæ opera, & Authorem nobis nota fecerunt Chronica huius Ordinis Monopolitani Epiſcopi *lib.* 2. *Quartæ Partis cap.* 3. Hæc illa.

Hic ſunt aliqua prænotanda: primū Hieronymum de Peraza eundem eſſe cum Hieronymo Finerio, de quo infra anno 1578. Conuincitur id ex ſcriptis vtrique attributis.

Malè dicitur fuiſſe Epiſcopum Salenenſem ſuffraganeum Eborenſis, cū hæc non habeat talem ſuffraganeum.

De hoc quædam apud Marraccium *Bibl. Mariana tom.* 2. *in Appendice folio* 463.

VINCENTIVS PETRA SANCTA, integritate vitæ, & indefeſſo labore conſpicuus, cui poteſt illud D. Hieronymi adaptari epiſt. 7. *Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantem, orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio.*

Deſignauit *Tabulas quinque doctrinam ſeptem Sacramentorum complectentes.* Monachij anno 1577.

Annum, quo floruerit, neſcio.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 353.

FRANCISCVS PRATENSIS in Etruria, Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ ſtudia excucurrit cum laude ingenij, eaſq; ipſe poſtea explicuit maiori cum plauſu, & laude. Edidit librum.

De Terminis logicalibus.

Item Librum de Ente rationis, quo plures quaſtiones Animaſticas,

Metaphyſicas, & Theologicas explicat.

Præterea Tractatū de connexione ſubſtantiæ cum accidenti.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. part.* 2. *lib.* 4. Lucarinus, Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Viuebat hoc anno 1577.

Opera Franciſci Pratenſis, quæ pretioſa ſunt, aſſeruantur Florentiæ. Ita Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 86.

THOMAS TABLES, Hiſpanus, Prædicator Generalis, Prouinciæ Aragonenſis enutritus in Ordine noſtro ab ipſo Religionis ingreſſu litteris, pietate, & præcipuè deuotione in Virginem ſacratiſſimam de Roſario, de ea ſcripſit Hiſpanicè.

Deuocion de la Virgen en ſu Roſario.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *in Appendice fol.* 335. *colum.* 2. *in fine.*

Ignoramus, quo ipſe, tempus, floruerit.

IOSEPHVS BONAVENTVRA, PONS, Hiſpanus eiuſdem Aragonenſis Prouinciæ, à ſacris concionibus, ab animi candore, ac eruditione clariſſimus docuit ore, ac ſcriptis: typis enim commiſit:

Modum concionandi.

Eum recenſuit Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *in Appendice fol.* 331. *colum.* 1. *circa medium.*

Tempus, quo floruerit, vſque modo pariter ipſe ignoro.

Anno 1578.

PETRVS MARTYR Coma, Catalanus Sanctæ Catharinæ Virg. & Martyris Barcinonenſis alumnus, S. Theologiæ Magiſter, vir doctiſſimus, prædicator egregius, ac obſeruantia regulari clariſſimus. Egit in Conuentu S. Petri Martyris Calataiud Valentino Priorem, deinde in ſua Aragonenſi Prouincia Prouincialem. Tanta eluxit humilitate, vt abſolutis his præfecturis, non dedignatus fuerit in Conuentu Buigerdam Tyrones Ordinis noſtri grammaticam docere. Ex hoc humili Tyrocinio in Catalonia ſublimatus eſt ad cathedram celeberrimam, ſcilicet ad lecturam, quæ habetur in Tarraconenſi Eccleſia Cathedrali. Interfuit ſacro Concilio Tridentino, Theologus Epiſcopi Gerundēſis. Hic Antiſtes erat Arias Gallæcus, vt ex albo illorum, qui eò loci conuenerunt, depromitur.

Ad catholici Regis præſentationem creatur à Pio V. 14. Ianuarij 1569. Elnenſis Epiſcopus in Catalonia ſub Tarraconenſi Metropolit. In hac ſublimiſſima præfectura ſtatū retinuit paupertatis in omnibus. In pauperes tamen erat animo liberali, ac grandi. Intererat choro aſſiduus non vt Epiſcopus; ſed vt Prior aſſolet inter fratres. Perpiniani in ſancta viſitatione, integra valetudine, ac firma ingrediens noſtram Eccleſiam dixit prophetice ad ſuos: *Hac requies mea in ſæculum ſæculi.* Correſpondit verbis euentus: nam ibidem poſt paucos dies exceſſit è viuis 3. Nonas Martij currentis anni. 1578.

Marieta obitum hunc produxit ad annum 1580.

Scripſit optimus, & vigilantiſſimus Paſtor lingua Latina, & Hiſpana librū, cui præfixit titulum:

Directorium Curatorum, ſeu vulgari appellatione.

Inſtrucion de Curas. Cæſarauguſtæ 1587 in 8.

Hiſpali apud Ioannē de Leon 1589. Pinciæ apud Ioannem de Rueda 1618. in 8.

Librum lingua Hiſpanica, cui præfixit titulum:

Doctrina Chriſtiana.

Item Librum de Sacramentis.

Schotus, Franciſcus Diagus *in Hiſtoria Aragonenſi, eius Exſcriptor* Fr: Dominicus MariaMarcheſius *in ſacroDiario tom. 2. die 5. Martij*, Alphonſus Fernandez tribuunt huic Petro librū *de Doctrina Chriſtiana.* Quidam etiam ex his librum *de Sacramentis*: At Ioannes Marieta his refragatur.

Scripſerunt de Coma Acta Confiſtor. Pij V. Pontificis Maximi, Ferdinandus *inter Epiſcopos Hiſpanos*, Dominicus Maria Marcheſius iam allegati, Fontana *in Theatro prima parte cap. 5, tit. 233. num. 3.* Antonius Poſſeuinus *in Bibl. fol.* 202. Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol.* 172. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

Directorium Curatorum primò Latinè, deinde & Hiſpanicè redditum prodijt Barcinone.

Cum S. Baſilio epiſtola 167. dicam de Coma: *Dictionis manifeſta, & incompoſita ſimplicitas decora mihi videbatur, & conueniens profeſſioni Chriſtiani hominis, cuius eſt, non ad oſtentationem magis ſcribere, quàm ad publicam vtilitatem.*

FERDINANDVS de NAVAS, & Pineda, natione Hiſpanus, noſtram Religionem profeſſus, Philoſophicis, & Theologicis diſciplinis luculenter eruditus eſt. Candidus indumentis, & motibus candidè plures annos diuini verbi cum fructu egit Præconem Hiſpanicè, ſcripſit:

Confradia del Nombre de Dios. Neapoli apud Horatiū Saluiani 1578. in 8.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 291. *col.* 1.

Ferdinandus hic de las Nauas vnus, & idem eſt ſecundumHyacinthum de Parra *in breuiori Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.* cum Ferdinando Pineda, Ceterùm Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. duos facit vnum de las Nauas, & alterum de Pineda, de quo anno 1577.

SERAPHINVS CABALLVS Brixienſis, Generalis Magiſter Ordinis noſtri, de quo Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 207. in fine hæc habet: *Vitæ ſanctitate, ac Doctrina celebris, ac Theologus eximius, qui dum in ſuum Ordinem inſtaurandum totus incumberet, magno cum omnium dolore Hiſpali, in Hiſpania, in qua Ordinem ſuum viſitabat, anno* 1578. *die* 21. *Nouembris exceſſit è vita. Scripſit plures hortatorias epiſtolas pias, & eruditas. Cumque è Surio colligi, atque edi mandaſſet vitas beatorum ſui Ordinis Fratrum, & Patrum, vnicuique Opuſculo, ſiue tamquam Enchiridio præfixit Epiſtolam ad vniuerſum gregem ſibi à Domino creditum. Prodierunt ea Opuſcula Louanij anno* 1574. *&* 1575. *Cumque Sodalitates, quæ dicuntur Sanctiſſimi Roſarij, ob ſui erga B. Virg. cultum admodum propagaſſet nouis condonationibus, quas Indulgentias vocant, à Pio V. & Gregorio XIII. Pontif. Max. ditatas, Officium proprium diei Feſto celebrando ex inſtitutione Gregorij XIII. Pont. Max. Dominica 1. Octobris componi mandauit. Bibliothecam, ſiue Catalogum Scriptorum*

De-

Dominicani Ordinis conſcribi ab Antonio Senenſi, cognomento de Conceptione iuſſit. Ioannem item de Turrecremata Cardinalem in totum Gratiani Decretum recudi. Qui ſi diutiùs vixiſſet, Petri de Palude Commentarij ad vniuerſa Biblia, qui extant manuſcripti Pariſijs apud eundem Ordinem, lucem aſpexiſſent magno Theologorum bono. Quod quidem ipſe pereptauerat. Hactenus Poſſeuinus, cui nihil addendum puto, niſi Verba Grauinæ in libro, *quem vox Turturis* prænotauit *part. 2. cap. 23. Noſter Reuerendiſſimus Pater Seraphinus Caualli, Generalis Mag. Ordinis, virtutum cultum clariſſimus, pietatis zelo ardentiſſimus, religioſæ viuendi rationis aſſertor, & inſtaurator promptiſſimus, cuius ſtabiliendi & confirmandi gratia, tempore cùm bellorum tumultibus hæreſum procellis difficillimo, vniuerſa Europa peragrata, viribus diuturna fatigatione conſumptis, Hiſpali diem clauſit extremum; funus eius cohoneſtantibus Metina Sidoniorum Duce, & duobus Epiſcopis, magna populi frequentia, manus, & pedes oſculantis ex pietate, & deuotione veſtes prædicentis, pro magno munere cilicium aſperum, & catenam ferream magnatibus flagitantibus.* Hæc Grauina.

Hic magnus Doctor Theologus *Seraphinus, Adamantius*, Eremita Auguſtinianus, Orator ſeptem Cantonum Heluetiorum Catholicorum; *Andreas Dudithius*, Sbardellatus, tunc Epiſcopus Tininenſis, & totius Cleri Hungariæ Orator; *Angelus Ferrus*, Venetus, Doctor Theologus; *Auguſtinus Loſcus*, Abbas Caſſinenſis; *Bartholomæus Baphius*, Lucinianenſis; *Carolus Cardinalis* à Lotharingia; *Didacus à Payua*, Luſitanus, Doctor Theologus; *Georgius Draſcouitius*, Epiſcopus Quinqueceleſienſis, Ferdinandi I. Imperatoris, & Hungariæ Regis Orator; *Franciſcus Orantius*, Hiſpanus, Ord. Minorum; *Franciſcus à Zamorra*, Miniſter Generalis Ord. Minorum; *Franciſcus Vicedominus*, Ferrarienſis; *Galeatius Brugora*, Patritius Mediolanenſis, & Regij fiſci patronus. *Gaſpar Ferrantius*, Sueſſanus, Theologus; *Gaſpar à Foſſo*, Archiepiſcopus Rheginus; *Gaſpar Cardillus*, Villa pandeus, Th. Doct. *Guido Faber*, Caroli IX. Galliarum Regis Orator; *Henricus à S. Hieronymo* Luſitanus, Theologus; *Io: Baptiſta Burgæus*, Valentinus, Th. Doctor; *Ioannes Strozius*, Coſmi Medicæi Florentiæ, & Senarum Ducis Orator; *Ludouicus Ioannes Viletanus*, Barcinonenſis; *Petrus Fontidonius*, Segouienſis Petri Gonzalez Mendozæ Epiſcopi Salmanticenſis Theologus; *Petrus Marcutus*, vel Morcatus, Epiſcopi Vicenſis Theologus *Renaldus Ferrerius*, Præſes Pariſienſis, Caroli IX. Franceorũ Regis Orator; *Robertus Fornerius* Gallus, Doctor Theologus; *Thadæus Peruſinus*, Auguſtinianus; *Theodorus Maſius*, Mãtuanus, Carmelita, & *Valentinus* Epiſcopus Premiſlienſis. Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis Orator; an. milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo *Orationes Latinas* in Cõcilio Tridentino habuerunt, quæ extant 1567. Louanij in folio editæ cum alijs Orationibus Tridentinis. Ita Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap. 78. in talco*.

DAMIANVS à LIGNO Brabantinus, S. Theologiæ Magiſter, oppidò in ſacris Scripturis verſatus, & in ſcholaſticis, ac moralibus. Vitæ integritate diſciplinæ reddebantur venuſtiores. E Latino in Germanũ traduxit *Librum de Miſſa, deque cæremonijs eius*.

Præterea magnum volumen ſermonũ de tempore Iacobi Vitriaci S. Rom. Eccl. Cardinalis multò accuratè purgauit à mendis, quibus innumeris penè ſcatebat, & excuſit Antuerpiæ 1575. in ædibus viduæ, & hæredum Ioannis Stelſij.

Item aliud volumen eiuſdem Cardinalis de Sanctis. Quæ volumina Damianus multo accuratè antea ab erroribus expurgauerat plurimis.

Ita Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol. 64.* Plodius *de viris illuſt. Ord. part. 2. lib. 4.* Philippus Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad Bellarminum fol. 339.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

GREGORIVS PRIMATICIVS, Senis in S. Dominici cænobio Religionis lacte nutritus, ibidem, atque alibi & præfuit, & docuit. Franciſci Bandinei Picolominei Senarum Archie-

chiepiſcopi Theologus, Synodo Tridentinæ interfuit, ac Reipublicæ Senenſis Orator ad Iulium Papam III. miſſus, ab eo receptus eſt humaniſſimè. Tandem omnium ciuium conſequutus beneuolentiam, ad patriam rediit.

In D. Pauli epiſtolas, reliquaſque Canonicas doctiſſima edidit Commentaria, Senis impreſſa, in quibus digeſſit literalem expoſitionem, incipientibus, ac minus eruditis perutilem, cuius initiũ eſt: *Paulus nomine quare ſit vocatus*. Venetijs 1564. apud Cominum de Tridino.

Indicem, ſeu Tabulam compendioſum ſuper ius Canonicum euulgauit.

Cumque alteram lucubrationem editioni paraſſet, è viuis raptus eſt ante illius impreſſionem die 20. Februarij anni 1578. ætatis 88. Vgurgerius *in Sanctionibus Refor. littera* G. Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. tit. 15. & cap. 6. tit. 4. nu. 21.* Monumenta Conuen. Senenſ. Dominic. Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib. 4.* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl.* Fernandez, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Venerandæ erant in eo dotes, prudentia præſertim, ac vitæ integritas ad cumulum auctæ. Pietatem tamen ſuper omnia ſemper nixus eſt adnectere ſtudio litterarum.

HIERONYMVS PINERIVS, Pirerius, ſiue Pererius natione Luſitanus, vir doctiſſimus, ac prædicator celeberrimus, Epiſcopus Salenus, deinde poſt obitum F. Gaſparis dos Rey, ſiue de Regibus Luſitani Ordinis Prædic: ad inſtantiam Card. Henrici infantis Portugalliæ Archiepiſcopi Eborenſis, creatur ſuffraganeus Eborenſis Eccleſiæ, quo in munere permanſit vſque ad præſentem annum 1578. quo Eboræ mortalibus valde dixit. Scripſit:

Tractatum de Reſurrectione dominica & de illius tempore vbere argumento.

De Sacramentis Eccleſiæ.

Ex mandato prædicti Cardinalis Infantis, qui poſtea fuit Rex ſcripſit etiam.

Sermones multos de Tempore, & de Sanctis:

Luſit. *in Bibl.* Plod. *part. 2. lib. 4.* Alphonſus Fernand. *in Concertat. Prædic.* Fontana *in Theatro part. 1. cap. 4. tit. 42. num. 2. & cap. 5. tit. 118.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol. 33.* Multa monimenta ſui præclariſſimi ingenij fuere ſibi furro ſublata: ob id promulgata ſuper hoc fuit ab Apoſtolico Nuntio ad eiuſdem Henrici Cardinalis inſtantiam excommunicatio; ſed furtum nequaquam inuentum fuit, quare illa nequiuerunt imprimi in vtilitatem communem. Ex dictis.

Vide anno præcedente 1577. Hieronymus de Peraza.

F. ANTONIVS HAVETIVS, ſiue Hauet Atrebas, doctor inſignis à Pio IV. in principio anni 1562. Primus Epiſcopus inſtitutus eſt in Namurcenſi Eccleſia in Belgio ſub Metropolitana Cameracen. à Leodienſi anno 1559. auulſa. Illum promouit Maria Hungariæ Regina Caroli V. Imperatoris ſoror, apud Belgas rerum adminiſtratrix, cui erat à ſacris confeſſionibus. Tridentino Concilio interfuit. Diœceſanam Synodum an. 1570. celebrauit, cunctaque optimi Paſtoris munera cõpleuit. Quieuit in dom. vltima Nouemb. an. 1578. ſepultuſque eſt in ſuæ Cathedralis Choro. Scripſit:

De Statu Belgij. Quod opus dicauit Mariæ Auſtriacæ Reginæ Hungariæ.

Edidit etiam *ſuam Diœceſanam Synodum à ſe celebratam*, Louanij impreſſam an. 1571.

Biblioth. Belgica, Gallia Chriſt. *tom. 3.* Font. *in Theatro part. 1. cap. 5. tit. 408.* Luſit. *in Chron.* Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 4.* & Index Concilij Tridentini.

Maximo auxilio fuit D. Ioanni Auſtriaco in ærumnis, & rebus belgicis. Et ipſe adhuc Epiſcopus, carcerali cuſtodia mancipatus eſt ab hæreticis.

IACOBVS FOVRRE noſtram Religionem, tamquam mercatum bonarum artium, atque pietatis ingreſſus, emiſſa profeſſione, ſuum in ipſa ſtudiorum incude poſuit pectus. Breui cœpit effulgere diſciplinarum ſplendore, quo vt oculos hæreticorum perſtringeret, euibrauit acriter doctrinæ radios in Lutherum, contra quem ſcripſit.

Plu-

Plures Apologias, & opuſcula.
De Indulgentijs.
De Purgatorio.
De Poteſtate Pontificis.
De Imaginibus ſacris.

Anno 1579.

ANTONIVS de S. DOMINICO, Conimbricenſis, Luſitanus primus cathedraticus in eadem Vniuerſitate Conimbricenſi, quadraginta annis præfuit cathedris, viginti verò primarijs. Scripſit:

De Quatuor nouiſſimis.

Item notas, & obſeruationes eruditas in D. Thomæ Summam.

Præterea tranſtulit è latino in patriam linguam vitas præcipuorum Sanctorum Ordinis noſtri.

Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris ill. part.* 2. *lib.*4. Martyrol. Dominicanum, quod non tranſtuliſſe, ſed ait compoſuiſſe. Fernandez, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Script. Ord. m.s.*

THOMAS de LAIXA, ſiue Alax Aragonenſis, S. Th. Magiſter doctiſsimus, vir æque prudens, ac pientiſsimus Barcinone profeſſus eſt noſtrum inſtitutum. Regens in ſtudio ſui Conuentus; à conſilijs, & à ſacris confeſſionibus D.D. Garſiæ de Toleto Generalis in triremibus Philippi II. fuit. Scripſit:

Varias lecturas in Summam S. Thomæ.

Item in Epiſtolas Pauli ad Hebræos.

Recollegit ex D. Hieronymo, & alijs Patribus aliquos canones perutiles ad intelligendam ſacram Scripturam.

Collegit quoque per modum locorum communium è Patribus, quantum ſat erat ad confutandas hæreſes ſui ſæculi.

Antonius Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de vir. ill. part.* 2. *lib...* Poſſeuinus, Fernandez, Ioannes Marieta, Bibliotheca Hiſpana *part.* 2. *fol.*240. *colum.*2. *in fine.*

DIDACVS de SANCTA MARIA, Mexicanæ prouinciæ alumnus, fuit aliquando eiuſdem ſuæ Prouinciæ Præfectus. Scripſit:

Doctrina Chriſtian en lengua Miſtecæ.

Item Epiſtolas, y Euangelios, eadem lingua.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 229. *col.* 1. *&* 2.

Credo hunc eundem eſſe cum illo, quem Padilla *lib.* 1. *Hiſtoria à cap.* 5. Fernandez *lib.*1.*Hiſtoria Eccleſ. cap.*31. & Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m.s.* appellant Dominicum de S. Maria Gerecienſem, Mexicanum Religioſum Ordinis noſtri, qui primus artem linguæ Miſtecæ cōpoſuit, ſimulque expoſitionem edidit in Epiſtolas, & Euangelia totius anni, ac obijt hoc anno 1579.

IAIMVS, ſiue IACOBVS de S. Ioanne, Hiſpanus, alter ab illo, qui texuit Hiſtoriam nauigationis S. Raymundi circa annum 1456. Barcinone, de quo Diagus *lib.* 2. *Hiſtoria Aragonia cap.* 17. *fol.* 125. & nos anno citato in Appendice. Iaimus igitur, de quo in præſentiarum facimus verba, fuit patria Cæſarauguſtanus. In Italia peregrinatus eſt plures annos. Reliquit poſteris hæc monumenta ſuæ doctrinę.

Volumina Concionum:

Et alia plura, quæ in Hiſpania ignorantur.

Eius meminerunt Vincentius Blaſcus Lanuza *tom.* 2. *Hiſtoria Aragonenſ. lib.* 5. *cap.*39. Bibliotheca Hiſpana *tom.* 1. *fol.* 470. *col.* 1. *in fine*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

IOANNES de PALENTIA, litteris politioribus egregiè delibutus, Philoſophiam, ſacraſque litteras didicit, quas magno cum auditorum ſuorum fructu enucleauit. Decurſo curriculo ſpeculatiuarum, ad Eccleſiaſtica ſe conuertit. De Eccleſiaſticis igitur optimè meritus.

Adunauit Ordinarium Cæremoniarum Ordinis noſtri, & typis commiſit Salmanticæ anno 1576.

Deinde iuſſu Seraphini Caualli, Magiſtri Generalis elucubrauit, & auxit Martyrologium noſtræ Religionis Salmanticæ anno 1579.

Huius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 1. *fol.* 577. *colu.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

IOANNES de ESTRADA, aliàs de la Madalena, ex Ciuitate Regali, Prouinciæ Caſtellæ nouæ, nobiliſſimis ortus natalibus, vtpote Patrem habens Illuſtriſſimum D. Alphonſum de Eſtrada, qui nuper adinuentæ, ac ſubiugatæ Septentrionali Americæ præfuit Gubernator. Fuit Ioannes Prouinciæ Mexicanæ ſodalis, cunctis religioſis virtutibus adornatus. Primus in nouo Orbe librum excudit Sãctũm Ioannem Climacum, quem verterat in vulgatem Caſtellæ ſermonem ex Latino.

El Libro de S. Iuan Climaco, vulgarmente llamado Eſcala del Paraiſo: Mexici apud Ioannem Paulum.

Exceſſit è vita anno 1579.

Eius meminerunt Auguſtinus Dauila Padilla *in Hiſtoria Prouinciá Mexicaná lib. 2. cap. 57.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 522. col. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Eadem Bibliotheca Hiſpana *part. 2. fol. 328. colum. 1.* tribuit Fratri Ioanni de Eſtrada *Sermones panegyricos.* Matriti in 4. ſubdit tamen: *neſcio cuius Ord.*

DOMINICVS, quandoque Franciſcus, interdum dicitur Aegidius Topiarius, natione Brabantius, Antuerpiæ, totoque in Belgio Eccleſiaſtes celebris, vir quoque doctus, & ſcientiarum ferè omnium eruditione conſpicuus, poſteris dedit.

Conciones in Epiſtolas, & Euangelia de Tempore.

Conciones in Epiſtolas, & Euangelia de Sanctis. Excuſas Pariſiis apud Michaelem Somnium ann. Domini 1565. & alibi pluries.

Præterea *Libellum de Rudimentis, & myſterijs Catholicæ fidei.*

Migrauit è ſæculo Antuerpiæ anno poſt partum Virgineum 1579. die 4. Maij Bibliotheca Belgica Valerij Andreæ, *in Bibl. Mariana* Marracius, Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 4.* Notant autem *in ſua Bibliotheca* Antonius Senenſis, Antonius Poſſeuinus *in Appendice prima ad tom. 1. Appar.* & Hyacinthus de Parra *in Catalogo m. s.* ante Ordinis ingreſſum hunc Aegidium dictum fuiſſe, ad Ordinis verò habitum ſuſceptum, Dominicum nuncupatum. Vnde aliquando, ob rationes aliquot, quæ eum mouerunt, prædictæ conciones ſub nomine Aegidij Topiarij fuerunt excuſæ, interdum ſub nomine Dominici, non rarò ſub Franciſci Topiarij; cum tamen Auctor vnus, & idem ſit, velut trinomius.

BERNARDVS de ALBVRQVERQVE, Hiſpanus, ex Salmantino Conuentu, nobili ſtirpe ortus, à pueritia ſtudijs mancipatus, plurimùm in eis profecit. At celans ſuam doctrinam, incognitus propter humilitatem induit habitum conuerſorum in noſtra Religione: at detectus toga clericali veſtitur. Perrexit ad Indos, vbi Oaxac. & Antiquarenſis Epiſcopus à Pio IV. die 7. Iunij an. 1560. creatur. Deinde tranſlatus eſt ad Eccleſiam Guaxacenſem, Decem, & nouem annos populum ſibi creditum rexit: Obijt anno 1579. Fernandez *inter Epiſcopos Hiſpanos* Gil. *in Theatro Eccleſiæ Guaxacen.* Fontana *in Theatro cap. 5. tit. 37. num. 1. & tit 280. num. 2.* Auguſtinus de Auila *in Hiſtor. Mexicana lib. 1. cap. 93.* & Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 4.* Hyacinthus de Parra *Catal. de Script. Ord.*

Scripſit lingua Zapotica doctrinam Chriſtianam perutilem, ſiue Catechiſmum.

Anno 1580.

F. ARCHANGELVS BLANCVS de Caſtro Gambalò, Vigleuanenſis diæceſis ex Lombardiæ Prouincia, ſacræ Theologiæ magiſter, vir doctiſſimus fuit & pius. Pio V. tam in minoribus, quàm in Pontificatu à ſacris confeſſionibus, atque in munere Generalis Commiſſarij S. Officij ſocius. A Pio IV. ſupplicante eodẽ Card. Alexandrino, datur commiſſarius Generalis S. Officij an. 1564. Pius V. ad ſummum Pontificatum euectus Theanenſ. Epiſcopum ſub Metropoli Capuana renunciauit die 13. Septemb. an. 1566. Tandem in tertia Cardinaliſſ promotione 16. Kalend. Iunij an. 1570. ſub tit. S. Cæſarij ſacra purpura ipſum do-

donauit, qui Cardinalis de Theano ſibi nomen aſſumpſit. Morienti Pio V. cum Card. Alexandrino Nepote, Ruſticuccio, Montalto, Carrafa, Aquauiua, atque Seraphino Caballo Magiſtro Generali Ord. noſtri adfuit, eiuſque vltimam peccatorum expiationem ſuſcepit. Hic cum Pio in omni ſtatu à miniſterio Sacramenti Pœnitentiæ fuiſſet, non ſemel teſtatus eſt publicè, ſe numquam mortali labe Sanctiſſimum hunc Pontificem reperiſſe inquinatum. A Gregorio XIII. expurgandis libris præfectus, commiſſo ſibi muneri totis viribus incumbens, complures Chriſtianæ Reipul. noxios proſcripſit. Præpoſituram S. Abundij Cremonæ à Gregorio XIII. obtentam, interueniente beneplacito Apoſtolico largitus eſt perpetuo Patribus Theatinis. Ab Aſtrologo monitus ſe in D. Petri Cathedra diem extremum clauſurum. huiuſmodi prædictiones contemnens ſubriſit. Verùm prædictioni poſtea reſpondit euentus: nam ipſo die Cathedræ Romanæ S. Petri 15. Kal. Februarij an. 1580. ætatis verò LXIII. in pace quieuit. Sic equidem ſolet cũ huiuſmodi prædictionibus illudere diabolus aliquando.

Iacet in noſtro S. Sabinæ templo cũ hoc elogio:

D. O. M.
F. Archangelus de Blanchis S.R.E. Card.
Pietate, vita innocentia,
Et doctrina ornatiſſimus,
Qui in diſciplina dominicana,
Ex in obeundo munere inquirendi
In hæreticos
Pij V. Pontificis Max. Collega
Ab eodem primùm Epiſcop.
Theanus creatus,
Mox in Sac. Collegium Patrum
Cardinalis cooptatus
Virtutis ſpecimen præbuit,
Ab ſumma ſpe rerum maximarum
E medio curſu reuocatus
Hic ſitus eſt.
Vixit an. LXIII. Menſ. III. dies XV.
Obijt MDLXXX.
Cohæredes D. Franciſcus Blancus, &
Defendens Frater P. P.

Vghellus *tom. 7. in Epiſc. Theanen.* Fernandez, & Plodius *inter Card. Ord.* ac Fontana *in Theatro part. 1. cap. 2. num. 36. & cap. 5. tit. 583. num. 4.*

ZACHARIAS ſecundus Florentinus, alius ab illo repoſito an. 1566. Italicè edidit tractatum, cui titulus:

Conforto de condennati. Hoc eſt.

Conſolatio condemnatorum. Incipit: *Di quanta importanza ſia* Prodijt Romę.

Michael Pocciantius, Plodius *in Appendice*, Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol. 378.*

DIONISYVS de ASSISIO ex Vicaria Romana Poeta illuſtris, qui, vt religioſi intererat, cauit ſibi ſcribēri à vitio leuitatis: Sacer ergo, & grauis ſcripſit.

Sacra Carmina de laudibus Virginis.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 4.*

PAVLVS ZIZVRI, Raguſæus poſtquam in patria nuncupauit vota ſolēnia, operam daturus Philoſophiæ ſe contulit in Italiam. Illam ibi adeptus, ſacræ Theologiæ poſtremò ſibi comparauit pretioſſimam margaritam. Redux ad ſuos, poſtquam per multos dixerit è ſuggeſtu, Prædicator gratioſus, ac doctus ſcripſit lingua illyrica.

De Societate Roſarij.
De Societate nominis Dei.
Sermones Quadrageſimales.
Sermones de Aduentu.
Sermones de Sanctis.

Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris ill. p. 2. lib. 4.*

PETRVS MARTYR de MORALES, Hiſpanus, Prouinciæ Caſtellanæ, in templis, & in gymnaſijs ſemper magnus, è cathedra enim profundiſſimum præſeferebat Theologum, ex ambone facundiſſimum Oratorem. Tranſtulit in linguam Hiſpanam, non compoſuit opera infraſcripta, quorum Author Italus fuit, ſcilicet Petrus Martyr Morallus Gareſinus, Italus, vt fatentur communiter omnes, & patet ex locis impreſſionum, epiſtolis nuncupatorijs.

Del modo, que ſe a de tener en rezar el Roſario de Nueſtra Señora.
Contemplaciones de la Gloria.
De los Myſterios y Paſſion de Chriſto.

Floruit circa hæc tempora. Ioannes

Ma-

Marieta, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 172. *colum.* 2.

THOMAS del CASTELLAR, ſiue Caſtellarus, filius Conuentus Puigcerdauenſis in Cataloniæ montanis, litteris imbutus humanioribus, ad diſciplinas acceſſit ſeueriores. Philoſophiæ, ac S. Th. incubuit toto pectore. Deo mouēte, ei animas lucraturus, ad Indos Nouæ Hiſpaniæ arripuit iter. Ibi nunc concionibus, nunc cōfeſſionibus, ſacris & alijs exercitijs, nunc demum calāmo, quod aſſumpſerat, Apoſtolicum munus, promouit. Latina lingua memoriæ conſignauit.

Hiſtoriam, ac progreſſus Prouinciæ Mexicanæ Ordinis Prædicatorum.

Cum noſter Auguſtinus Dauila Padiglia Archiepiſcopus Occidui Orbis de eodem ſcriberet argumento, confeſſus eſt hanc Hiſtoriam Caſtellari incidiſſe ad manus ſuas.

Typis etiam Hiſpanicè tradidit Caſtellarus alterum librum, cui titulus: Triunfo de los Martyres de las Indias de la Orden de Predicadores; circa annum 1580.

De eo Diagus *in Hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ lib.* 2. *cap.* 93. Fernandez, Auguſtinus Dauila, Bibliotheca Hiſpana *part.* 2. *fol.* 241. *colum.* 2.

LAVRENTIAM STROTIAM, Florentinam, Monialem Ordinis Prædicatorum in Monaſterio Sancti Nicolai Pratenſi, Cypriani Strozzij eximij Philoſophi Germanam ſororem huic claſſi eruditorum inſerere quoque liceat nobis. Hanc excellens ſupra fæmineum ſexum eruditio, mores caſtiſſimi, & ſummum veteris obſeruantiæ tuendæ ſtudium, immortalitati conſecrauere. Quoniam, vt altera Sappho, ſeu potiùs Eudoxia, aut Proba Falconia, Sapphicos cōpoſuit verſus; Hexametros, & Pentametros. Aſclepiadeos cum Glyconicis; diuerſi generis Iambos, dimetros, trimetros &c. Igitur viraginem iſtam, & Virginem non minùs à Poeſi, & doctrina, quàm à pietate, atque religione operæ pretiū eſt celebremus. Scripſit:

Elegantiſſimos hymnos totius anni latino carmine elaboratos. Florentiæ apud Philippum Iuntam excuſos an. 1583. in 8. Pariſijs apud Dionyſium Vuinnes

Huius celeberrimæ Virginis Carmina quedam ſapphica Acroſtica in laudem Seraphici Patris Franciſci Aſſiſatis referuntur in Martyrologio Franciſcano die 4. Octobris edito ab Adm. R. P. Fr. Arturo à Monaſterio Rothomagenſi. Opus dicauit Lactantio Lactantij Epiſcopo Piſtorienſi, quod ſic incipit:

Prima currentis celebratur anni
Nunc dies ſacro puero dicata
Patre Diuorum genito, pudica,
Matre Maria.

Claruit anno Chriſti nati 1580. Cuius celebrem memoriam reddiderunt Poccianctius *in Catalogo Scriptorum Florentinorum*, Alphonſus Fernandez *in Concertatione Prædicat.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 329 *circa medium*, Marraccius *in Bibl. Mariana*, Plodius *in Appendice*, Fontana *de Romana Prou. cap.* 6. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis manuſcripto.*

De hac ingenioſiſſima Virgine proferam illud Plinij *lib.* 9. *cap.* 31. *Omnia mihi tanto laudabiliora viſa ſunt, quanto iucundiora; & tanto iucundiora, quanto laudabiliora.*

THOMAS de PENHA, Luſitanus, vir multigua eruditione præſtans, & ſuo æuo percelebris prędicator. Ingenij vaſtitas neruoſam eloquentiam adornabat. Hæc omnia candor vitæ.

Scripſit ſub hunc annum 1580.

Super Euangelia totius anni conceptus varios.

Item officium S. Thomæ Doctoris Angelici.

Hæc teſtantur de illo Alphonſus Fernandez *In Hiſtoria Prouinciæ Luſitanæ*, Bibliotheca Hiſpana *part.* 2. *fol.* 250. *colum.* 2.

HIERONYMVS BERMVDEZ, ſacra, & humana doctrina illuſtris, poeticam ſummopere coluit, poemaque concinnauit Latinum in Laudem Ferdinandi Aluarez de Toleto Albani Ducis, illudque prænotauit:

Heſporeida. Quod Opus ſubinde horis ſubciſiuis in Hiſpanum traduxit carmen, ſed ſolutum conſonantiæ lege, gloſaſque illi adiunxit.

Huius

Huius meminerunt Ludouicus Muñoz in vita Ludouici Granarenſis *lib. 3. cap.* 5. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 437. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Compendiolo Scriptorum Ordinis m. s.*

DOMINICVS à PACE Luſitanus Vlyſiponenſis, qui ob illuſtrem cócionandi rationem, meritò ſibi prædicatoris Hiſpani clariſſ. nomen comparauit.

Edidit tomos duos ſermonum, in quibus veri Chriſtiani hominis ſpecimen exhibetur: ſic igitur

Tomum primum de perfectione chriſtiani hominis viatoris ſermonibus decem & octo latinitate candida abſoluit. Venetijs, apud Franciſcum Zilettum 1580. in 4. ad Gabrielem Paleottum Cardinalem Archiepiſcopum Bononienſem.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Bibliotheca Hiſpana *tom.* 1. *fol.* 255.

DESIDERIVS ANICHINVS Veronenſis, eximius concionator, moribus ac ſtudijs ſpectatus, morali præſertim facultate optimè inſtructus euulgauit lingua vernacula tractatum de confeſſione perbreuem, quo præparemur ad ſacram confeſſionem. Pluries editum & nouiſſimè Vicentiæ, & Baſſani per Io: Antonium Remondin in 12. tandem prodijt annexus libellis noſtri Marcelli Graſſi, Hieronymi Panormitani, Andreæ Alcheri à Materno, Neapoli, apud Conſtantinum Vitalem, & iterum Octauium Beltranſi 1641. in 8.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*.

ATHANASIVS NELLVS, Natione Italus, Patria Viterbienſis, primus Vicarius Pænitentiariorum S. Mariæ Maioris de Vrbe, tempore Pij V. vir à pietate, atque ab eruditione commendandus, edidit:

Originem Sacratiſſimæ Imaginis B. Virginis à Quercu prope Viterbium librũ vnum.

Claruit circa annum ſalutis 1580. Ita Alphonſus Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mari* Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de vir. ill. part.* 2. *lib.* 4. Lucarinus, & Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

GERARDVS MOSANVS, Germanus, vir præſtanti diſciplinarum Theologicarum cognitione clarus, ac operum SS. Patrum præclara eruditione conſpicuus.

Conflauit ſuam Bibliothecam in plures tomos diſtinctam. Laurentius Cumolius Italus, Bibliothecam Homiliarũ, & ſermonum Priſcorum Eccleſiæ Patrũ collegit, quæ tam in Officio tempori accommodato, quàm omnibus feſtis diebus toto anno in Miſſa leguntur, quem admodum in Miſſali, ex decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtituto extant, videlicet expoſitiones & pleræque eorumdem Patrum conciones in quatuor partes digeſtæ: E viuis ſublato Cumolio, noſter Franciſcus Gerardus Moſanus perduxit laborem iſtum ad finem. Addidit præterea marginem ijſdem auctoribus, & ſcholia, quæ hæreſes noſtri temporis perimunt.

Homilias autem in euangelia, quæ ſunt à Dominica prima Aduentus vſque ad primum Quadrageſimæ diem, ſermoneſque eidem tempori accomodatos complectuntur. Prodijt hæc Bibliotheca Lugduni è Iuntarum typographia anno Domini 1588.

Clarebat an. gratiæ 1580. ex Marrac. *in Bibl. Mariana part.* 1. *fol.* 489. Hyacintho de Parra *in Catalogo Scriptorum Ordinis m. s.*

IOANNES GRANATENSIS, Hiſpanus, Theologus, ac Eccleſiaſtes eruditus, diuinæque paginæ in Academia Cæſarauguſtana doctiſſimus interpres.

Edidit *Sermones*.

Claruit circa annum humanæ redemptionis 1580. Marraccius *in Bibl. Mariana*.

PETRVS de BOLLO, natione Gallus, filius Conuentus Camberienſis, Doctor Regens Pariſienſis, qui in Cõgregatione Gallicana hoc anno currente 1580. fungebatur Vicarij Generalis munere; piè ſcripſit.

De Roſario Beatiſſimæ Virginis.

Item *Oeconomiam Canonicam de ſacrorum Catholicæ Chriſti familiæ miniſtrorum officio, ac de conſeruanda vbique maiorum Eccleſiaſtica diſciplina*; In

tre 5 claſſes digeſtam; primùm in lucem editam, & notis variarum lectionum illuſtatam à Petro Matthæo I. V.C.

Acceſſit ad calcem Operis, Euangelici ſacrificij authentica probatio ex ſolius Scripturæ ſacræ teſtimonio. Lugduni ſumpribus Petri Landry anno 1588.

Monumenta m. s. dicti Conuentus, Godefredus Languedoc in m. s.

Commonefaciendus eſt doctiſſimus, & accuratiſſimus Antonius Poſſeuinus Petrum de Bollo fuiſſe Dominicanum.

Hic Petrus de Bollo valdè aſſimilatur Ludouico de Bollo, de quo anno 1554. aſſimilatur inquam, in cognomine, in natione; fuit doctor Pariſienſis, vt ille: moderatus eſt Congregationem Gallicanam Vicarius Generalis, vt ille: Scripſit de Sanctiſſimo Roſario non ſecus, ac ille. Vereor, ne Godefridus Languedoc deceptus ſit à Scriptoribus, diuerſimodè appellantibus vnum, & nunc ſcilicet Petrum, nunc Ludouicum de Bollo. Videant nationales.

ANGELUS de SESTRO Ligur, ex Prouincia vtriuſque Lombardiæ adoleſcentulus, admirabilis in ſcientijs, memoria tenaciſſimus, ingenio rarus, Ariſtotelis textum, necnon multa opera D. Thomæ in memoria conſeruabat. Itaque admirationi erat adhuc peritioribus. In Conuentu Bononienſi vix diaconatu initiatus, maximo omnium luctu obiuit 1580. Poſt ſe reliquit.

Adnotationes imperfectas ſuper Prædicabilia.

In Prædicamenta,

In Phyſicam, & Metaphyſicam Ariſtotelis,

Quæſtiones de Angelis.

Sermonem de eiſdem.

Adnotationes in librum de Ente, & eſſentia, & alia multa.

Abbas Iuſtinianus *de Scriptoribus Liguribus*.

GREGORIVS RHAGVSAEVS, à puero noſtræ ſe ſacrauit Religioni, in qua omnes ſcientias feliciter didicit, & feliciùs profeſſus eſt eas. In primis tamen inclaruit pietate.

In Epiſtolas D. Pauli reliquit Commentaria, quæ dicuntur aſſeruari in Conuentu noſtro Rhaguſino.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Neſcio qua tempeſtate floruerit.

THEOLOGIA MYSTICA, à pio quadam Ordinis noſtri Prædicatorum Teutonicorum, Sacerdote 200. circiter abhinc annis Germanicè conſcripta, & à Ioanne Theophilo in Latinum tranſlata, hoc anno 1580. cuditur Lugduni apud Alexandrum Marſilium.

Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri folio* 287.

Anno 1581.

SOROR MARIA BAPTISTA Luſitana, noſtra Sanctimonialis in Monaſterio Sancti Saluatoris Ciuitatis Oliſſiponenſis lingua patria edidit.

Hiſtoriam huius Conuentus.

De ea Georgius Cardoſo, qui *die* 11. *Maij litera F. Agiologiæ Luſitanæ, & 26. eiuſdem menſis littera G.* commendat dictam hiſtoriam, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 71. colum. 1. ſub finem*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

REMIGIVS NANNIVS, Florentinus S. Th. Magiſter, quem magnæ doctrinæ, atque eloquentiæ virum, Hiſtoricum peritiſſimum, elegantiſſimi ingenij Poetam, Philoſophum inſignem, Theologum, iureque canonico abundè inſtructum, concionatoremque ſingularem appellat in ſuo ſcriptorum Florentinorum Catalogo Michael Pocciantius. Hæc ingenij, atque eruditionis ſuæ experimēta dedit.

Traduxit ex latino in linguam patriā eleganti ſtylo Epiſtolas, & Euangelia totius anni, quibus addidit *Scholia*. Iterum Venetijs 1639. apud Iuntas in 4.

Item *de Laudibus B. Virginis carmina Italica*, excuſa Venetijs 1577. in 4.

Traduxit ſummam Armillam è latino in linguam Italicam. Venetijs apud Dominicum Nicolini 1588. in 4.

Traduxit Pſalmos David in carmina Etruſca.

Edi-

Edidit quaſdam Annotationes ſuper vniuerſum Teſtamentum vetus,& nouū quibus hiſtoriam virotum illuſtrium, & deſcriptionem animalium,plantarū, lapidum, montium,fluminum, vrbium, oppidorum, ceterarumque huiuſmodi rerum, quæ paſsim diuina Scriptura commemorat, diligentiſsimè complexus eſt. Sixtus Senenſis *in Bibl.*

Marci Maruli librum de beatè, & benè viuendo è latino in Italicum idioma mutauit. Collegit præſtantiores orationes tum latina,tum italica lingua a ſe editas.

A Pio V. Pontifice an. 1569. vocatus ad Vrbem,emendationibus, & annotationibus operum D. Thomæ ſingulis laboribus Aquinatis in vnū colligendis, ac nouis typis excudendis cum varijs annotationibus, negotio huic præfectus fuit.

Ab hac vita ad meliorem migrauit, anno ſalutis 1581.ex Hieronymo Chilino *in Theatro virorum litteratorum*, ex Luſitano, Seraphino Razio, Plodio *in Appendice ætatis ſuæ anno* LIX.Antonio Peſſeuino *tom. 3. Appar. fol.* 126. Sixto Senenſi, & Marraccio *in Bibl. Mariana*.

VINCENTIVS HERCVLANVS Peruſinus, magni nominis vir, vtpote qui eruditione, integritate, vitæque ſanctimonia venerabilis, completo, cum regularis obſeruantiæ incremento non vulgari,Prioris munere Romæ, Florentiæ, Viterbij, Feſulis, ac Prati, Romanæ Prouinciæ electus fuit Prior Prouincialis. A Pio V. in Belgium Apoſtolicus Commiſſarius delegatus, Pontificis vota optatum perduxit ad finem. In Vrbem reuerſus Sarnienſis Epiſcopus in Regno Neapolitano ſub Salernitano Archiepiſcopatu die 14. Decembris anno 1569. ab eodem Pio creatur. Deinde Cardinalem noſtrum Alexandrinum Legatum Apoſtolicum in Galliam, Hiſpaniam, & Luſitaniam proficiſcentem comitatus eſt ex Pij V. Pontificis Maximi iuſſu. Dum ad maiora præpararetur, ſublato an. 1572. à mortalibus Pio, à Gregorio XIII. translatus eſt ad Imolenſem Eccleſiam in Aemilia ſub Eccleſia Rauennatenſi At ſexto huius Eccleſiæ regiminis anno ad Patriæ ſedem Peruſinam, non ſine ſibi creditarum Imolentium ouium publico luctu an. 1579. euehitur. Septem annos Peruſinis ſacrum ius dixit, quibus Epiſcopale Palatium inſtaurauit, & ſacellum in eo, quod omni cultu ornauit, conſtruxit. Populum ſibi creditum primæuos Eccleſiæ Præſules æmulatus, vnicè adamauit.Tandem anno ætatis ſuæ 65. ſalutis verò 1586. die 29. Octobris migrauit ad Chriſtum. Sepultus eſt ibidem in noſtro S.Dominici templo in monumento ſibi à ſe viuente parato.

Vghellus *tom.* 1. *Ital. Sacr.* Plodius *p.* 2. *lib.* 4. Fontana *in Theatro p.*1.*c.*5. *tit.* 461.

Scripſit *Sacram Theologiam profundis commentationibus illuſtrans*, &

Super Predicabilia, Prædicamenta, Perihermenias, Priora, & Poſteriora.

In Animam, & Methaphyſicam Ariſtotelis.

Quaſdam recolitiones ſpirituales.

THEOPILVS FIDINVS, vel FridinusFlorentinus,vir ingenio eleganti, ac doctus ſcripſit ſermone patrio;

Volumen ſuper Pſalmum Beati immaculati in ſeptem capita diſtinctum.

Inſcribitur autem:

Inſtitutione dell'huomo Chriſtiano.

Tractatum in Orationem Dominicam. Eſſendo ſtato.

Alium ſuper Pſalmos Graduales,quam prænotauit: *Diſcorſi Spirituali ſopra il Giardino de Peccatori*. Incipit: *Se ogn' vno s'accorgeſſe.*

Expoſitionem ſuper pſalmos pænitentiales.

Super pſalmum In exitu Iſrael de Aegypto.

Luſit. *in Bibl.* Michael Pocciantius, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Fontana *de Rom. Prou. cap.* 6. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 292.

DAMIANVS ROSCIVS Bononienſis;

Edidit librum, quem inſcripſit.

De Hæreſibus agnoſcendis, & conuincendis, ac de hæreticorum dogmatibus libros tres.

Addita eſt Conciliorum ſumma, à quibus hæreſes ipſæ damnantur. Patauij 1585.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

BARTHOLOMAEVS de MEDINA, ſiue Metimnenſis, ab oppido patrio veteris Caſtellæ Medina de Rioſeco ita cognominatus, filius Conuentus Sancti Stephani Salmanticenſis, in quo profeſſus didicit litteras. In Collegio Complutenſi Durandi cathedram rexit. Deinde repetens Salmanticam, poſt Mag. Dominicum Sotum ibidem primariam cathedram, cui ſalarium mille aureorum annexam eſt, tenuit. Fuit cum aliarum ſcientiarum, tum præcipuè Theologiæ ſcholaſticæ, ac moralis peritiſsimus, & & inter principes ſuæ tempeſtatis in hoc genere non ſecundus. Ornabat in Medina ſapientiam vita emendatiſsima. Doctrinam Sancti Thomæ, cordiſque puritatem vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum adamans, totis viribus illam ingenio, & labore propugnauit, hanc precibus, & ieiunijs cuſtodiuit. Edidit.

Expoſitionem in primam ſecundæ D. Thomæ. Salmanticæ 1582. in folio & & 1588. Cæſarauguſtæ 1587. in 4. Barcinone 1604. in 8. Venetijs, apud SS. Ioannem, & Paulum 1582. in folio 1590. 1602. apud Iunctas in folio. Coloniæ 1619. in folio, & alibi pluries.

Expoſitionem in 3. p. eiuſdem ſacri Doctoris vſque ad quæſtionem LX. complectentem Tertium librum Sententiarum, Salmanticæ 1584. Venetijs, apud SS. Ioannem, & Paulum 1582. in fol.

Huic deinde acceſſerunt nouæ obſeruationes Alphonſi de Luna S. T. M. eiuſdem Ordinis, & Profeſſoris Salmantini. Salmanticæ 1596. in folio.

Item *Breuem inſtructionem confeſſariorum in duos diuiſam libros*, lingua Hiſpanica, hac inſcriptione.

Breue Inſtruccion de como ſe à de adminiſtrar el Sacramento de la Penitentia. Salmanticæ 1580. in 8. & 1585. in 8. Pinciæ anno 1602. in 8. & Pampalone 1625.

Hanc latinè vertit Raphael de Cæſare Neapolitanus, Coloniæque edidit apud Quentelium 1601. in 8. deinde apud Petrum Heñing. in folio an. 1619.

Alius conuertit Italicè, illamque typis tradidit Venetijs anno 1582. in 8. apud Dominicum Nicolinum.

Alia parauerat, vt *Commentaria in Primam Partem D. Thomæ*.

Commentaria in 2. 2. eiuſdem Sanctiſſimi Præceptoris.

Super Prædicabilia, Perihermenias, Priora, & Poſteriora Ariſtotelis.

Super Octo libros Phyſicorum.

In tres libros de Anima.

In quatuor libros de Cælo, & Mundo.

Librum de Veritate Corporis Chriſti.

Ita idem doctor fatetur in Epiſtola ad Primam ſecundæ.

Hæc inquam, parauerat; at morte interceptus relicta ſunt manuſcripta. Deſijt viuere Salmanticæ anno 1580. tribus annis maior quinquagenario ita Bibliotheca Hiſpana. Verum Miræus *in Auctario cap.* 547. Ioannes Marieta, Hieronymus Ghilinus *in Theatro Hominum litteratorum*, & alij aſſerunt vita functum fuiſſe hoc anno 1581.

Dominicum Bannesium, patria Mondragonium in cathedra nactus eſt ſucceſſorem, de quo *tom.* 2. 1004.

De eo Luſitanus *in Bibl. pag.* 56. Seraphinus Ractius, Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *de viris illuſt. Ordinis part.* 2. *lib.* 4. Miræus *loco citato*, Bibliotheca Hiſpana *part.* 1. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Anno 1582.

VINCENTIVS IVSTINIANVS, Patritius Ianuenſis ortus eſt Chij ex Inſulæ illius Dynaſtis. Latino ritu imbutus, & Genuæ inter noſtrates aſcriptus, in Prouincia Lombardiæ & didicit, & docuit. A Magiſtro Generali F. Stephano Vſus maris Ianuenſi in ſecretarium, ac ſocium aſſumptus, Ordinis regimini dexteram incontaminatam porrexit. Prouincialis deinde Terræ Sanctæ titulo inſignitus eſt. Poſtea ſublato è viuis Stephano, ſummo Patrum conſenſu Romæ Magiſter Ordinis renunciatur anno 1558. ætatis ſuæ anno trigeſimo octauo. Maxima effulſit in regimine Ordinis & charitate, & pietate, ac litteris, omnibus omnia factus; Gallia perluſtrata, ad

Con-

Concilium Tridentinum nobili ſui Ordinis Fratrum Theologorum,atque Ecclesiæ Præſulum aſſociatus corona, perexit. Ibi magno in pretio habitus, pro priuilegijs Mendicantium conſeruandis, plurimùm inſudauit. Redijt in Italiam relinquens in ſuo loco celeberrimum F. Dominicum Soto Hiſpanum. A Pio V. Apoſtolicus Nuncius mittitur in Hiſpaniam ad Philippum II. ob grauiora Apoſtolicæ ſedis negotia. Omnia impetrauit à Rege, ſed præcipuè multa in fauorem Mediolanenſis Eccleſiæ, pro qua Legatum rogauerat S. Carolus Boromæus illius Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Pro candore, & ſoliditate Catholicæ fidei tuenda, & amplificanda circa diuinarum ſcripturarum intelligentiã, & Sacræ Theologiæ diſciplinam in Germaniam, Galliam, Belgicam plura ſcripſit ad Fratres, ſcilicet vt docerent, arguerent, precarentur, & increparent in omni patientia, & doctrina. Illi obtemperantes, vndique circumſepti erroribus paratos ſe exhibebant reddere rationem omni poſcenti de eis, quæ ſunt in nobis, fide, ac ſpe. Se totos ſacrum litterarum ſtudijs tradebant, in illis progreſſus,quibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ inſeruitur, Dominicana Religio inſigniter illuſtratur, egregios faciebant. Admodum itaque Vincentius proficuus extitit toti illi populo Chriſtiano.

Cum autem reuerteretur ad Curiã, in itinere anno 1570. creatus eſt Cardinalis ſub titulo S. Nicolai inter imagines. Eius interceſſione, ac opera Pius V. Pont. M. opera D. Thomæ cũ ſermonibus de tempore, ac de ſanctis in Vaticana Bibliotheca M.S. repertis, Romæ fecit typis excudi.

Sub Gregorio XIII. commutauit titulum ſui Cardinalatus in illum S. Sabinæ. Cum Cardinali Sirleto *expurgandis libris* præficitur à Gregorio XIII. Vltimum clauſit die 28. Octobris currentis anni 1582. Romæ, fuitque ei cõmunibus Ordinis lacrymis parentatum. Sepultus eſt in S. Mariæ ſuper Mineruam, in Sacello S. Vincentij, quod eſt Iuſtinianæ familiæ. Hoc cænotaphium legitur in ſepulchro.

D. O. M.
F. Vincentio Iuſtiniano Chienſi
Sua ætatis anno XXXVIII.
Electo Generali
Ord. Præd. inde annorum LI *in numerũ*
S. R. E. Cardinalium aſſumpto
Obijt XXVIII. *Octobris*
An. Sal. MDLXXXII.
Petrus Ioſeph, & Georgius fratres PP.

Libros expurgauit cum Cardinali Sirleto iuſſu Gregorij XIII.

Scripſit *varias Epiſtolas hortatorias ad noſtri Ordinis fratres, plenas matura pietate, atque eruditione.*

Librum Conſtitutionum noſtri Ordinis, & illarum Gloſſas, & declarationes ex Actis Capitulorum Generalium, quæ celebrata fuere poſt Baudelli tempora, & ex Decretis Concilij Tridentini, quæ ſpectant ad ſtatum Regularium, auxit, ac Romæ excuſum emiſit an. 1566.

Scripſerunt de eo Ciacconius *in vitis Pontificum*, Plodius, Fernandez *inter Cardinales noſtri Ordinis*, Fontana *part. 1. tit. 2. num. 37. & alibi pluries.* Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol. 352. & 353.*

HIERONYMVS VIELMVS, Venetijs, nobili genere natus, incomparabili eruditione, atque multiplici ſcientia illuſtris: Patriæ non vulgarem addidit claritatem, vt teſtatur Vghellus. Floruit gratia Veneti Senatus, qui illum Philoſophiæ, atque Theologiæ cathedra in Patauina Vniuerſitate exornauit. Huius fama permotus Pius IV. illum acceſſiuit ad Vrbem, & in Romana Sapientia doctorẽ inſtituit S. Carolo Borromęo acceptiſſimus, cuius præceptor fuit. Ad huius petitionem, ab Auunculo Pio IV. Argolicẽſis Epiſcopus in Romania, & ſuffraganeus Eccleſiæ Patauinæ creatur an. 1563. die 17. Martij. Deinde anno 1570. die 2. Nouembris à ſummo Pontifice Pio V. transfertur ad Aemonienſem Eccleſiam, ſeu Eccleſiam ciuitatis Nouæ in Dalmatia ſub Patriarch. Aquileien. Duodecim annos in hac dignitate emicuit. Libros duos in Concilio Tridentino, qui eidem Sacræ Synodo vſui magno fuere, protulit de ſcri-

ſcriptis D. Thomæ.

Tranſiuit ad ſuperos anno 1582. Venetijs in Eccleſia SS. Io: & Pauli cum hac inſcriptione reconditus.

Hic iacet Reuerendiſs. Epiſc. Aemoniæ
Magiſter F. Hieronymus Vielmus
Venetus
Ord. Prædicatorum,
Qui in omni ſcientiarũ genere excelluit.
Obijt an. Dom. MDLXXXII.
Die 7. Martij
Aetatis ſuæ an. 63.

Bibliothecæ reliquit *Commentaria in Epiſtolam D. Pauli ad Hebræos*.

De ſex diebus conditi Orbis, & triginta lectionibus reſtrinxit prima tria capitula Geneſis.

Item edidit *De Diui Thomæ Doctrina lib. 2.* vt dixi.

Orationem apologeticam in obtrectatores Theologiæ.

Alteram *De Optimi Epiſcopi munere*. Ambas has recitauit Patauij. Venetijs 1575. apud Iuntas.

De Epiſcopis titularibus.

Elucubrationes de reſidentia Epiſcoporum.

Et quædam alia opuſcula. Vghellus *tom. 5. Ital. ſacræ* inter Aemonien. Epiſ. ex Regeſt. Cancell. Apoſt. & Act. Conſiſt. eiuſdem Pij; Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. nu. 50. num. 3.* Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. ill. part. 2. lib. 4.* Sanſouinus *in Venetijs*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol. 47. circa finem*.

Anno 1583.

PAVLVS VICENTIVS, Italus, ex ſui cognominis ciuitate oriundus, vir doctrina, ac morum grauitate inſignis, poſterorum pietati conſuluit ſcribens Italicè.

Hiſtoriam venerabilis Imaginis B. Virginis Mariæ in templo monialium SS. Sixti, & Dominici cuſtoditæ. Aſculi anno 1583. eam inter alios citat Floravantes Martinellus in ſuo eiuſdem argumenti opuſculo pag. 2.

Clarebat anno à ſalutifero Virginis partu 1583.

Ita Fontana *in Theatro 2. part. fol. 219.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

THOMAS PEREGRINVS, Venetus, S. Th. Magiſter doctiſſimus, & publicus cathedraticus Metaphyſices Patauij à Senatu Veneto ſtipendiatus legit, & ſcripſit.

Commentaria ſuper Metaphyſicam ad modum lectionum.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 4.*

VINCENTIVS PATINA, à Quintiano, Brixienſis, Prouinciæ Lombardiæ doctus Magiſter in Theologia, & religioſiſſimus vir. Primùm Logicam, & Philoſophiam interpretatus, mox ſcholaſticam S. Thomæ Theologiam, deinde dogmaticam, in qua plura typis mandauit, expoſuit. Religioſam duxit vitam in Ordine; ſiquidem diſcipulis egregium ſui præbuit ſpecimen. nam circa diuinum cultum perpetuò deuotiſſimum, erga Prælatos obedientem. erga æquales affabilem præ ſe tulit. Tandem omnem ſingularitatem deteſtans, infatigabilis vitam ſectatus eſt regularem. Scripſit etiam:

Quædam fragmenta in Logicam.

Paraphraſim in D. Thomam ſuper libros Poſteriorum.

Commentaria in libros de Anima. Boloniæ anno 1575.

Contra hæreſes modernas.

Super Metaphyſicam.

Opuſcula quædam de Sacrificio Miſſæ.

De primatu D. Petri. Mantuæ 1556.

De Virtutibus Animæ.

Et aliqua opuſcula, & tractatus contra nouas hæreſes.

Ambroſius Gozzeus, Relatio Lombardiæ, Plodius *de viris ill. p. 2. lib. 4.* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag. 263.*

His temporibus innumeri noſtri deſiderantur Scriptores, & libri. Etenim hæretici perduelles in Anglia ſupra 40. in Scotia 15. in Gallia fermè 40. in Polonia 17. in Germania 200. in Dacia 20. in Noruergia, & Holandia plusquam 20. Cœnobia funditus deſtruxerunt. Turcæ pariter in Vngaria 7. in Regno Cypri 64. in Terra Sancta 18. Gentiles in Indijs quoque. Itaque

vſque

vſque ad ſeptingentos ab ijs omnibus deuaſtatos fuiſſe Conuentus Scriptores recenſuerunt. Vox Turturis P. Grauinæ *p. 2. cap. 23.* Ex Panoplijs ſeptingentis quot putatis arma ſurrepta? Quot in hæreticos enſes? quot pugiones in hoſtes? quot clypeos comminutos? Pro Eccleſia pendebant e ſingulis mille. Abſtulerunt armamenta, & milites. Nec lanceas conflauerunt in vomeres, ſed eas omninò in nihilum redigerunt. In Prouincia Prouinciæ P. F. Ioannes Iunius Magiſter, & Prior Conuentus Alxeti. P. Fr. Ioannes Argempſonius ab hæreticis lacerati ſunt. In Prouincia Toloſana Laureatus procedit P. Fr. Leonardus Talaſius ſtrangulatus, & pugione confoſſus, P. Fr. Augerius de Monte Aluo ſupprior Conuentus Morlanenſis, catapulta interemptus occubuit.

At Pater F. Raymundus de Plano Morlanenſis Conuentus, Concionator, cui erutis oculis, & in cibum datis, nouiſſimè ab ijſdem Hæreticis necatus eſt. His adnecte P. F. Ioannem Fargale, P. Fr. Antonium de Vrſo, P. F. Antonium Vuliers, qui fame conſumpti ſunt. Nec prætereundum puto P. F. Laurentium Fronconi, qui viuus ab eiſdem pariter combuſtus fuit. Ad hæc P. F. Robertus de Bellouiſu Eccleſiaſtes inſignis, membrorum articulis abſciſſis, & inter hæreticos diſtributis; in reliquo corpore decoriatus, ſæua morte immortalitatis adeptus eſt gloriam. Adeo ſæuiebat efferatorum hoſtium Eccleſiæ rabies in diſputationes noſtrorum, in conciones, in aſſiduas Apologias, in Allegationes de Purgatorio, de Authoritate Eccleſiæ, de imaginibus, de Indulgentijs, de Monachiſmo, & Cælibatu, de Sacrificio miſſæ, de vna dumtaxat ſpecie in ſacra Communione, vt non ſolum diſcerperent libros, deſtruerent Bibliothecas, comburerent manuſcripta, ſed & auidas ſuas manus ſacris membris implerent Religioſorum.

In Congregatione Gallicana, poſt librorum combuſtionem, fidem ſanguine obſignarunt P. Fr. Robertus Caluanus Conuentus Ebroicenſis; ab hæreticis ſagittis confixus. P. F. Petrus Merentus P. Fr. Ioannes Picardus, P. F. Ioannes Fenger, qui glorioſè pro fide catholica occubuerunt. Anno 1571. viginti nouem martyrum glorioſi triumphi recenſiti ſunt in Capitulo Generali Romano, coram Pio Quinto, qui comitia Generalia Ordinis noſtri ſua præſentia cohoneſtauit.

In Belgio P. F. Ioannes Colonienſis grandi trabe ſuſpenſus præcordijs extractis, demum trucidatus occiditur. P. F. Martinus Faber pluribus vulneribus confoſſus, palmata veſte incedit. In Prouincia Occitana P. F. Guilelmus Brelianus veneno extinguitur, minimè pocula venenata recuſauit, qui venenati draconis caput in ſanguine confringebat. Similiter P. F. Guilelmus Bruni ab Hæreticis obſeſſus, pro Chriſto Domino moritur. In Germania ſuperiori. P. F. Iocobus Zonger ſæuiſſimè ab Hæreticis necatur. In Germania inferiori P. F. Antonius Temermonus Antuerpiæ laqueo primum ſuſpenſus, mox extractis præcordijs, membriſque conſciſſis, eius caput ſuper haſtam ſublimatum eſt, quod tanta luce refulſit, vt præ pudore, luminis vim ſuſtinere non valentes Hæretici, illud amouendum curarint. Legendi ſunt Caſtillus *part. 1. lib. 1. centur. cap. 63.* Reſcius de Phalaris *m. lib. 2.* Fernandez *in Hiſtor. Eccleſ. an.* 1570. *&* 1572. *Acta Capituli Generalis* 1580. *&* 1588. Vox Turturis P. Grauinæ *p. 2. cap. 23. fol.* 184. *&* 185.

Inter tot excidia, & minas perierunt nondum ſcripta, ſed etiam cum Cœnobijs ipſæ Bibliothecæ.

ANTONINVS STABILI à S. Angelo à Faſanelli vir ingenio acri, & doctiſſimo. Anno ætatis ſuæ quinquageſimo edidit: *Quadrageſimale.* Item:

Sexdecim dierum opera de vanitatibus Iudæis, Interlocutoribus, Salomone, ac Moſe lingua Italica. Anno 1583. in 8.

PETRVS de CRVCE duritie vitæ, doctrina, & morum modeſtia inſignis. Scripſit:

Hiſtoriam, ſeu Chronicon Ordinis noſtri.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol.* 150. & Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

m. ſ. Creditur eſſe eundem cum Ioanne de Cruce, de quo 1556. ille enim etiam ſcripſit Chronicon Ordinis.

PHILIPPVS de VRRIES Celtiber, Conuentus Ouenetenſis, vir doctus, & clariſſimus pietate; quandoque ſubditorum vitia prudenter diſſimulabat. S. Gregorij *admonitio lib. Paſtoralis cura part. 2. cap. 10. Cum tempus ſubditis ad correctionem quæritur, ſub ipſo culparum pondere patientia Præſulis exercetur. Vnde bene per Pſalmiſtam dicitur: Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, &c. Ac ſi apertè dicat: Quos corrigere nequeo, quaſi ſuper impoſitum onus porto.* Vt ergo corrigeret Vrries cum prouentu, ad tempus prudentiſſimè differebat. Primus Barbaſtrenſis Præſul creatus fuit. In aduentu primi Epiſcopi Ciuitas fructus Eccleſiæ ſuauiſſimos delibauit. Scripſit hiſpanicè:

Declaracion del motu proprio de Gregorio XIII. *ſobre los Panes.*

De eo Lanuza *in Hiſt. Eccleſiaſtica Regni Aragonum volumine 2. pag.* 17. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. Fontana *in prima parte Theatri cap.* 5.

SALVATOR de S. CYPRIANO, vir dignus, quem nouus Orbis audiret. Purè fidem catholicam inibi aſſerturus, Idolorum detegere ſtuduit falſitatem: Quapropter lingua Zacapula prouinciæ eiuſdem nominis in noua Hiſpania edidit:

De los Idolos de la Prouincia.

De eo Antonius de Leon *in Bibliot. Indica*, Bibliotheca Hiſpana *part.* 2. *folio* 221. *columna* 1: Hyacinthus de Parra *in Catalogo Scriptorum Ord. m. ſ.*

Anno 1584.

BARTHOLOMAEVS ANGELI, ſiue de ANGELO, Neapolitanus, Baccalaureus, vir eruditus, & meritò venerandus. Fuit in rebus antiquis euoluendis ſedulus, ac ſtudioſus. Scripſit lingua Italica ad inſtructionem fidelium:

Confeſſionale per modum dialogi inter Epiſcopum, & examinandum.

Conſolationem pænitentium, in quo libro agit de Indulgentijs.

De Oratione.

De Confeſſione, & alijs.

Diuiditur in quatuor libros: Venetijs apud Io. Antonium Rompazettum 1594. in 12. iterum ibidem 1617. Apud Seſſas in 8. & alibi pluries.

Librum de Roſario Beatæ Virginis, impreſſum Neapoli ann. 1575. & Venetijs anno 1583.

Theſaurum Mendicantium, quo agit de ortu Ordinum Mendicantium, atque eorum Auctoribus, ac dignitate.

Documentum quoque (Ricordo) bene moriendi. Neapoli, anno 1575. & Venetijs anno 1583.

Supremum obijt diem anno reparationis humanæ prædicto 1584.

Fuit Bartholomęus de Angelis filius regalis Conuentus S. Dominici de Neapoli; & vna cum Fr. Ambroſio Saluio de Balneolo Epiſcopo Neritonenſi fundator Cœnobiorum Caiuani & Prochitæ.

De ipſo ſcripſerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 49. *&* 50. Ambroſius Gozzeus, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, Marraccius *in Biblioth. Mar.* Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.* & ſcripta Archiu. S. Dominici de Neapoli.

AVGVSTINVS de IBARRETA, Hiſpalenſis, Collega Sancti Thomæ. Scripſit: *In Dialecticam.* Anno 1533. Hiſpali.

Introductiones in Dialecticam, parte ſecunda. 1535. ibidem.

Purificationem Conſcientiæ. Hiſpali 1550. & Venetijs 1551. Conceſſit neceſſitati naturæ anno nati Verbi 1584.

Hic, quem Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis* appellat Auguſtinum de Ibarreta, idem eſt cum Auguſtino de Sbatroia, de quo nos anno 1554. Nec rectè ſubdit Hyacinthus exceſſiſſe è viuis hoc anno, ſed expleuit mortalitatem, vt ibi.

ANTONIVS VIMANARENSIS diœceſis Bracarenſis, Luſitanus; de Conceptione antea dictus, cooptatus in Ordinem noſtrum, à deuorione, quã proſequebatur Sanctam Catharinam Senenſem, ſortitus eſt cognomentum Senenſis; S. Theologiæ Magiſter profundus, & Louanij in Belgio Regens. No-

Nomen dedit Dominicanæ Religioni Aueiri. Vlyſipone nauauit operam ſtudijs, & Conimbriæ. Plures annos vitam duxt in Belgio, vbi ſtudijs & laboribus Ordinem illuſtrauit. Edidit:

Chronicon breue Ordinis Prædicatorũ, diſtinctũ in Decades. Pariſ. 1585. in 8.

Bibliothecam Fratrum Ordinis Prædicatorum, qua recenſet Scriptores Ordinis noſtri, paſſim à nobis citatam. Pariſijs ann. 1585. apud Sebaſtianum Niuellium in 8.

De quinque ſtatibus Hominis.

Chronicon generale ab anno Domini 1000. *vſque ad* 1584.

De comparatione virtutum, & vitiorum.

Quæſtiones Theologicas attinentes præſertim ad Fidem.

Vitas Sanctorum Ordinis ad petitionem Generalis F. Seraphini Caballi Brixienſis.

Traduxit in Latinum è Luſitano idiomate vitas B. Sororis Ioannæ Luſitanæ, B. Petri Gundiſalui à Tugilde, S. Gundiſalui de Amarantha, B. Aegidij à Poncella Sancternenſis, B. Petri Conutrſi. Omnes Luſitani.

Item Homilias Cardinalis Henrici Infantis tunc Luſitani, poſtea Regis: Louanij 1575. apud Seruatium Saſchenum.

Rogatus fuit Antonius à Franciſco Giraldio Regis Luſitani Legato, vt dictas Homilias, ſiue Meditationes, quas Henricus Cardin. ad ſui ſpiritus ſolatium piè ſcripſerat, Latinas faceret; quod præſtitit ad votum.

Summo labore illuſtrauit opera D. Thomæ: nam inuenit omnia loca Patrum, & Auctorum Gentilium, qui citantur ab Angelico Doctore in Summa, qui ſunt penè innumeri, & eos adnotauit ad marginem, vt in præſentiarum cernuntur. quem in laborem tres annos, & dimidium impendit.

Adnotauit præterea loca, in quibus Thomas remittit ſe ipſum, dicens vt ſupra dictum eſt, vel infra dicetur.

Hæc duo antea ab erudito alio noſtro Patre magna ex parte attentata fuerant: at Antonius ad exitum, exactiuſque perduxit, & Antuerpiæ primò cuſa fuerunt apud Plantinum anno 1569. quæ poſtea ibidem partibus D. Thomæ addita, recuſa ſunt ab eodem Plantino anno 1575. Deinceps cædem marginales indicationes appoſitæ fuerunt partibus ſancti Doctoris, quæ Romæ datæ ſunt typis.

Cum autem in Plantinianis editionibus quædam deficerent, nimirum Epiſtola de quibuſdam obſeruandis in lectione prædictæ Summæ, & aliæ nonnullæ lucubrationes, hæ omnes ſuperadditæ fuerunt editioni Summæ Angelici Præceptoris, quæ cum Caietani Cardinalis commentarijs excuſa fuit Lugduni anno 1575. & de Auctore mentionem nullam fecerunt.

Idem, quod in Summa præſtiterat, præſtitit in quæſtionibus Diſputatis, de Veritate, ac in alijs, quæ adnectuntur præfatis. Has Petrus Bellerus anno 1571. impreſſit Antuerpiæ. Quæ poſtea additæ fuerunt codicibus in Vrbe excuſis.

Anno currẽte 1584. cogitauit euulgare non antea excuſum D. Thomæ Commentarium in libros Machabæorum, quem reperit in Inſula de Flerim in Cænobio Ordinis Minorum.

Emendauit à mendis etiam Catenã Auream eiuſdem Sancti Doctoris, & adnotauit citatos Auctores ad marginem, vt in præſentiarum habetur, & Plãtinus quoq; excudit & Pariſ. 1577.

Curauit inſuper, vt in lucem prodirent Commentaria S. Thomæ ſuper Geneſim, quæ non dum typis erant commiſſa. Antuerpiæ apud Bellerum Stelſij generum, deinde Lugduni, & Pariſijs.

Fecit, vt typis quoque committeretur tractatus pulcherrimus de tribus votis editus à noſtro B. Humberto de Romanis quondam noſtri Ordinis Generalis. Louanij 1575. è prelo Seruatij Saſcheni.

Curauit etiam vt imprimerentur decẽ, & ſeptem ſermones ad Monachos magni Cæſarij Epiſcopi Arelatenſis, quos reperit Neapoli apud Patres Carbonarios S. Auguſtini m. s. in Bibliotheca, quæ olim fuerat Cardinalis Siripandi.

Edidit alia plura. Obijt 1586. Ipſemet

in Bibl. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir.ill.p.2.lib.4.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro, Bibl.Hiſp.f.86.& 87.*

Beata Ioanna filia fuit Regum Luſitaniæ, nempe Alphonſi huius nominis V. & Eliſabethæ dicti Alphonſi vxoris, quæ deinceps in Sanctimonialium Ordinis noſtri ingreſſa eſt cœtum circa annum 1472. quæ obijt anno 1480.

ALPHONSVS ESPINOSA, natione Hiſpanus, Patria, ex Inſula S. Dominici, ſiue Hiſpaniolæ apud orbem orientalem, & in Bætica Prouincia Ordini noſtro adſcriptus, vir ingenio, doctrina, & moribus inſignis, edidit.

Commentarium ſuper Pſalmũ XLIV. Eructauit cor meum. Aegidius Gonzalez Dauila in Theatro IndieoEccleſiaſtico.

Ponunt etiam Alphonſum de Eſpinoſa natum Compluti, qui amplexatus eſt inſtitutum Prædicatorum apud Guatemalenſes Americanos. Hic aliquando in Fortunatas Inſulas aduectus, & præcipuè in potiorem illarum Tenerifam vocatam, non ſine ſuperiorum auctoritate concinnauit *Hiſtoriam del Origen, y milagros de la imagen de Nueſtra Señora de Candelaria*. Anno 1541. in 4.

Eodem tempore pro facultate impetranda typorum, & publicæ lucis, ad Regium Senatum detulit, vt moris eſt, de Interpretatione Hiſpanica Pſalmi XLI. Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum &c. à ſe verſibus facta.

An hic ſit alius à priore, res ſatis eſt anceps. Alphonſus Fernandez, *& Bibl. Hiſpana non diſtinguunt.*

Claruit circa annum dominicæ Incarnationis 1584. ex Alphonſo Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, & ex Bibl. Mariana Marraccij.

DIDACVS OGEA, vel Oxea Hiſpanus, Stellenſis conuentus filius, vir inſigni doctrina, necnon probatis moribus conſpicuus, edidit Hiſpanicè.

De Roſario B. Virginis Mariæ librum ſub hoc titulo:

Inſtitucion de la deuocion, Confradia, y milagros del Roſario:

Confradia contra los iuramento: caſtigo contra los blaſfemos, maldicientes, y iuradores. Matriti apud Quirinum Gerardum 1580. in 8. & apud Guilielmum Droy 1585. in 8.

De eo Biblioth. Hiſpana Nicolai *fol.* 235.

AEGIDIVS BONONIENSIS, in Theologia Magiſter, vir ingenio feliciſſimo, æquè cathedraticus eximius, ac egregius concionator ſcripſit.

Quadrageſimale.

Sermones de Tempore.

Et multa opera Theologica, Philoſophica, & Sacræ Scripturæ.

Cum hic pater publicè Patauij legeret, ibidem deuotiſſimè obijt anno 1584. quare morte celeri de medio raptus, eius opera in lucem non prodierunt.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. ill. p. 2. lib. 4.*

Anno 1585.

NICOLAVS de ALEXIIS Peruſinus, ſanctus, ac doctus, S. Theologiæ Magiſter, Inquiſitor Generalis in Vmbria, variarum linguarum cognitione peritus, fuit Regens in ſtudio Peruſino: Scripſit.

De Summo Bono.

De Euchariſtia.

De SS. Trinitate.

Duo volumina concionum.

Super libros Ioſue.

Iudicum, Ruth.

Scripſit *Commentaria in Logicam.*

Super Philoſophiam Ariſtotelis.

Quatuor libros Regum verſu heroico complexus eſt.

Perrexit ad Deum 1585. die 28. Februarij. Eius meminerunt Seraph. Rat. *de Beatis*, Plod. *de viris illuſt. Ordinis lib. 1. part. 1. & part. 2. lib. 4.* Luſit. *in Bibl.* De hoc Vox Turturis *part. 2. cap. 23. Sacri Ordinis legum obſeruantiſſimus, linguarum peritiſſimus, qui multa ſcripſit, & docuit; ſed maiora opere præſtitit. Migrauit ad Dominum in ſenecta vberi, vberes mercedes laborum præmii reportans. Opinionem ſanctitatis Epiſcopi præſentia, & ciuitatis Peruſinæ populorum concurſu, ad veſtes præcidendas pro reli-*

reliquijs, conteſtantibus, oſtendunt.

Conſule Antonium Poſſeuinum *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 478. Fratrem Felicem de Caſtro Franco, qui fuit ſuus Coætaneus, & alios.

IOANNES AMBROSIVS BARBAVARA, Mediolanenſis, S. Th. Magiſter, inſignis Philoſophus, ac ſcholaſticus plures annos legit publicè Patauij, vbi etiam fuit Regens, docuitque deinde in ſtudio Taurinenſi, ibique fuit à confeſſione Sereniſſimo Sabaudiæ Duci. Fuerat etiam antea S. Carolo Boromæo Theologus. Obijt Taurini.

Edidit *Tractatum de Sacramentis.*

Paraphraſim ſuper ſeptem Pſalmos.

Orationem in laudem Diui Thomæ Aquinatis.

Super Primã Partẽ Sũmæ D.Thomæ & ſuper præcipuos alios tractatus Theologiæ.

Eius meminerunt cum laude Annibal Gualcus, Thomas Garzoni, Bibliotheca Corradi Geſneri aucta à Ioſia Simlero Tigurino, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. illuſt. p. 2. lib.* 4.

Quidam referunt Paraphraſim in ſeptem Pſalmos ſurreptam Religioni, prodijſſe in lucem ſub nomine cuiuſdam exteri.

HIERONYMVS TEVTONICVS, Theologus reſolutus,

In compendium iuxta præcipuas illius concluſiones redegit Summam Theologiæ noſtri Angelici Præceptoris, D. Thomæ; ediditque Venetijs ſub hoc an. 1585.

Meminit eius Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol.* 47.

PAVLINVS BERNARDINVS nobilis Lucenſis, vir admirandæ vitæ integritatis, S. Theologiæ Magiſter, ac regularis diſciplinæ obſeruantiſſimus, virtutum meritis, ac miraculorum fama conſpicuus, quem inter Beatos confeſſores Ordinis noſtri reponit Martyrologium Dominicanum. Adeo in ſcientijs fuit profundus, & ſubtilis, vt quidam eum comparare auſi fuerint Eminentiſſimo Caietano. Scripſit:

Hiſtoriam Ordinis noſtri. Ex Martyrologio Dominicano.

Item edidit *Officium, Litanias, Capitula, & indulgentias Societatis Sanctiſſimi nominis Dei lingua Italica cum Additione de vitio blaſphemiæ, maledictionis, Periurij, & Iuramenti.* Authore F. Hieronymo Celentano à Sancto Seuerino eiuſdem Ordinis.

Præterea *De Origine, Capitulis, Indulgentijs, & Orationibus Societatis Sanctiſſimi Roſarij cum Additionibus eiuſdem F. Hieronymi Celentani.* Neapoli 1586. Apud Hæredes Matthiæ Cancer in 12.

Concordiam Eccleſiaſticam in hæreticos.

Quodlibeta de Attributis Dei abſolutis.

De Trinitate.

De Angelis.

De Gratia.

De Sacramentis.

Indicem copioſum ſuper opera Caietani.

Fuit facundiſſimus Orator, & memoria adeo tenax, vt haberet in numerato maiorem partem operum S. Auguſtini, & quaſi omnes Eccleſiaſticos cantus. Reformationem in Congregatione Aprutina S. Catharinæ Senenſis, feruentiſſimo ſpiritu incæpit, & ſumma diligentia, quamdiu vixit, ſtuduit promouere.

Obijt Beatus vir currente an. 1585. Neapoli in Conuentu S. Seueri.

Seraphinus Razius, Plodius *de vir. illuſt. part. 2. lib.* 4 De eius integritate meminerunt etiam Cardin. Baronius in notis Martyrologij die 30. Aprilis, Vox Turturis Grauinæ *p. 2. cap. 23.* Antonius Poſſeuinus, qui ſic de eo loquitur *in Apparatu ſacro*: *Eximiæ vir pietatis, quique auitam eius diſciplinam in Aprutina Congregatione mirificè inſtaurauit.* Hæc Poſſeuinus.

Anno 1586.

PETRVS MARIN Hiſpanus, adſcriptus Ordini fuit Salmanticæ in Conuentu Sancti Stephani Protomartyris, cuius in poſterũ fuit alũnus. Sacræ Theologiæ Magiſter, ſcholaſtica, & expoſitiua æquè peritus, in quo benignitas, & morum innocentia eluxerunt. Tantam Latinæ eloquentiæ aſſequutus eſt facultatem, vt maieſtate orationis, & rotunditate periodi

S. Leonem Pontificem videretur repræſentare ad vnguem. In hunc planè conueniſſe elogium reor de Neſtore decantatum: *eius ex ore melle dulcior fluebat oratio*: tantæ vir eruditionis, vt dici poſſet de eo quidquid de Septimo Claro protulit Plinius. *Facile cuilibet veterum, quorum eſt æmulus, comparabis.*

Nihil typis commiſit: At in noſtro Salmantico Conuentu cuſtodiuntur huius lucubrationes, ſuntque.

Super Pſalmum, Dixit Dominus Domino meo, tot libri, quot Pſalmo ſunt verſiculi.

At vltimus verſiculus duos complectitur libros. Itaque ſuper hunc Pſalmum Nouem compoſuit Libros.

Item ſcripſit de obſeruantia præceptorum Legis.

De Victoria Chriſti in Cruce regnantis.

Aduerſus hæreſes.

Sub quod tempus floruerit, neſcio.

Eius meminerunt cũ maximis laudibus Bibliotheca Nicolai *tom. 2. fol. 171. colum. 1. circa medium*, Ioannes Marieta, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

STEPHANVS SAMPAYVS Luſitanus, vir ingenio, eruditione, facundia, & varijs diſciplinis inſignis, cuius profundioris doctrinæ hæc legimus Monumenta.

Triumphum Chriſtianum Romanos cunctos obſcurantem ex Aegidij Luſitani, Magi olim, Theurgici, & Doctoris, aliorumque Patrum Ordinis Prædicatorum ex eadem Luſitania ſtupendis geſtis conflatum. Pariſijs apud Thomam Perier 1586. in 8.

In hoc Opere continentur ſequentia:

Aegidiana conuerſio cum deſcriptione Luſitaniæ, & reſolutione multarum quæſtionum ad Gallias ſpectantium, & earum Apoſtolum dialogicè conſcripta, & in quatuor libros deſcripta ex ſcriptis Andreæ de Reſende.

Item D. *Gundiſalui Luſitani Euangeliſtæ regionis Interamnis incognita hiſtoria, cum eiuſdem Prouinciæ inaudita deſcriptione.*

D. *Petri Tudenſis Decani Aſtorganæ Eccleſiæ, & patroni maris Hiſpani geſta cum Compendio Vitæ* D. Fr. *Laurentij, & D. Pelaij Luſitanorum.*

Vita miranda Beati Fr. Petri Eborenſis.

Selectiſſimum Compendium, ſiue Remma rerum omnium virorum inſignium Ordinis Prædicatorum.

Huius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 236. colum. 2. in fine*, & alij.

Scripſit etiam *Theſaurum Arcanum.*

PETRVS de CORDVBA.

Edidit *Vocabularium linguæ Zapotecæ.*

Eius geſta lege apud Padillam *lib. 1. Hiſtoriæ Prouinciæ Mexicanæ cap. 40.* Fernandez *lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 3. & 31.* Ioannem Lopez Epiſcopum Monopolitanum 4. *part. Hiſtoriæ Ordinis.*

IGNATIVS DANTES, Peruſinus S. Theologiæ Magiſter, & in almo ſtudio Bononienſi Mathematicarum proprofeſſor illuſtris, filius Conuentus Florentini S. Marci in Prouincia Romana, ſui ſæculi mathematicarum rerum peritiſſimus, Philoſophicarum, nec non Theologicarum ſcientiarum eruditiſſimus doctor, ob quas Principibus Italiæ, & inter alios Coſmo, & Franciſco Magnis Etruriæ Ducibus ſummè charus extitit. Cum eſſet Iacobi Boncompagni Ducis exercitus eccleſiaſtici familiaris, ad eiuſdem petitionem die 14. Nouembris 1583. à Gregorio XIII. Pontifice Max. renunciatus eſt Epiſc. Alatrinus in diſtrictu Vrbis. Quam dignitatem annis tantùm tribus adminiſtrauit. Deceſſit die 19. Octobris 1586. Aetatis ſuæ anno 49. Conditus eſt in ſua Cathedrali Eccleſia. Excelluit præ ceteris in Coſmographia, in Architectura, & in deſignando.

Edidit *Commentaria ſuper duas regulas Proſpectiuæ Practicæ Domini Iacobi Barozzi à Vineola.* Romæ ex typographia Maſcardi 1644. opera Philippi de Rubeis in folio.

Reliquit plura alia Monumenta ſui ingenij, & præcipuè in Mathematicis, quas reduxit in tabulas.

Scripſit etiam in Sphæram.

Ac-

Accerſitus à Coſmo Mediceo magno Duce Etruriæ Florentiam, ibi legit ſphæram, & mathematicas. Vbi quoque delineauit tabulas Ptolomæi, vexitque ſecū duos globos miræ magnitudinis, in quibus deſcripſerat cælum, ac terram.

Inter alia opera pietatis, in pauperum commodum Montem erexit.

Vghellus *Ital. ſacra tom.* 1. Plodius *part.* 2. *lib.* Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 15. *num.* 2. Seraph. Ratius.

Bononiæ aliqua horologia conſtruxit ad ventum, & ad ſolem ſummæ perfectionis, vt eſt illud in Archiepiſcopatu. Illud Senatus in platea, & illud in diui Dominici, in clauſtro ad murum Bibliothecæ, quo indicantur venti. Opus reuera mirabile. In Diui Petronij ſuper pauimentum lineam conſtruxit marmoream, in qua cum proportionata diſtantia Zodiaci ſigna impreſſit, & ita duxit illam, vt per foramen feneſtræ ſitæ ſuper portam in alto, cadens ſuper dictam lineam radius ſolis, oſtendat quod ſignum menſe illo ſol premat. Vocatus Romam à Sixto V. vt in ſua pyramide nuper erecta delinearet Aequinoctia, & Solſtitia, reuerſus ad propria, in itinere correptus morbo interijt.

Alterum in Mathematicis crederes Theodoſium, in Geometria Euclidem. Nec illum putauiſſes in Architectonica Vetruuio inferiorem. *Neque debet operibus eius obeſſe* (protulit Plinius de Septimio Claro) *quod viuit. Ad hoc prauum, malignumque eſt, non admirari hominem admiratione digniſſimum.* Cum eodemque concludamus: *Nobilitate morum, ingenij elegantia, & operum varietate monſtrabilis.*

Anno 1587.

REGINALDVS de ACCETTO, Neapolitanus, doctor ſacræ Theologiæ, vir conſilio prudens, rerum agendarum peritia clarus, humanæ litteraturæ peritus, & diuinarum, atque ſcholaſticæ doctrinæ ſtudioſiſſimus. Baccalaureum Ordinarium, deinde Regentem in ſtudio Generali S. Dominici de Neapoli egit. Fuit celeberrimus concionator, memoriæ tenaciſſimus, quem maximo cum fructu audientes admirati ſunt ſuggeſtus primi Italiæ. Migrauit è viuis anno Domini 1590. in Conuentu ſuo Originali S. Petri Martyris de Neapoli. Scripſit eleganriſſimè.

Theſaurum linguæ vulgaris. Neapoli ad Paulum Iouium Epiſcopum Nucerinum.

Expoſitionem Anni Iubilæi. Ad Archiep. Neapolitanum.

Tractatum Italicè de Sacerdotum cælibatu.

Orthographiam linguæ vulgaris.

Rhetoricam nouam.

De diuitijs ſpiritualibus Eccleſiæ militantis.

Luſit. *in Bibl.* Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Gozzeus *in Catal.* Vallus *in Compendio part.* 5. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 122. *in fine.*

Anno 1588.

PETRVS de FERIA Hiſpanus è Beturia ex Salmantino Cænobio fuit Mexicani Conuentus Prior, & ſuæ Prouinciæ Prior Prouincialis, deinde Vicarius Generalis Floridæ Indiarum, quibus præfecturis regularem obſeruantiam multū promouit, ac auxit. A Gregorio XIII. conſtitutus eſt Epiſcopus Chiapenſis Eccleſiæ apud Americanos in Indijs die 8. Decembris anno à Virginis partu 1574. Annis quatuordecim ſibi creditas oues ſingulari pietatis exemplo rexit, compleuitque dies ſuos in ſancta ſenectute an. 1588. in Conuentu S. Dominici Ciuitatis Regalis, vbi ſepultus eſt.

Scripſit ad vtilitarem populorum Mexican. lingua Zapoteca.

Multa pia opuſcula, & præſertim *Confeſſionarium Zapotecum.*

Item *Vocabularium linguæ Zapotecæ.*

Ex Act. Conſiſt. Gregorij Pontificis Gil. *in Theatro Eccleſiæ Chiapen.* Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 164. *num.* 4. Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Vox Turturis Grauinæ *part.* 2. *cap.* 23. Bibliotheca Hiſpana Nicolai, & Auguſtinus Dauila Padilla *in fine Hiſtoriæ*

Pro-

Prouinciæ Mexicanæ Ordinis noſtri.

De illo (præter alios) diffusè ſcripſit Aegidius Gonzales Dauila regius Chronographus *in Theatro Indicæ Eccleſiæ.*

CHERVBINVS FLORENTINVS Etruſcus, cupidus iuuandi minus intelligentes, lingua materna compoſuit

Confeſſionale, quo docet modum audiendi confeſſiones, & confitendi peccata. Cuſum Neapoli.

Viuebat hoc anno 1588. alijs ſub Leone X. 1520. Michael Pocciancius, Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 3. *&* *lib.* 4. Ambroſius Gozzeus, Fernandez, Fontana *de Romana Prou. cap.* 6. & Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*

IOANNES PVMEVS, Belga. Hic non eſt diuerſus à Ioanne Dumæo, de quo anno 1571.

Edidit *alia plura*, quæ non prodierunt in lucem, ſed ſeruantur in noſtro Conuentu Gant.

Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4.

REMIGIVS FLORENTINVS Tertius huius nominis, hiſtoricus, Poeta, & Theologus exquiſitus edidit:

De Auctoritate Pontificia libros duos.

De Reſidentia Epiſcoporum, qui Venetijs, dicatus Card. Morono, fuit excuſus.

De Beneficiorum pluralitate.

Arborem ſummorum Pontificum, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Generalium, Sanctorum, atque Beatorum Ordinis noſtri.

Perpulchram Cantilenam in laudibus B. Virginis.

Epiſtolas Ouidij in verſu heroico Etruſce.

Emendans illuſtrauit ſuis marginibus Hiſtoriam vniuerſalem Italiæ Ioannis, ac Matthæi Villani.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4.

Ceterum Lucarinus, & amicus Fontana confundunt hunc cum illo Remigio Nannio etiam Florentino, de quo anno 1581.

Rectius, & accuratius Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 126. tres Remigios Florentinos annumerat, primum Remigium Clarum, de quo anno 1309. ſecundum Nannium, ſiue Nannium, de quo anno 1581. Poſtremum præſentem.

VINCENTIVS SPARGIATVS Bononienſis, doctiſſimus lector Theologiæ, prouinciæ Lombardiæ vixit magna integritatis fama, & aiunt ob ſuā integerrimam vitam, vt Antonium illum Abbatem ſanctiſſimum, fuiſſe vexatum peraſſiduè. Scripſit:

Compendium omnium ſcientiarum, cui titulus: Agatemaria.

Relatio Lombardiæ, & Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4.

IOANNES de VRDVÑA, Mathematicæ, ac cæremoniarum Eccleſiaſticarum peritus, ſummis vigilijs, ac labore molitus eſt.

Calendarium perpetuum impreſſum Venetijs 1588. Acta Capit. Genen. Neapoli 1589.

IVLIANVS FRESNEAV, Gallus, præcipuus catholicæ veritatis aſſertor, & inuictus fidei pugil, qui velut canis ille à Nazianzeno deſcriptus, non petulantia, atque impudentia, ſed vitæ libertate, non oblatratione, ſed recti cuſtodia, noctibuſque illis, quas pro animarum ſalute peruigiles traducit. Atque eo etiam nomine canis, quia virtutis familiares mulcet, externos latrando inſectatur. Scripſit:

Aduerſus Petrum Martyrem hæreticum.

In alios quoque latrando, ſuam fidelitatem Eccleſiæ perpetuo demonſtrauit.

Obijt vir doctus, & probus in Gallijs, Henrico Tertio Rege, ſub hunc annum 1588.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 302.

BARTHOLOMAEVS de VEGA, Hiſpanus, in Theologia, & Mathematicis plurimum valuit. Cantum planum, quem firmum vulgariter nominant, exactè profitebatur, aderatque aſſiduus Choro, in lucem protulit.

Computo eccleſiaſtico. Pampilone hoc anno 1588. in 8.

Huius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 1. *fol.* 159. *colum.* 1. *circa*

circa medium, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

HIERONYMVS de FERRARIIS Fantonus, patria Vigleuanenſis, Italus natione, ſuarum Conſtitutionum obſeruantia commendandus, & hæreticæ prauitatis vigilantiſſimus Inquiſitor Ferrarienſis collegit ſumma induſtria, & labore.

Repertorium locupletiſſimum tam librorum ſententiarum, quam quodlibetorum Doctoris ſubtilis, Ioannis Duns Scoti, quod poſtea opera R.P.F. Iulij Hyſſopij, Ceſennatis, Lectoris Patauini, eiuſdem Ordinis in lucem editum fuit. A quo adiectæ ſunt etiam opiniones, & propoſitiones à Scoto cõtra D.Thomam ad probandum aſſumptæ, quaſque Ioannes Capreolus cõfutauit hoc ſigno ✠ demonſtratæ. Opus maximo vſui futurum non tam Scoti, & D. Thomæ doctrinam profitentibus; ſed & omnibus ſeriò Theologica tractare cupientibus. Venetijs apud Melchiorem Seſſam anno 1588.

Edidit etiam *Compendium vniuerſæ lecturæ Abbatis Panormitani*. Venetijs apud Michaelem Tramezinum anno 1564.

Hinc colligitur fuiſſe Fantonum elucubrationibus, & ſtudijs propenſiſſimum, & tam in ſacra Theologia, quàm in ſacro iure Canonico verſatiſſimum.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol. 30.* vbi non expreſſit profeſſionem, quam tamen aperuit fol. 171.

IVLIVS HYSSOPIVS, Ceſennas. At de hoc Theologo magno diximus modo.

FRANCISCVS GERARDVS, MOSANVS, Germanus Bibliothecam Homiliarum, & ſermonum è priſcis Eccleſiæ Patribus collegit, atque edi curauit. In hac Bibliotheca plures de ijſdem Euangelijs conciones habentur, quæ tam in Officio tempori accommodato, quàm in omnibus Sanctorum feſtis toto anno in Sanctiſſimo Altaris ſacrificio recitantur.

Ad marginem addita ſunt Scholia, quibus, vel noſtri temporis hæreſes iugulantur: vel ſi quid excidit Patribus, dum adhuc dogmata omnia non fuerant communi Eccleſiæ iudicio expenſa, quod probarum non ſit, quonammodo intelligendum ſit, modeſtè indicatur. Lugduni in Gallia anno currente 1588.

Ex Antonio Poſſeuino. *Tom. 2. Apparatus ſacri fol. 330. circa finem*.

Anno 1589.

LVDOVICVS PATRIA GRANATENSIS, Hiſpanus, vir omnibus numeris abſolutus, ingenio maximo, iudicio acerrimo, excellenti memoria, prudentia ſingulari, innocentia, & vitæ ſanctimonia admirandus, cuius doctrinæ maiora extant miracula (Gregorij XIII. Pontificis maximi oraculo) quàm ſi cæcis aſpectum, vitamque à Deo mortuis impetraſſet. Ortus eſt Ludouicus anno 1505. Granatæ in Hiſpania; duodecimo poſt expulſam ab eadem Vrbe Mahometicam ſuperſtitionem. Prima rudimenta litterarum ebibit diligenter. Induit ætatis ſuæ anno 14. habitum noſtri Ordinis in Conuentu Regali Sanctæ Crucis Granatæ. Fuerat hoc Cœnobium tunc recens munificentia Regum catholicorum erectum. In eo à Patribus maxima de adoleſcentulo expectatione, ritè fuit ad Sacramenti pronunciationem, Deoque promiſſionem ſolemnem admiſſus. Expleto ibidem curſu Philoſophiæ, pro addiſcendis Theologicis diſciplinis, promeruit à ſuperioribus mitti in Pincianum Collegiũ à Diuo Gregorio Magno Pontifice nuncupatum. In hoc Gymnaſio ſelectiſſima noſtræ Religionis ingenia ſolẽt prouentu feliciſſimo educari, & ad omnem virtutis celebritatem dirigi. Infra ſtatutum tempus, cuius ſingulas horas fructuoſiſſimè impendebat, nihil non ex Theologia ſcholaſtica, ex vtriuſque linguæ, & Eccleſiæ Patribus, Latinis, ac Græcis; ex Hiſtoricis, & Philoſophis, & ex profanarum artium Authoribus in rem ſuam obſeruans, collegit, necnon digeſſit in claſſes. Quotidie hæc memoriæ committebat, eis vſurus in nauanda opera pietati, vel in proximis adiuuandis ſermone

mone coram, vel ſcriptione librorum. Sentiebat enim ſeſe, Spiritu Sancto intus illuminante, in Euangelij tubam, in totius Chriſtiani Orbis magiſtrum, & in exemplar Aſceticæ deſtinari.

Granatæ legit Philoſophiam, & ſacram Theologiam. In Capitulo Generali Bononiæ habito 1564. confirmatur in Magiſtrum S. Theologiæ. Theologiam, & poſitiuam perfectiſsimè nactus, ad acceptiſsimum Deo Theologiæ myſticæ ſtudium totum ſe contulit. Adſcitis ſibi magiſtris Dionyſio Areopagita, Alberto Magno, Angelico Præceptore Thoma Aquinate, Seraphico Bonauentura, & ceteris, qui præter duas iam dictas, hac quoque tertia Theologia floruerunt, ſe quotidie ad gymnaſium, in quo Deus ad cor loquitur, conferebat. Hoc crypta quædam erat ſolitaria, & remota. Hic orabat; hic meditabatur, hic toto affectu vniebatur cum Deo, ex quo lectionem expiſcans diurnam, illā reponebat in libris ſuis. Reuerſus enim ad cellam, quicquid recollectus in antro vel meditatus fuerat, vel viderat, vel audierat, fideliſsimè tranſcribebat pro animabus Deo lucrandis. Quaſi omnipotenti dextera Dei ductus fuit ad regendum Conuentum S. Dominici *Scalæ Dei*, qui à Corduba tribus milliaribus diſtat. Hoc Cænobium noſtri Patres aeris inſalubritatem cauſati, dereliquerant. Eo in loco Ludouicus orationi expeditiùs, & magis aſsiduè potuit deinceps incumbere. Imò ſegregatus à conuerſatione; potuit commodiùs illud inſigne commentarium de oratione, quod inter digniora eſt dignius.

Lectis vbique ſuis libris, & maximè Romæ, Gregorius XIII. litteris 11 die Iunij anno 1582. datis hortatur, ac iubet, vt ſcribat, & inchoata perficiat *libros ſuos ad ægrorum ſalutem, debilium confirmationem, valentium, & robuſtiorum lætitiam, vtriuſque, tum militantis, tum triumphantis Eccleſiæ gloriam*. Hæc Gregorius.

Fuerat D. Catharinæ Ioannis III. Vxori à ſacris confeſsionibus. Hæc Regina pro filio ſuo Sebaſtiano imperium tenens firma voluntate Bracarenſem Archiepiſcopum nominauit. Oblatam ſibi dignitatem, ſicut & aliarum Eccleſiarum infulas, non ſemel ei oblatas, Ludouicus conſtantiſsimè recuſauit. Quinimò Sixtus V. Pontifex Maximus animo deſtinauerat eum galero Cardinalitio inſignire. Ea de cauſa noſtro Fratri Michaeli Bonello S. R. E. Cardinali, qui amicitia erat coniunctiſsimus Granatenſi impoſuit, vt ei ſuaderet, ac flecteret ad illam dignitatem ſuſcipiendam. Firmiſſima reſponſio Ludouici hæc erat: ſe imparem tanto honori.

Moritur Religioſiſſimus Pater, quē iure meritò Chryſoſtomum ſui temporis, & alterum Marcum Tullium appellarunt, & (vt Caſtillus dicit) Prædicatorem vniuerſalē Orbis, Vlyſſipone, anno 1589. Pridie Kalendas Ianuarij, ætatis 84. Fuit Prouincialis in Luſitania, quem Luſitani concorditer elegerunt. In ſummo pretio fuit Henrico Portugalliæ infanti S. R. E. Cardinali.

Eximius hic ſui ſæculi decus, & miraculum inter multa fidelium deuotioni valde proficua, quæ æterna cum ſui nominis gloria tranſmiſit ad poſteros ſcripſit lingua latina.

Primum tomum Conciones eas continentem, quæ ab initio Dominici Aduentus vſque ad initium Quadrageſimæ habentur. Romæ in Aedibus populi Romani 1578. in 4. His adiunguntur in fine.

Quinque de Pænitentia Conciones. Ibidem eadem forma, & anno; Antuerpiæ apud Plantinum 1577. & Mediolani 1586. per Antonium Antonianum.

SecundumTomum Concionum quartis, ſextis ferijs, & Dominicis Quadrageſimæ habitarum. Romæ, eiſdem loco, anno, & forma, & apud Plantinum Antuerpiæ 1581.

Tomum tertium ſermonum à Paſchate Reſurrectionis vſque ad Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti. Antuerpiæ ijſdem typis 1579. Mediolani 1585.

Adiungitur liber *Variarum ſententiarum de Oratione, Meditatione, & Contemplatione*.

Quartum tomum *De his, quæ reliquo anni tempore vſque ad Aduentum*. Apud

Apud eundem 1582. Pariſijs 1585. Mediolani eodem anno.

Has è latino in Italicum idioma vertit Ioannes Maria Tarſia presbyter Florentinus. Venetijs, apud Antonium Ferrarium 1580. in 4.

Andreas Gallæcus cum vberem materiarum, quæ in Ludouici Granatæ Concionibus continentur, Indicem concinnaſſet, eundem auctiorem, atque emendatiorem emiſit ſecunda editione ex Officina Plantiniana Antuerpiæ anno 1603.

Vitam Beati Bartholomæi de Martyribus Ord. Prædicatorum.

Rhetoricæ Eccleſiaſticæ libros ſex. Vbi vix immutatis verbis Ciceronis, Authoris ad Herennium, Fabij &c. præclariſſima Sanctorum Patrum inculcat exempla. Neque hoc quis vertat pigritiæ Ludouico: cum id etiam obſeruauimus in Cypriano Soario, & in alijs. Prodierunt.

Oliſſipone apud Lazarum Ribero 1576. in 4. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni 1578. & 1582. Mediolani 1585. in 4. apud Michaelem Tini, Venetijs apud Franciſcum Ziletum 1588. in 4. & alibi pluries.

Concionum de Sanctis duo volumina. Antuerpiæ apud Plantinum 1580. in 8.

Syluam locorum, quæ frequenter in Concionibus ſolent occurrere. Lugduni 1581. in 8. tribus partibus ea conſtant. Omnibus diuini verbi concionatoribus eſt perutilis.

Prima continet loca, *quæ tum ad Deũ Opt. Max. tum ad diuerſa genera perſonarum, & ſtatuum pertinent.*

Secunda de virtutibus, & de vitijs eis oppoſitis.

Tertia de Beatitudinibus, de donis, de aliquot Sacramentis, de quatuor nouiſſimis, & de quibuſdam alijs. Salmanticæ apud hæredes Matthiæ Guaſt. 1586. in 4.

Collectaneam moralis Philoſophiæ, tomis tribus. Complectitur primus ſelectiſſimas ſententias ex omnibus Senecæ operibus.

Secundus ex moralibus opuſculis Plutarchi.

Tertius Clariſſimorum Principum, & Philoſophorum inſigniorum Apophtegmata. Pariſijs apud Guilielmum Caudiere 1582. in 8. in italicam, Latinam, & alias linguas conuerſa deinde fuere.

Hic liber fortaſſis idem eſt cum illo, cui præfixus eſt titulus: Loci communes Philoſophiæ moralis. Coloniæ fuit recoctus 1604.

Lingua Hiſpanica edidit: *Guia de Pecadores*; duobus libris. Salmanticæ 1570. in 8. & alibi ſæpiſſimè.

Vertit quidam hos in Italicam, ediditque Venetijs apud Iolitos 1577.

Ex Italico Latinè conuertit Michael de Yſelt Amorsfortius, atque edidit Coloniæ 1587. & 1590. in 12. apud Geruinum Calenium, & hæredes Ioannis Quentelij.

Polonicè quoque vertit Stanislaus Varſouicius Presbyter Societatis Ieſu.

Græcè præterea prodijt, & Armenicè ex Officina Collegij Vrbani de Propaganda Fide.

Libro de la Oracion, y meditacion; tribus partibus.

Prima eſt *De la Oracion, y conſideracion.* tum de præcipuis Articulis, atque Myſterijs vitæ Chriſti Domini à conceptione ipſius vſque ad Aſcenſionem: tum de exercitijs in ſeptem meditationes matutinas, ac totidem veſpertinas diſtributis.

Secunda *De la Deuocion.*

Tertia, quæ tribus & ipſa conſtat tractatibus,

De la Oracion, del Aiuno, de la Limoſna. Salmanticæ 1567. in 8. Medinæ Campi 1578. in 8.

Prodierunt quoque Italicè Venetijs ex officina Ioãnis Angellieri 1601. ſed non primò:

Latinè ab eodem Michaele ab Yſſelt. Coloniæ 1586. & 1592.

Memoriale de la vida Chriſtiana duabus partibus diſtributum, & coaleſcit tractatibus ſeptem.

Primus continet *Vna exortacion a la virtud.*

Secundus eſt *De la Penitencia.*

Tertius *De la ſagrada Comunion.*

Quartus *De dos principales reglas de viuir.*

Quintus *De la Oracion vocal.*

Sextus, *De la Oracion mental, y el vida Chriſti.*

Vltimus *Del Amor de Dios.* Salmanticæ, & Compluti 1566. duobus tomis Antuerpiæ apud Plantinum anno 1572. Barcinone anno 1614. in folio.

Germanicè vertit Philippus Doberenier & curauit excudi Dilingæ, anno 1572. Ita Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 80.

Gallicè quoque traduxit Godefridus de Billy, Pariſijs editum 1575. in 16.

Alij verterunt Italicè.

Adiciones al Memorial de la vida Chriſtiana; Duobus tractatibus. Primo. *De la Perfeccion del amor de Dios.*

Secundo De *algunos principales myſterios de la vida de Chriſto.* Salmanticæ 1577. in 8.

Introducion al Symbolo de la Fee, diſtinctam partibus quatuor.

His poſtea addidit *Quintam, quæ eſt prædictarum compendium, totidem & ipſam partibus diſtributam.* Salmanticæ apud hæredes Matthiæ Guaſt. 1582. in folio.

Ab Hiſpanico Idiomate ad Italicum vertit Dominus Philippus Pigaſetta, Venetijs anno 1644. Apud Iunctas in 4. Tractat in his de admirabili opere creationis, ac de Chriſtianæ Religionis dignitate, Myſterijſque noſtræ Redemptionis, atque articulis.

Italicè hoc opus prodijt Venetijs ex officina Franciſci de Franciſcis anno 1587. in 4. & ibidem anno 1590. apud Damianum Zenarum titulus:

L'Epitome, ò vero, Compendio dell' introduttione del Simbolo della Fede.

Hanc in Latinum traduxit Ioannes Paulus Gallutius Salodienſis. Venetijs 1587. Coloniæ apud Calenium, & hæredes Quentelij 1589.

Primam partem eius, quæ eſt de mirandis naturæ operibus, Gaſpar Mranzius Iuriſconſultus integrum fecit ſub hac inſcriptione: *Philoſophia Chriſtiana.* Ingolſtadij typis Georgij Haentini 1650. in 8.

Huic Introductioni adnectitur:

Breue Tratado, en el qual ſe declara de la manera, que ſe podrà proponer la Fee a los Infieles, que deſean conuertirſe à ella,

Item *Vn ſermon fundato ſobre eſtas palabras del Apoſtol. Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. Corinth. cap. 2. en que ſe da auiſo que en las caidas publicas de algunas perſonas, ni ſe pierda el credito de la virtud de los buenos, ni ceſſe, ni ſe entibe el buen propoſito de los flacos.* Antuerpiæ 1590.

Italicus Romæ apud Titium, & Paulum Dianum 1589. in 4. & opera Ioannis Dominici Florentij Bergomi apud Cominum Venturam 1593. in 12. prænotatus:

Trattado dello Scandalo &c.

Hæc opera ſpiritualia duobus tomis contenta ſæpiſſimè cuſa ſunt ſimul Salmãticæ apud Hæredes Matthiæ Guaſt. 1583. Barcinone inter alias 1600. in folio. Gerundæ apud Cornelium Bonarolo 1622. in folio. Matriti apud Matthæum Fernandez 1659. in folio. Antuerpiæ apud Plantinum pulcherrimis, & grandibus formis, Ferdinandi Ducis Albani auſpicijs, quatuordecim voluminibus in 8. Dux iſte, dum Prorex Catholici Regis præeſſet Belgio, omnia opera Granarenſis, quæ eatenus in lucem prodierant, imprimi, Hiſpanica lingua, Antuerpiæ Chriſtophoro Plantino mandauit, quod (vt diximus) fecit, accurateque quatuordecim voluminibus complexus eſt omnia.

Etiam Gallicè prodierunt vndecim tomis 1614. in 16. & ex interpretatione accurata Simonis Martini Sodalis Minimorum Lugduni apud Petrum Compagnon 1660. in folio.

Inſtitucion, y regla de bien viuir para los que empiezan à ſeruir à Dios, majormente Religioſos. Barcinone apud Claudium Bonardum 1566. in 8. Matriti apud Antonium Parra 1618. in 16.

Compendio de Doctrina Chriſtiana; quod Luſitanè ab eo confectum eſt circa annum 1560. iuſſu Reginæ Catharinæ.

Hoc Henricus de Almeida noſtræ Religionis Sodalis tranſtulit Caſtellanè, ac edidit Matriti 1595. vna cum *Catorze ſermones de las principales fieſtas del año.*

De Euchariſtia etiam libros tres: Poſſeuinus.

Do-

Doctrina eſpiritual, ſiue Compendium ſuorum operum: Quod ille Nepotis ſui nomine appellabat.

Ita refert in vita noſtri Granatenſis Ludouicus Muñoz *lib. 3. cap. 3.* Barcinone apud Thomam Vaſſiana 1650. in 24.

La vida del Padre Maeſtro Auila, de ſus virtudes, y grandes predicaciones.

Dialogo de la Encarnacion de Nueſtro Señor; Interloquutoribus SS. Ambroſio, & Auguſtino.

Hunc primùm tradidit typis Franciſcus Diagus Aragonenſis vna cum Granatenſis noſtri vita, vt diccmus anno 1615. Noſter Franciſcus de Olgueira amanuenſibus Ludouici Granatenſis exſcripſerat hunc dialogum ab Authore dictante, ac deinde tradidit Diago. Vide anno citato 1615.

Sermon, que predicò a los Portugueſes perſuadiendoles que les eſtaua bien que Portugal ſe vnieſſe con Caſtilla. At vereor ne alterius ſit Authoris ſub tanti nomine viri.

Vida de Milicia Fernandez Portugues gran ſierua de Dios. Ad D. Cæciliam de Mendoza, cuius famula erat, D. Ferdinandus Aluia de Caſtro m. s. habuit Vliſſipone. Ita Georgius Cardoſus in Agiologio Luſitano 7. die Martij.

Vida de Doña Eluira de Mendoza, viuda de D. Fernando Martinez Maſcareñas religioſa en el Conuento de la Annunciacion de Nueſtra Señora de la Villa de Montemor, o nouo. Huius meminit Ludouicus Cazegas, ſiue Ludouicus Souſa 2. *part. Hiſtoriæ Ordin. S. Dominici Prouinciæ Portugalliæ l. 6. c. 24.*

Traduxit noſter Granatenſis libros quatuor de Contemptu mundi, quos Trithemius, & alij tribuere Thomæ de Kempis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Ante noſtrum Ludouicum alius tranſtulerat aureum hoc Opuſculum; ceterum parum appoſitè. Noſter elegantiſſimus Granatenſis limauit, & correxit ſtylo ſatis purgato. Prodijt Matriti 1567. in 16. Ilerdæ 1614. in 16.

Item traduxit Scalam Paradiſi, librum triginta capitulorum Sancti Ioannis Climaci, ſic appellatum ab his triginta capitulis, quibus tamquam gradibus, ſeu ſcalis, ad perfectionis religioſæ culmen aſcenditur. Scripſerat Ioannes Climacus, græcè an. 580. non anno 339. vt malè Trithemius computauit. Reddidit eum latinè Angelus de Cingulo Ord. Minorum, deinde Ambroſius Camaldulenſis Monachus recognouit, & reddidit typis. Granatenſis noſter Hiſpanicè (vt dictum eſt) tranſtulit cum Adnotationibus.

Antonius Dulkenius tranſtulit in Latinum Librum Granatenſis prænotatum, *Doctrinam vitæ ſpiritualis*. Coloniæ prodijt apud Corinthium 1607. in 12.

Simon Vixki Societatis Ieſu Polonicè vertit *Speculum hominis Chriſtiani.*

Idem fortaſſe in Gallicum Idioma conuertit Ioannes Chabanel Toloſanus, & appellauit.

Miroir de la vie humaine. Pariſijs anno 1584. in 16. Ita Verderius, & Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 33. col. 2. poſt medium.*

Flores Coronæ ſpiritualis. Italicè. Venetijs 1574. apud Gabrielem Iolitum.

Parabolas euangelicas explicatas. Cæſarauguſtæ anno 1585. in 4.

Manuale continens exhortationes ad Pænitentiam, & piam vitam.

Hoc in Germanicam linguam conuertit Philippus Doberiner. vt diximus ſupra ex Poſſeuino, & Bibliotheca Hiſpana Nicolai.

Alius reddidit Gallicè. Rothomagi 1611. in 22.

In Pſalmum Quinquageſimum, Coloniæ 1592. Interpretè eodē ab Iſſelt.

De Officio Paſtorali, & moribus Epiſcoporum Opuſculum. Coloniæ 1624. in 12.

Confeſſionale Franciſci Euiæ. Ex Hiſpanico italicum redditum fuit. Deinde à Michaele ab Yſſelt factum Latinum. Coloniæ apud Arnoldum Birckmannum anno 1592.

Tractatus duos de Myſterio Incarnationis (de quo diximus ſupra) *& de ſcrupulis Conſcientiæ, vna cum Authoris vita.* Coloniæ apud Kimkium 1619. in 12.

De Frequenti Communione libellum, Hiſpanè primùm. Deinde Italicè redditum. Poſtea latinum fecit Michael ab Yſſelt vnà cum Bonſignorij Cacciaguerræ tractatu de eodem argumento. Coloniæ 1586.

Tractatum de Peregrinationibus, qui ex Hiſpano redditus fuit Italicè. Poſſeuinus.

De Sacerdotij dignitate & officio Homiliam ſatis longam. Oliſſipone. Valerius Andreas.

Epiſtolam de his, quæ de religioſa quadam fæmina ſpargebantur in vulgus. Antuerpiæ typis Mureti. Ita Valerius Andreas.

Vertit etiam Granatenſis ex Latino in idioma Hiſpanum *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*. Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis fol.* 168.

Roſarium Beatiſſimæ Virginis Matris Dei. Romæ per Ioſephum Angeli 1576. in 4.

Ioannes Suuertius Carthuſianus, edidit.

Sermonum de Tempore, & de Sanctis Ludouici Granatenſis Compendium. Coloniæ apud Albinum 1615. in 4.

Petrus Cratepolius, Iuliacus, Ordinis Minorum confecit *Epitome* aliam Concionum Granatenſis, quibus adnexuit quaſdam alias proprias. Antuerpiæ 1589. in 8.

Religioſus vir, Petrus Merſæus dedit in vulgus Conciones in Epitomen redactas tomis duobus. Coloniæ apud Sybillam à Porta 1591. Prior tomus continet Poſtillas, & Homilias in totius anni Euangelia de Tempore; Poſterior verò præcipua Sanctorum Feſta. Ita Poſſeuinus.

Franciſcus Panigarola celeberrimus concionator, & Epiſcopus concinnauit *Compendium omnium operum ſpiritualium Fr. Ludouici noſtri Granatenſis.* Ita Lucas Vuaddingus *de Scriptoribus Minoritis*.

Quidam Italicè primùm collegit *Flores ex omnibus Opuſculis* ſpiritualibus dicti Authoris. Deinde reddidit Latinos Henricus Cogmánus Harlemenſis Medicus. Coloniæ 1585. in 12. Ita Bibliotheca Hiſpana Nicolai.

Michael ab Iſſelt collegit etiam *flores ex omnibus operibus eius*. Coloniæ 1598. in 12. Ita Bibliotheca Hiſpana Nicolai; & Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 443. & Librum prænotauit *Paradiſum precum*.

Celeberrimum virum ſummis laudibus commendarunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. fol.* 167. & 168. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. Ord. part. 2. lib. 4.* Fernandez *in Concertat. Præd.* Marraccius *in Bibl. Mariana*, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 360. & 361. Souſa *in Chron. part. 1.* Fontana *in Theatro part. 1. cap. 4. tit. 16. nu. 2.* Vox Turturis Grauinæ *part. 2. cap. 23. pag.* 173. Mugnoz *in eius vita*, Hieronymus Ioanninus de Capugnano, qui accuratè ſcripſit de eo. Audiamus de Granatenſi Miræum Bruxellenſem *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 119.

Fr. Ludouicus Granatenſis, ex Prædicatorum familia, cuius doctrinæ maiora extant Miracula, Gregorij XIII. *Pontificis Maximi oraculo, quàm ſi cæcis aſpectum, mortuis vitam à Deo impetraſſet, Pontificia dignitate ſæpius recuſata, clarior, mira in Deum pietate, & in pauperes miſericordia, inſignium que librorum, ac concionum varietate toto orbe illuſtrato, ætatis ſuæ anno octogeſimo quarto, Oliſipone moritur, magno Chriſtianæ Reipublicæ deſiderio, pridie Kalendas Ianuarij, anno* 1588. *Illuſtre profectò elogium eius marmori ſepulchrali inſcriptum apud Luſitanos in Oliponenſi Dominicanorum Cœnobio legitur.*

Vitam Ludouici Granatenſis ſcripſit Hiſpanicè Franciſcus Diago, Doctor eiuſdem Ordinis Prædicatorum, excuſam Barcinonæ 1605. *in* 8. *habet Torrius: F. Ludouicus natus eſt Granatæ* 1504. *Vixit vt plurimum in Conuentu S. Crucis, Granatæ fundato ab Eliſabetha, & Ferdinando Regibus. Studuit Valliſoleti Theologiæ. Recuſauit Epiſcopatum de Viſeu, & Archiepiſcopatum de Braga ſibi oblatos ab Henrico Cardinale Infante. Scripſit multa, partim Latinè, partim Hiſpanicè laudata à Gregorio* XIII. *S. Carolo Borromæo, Cardinale Paleoto, Martino Nauarro, & alijs. Fuit gratus Regibus Portugalliæ, Philippo ſecundo, Alberto Archiduci Auſtriæ, Andreæ Doria. Recuſauit Epiſ-*

Epiſcopatum, quem illi deſtinabat Sixtus V. Obijt vltimo die anni 1588. Hæc Miræus.

Concludendum eſt de Granatenſi cum Plinio *lib.* 2. *cap.* 3. *Narrat apertè, ornat excelsè, poſtremò docet, delectat, adficit, ſumma eſt facultas, copia, vbertas.*

FRANCISCVS BOBADILLA Hiſpanus ſtirpe in ſæculo clara, vir magno ingenio, doctrina,& obſeruantia,S. Th. Magiſter legit in ſtudio Vlyſiponenſi, fuit bis Prior Prouincialis in Prouincia Portugalliæ, à confeſſione D. Catharinæ Reginæ Luſitanæ Otio hoſtis infenſus. Scripſit:

Breues annotationes in LibrosSapientiales Salomonis.

Copioſiora Commentaria ſuper Eccleſiaſten.

Commentaria ſuper omnes Epiſtolas Pauli.

Antonius Luſitanus *in Bibl. pag.*84. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.*4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.*Ioannes Marieta, Alphonſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.*313.

ANTONIVS de CAMEROTA, in Picentinis non longè ab Inſulis Oenotrijs, Pontia, Iſacia, & Leucoſia, Theologus, & Metaphyſicus ſui temporis in Italia nemini ſecundus,nouem annos continuos in ſtudio Generali S. Dominici de Neapoli Regenris functus eſt officio meritiſſimi. Non ſolum Fratres noſtri Ordinis habuit auditores, ſed etiam ſæculares, & innumeros fratres aliarum Religionum. Fratres D. Franciſci de Paula, Patreſque Benedictinos Monaſteriorum S. Seuerini, ac Montis Olineti de Neapoli, inibi aperiens ludum, edocuit facultates. Doctrinæ Eminentiſſimi Caietani fuit ſemper acerrimus propugnator. In Neapolitano Theologorum Collegio Decani partes exercuit. Epiſcopatum titularem, quem ei obtulit S. R. Eccleſiæ Cardinalis Alphonſus Geſualdus Archiepiſcopus Compſenſis, deinde Neapolitanus cum futura ſucceſſione à ſe reiecit, renuitque illi eſſe coadiutorem. Ipſe,Fr: Thomas de Camerota S. Theologiæ Magiſter,qui fuit Epiſcopus Vaſtenſis ſub Metrop. Sipontina,Fr:Ambroſius Paſcha Neapolitanus, Fr: Raimus de Tramontibus,Fr: Marcus Marthenifius,Fr:Aegidius Iordanus Neapolitanus, & alij vitæ regularis reparatores rigidiſſimã obſeruantiam in Sanitatis Congregatione,Deipara ibi afflante, reparauerunt. Hic celeberrimus Pater prætcrea fundauit Conuentus Compſanum, Sanctiſſimi Roſarij de Neapoli, Sanctæ Mariæ Sanitatis, & eiuſdem Sanctæ Mariæ Sanitatis de Mariglianella. Potior fuit origo,vt ædificaretur Neapoli Conſeruatorium Charitatis puellis, quibus regulas, & viuendi modũ præſcripſit. Plurimum ſua opera contulit, vt templum, & Conuentus S. Mariæ de Stella, quæ Patres Minimi incolunt,ædificarenrur. Cũ contemplationis exceſſu actionem ita coniunxit, vt nedum ſibi, & noſtræ communitati, ſed vniuerſo Regno, & populis rerum agendarum prudentia eximio fuerit adiumento.

Multos tractatus edidit, quos typis non miſit: conſeruantur tamen in Archiuo S. Dominici de Neapoli, in quo diem clauſit extremum an. 1589.

Vallus *in Compendio part.* 5. Summarium Prouinciæ Regni.

ALPHONSVS MADRIGAL, Hiſpanus, Villæ Aſcalanæ, Diæceſis Toletanæ, lector Sacræ Theologiæ, litteris clatus, & Sanctimoniæ vitæ. Edidit plura, inter quæ,

Inſtructionem Ordinandorum Religioſorum, & Epiſcoporum. Neapoli, apud Ioſephum Cacchium 1589. in 8. Ad Sixtum V. Pontificem Opt. Maximum.

Quædam alia nuncupauit Cardinali Alexandrino.

Quædam alia Marchioni Villenæ D. Io: Ferdinando Pacecco.

Quædam alia Clementi VIII. Pontifici Maximo.

Non nulla Vicario Generali noſtræ Religionis.

Florebat circa hæc tempora, mortaleſque exuuias in maxima ſenectute depoſuit, ſepultuſque fuit Neapoli in templo Sanctiſſimi Roſarij, cuius fuerat filius.

Vallus *in Compendio vir. ill. part.* 5.

GVI-

GVILELMVS Somerius Siluæ-ducenſis ex libris potiſſimum noſtri Ludouici Granatenſis concinnauit.

Viridarium, ſiue Theſaurum precum.

Valerius Andreas *in Bibliotheca Belgica.*

Anno 1590.

ANGELVS de MONTE ILCINO, cuius mores ornabant ingenium, prudentia, eloquentia, grauitas, & ſobrietas. Per ſolitos gradus peruenit ad magiſterium, quod non ſuſcepit ad commodum, ſed ad Ordinis ornamentum. Etenim aſſiduus addictus ſtudijs, & vigilijs, plura elucubrauit, inter cetera.

Summam Caſuum conſcientiæ, quæ dicitur *Lucerna animæ.*

Panopliam Catholicam.

Item *Theoremata veri boni.*

Viuebat hoc anno 1590. Lucarinus, Fontana *de Prou. Rom. cap. 6.*

THOMAS de TRVXILLO, in oppido, quod appellatur *Zurita* in Placentina diæceſi ortus eſt. Fuit Eunuchus, & primùm amplexus eſt Ordinem Sanctæ Mariæ de Mercede, in quo plures annos degendo, cænobium Matritenſe recens ædificatum adminiſtrauit. Iuſtis de cauſis authoritate Summi Pontificis Barcinone in familiam noſtram ingreſſus fuit, illius cænobij filijs cooptatus. Vir eruditione ſacra, ſcholaſtica præclariſſimus, Sanctorumque lectione peritus in eodem ſuo Conuentu excellenter munus concionatoris exercuit diu. In eiuſdem vrbis Eccleſia ſolemniter interpretatus eſt Sacra Biblia. Collegit ex puriſſimis, & limpidiſſimis ſacrorum Authorũ Græcorum, & Latinorum fodinis.

Theſaurum Concionatorum, duobus tomis, quibus continentur pro feſtis mobilibus, & immobilibus per annum, atque extrauagantibus, alÿſque incidentibus argumentis conciones. Barcinone 1579. in folio. Lugduni 1582. Venetijs apud Hæredes Melchioris Seſſæ 1583. in 4. Pariſijs 1585. in 8. Venetijs iterum 1592. in 8. Coloniæ item, & Romæ.

Harum auctoritate in hiſtorica re ſæpiſſimè vtitur Baronius in notis ad Martyrologium, Columna in Hidragiologia, & plures alij.

Libros ſex, quibus traditur ratio accurata concionandi, & Sanctorum, grauiumque aliorum Doctorum, ac Philoſophorum fontes indicantur vberes. Venetijs anno 1583. apud hæredes Melchioris Seſſæ.

Conciones quadrageſimales quadruplices vnà cum Aduentu, Septuageſima, Sexageſima, & Quinquageſima; duobus tomis. Barcinone 1591. in 4. deinde Venetijs per Damianum Zenarum 1592. in 8. Lugduni, Lutetiæ Pariſiorum.

Hiſpano ſermone.

De las miſerias del Hombre. Barcinone 1604. in 8.

Reprobacion de Trages. Cæſarauguſtæ 1563. in 8. deinde Barcinone, apud Sebaſtianum Cormellas cum hoc titulo: *Diſcurſo contra la desboneſta Bclona, y profanas galas, que ſe vſan.*

Abuſo de juramento.

Tratado de Limoſna.

Tria hæc poſtrema edita ſimul fuere Stellæ Nauarrorum an. 1563. in 8.

Viuebat hoc anno 1590.

Eius meminerunt Plodius *de viris illuſt. part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol. 312. circa finem*, Ioannes Marieta, Biblioth. Hiſpana Nicolai *p. 2. fol. 254. & 255.*

PETRVS RAGOT, Gallus, Conuentus Lauallenſis, Prouinciæ Pariſinæ Sodalis, vir eloquens, & doctiſſimus, bis Vicarius Generalis Gallicanam Congregationem, inibi toto pectore obſeruantiam propagando, adminiſtrauit. Sua maxima eloquentia aduerſarios Religionis, cui falsò regium parricidium tribuebant, confudit. Euenerat enim hoc an. 1590. cædes Henrici III. Galliarum Regis nefaſta. de qua ſub hoc anno in noſtra Chronologia.

Petrum Ragot commendauere Godefridus Languedoc *in Catalogo de Scriptoribus Part. Pariſienſis Dominicana m.s.* & alij.

BARTHOLOMAEVS de MARTYRIBVS, Luſitanus, viginti ferè annis in nobiliſſimo cænobio Victorienſi

rienſi Sacræ Theologiæ cathedram cũ maxima ſui laude moderatus eſt, & in ea meritiſsimo iure magiſterij inſignitus laurea fuit. Quamuis autem ſcholaſticæ Theologiæ ſtudia præcipuè coleret; numquam tamen eo tempore myſticæ Theologiæ ſtudia intermiſit. Sereniſsima, & pijſsima Regina D. Catharina, quæ in demortui loco Luſitaniæ regnum moderabatur, huius boni, ac ſuauiſsimi odoris virtute permota ipſum Bracharenſis Eccleſiæ in Paſtorem præficiendum curauit. Quod munus (vt teſtatur Ludouicus Granatenſis) ex maiorum ſuorum imperio, eccleſiaſtica cenſura adactus, recuſare non potuit, aliàs nulla ratione ſubiturus. Archiepiſcopus igitur Bracharenſis à Paulo IV. & Hiſpaniarum Primas vir in Concilio Tridentino clariſſimus, & toti mundo ſanctitatis,& doctrinæ fama notiſsimus datus fuit. Poſtquam per viginti tres annos, & vltra ſanctè, ac laudabiliter commiſſas ſibi oues doctrina, virtutibus, eleemoſyniſque enutriuiſſet, atque in Tridentino Concilio ſibi, & Ordini noſtro maximum attuliſſet decorem, memorabili exemplo ampliſsima Archiepiepiſcopatus dignitate an. 1582. ſe abdicans, ad exoptatam monaſticæ cellæ dulcedinem retulit pedem. In Vianenſem Conuentum, quem Religioni à fundamentis erexerat, ſe recepit. Hic reliquum ſuæ vitæ tempus ab omni cura alienum in luæ ſalutis commodum, omni probitatis, integritatiſque laude conſumpſit. Tandem inter manus fratrum ſuorum ſpiritum, magna ſanctitatis opinione poſteris relicta, reddidit Deo.

Fuit in tanto viro magnus laudis,& popularis auræ contemptus,humilitas, & modeſtia. Eluxit in eo ardens, ac iuge orationis,atque meditationis ſtudium. Nec ſumma in cibo, potuque parcitas, atque euangelicæ paupertatis exactiſsima obſeruatio defuere. Tranſiuit ad ſuperos 16. Kalendas Auguſti ann. 1590.

Miraculis ferunt in vita, & poſt à Domino decoratum ex Calendario Dominicano, Hieronymo Xauierre totius Ordinis noſtri Generali Magiſtro,& ex Fratre Ludouico Granatenſi eiuſdem noſtræ Religionis, cui in ſpiritualibus adhæſit.

Magnus Antiſtes totus in diuinarũ meditationum campos euolutus, longo rerum vſu exercitus,pretioſum monile ex diuerſis Margaritis,gemmiſque veluti nobile emblemma admirabili pietate contexuit. Hoc *Compendium ſpiritualis doctrinæ, ex ſelectis Patrum ſententijs pulchrè concinnatum voluit appellari*. Quod recudit Pariſijs Gulielmus Calderius anno 1601. & Romæ apud Carolum Vulliettum 1603. in 8.

De Auctore, & libro ita loquitur Granatenſis: *Inter varias Paſtoralis officij ſui curas,numquam Rachelis ſuæ amplexum deſeruit, ſed diem Paſtoralis officij curis, noctem, Deo offerebat. Quo tempore quidquid de myſtica Theologia à ſummis viris, hoc eſt Dionyſio,Bernardo, Bonauentura, Gerſone, ſcriptum eſt, ſtudioſè legens,has gemmas ſuper aurũ,& topazion pretioſas nobis miniſtrauit. Quibus ego legendis tantopere delectatus ſum, vt verè affirmare poſſim, me nihil hactenus in vita legiſſe, quod acriores pijs hominibus ſtimulos ad cæleſtis Philoſophiæ amorem adderet, maioremque lucem ijs, qui huic ſtudio dediti ſunt, præferret.* Hactenus Granatenſis.

Vrgente eodem Ludouico, præter dictum Compendium ſpiritualis doctrinæ ſcripſit.

Stimulum Paſtoris, quo accendit Præſules ad ſuorum gregum cuſtodiam. Primò Vlyſipone, deinde Romæ anno 1572. & Pariſijs anno 1583.

Hi duo libri, ſcilicet de Myſtica Theologia cum altero, qui & Stimulus Paſtorum dicitur,mirificè Sanctum Carolum Boromæum oblectabant, vt in menſa frequentiùs legi Sanctus hic Cardinalis iuberet. Vox Turturis Grauinæ *p. 2. cap. 23.*

Edidit quoque.

Catechiſmum; ſed Luſitano idiomate, vt rudiores Parochi faciliùs intelligerent, & populum edocerent.

Tradidit *Præterea expoſitiones in quoſdam Pſalmos difficiliores*.

Item Introductionem ad veram ſapientiam.

Collationes centum quadraginta ſex.

Epi-

Epitomen ex vitis Pontificum, Regum Portugalliæ, & Saracenorum.

De eo Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico an.* 1550. *fol.* 324. *& in Biblioth. Ordinis pag.* 48. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, Fernandez *de Scriptoribus Ordinis*, Plodius *part.* 2. *lib.* 4. Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 4. *tit.* 16. *num.* 1.

IOSEPHVS de TEXEIRA, Luſitanus, ad Ordinem noſtrum admiſſus, adoleſcens politioris litteraturæ flores collegit; ætate deinde prouectior, ſtudia ſectatus eſt grauiora. Factus igitur egregius Theologus, & Orator, è cathedra parili laude docuit, & ſuggeſtu. Hinc Regi Luſitano Henrico fuit à concionibus ſacris. Hoc obeunte diem extremum, ſequutus eſt partes Antonij, quem poſtea Philippus Rex II. Hiſpaniarum à Luſitaniæ Regno deiecit. Texèira cum ipſo Antonio expulſo, & alijs in Galliam venit, vbi ſcripſit egregiè.

De Portugalliæ ortu, regni initijs, denique de rebus à Regibus, vniuerſoque regno præclarè geſtis Compendium. Pariſijs apud Ioannem Mettayer 1582. in 4. tractat in hoc Libro de Legitima Antonij in Luſitaniam ſucceſſione.

Aduerſus hunc Librum inſurrexit Eduardus Nonius à Leone, & publicauit Cenſuras ſuas in Libellũ de Luſitanorum Regum origine &c.

Ioſephus negauit Eduardo Nonio ſe fuiſſe dicti libelli Authorem. Captus fuit ab Hiſpanis ad Inſulas Tertias in nauali prælio, quo Antonij extincta eſt factio.

Hic liber adiudicatus fuit Stephano Luſiniano Cyprio etiam noſtri Ordinis, de quo in hoc anno.

Eius quoque nomen præfert:

Exegeſis Genealogica, ſiue explicatio Arboris gentilitiæ Gallorum Regis Henrici IV. Nauarræ III. huius nominis, Regum XXXIX. ex Hiſtoricis Latinis, Gallicis, Italicis, Caſtellanis, & Portugallenſibus delineata. Lugduni Batauorum 1592. apud Franciſcum Raphelengiũ in 4.

Ita Biblioth. Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 626. *colum.* 1.

AVRELIVS COSIMVS, Patria Senenſis, vir ingenio præſtans, atque eruditionis laude clarus, tranſtulit in Italicam linguam Athanaſij Nelli Librum.

De Origine SS. Imaginis B. Virginis à Quercu prope Viterbium.

Claruit circa annum nati Saluatoris 1590.

Hæc deſumpſimus ex Marraccio *in Bibl. Mariana*, & Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

IOANNES GARGANVS Pedemõtanus Saluiẽſis, inter Philoſophos, Theologos, Poetas, & Oratores ſui temporis, non poſtremus edidit in laudem B. Virginis opus prænotatum.

Parthenia Quod tribus libris diſtinctum prodiiſſe Firmi anno 1603. teſtatur Franciſcus Auguſtinus *in Catalogo Scriptorum Pedemontanorum.*

Clarebat anno orbis à Chriſto redempti 1590.

LVDOVICVS de TORRES Hiſpanus, Conuentus Burgenſis filius, cuius memoriam celebrans in Concer. Prædic. Alphonſus Fernandez appellat morum probitate clarum, Eccleſiaſtem egregium, Theologumque eruditum. Edidit.

Declamationes VI. in Antiphonam Salue Regina, mira doctrina, & eloquentia refertas Romæ, typis Aſcanij, & Hieronymi Donangelorum anno 1592. in 8.

Item hiſpanicè.

Veinte, y quatro diſcurſos ſobre los pecados de la lengua, como ſe deſtinguen, y de la grauedad de cada vno dellos. Burgis 1590. in 4. Barcinone apud Sebaſtianum de Cormellas 1607.

Latinè quoque prodijt; & Italicè Romæ, interprete Hercule Bentiuolia Typis Aſcanij Donangeli 1592. in 8.

Morti ſoluit debita anno ſalutiferæ Natiuitatis 1590. Ita Alphonſus Fernandez. At Ioannes Marieta dicit non ante annum 1592. Romæ mortuum eſſe. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 53. *col.* 2. Marraccius *part.* 2. *fol.* 56. Hyacinthus de Parra *in Catalogo Manuſcrip.*

MELCHIOR VARACENSIS, Polonus, S. Th. Magiſter, cui præter eruditio-

ditionem, & doctrinam, morum, ac vitæ integritas non parum ornamenti attulit. Sua vita irreprehenſibili Dæmonibus erat terrori. Scripſit Polonico idiomate.

De Confraternitate Sanctiſſimi Roſarij B. Virginis librum.

De quo præclarè admodum loquũtur Abraham Bzouius in opere de rebus geſtis in Polonia Ordinis Prædicatorum *cap.* 12. Simon Starouolſcus *in Elogijs, & vitis C. Poloniæ Scriptorum*, Alphonſus Fernandez *in Concertat. Prædicat.* Vox Turturis P. Grauinæ *p.* 2. *cap.* 23. *pag.* 175.

Hic anno 1602. cum ſanus, & integer exiſteret, illam diem vltimam eſſe diuinitus admonitus, ſibi adminiſtrari petijt ſacramenta, & ſuperlectum recumbens, Oleo Sancto inunctus in Conuentu Vilnenſi placido fine animam reddidit Deo. Grauina ibidem.

VINCENTIVS de BOSNA Dalmata, prope Raguſium vir eruditione non minus, quàm vitæ, morumque integritate conſpicuus, edidit latinè (vt ex Ambroſio Gozeo refert in Concertatione Prædicatoria Alphonſus Fernandez)

De Roſario Beatiſſimæ Virginis lib. vnum.

Item Carmina latina, & alia.

Claruit circa annum ſalutiferi partus 1590. Ambroſius Gozzeus, Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4.

VINCENTIVS FERRINI à Caſtro nouo in Caferoniana ora Tuſciæ apud Montem Apenninum inter Lucam, & Rhegium celebris Prædicator, Vicarius Generalis S. Inquiſitionis, Parmæ.

Edidit *Tria Alphabeta exemplaria lingua italica*. Primum Venetijs apud Io: Dominicum Imberti 1595. in 12. ad Cardinalem Alexandrinum ex Ord. noſtro Prædicatorum aſſumptum.

Alterum Venetijs 1590. apud Eraſmum Viotti. Ad Sereniſs. Ducem Parmenſem, Placentinum, & Principem Altamuranum, Ranutium Farneſium in 12. Neſcio an ediderit Tertiũ.*

PETRVS CHRISPVS, e Turri de Græco, Conuentus Sancti Dominci de Neapoli filius, lector Sacrę Theologię. Lingua Italica edidit *De Origine, ac cauſa Confraternitatis Sanctiſſimi nominis Dei.*

De Iuramento.

De Purgatorio.

De Diuina adoratione.

De Blaſphemijs.

De Deuoto, ac pio documento ad Fratres Confraternitatis nominis Ieſu.

De Indulgentijs, gratijs, ac priuilegijs conceſſis Confratribus Societatis nominis Ieſu à Pio IV. à Pio V. & Gregorio XIII. *PP. Maximis, Optimis.*

Lingua verò latina librum de Officio, Letanijs nominis Ieſu.

Viuebat hoc anno.

Theodorus Vallus Priuernas *in Compendio part.* 5.

ANTONIVS PARABOSCVS eloquentiſſimus ſui temporis, cuius meminit *in Encyclopedia* Camerata anno 1590. edidit.

Quadrageſimale, aliaſque conciones.

RAYMVNDVS SAENZ, Hiſpanus, patriam habuit *Autol*, quod eſt Oppidũ Diœceſis Calagurritanæ Diœceſis. Noſtram Religionem iniuit in Conuentu Cæſarauguſtano, quem prudentiſſimè poſtea rexit. Scripſit lingua Hiſpana.

Hiſtoria de Predicadores.

Eius fit mentio à Bibliotheca Hiſpana, à Hyacintho de Parra *in Catalogo Scriptorum Ord. m.s.*

STEPHANVS LVCINIANVS, corruptè Luſignanus, Cyprus è Nicoſia, ſanguine nobiliſſimo, vtpotè, de regali ſtirpe Regum Cypri, moribus probatiſſimus, religione inſignis, eruditus Magiſter S. Theologiæ, & ſtudioſiſsimus priſcorum, & modernorum Annalium indagator. Scripſit:

Chronicon de Regno Cyprio recognitum, & auctum, Pariſijs editum.

Coſmographiã de Inſula Cypria Gallicè, Pariſijs apud Gulielmum Chaudere 1579.

Arborem Animæ, & eius potentiarum.

Arborem familiæ Luſignanæ, ſiue Lucinianæ.

Catalogum virorum illuſtrium veteris, & noui Teſtamenti.

Librum Imperatorum, & Regum, qui profeſſi Religionẽ fuere. Pariſijs excuſũ.

Tre Alfabeti stampati in quarto sono in questa libraria tra le Prediche. Del istesso F. Ferrini è un altro opera in quarto intitolata Lima de vitij *

Arborem de machina Orbis, dicatam Gregorio XIII. Pont.

Arborem Regum Luſitanorum. Hæc impreſſa fuit furtiuè ſub alio nomine.

Theſaurum omnium Principum Orbis à creatione Vniuerſi vſque ad annum 1584.

Arborem Comitū Bononienſium, Gallicè.

Arborem Ducum Lotaringiæ.

Arborem Regum Troianorum, Gallorum, Francorum & Sicambrorum.

Librum de Meluſina reformata, continentem ſexaginta genealogias Meronei, illegitimi filij Theodorici II. Regis Auſtraſiæ, & Burgundiæ.

Arborem Naturæ Angelicæ.

Librum doctrinalem, pro monachis Mendicantibus, hoc eſt, quo eos tuetur.

ScripſitGallicè *Apologiam (la defenſe) religioſorum aduerſus eos, qui blaterant dicentes pauperum, inutilium, & negligentium eſſe religioſos Ordines; non autem diuitum, atque nobilium.* Pariſijs apud Carolum Rogerium anno 1581.

Hiſtoriam item, ſiue Compendiariam deſcriptionem Geneologiarum, affinitatum, & geſtorum omnium Principum, qui dominati ſunt Regnis Hieroſolymæ, Cypri, Armeniæ, & finitimarum regionum. Gallicè. Pariſijs apud Gulielmum Chaudiere anno 1579.

GeneologiasValeſiorum,Borboniorum, Lucinianorum. Gallicè. Pariſijs apud Ioannem Clericum le Clerc, & alios.

Et multa alia opera, & Opuſcula, inter quæ Corona Luciniana plurimū commendatur, ſiue Liber quinque coronarum. Excuſus Pariſijs.

Vixit vſque ad annū labentē 1590. Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, & Plodius *de viris illuſt.part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *tom.*3. *Apparatus ſacri fol.* 251. & 252.

Anno 1591.

MELCHIOR MOSTICENSIS Polonus,doctiſsimus, & pijſsimus inter omnes religioſos ſuæ Prouinciæ Poloniæ; acerrimus perſequutor hæreticorum, mirabilis in confutandis eorum dogmatibus. Concionator vehementiſsimus, & talis, vt ſuo verbo ignito vniuerſam Sarmatiam ad ſe raperet. Quadam vice cum de finali Iudicio prædicaret, viſus eſt vultus eius ignitus, ex quo radios vndequaque eiaculabatin auditores. Stanislaus Oricouius refert in Quincunxe, quod cum Leopoli concionem haberet, & & infelicem tragædiam Dathan, & Abiron narraret, tantum incuſsit terrorem in auditores, vt omnibus videretur terrā hiſcere, quaſi niteretur homines deglutire, & pertrahere ad inferos viuos. Iocolouius doctiſsimus ſcriptor, & Concionator Regis Stephani in libro partitionum Eccleſiaſticarum, delineando perfectiOratoris conditiones, huiuſmodi illum exoptat, *qualem quondam mirabamur* (ſunt eius verba) *in hoc ipſo Melchiore Dominicano, non magis voce, quam vita, & moribus concionatore, qui totam illam orationem acumine quodam condiebat.*

Conuertit ſuis prædicationibus plura millia hæreticorum, & quamuis multis laboribus occupatus,numquam à prædicatione diuini verbi ceſſabat. Bis in die perſolucbat officium defunctorum, ſemel pro mortuis, & iterum pro ſe ipſo, qui aſsiduè recogitabat de morte. In precibus quà voce, quà mente fundendis planè multus. Somni, cibique parciſsimus; ita vt multari natura ipſa parſimonijs putabatur: macerabat enim ſuum corpus quotidie ieiunijs, vigilijs, diſciplinis. Patientiſsimus toto ſuæ vitæ decurſu. In ærumnis,& iniurijs nulla audita eſt ab eius ore lamentatio, niſi bis tantum, *Benedictus Deus.* In maximis autem tribulationibus illud Pſalmi pronunciabat: *Ecce in flagellis paratus ſum.* Quater fuit in ſua Prouincia Prior Prouincialis, rexitque Prouinciam illam admirabili exemplo virtutū viginti quinque annos. Tres Epiſcopatus, ſcilicet Camenez, Premiſliæ, ac Leopolis ſibi à Sigiſmundo Auguſto Rege Polono oblatos conſtantiſsmè recuſauit. Plura alia lege apud citandos Auctores. Obijt Cracouiæ, vbi legitur hoc Epitaphium:

R. P. F. Melchiori à Moſciska, S. Theologiæ doctori, feruentiſſimo Prædicatori

tori, acerrimo Fidei catholicæ defēſori, huius Conuentus filio, patri, ac benefactori olim per viginti quinque annos Prouinciali Poloniæ, Patres Conuentus obſeruantiæ ergo poſuerunt. Obijt anno D. 1591. *die* 29. *Maij, ætatis verò ſuæ anno* 80.

Scripſit diffuſam, & pulcherrimam Epiſtolam deploratoriam Bernardino Ochino Senenſi, qui defecerat ab Eccleſia.

Abraham Bzouius, Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Martyrologium Dominicanum hunc inter Beatos confeſſores Ordinis noſtri refert his verbis: *Fr: Melchior Moſticenſis Polonus, ad decrepitam vſque ætatem, vitam duxit Sanctiſſimam, Epiſcopatu, alijſque honoribus pro Religionis amore repudiatis, bonorum operum plenus cælo fruitur ſempiterno.*

Vox Turturis Grauinæ *part.* 2. *cap.* 23. hæc habet: *Noſter P. F. Melchior Moſticenſis Polonus in oratione feruentiſſimus, in reparanda religione indefeſſus, in hæreticis confutandis acerrimus, non tam verbo, quàm moribus concionator eximius, qui & illud ſibi dictum à quodam ſene cum profeſſionem emitteret,* Talem te ſerua in poſterum, qualem fore propoſuiſti, cum habitum induiſti, *pro viribus adimpleuit: non leui perfectionis fama, diem pariter clauſit extremum.*

IOANNES BRV de la Madalena, etſi eximia doctrina, docendi facilitate, ingenijque polleret acumine, nihilominus, vt probitate vitam excoleret, conuertit ſe ad Aſcetica, & edidit typis Hiſpaniceè.

Excelencias de Santa Maria Madalena. Romæ apud Bartholomæum Bonfadium 1591.

Obras eſpirituales de diuerſos en proſa, y verſo en la fieſta de la Madalena, que ſe hico en Roma. Apud Dominicū Baſſam 1591. in 8.

Vertit quoque ex latino Syluestri Prieratis Ord. Prædicatorum Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.

El coloquio entre Chriſto, y la Madalena. Apud Titum, & Paulum de Diana 1588. in 8.

Præterea concinnauit:

La vida de S. Elena madre del Emperador Conſtantino 1576. *in* 8.

Huius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 505. *colum.* 1. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m.s.*

TIMOTHEVS BOTONIVS, Peruſinus Etruſcus S.Th.Magiſter eruditus, prædicator celebris, & poeta, vir ſingulari perfectione, ſpeculum quidem religionis. Fuit Inquiſitor Ianuenſis ab anno 1582. vſque ad annum ſequentem 1583. menſe Octobri. In Electione Generalis Conſtabilis, quæ fuit an. 1580. per Breue Apoſtolicum propoſitus eſt etiam ad Generalatum à Papa. Fuit Vicarius Ordinis Romæ & Conſtabilis, & Beccariæ. A ſacris confeſsionibus Duci Sabaudiæ: at renunciauit officio. Calluit linguam Græcam, Hiſpanam, & Gallam: hinc tranſtulit ab his idiomatibus in linguam Etruſcam quædam opera ſpiritualia, & præſertim ab Hiſpano in italicam primam partē Centuriarum Ordinis editam à noſtro Ferdinando de Caſtillo. Venetijs 1589 in folio apud Damianum Zenarum.

Item opus, cui titulus: Auuertimenti ſpirituali.

Item librum epiſtolarum ſpiritualium ad diuerſos omnis ſtatus, & conditionis, atque vtriuſque ſexus homines ab optimo & integerrimo viro Ioanne de Auila hiſpanicè editarum; quas tranſtulit in idioma Etruſcum. Florentiæ apud Philippum Vintam 1596. in 8.

Librum de Contractibus.

Scripſit carmine etruſco ſoluto quatuor libros Regum.

Librum Sermonum de tempore, & de ſanctis.

Librum ſexcentum ſententiarum in varijs materijs.

Centurias Ordinis noſtri ab an. 1216. *in quibus continentur, quæ ſingulis annis in Orbe, in noſtra Religione, in Prouincia Etruſca, & in ciuitate Peruſina euenerunt.*

Obijt anno 1591. Peruſij.

Seraphinus Razius, Ambr. Gozzeus, Plodius *de vir. illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Antonius Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 234.

LVDOVICVS RENGINO, Mexicei natus eſt. In prouincia Mexicana

Ordinis noſtri vota nuncupauit ſolemnia, pietate floruit, & doctrina. Linguis Indiarum, ſcilicet Mexicana, Myſteca, Zapoteca, Mije, Chachona, & Taraſca edidit.

Tractatus varios.

Item ſermones Feſtorum, quæ in ea celebrantur Prouincia.

De eo Antonius de Leone in Bibliotheca Indica occidentali tit. 18. Auguſtinus Dauila Padilla in fine Hiſtoriæ Prouinciæ Mexicanæ, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 49. colum. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.* Fernandez *lib. 1. Hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 31.*

Adhuc non legi ſub quibus vixerit annis.

PETRVS de Monte Nigro ex Conuentu de Atocha in Prouincia Guatemalæ fuit operarius valde proficuus, ſcripſit.

Librum de Roſario.

Item *de Imagine S. Mariæ de Atocha*, qui manuſcriptus ſeruatur ibidem.

Eius meminerunt Zepeda *in Hiſtoria eiuſdem ſacræ Imaginis cap. 24. fol. 299.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

PHILIPPVS GVIDIVS, Florentinus, Sereniſsimæ Principis Vrbinaris à ſacris confeſsionibus, vir grauis, ac doctus, moribus apertus, animoque ſinceriſsimus, ob quæ, & peritiam in moralibus, in primis charus erat principibus, & plebeis. Philoſophiam, ac ſacras litteras magno auditorum plauſu, ac fructu explicauerat plures annos. His omnibus integritatē adnectere maximopere conabatur. Scripſit.

Vitam Catharinæ Ricciæ Sanctimonialijs Monaſterij noſtri S. Vincentij Pratenſis. Florentiæ an. 1622.

De qua videndi ſunt Seraphinus Razius, Choquetius *de Viſceribus Maternis B. Virginis erga Ordinem Prædicatorum, Illuſtriſſimus Dom. Cattari Epiſcopus Feſulanus, Dom. Syluanus.* Razius, Plodius, Illuſtriſsimus, & Reuerendiſſ. Trepolus *in Meditatione Paſſionis Dominicæ*, Baccius *in vita S. Philippi Nerij*, Vox Turturis Patris Grauinæ *part. 2. cap. 23.* Franciſcus Marcheſius *in Diario Virginis*, Dominicus Marcheſius *in Sacro Diario die 2. Februarij*, Marracius *in Lilijs Marianis*, Elogia mea, ſcilicet Religio Liliata, & alij.

VALERIVS MOSCHETTA, Patauinus, Prouinciæ S. Dominici, S. Th. Magiſter pius, ac doctus. Scripſit:

Vitam S. Vincentij Confeſſoris.

Vitam S. Iuſtinæ Virginis, ac Martyris.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris ill. part. 2. lib. 4.*

MATTHIAS IVONVS Aquarius ab Aquaro oppido, quod ab Eboli duodecim milliaria diſtat, S. Theologiæ Magiſter, Decanus Neapolitani Collegij Theologorum, Poeta, Philoſophus, Orator, & magnus Theologus, in almo Gymnaſio Neapolitano ab anno 1572. vſque ad annum 1588. Regius, & publicus Metaphyſicus. Mediolanenſis ſtudij Regens. Legit Venetijs. Multos annos in Vrbe Roma fuit ordinarius (vt nunc dicunt) Theologiæ cathedraticus. Anno 1569. in Vniuerſitate Taurinenſi publicus lector datus Theologiæ in præambulo ſuæ lecturæ orauit diſſertiſſimè de excellentia Sacræ Theologiæ, orationemque Hieronymo de Rouere Archiepiſcopo dictæ ciuitatis dicauit. Vir quidem & vitæ probitate, & religionis ardore nulli religioſorum ſecundus. Poeta (vt dixi) fuit eximius, vt videre licet ex elegia, qua cecinit Sixti V. Pontificis Maximi geſta.

In Capitulo Generali Romano anno 1580. pro ſua Regni prouincia definiuit. Eandem quoque moderatus eſt Prior Prouincialis. Noſtram Religionem, in patriam ſuam Conuentum conſtruens introduxit. Ab humanis anno 1591. in Conuentu S. Dominici Neapolitano exceſſit.

Edidit ſuper vniuerſam Logicam ſubtiliſſima commentaria.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum.

Dilucidationes in duodecim libros Metaphyſicorum quibuſdam Theorematibus.

Additiones ſuper 8. libros de Phyſico Auditu, & de Anima ad quaſtiones Ferrarienſis. Romæ 1575. & iterum Venetijs

netijs 1601. apud Hæredem Hieronymi Scoti, & alibi pluries.

Item *De concordia idearum*. *De mixtione elementorum*, in qua oſtenduntur elementa in mixto remanere virtualiter. Romæ 1577.

Lectionarium, cui titulus: *Lectionum in primam Philoſophiam*, vt dici ſolet, Principum in Neapolitano Gymnaſio habitum. Auctore F. Matthia Aquario, Ord. Præd. publico, ac ordinario Metaphyſico.

Compilauit iuxta D. *Thomæ ſententiam & doctrinam tractatus tres ſubtiliſſimos formalitatum, id eſt diſtinctionum, identitatum, & de ſignificationibus terminorum. Opus celeberrimum de contradictionibus, ſeu controuerſijs inter* D. *Thomam, & omnes alios Theologos, & Philoſophos.*

Librum de memoria, & reminiſcentia, nec non de artificioſa memoria.

Poſtillam in duodecim Prophetas Minores, & in aliqua alia loca ſacræ Scripturæ.

Quatuor libros ſententiarum Capreoli ab innumeris ferè, quibus antea ſcatebant mendis, & erroribus vindicauit, auctoritatibus ſacræ Scripturæ, Conciliorum, & ſanctorum Patrum roborauit, illuſtrauitque quam plurimis alijs opinionibus Theologorum cum antiquorum, tum neotericorum, quos Xyſto V. Pontifici Maximo dicauit.

Item Epitomen Logices. Neapoli, apud Conſtantinum Vitalem, anno Domini 1605. in folio.

Librum de potentijs Animæ.

Et multa alia opera dicunt edidiſſe.

Eius meminerunt Mazzella *in Deſcriptione Principatus Citra*. Luſitanus *in Bibl. fol.* 174. Ambroſius Gozzeus *in Catalogo*, Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Paulus Portarius Maſſenſis *epiſt. ad Lectorem in lib.* 1. *Sententiarum Io: Capreoli*, Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 421. *poſt medium*.

THOMAS GRATIANVS, Peruſinus, ingenio acri, & præditus pietate. A teneris annis futurarum virtutum ſpem dedit magnam, quæ ætatem maturiorem non feſellit. Dans enim acriter operam ſtudijs, magnus euaſit Theologus æui ſui, virque multæ eruditionis. Scripſit:

De Bireto rubro à Summo Pontifice dando Cardinalibus Regularibus.

Hoc Cardinali Alexandrino B. Pij V. ex ſorore nepoti dicauit. Gregorius verò XIV. illud Cardinalibus Regularibus conceſſit, & Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi I. Galerum rubrum Hugoni noſtro donauit.

Viuebat Gratianus an. 1591. Lucarinus, & Fontana *de Prou. Rom. cap.* 6.

FRANCISCVS PIVS (ſiue vt Galli eum appellant) de la Pie, patria Pictauienſis, ſtudiorum curſu emenſo, vt totum ſaluti ſe impenderet proximorum, Edidit:

Confeſſionem generalem excerptam è Sanctis Eccleſiæ Patribus. Lutetiæ apud Michaelem Buſetum.

Non reperio quo vixerit tempore.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. *fol.* 505.

Franciſcus verè quidem Pius; ex ſua enim doctrina Sanctum Bonauenturam imitans, pietatem eliciebat. Sic ille: *Hic eſt fructus omnium ſcientiarũ, vt in omnibus ædificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur conſolationes, quæ ſunt in vnione Sponſi, & Sponſæ*. Hoc lumine Pius iſte Religioſus feliciter ſua ſtudia dirigebat.

HYACINTHVS ESQVIVEL, Cantaber, Patria, & Conuentu Victoriæ, Collega S. Gregorij Valliſoletani, cui apud Luconias mors illata fuit ab idolatris. Scripſit Attemet

Vocabularium Linguæ Iaponicæ, & Hiſpanicæ.

Item *Doctrinam Chriſtianam.*

Eius meminerunt Aduarte *lib.* 2. *Hiſtoriæ Philippinarum*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo Scriptorum Ord. m. s.*

FRANCISVS de Sancta Cruz, vir doctiſſimus, à noſtris ſatis laudatus, in Collegio Sancti Thomæ Aquinatis Hiſpalenſis vrbis ſtudiorum exercuit Præfecturam. Edidit.

Super Totam Summam Theologiæ S. Thomæ doctiſſima Commentaria.

Eius meminerunt Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus in Hiſtoria Dominicana *part.* 4. *lib.* 1. *cap.* 44. Bi-

blio-

bliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 363. colum. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Dominicanis m. s.*

PETRVS FAY, ob inſignem doctrinam, religionem, & aſſiduitatem docendi, ac prædicandi in noſtra Religione notiſſimus, & in ſæculo, edidit.

Commentaria ſuper Additiones ad 3. Partem D. Thomæ.

Sæpius citatur à Diana, & ab alijs, eiuſque meminerunt Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.* & alij.

ANTONIVS de AVILA, Prouinciæ Mexici, inſignis Theologus, alijſque diſciplinis liberaliter exornatus, inſtruendæ cupidiſſimus gentis ſuæ. Scripſit:

Arte para ſaber la lengua Mexicana.

Eius meminerunt Hiſtoria Ordinis noſtri Lopez *part. 4. lib. 4. cap. 55.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 81. colum. 1.*

Anno 1592.

VINCENTIVS CALCIVS Soncinenſis, Epiſcopus Venuſinus, Philoſophus acutiſſimus, à ſecretis, ſiue primò ſcriba, deinde Prouincialis Terræ Sanctæ, ac ſocius Magiſtri Generalis Hippolyti Mariæ Beccariæ, poſtremò à Gregorio XIV. die 18. Febr. 1591: Epiſcopus Venuſinus deligigitur. Epiſcopales ædes reſtaurauit dirutas, & collapſas, populumque ſibi commiſſum verbo, & exemplo inſtruxit. Perrexit ad Chriſtum die 3. Maij anno 1598. in ſua cathedrali depoſitus. Fuit Poeta eruditus. Eius ſunt illa carmina in ſepulchro F. Benedicti Herba Epiſcopi Caſalenſis.

Mantua quem tollit neptunus Brixia Rhenum
Herba dedit florem, ſed Canis ore virum:
Quem Pius inſtituit Paſtoris munere fungi,
Frigida mors Vmbris reddidit oſſa ſuis.

Scripſit *In octo libros Phyſicorum.* Neapoli, ex Typographia Ioſephi Cacchij 1592. ad Eminentiſſimum, & Reuerendiſsimum S. R. E. Cardinalem, S. Theol. Mag. F. Hieroymum Bernerium de Corrigio Ord. Præd. Epiſcopum Aſculanum in 8.

Scripſit etiam ſuper Animam, & Metaphyſicam.

Vghellus *tom. 7. Ital. ſacræ,* Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. tit. 625. num. 4.* Plodius *de vir. illuſt. part. 2. lib. 4.* Fernandez *lib. 9, Roſarij cap. 30. nu. 102.* & Hyacintus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

DIDACVS MASIVS VALENTINVS, Vilarealenſis, quod eſt Oppidũ domo, natione Hiſpanus, & in florentiſſima Valentinorum Academia profeſſor publicus, alumnus Cænobij Valentini, in quo interpretatus eſt S. Thomam ſumma cum laude.

Obijt poſt quatuordecim annos, quos in ſcholaſtico munere deſudauerat. Anno ſcilicet Orbis redempti 1608.

Morte interceptus reliquit inedita.

In Summam Theologiæ D. Thomæ duo magna volumina.

Commentaria in libros de Cælo.

In tres libros de Anima.

De Generatione, ac Meteororum.

Vernacula lingua compoſuit.

Vida de San Iacinto. Valentiæ 1594. in 8.

Vida de Santo Thomas de Aquino.

Vida de Santa Ines de Monte Policiano, y de otras Bienauenturada Virgine del Orden de Predicatores.

Typis dedit *Commentaria in vniuerſam Ariſtotelis Dialecticam vnà cũ quæſtionibus, in duos tomos diuiſa.* Valentiæ, apud Petrum Patricium 1592. in 4. Coloniæque 1618. in 4.

Commentaria in vniuerſam Philoſophiam Ariſtotelis, vna cum quæſtionibus &c. hoc eſt, in octo libros Phyſicorũ, duobus alijs voluminibus. Valentiæ 1599. in 4. & Coloniæ 1610.

De Ente, & proprietatibus eius; Metaphyſicam diſputationem. 1578. *in* 8.

De Tranſcendentibus Tractatum.

De Elementis diſputationem, VI. libris comprehenſam. De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 229. & 230.* Petrus Auguſtinus Morla *in Præfatione Emporij Iuris.*

SE-

SEBASTIANVS CATTANEVS, Mediolanenſis, à Clemente VIII. hoc anno 1592. die 25. Iunij Epiſcopus Chiemenſis in Alemania creatur, daturque ſuffraganeus Archiepiſcopo Salisburgenſi etiam in Alemania. At ingraueſcente ætate vtramquem dimiſit Eccleſiam, & factus eſt Viglieuanenſis Epiſcopi in Lombardia coadiutor cum futura ſucceſſione. Verùm ipſe obijt antequam dicta Eccleſia ſuo vacaret Paſtore. Ex Act. Conſiſt. Clementis VIII. Pontificis Maximi, & Fontana *in Theatro part. 1. cap. 4. tit.* 85. & alibi pluries. Scripſit:

De Confeſſione aduerſus hæreſes noſtri temporis, cui præfixit titulum Enchiridion.

Item de Cenſuris Eccleſ.

Grauina, Gozzeus, Plodius *in Appendice.*

Viuebat anno 1605.

VINCENTIVS de las CASAS, Hiſpalenſis ex Conuentu Mexicano. Fuit Dominici à Betancos in Chriſto filius, vix prima exacta ætate Deo ſe in noſtra Religione ſacrauit. Per omnes diſciplinarum gradus, ad culmen peruenit Sophiæ. Philoſophicas, & Theologicas perhonorificè docuit facultates. Demum hiſtorias transferens animum ad ſcribendas reliquit m. s.

Hiſtoria de S. Domingo de la Prouincia de Mexico.

Huius meminerunt Antonius Leonius *in Bibl. Indica*, Auguſtinus Dauila Padilla *in Hiſtoria lib. 2. cap. 68.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 261. colum. 1.* Hyacinthus de Parra *in Compendio Scriptorum Ord. m. s.*

EMANVEL de CRVCE, Luſitanus ſeſe Ordini noſtro addixit. Fuit vir grauis, & doctus. In orientali plaga Indiæ Luſitanorum meritiſsimè Generalem Vicarium egit. Scripſit idiomate Luſitano:

Da Chriſtiandade d'Oriente.

De illo Georgius Cardoſo *in Agiologio Luſitano 6. Iuny lit. 9.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. Append. fol. 322. colum. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo Script. Ordinis m. s.*

VENERABILIS P. F. IOANNES de COBOS, Conuentus Ocanienſis, in nouaHiſpania, & in Philippinis egregiè laborauit. Tandem à Barbaris in fine Iunij 1592. in Inſula Formoſa occiſus occubuit. Euulgauit, quam compoſuerat accuratè.

Philippinam Deſcriptionem.

De eo Remeſal *lib. 11. Prouinciæ Chiapæ cap. 7. num. 5. cap. 9. num. 1. &* 8. *cap. 10. & 11.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Anno 1593.

IOANNES VINCENTIVS Aſturicenſis, ſeu de Aſtorga, emiſſa profeſſione, primis Logicæ rudimentis, & philoſophicis litteris operā dedit. Dictis ſtudijs abſolutis, maxima animi contentione ad Theologiam poſitiuā, ſcholaſticam, & dogmaticam hauriendas ſe contulit: quas & totas imbibit. Adeo doctus euaſit, vt publicum in Salmanticenſi Schola S. Theologiæ plures annos egerit Profeſſorem. Fuit Procurator in Capitulo Generali habito Venetijs anno 1592. pro ſua prouincia, quando conſtitutus fuerat Ordinis Procurator, & etiam Vicarius Generalis: quare inter diffinitores illius Capituli primo loco in hunc modum recenſetur. *Fratre Ioanne Vincentio Aſturicenſe, Magiſtro, Procuratore Ordinis in Curia Romana, Vicario Reuerendiſſimi Generalis, Diffinitore Prouinciæ Hiſpaniæ.* Romam igitur accitus ibi ſuas cumulatiſſimè partes impleuit; & in Sapientia docēdo, Vrbs admirata eſt ſapientiam tanti viri. Deſignatus fuit confeſſarius Alberti Cardinalis Archiducis, Belgij Gubernatoris. At ad cæleſtia vocatus eſt anno 1595. 15. Kalendas Nouembris Aetatis ſuæ LI. Iacet in noſtro templo S. Mariæ ſuper Mineruam ante Aram Maximæ gradus prope Marcum Valadares Compeſtellanum Procuratorem, & Vicarium Generalem Ordinis noſtri, elogio ſequenti in tumulo conſtituto, quod iam pene totum deletum conſpicimus.

D.O.M.

D. O. M.
Fratri Io: Vincentio Aſturicenſi
Ord. Prædic.
S.Theologiæ inter primos Salmaticen.
Profeſſori,
Prudentia, virtute, ac doctrina pradito,
Procuratoris,& Vicarij Generalis
Muneribus Romæ perfuncto:
Ac demum Philippi II. Catholici
Regis delectu
A ſacris confeſſionibus
Alberti Cardinalis Archiducis Auſtriæ,
Gall. Belgy Gubernat.
Publico commodo deſignato:
Dumque iter adornat,in cælum recipitur.
Frater Laurentius Fernandez
Mag. Sodalis eius
Poni curauit.
Vixit Annos LI. Obijt Kal. *Nouembris*
MDLXXXXV.

Edidit eruditiſſimum librum Romæ *de habituali gratia Chriſti in prælectionibus habitis in Romana Sapientia*, ibidem impreſſum, & recuſum Neapoli in Typographia Lazari Scorrigij 1625 in folio.

Item *Librum de Origine Gratiæ*.

Fontana *in Theatro part. 2. de Procuratoribus General. Ordinis*, Plodius *in Appendice*; Aubertus Miræus *de Scriptoribus ſæculi 16. cap.* 147. qui de illo hæc habet: *Fuit inter Theologos Hiſpanos ano ſuo celeberrimus*. At errat ſubdendo: *Florebat anno* 1596. cum viuere deſijſſet anno 1595.

CLEMENS GIFFONELLUS Atripaldenſis, in vlteriori Prouinciæ Picentina,quam vulgo appellant Principatum vltra, ſuæ patriæ Conuentus alumnus, ſummus Theologus, & Philoſophus, doctrinæque Caietani acerrimus propugnator. In pluribus Conuentibus ſuæ prouinciæ cum maximo Auditorum prouentu aperuit ludum. Legit quoque ſtipendio magno conductus in Vniuerſitate Caietana. *Plura ſubtiliſſima ſcripſit, & præcipue copioſiſſimum indicem ſuper quodlibeta Heruei continentem vniuerſam doctrinam illius.*

Item Apologeticam quæſtionem de prædicatione naturali, & per ſe ſingularis de ſe ipſo, in quo Porphirÿ, D. *Thomæ, & Caietani ſententia ſuſtentatur*. Ad Fr. Hieronymum Calatia dictum de Angri virum doctiſſimum Ord. Prædicatorum.

Alia plura reliquit inedita.

Vallus *in Compendio de viris illuſtr. Prou. Regni part.* 5.

ALEXIVS GARCIA, Prouinciæ Nouæ Hiſpaniæ, pietate, ac eruditione inſignis, præter Philoſophicas, & Theologicas diſciplinas, floruit mathematicis, & maximè illis, quas facultates medias appellamus. Edidit hiſpanicè:

Calendario perpetuo: Matriti.

Huius meminerunt Auguſtinus DauilaPadilla *in Hiſtoria dicta Prouinciæ*. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *in Appendice fol.* 314. *colum.* 2.

FERDINANDVS CASTILLVS maximum Ordinis, & eloquentiæ decus, patria Granatenſis, Pinciæ ſe noſtræ dedit Religioni. In eius vrbis Collegio S. Gregorij nauauit operam litteris. Deinde,vt moris eſt in Ordine noſtro,cæpit profiteri cum laude Philoſophiam, ac Sacram Theologiam. In Oratoria poſtea ſe exercuit, & ſacras habendo ad populum conciones, ab omnibus probabatur. Eloquentiſſimo ſtylo ſuauiter mouebat animos, & trahebat. Fama vndique applaudente, vt diceret ibi,translatus in Curiam fuit. Facultatem ſuam dicendi æquo magis, & conſpectiore loco exercens, vt ſe reddidit clariorem, ita omnibus chariorem. Et ne otioſa eſſet oratio Ferdinando, viuere cæpit vitam auſteriorem. Tres integros dies ſingulis hebdomadibus panem tantùm ſumebat, & aquam. Lecto, æque ac menſa vtebatur paulò aſperiori. Ante annum 1568. Cænobij Matritenſis, ſequentibuſque Medmenſis Præfecturam cum laude adminiſtrauit. A Philippo II. Rege Hiſpaniarum, vt numerum regiorum Concionatorum adaugeret, & alia pleraque ardua negotia abſolueret, reuocatus fuit Matritum. Non minori erat iudicio Ferdinandus, quā litteris, & integritate.

Anno 1578. interfecto Sebaſtiano Rege Luſitano, ei ſucceſſit in Regno Henricus Cardinalis, ſuus patruus,qui fuit

fuit filius Regis Emanuelis, alij dicunt nepos, & frater Ioannis III. Regis Luſitani, qui ceſſerat fato anno 1557. Genealog. Henning. & Sanctius. Cumque Rex Cardinalis cadentis eſſet ætatis, Regno conſulere, priuſquam mortalitatem expleret, cogitauit. Igitur tam opulenti, nobilis, vaſtique Imperij ſibi ſucceſſorem deſtinaturus, animos conſanguineorum incendit, inter ceteros Philippi II. Regis Hiſpaniarum, qui Henrici Regis Cardinalis nepos fuerat à ſorore, ſcilicet filius Iſabellæ. Ab hoc, vt eius partes, Ioannes Tellez Giron Dux Vrſaonenſis apud Henricum Regem Cardinalem, eiuſque Senatores ageret, renunciatur. Et quamuis Tellez in negotijs pertractandis eſſet integer, & dexterrimus, nihilominus huic comitem dedit Caſtillum, quo in omnibus tantæ rei momentis Legatus viro pari eloquentia, & induſtria præclariſſimo vteretur. Matritum è Luſitania rediens, eam famam eximiæ integritatis, profundæ litteraturæ, prudentiæque in maximis expertę negotijs ſibi adeptus eſt, vt nouis in dies à Rege honoribus augeretur. Quare Philippus, quem Ferdinandi Principis morum cultura ſummopere adurgebat, Caſtillum, vt ſuauiſſimam Principem prolem dirigeret eius puerilem inſtitueret, litteris, & pietate teneros mores imbueret, dedit in Præceptorem. Hunc tamen honorem Religioſiſſimo viro nondum delibatum cita mors, quæ anno Redemptionis 1593. quarto Kal. Aprilis obrigit, rapuit ex inuidia. De eo hæc Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol.* 284. *Præter doctrinæ, morumque grauitatis, & ingenij, ex concionatorio munere præcipuam quandam ſingularis facundiæ obtinuis laudem, vt à viro quodam aulico magni nominis eius temporis æquali ſæpius inculcatum ſciam, haud minus ſuauiter, quàm Fabricij cuiuſdam Denticij eximij per id tempus citharœdi melodiam, Ferdinandi declamantis ſermones ad circumſtantium aures peruenire.* Hæc illa.

Edidit Duas centurias Hiſtoriæ Ordinis noſtri lingua Caſtellana elegantiſſimo ſtylo, cuius inſcriptio:

Hiſtoria general de Santo Domingo, y de ſu Orden, duabus partibus. Prior pars prodijt Matriti apud Ioannem Cueſta 1584. in folio.

Poſterior Pinciæ 1592. in folio ex officina Didaci Fernandez.

Deinde vtraque Pinciæ anno 1612. in folio.

Hanc in Italicum ſermonem tranſtulit Fr. Timotheus Boton. Venetijs, anno 1589. Apud Damianum Zenarum in folio.

Commendant Ferdinandum Martyrologium noſtrum Dominicanum, in Annalibus paſſim Maluenda, Plodius, Lopez 4. *p.* & innumeri.

Anno 1594.

SEVERINVS CRACOVIENSIS Polonus, S. Theologiæ Magiſter Theologus profundiſſimus, in ſanctarum hiſtoriarum verſatus cognitione, inuictus fidei pugil, in canonizatione noſtri S. Patris Hyacinthi Poloni confeſſoris vigilãtiſſimus Procurator apud ſummum Pontificem. Natus fuerat hebræus, at deinde baptizatus, & factus Dominicanus euaſit perfectiſſimus chriſtianus. Ad confutãdos hæreticos, ad defenſandam Eccleſiam, ad hæreſes extirpandas compoſuit ex doctrina Sanctiſſimi Præceptoris S. Thomæ.

Theatrum, ſeu potius Officinam Concionatorum. Ad Sereniſſimum, & potentiſsimum Regem Poloniæ, ac Suetiæ &c. Sigiſmundum Tertium. Venetijs Ad ſocietatem minimam, an. 1597. in folio.

Opus de vita, & miraculis S. Hyacinthi Confeſſoris Prædicatorum Ordinis ante canonizationem eiuſdem Sancti patratis. Ad eundem Sereniſsimum Regem Polonorum, Suetorum, Gothorum, & Vuandalorum, Ducemque Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Mazoniæ, Samogitiæ, Podoliæ, Giuoniæ, Pomeraniæ, Finlandiæ &c. Sigiſmundum III.

Hæreſum à D. Thoma confutatarum Generalem Elenchum inſtar Arboris.

Indicem de Chriſti geneologia ad Sixtum V.

Turrim Babelis, in qua explicas hæreſes, quæ fuerunt vſque ad hæc tempora.

Decem volumina ampliſſima ſuper quatuor Euangeliſtas.

Clarebat anno 1606. Huius meminerunt Maluenda *in Annalibus,* Abraham Bzouius, Plodius *de viris illuſtr. p. 2. lib. 4.*

ANTONIVS de SOVSA, filius Dominorum Caſtanarienſium in Regno Luſitano, vir ſcientiæ, ac morum candore præſtantiſsimus. Ex Vicario Generali Ordinis noſtri à Clemente VIII. anno 1594. die 22. Auguſti proponitur Viſenſi Eccleſiæ in Portugalia ſub Metropolitana Bracarenſi Epiſcopus. Vixit poſt annum 1615.

Scripſit Chronica Prouinc Luſitanæ.

Fernandez *in Epiſc. Hiſpanis,* Plodius *de viris Illuſtr. Ord. noſtri part. 2. lib. 4.* Fontana *in Theatro part. 1. cap. 5. tit. 640. num. 2.*

De altero Antonio de Souſa vide anno 1623.

SIXTVS FABRI Lucenſis, Conuentus S. Catharinæ de Formello Neapoli alumnus, in quo Dominicanam togam an. 1556. induit. Miſſus Bononiam ſtudiorum cauſa, in illis multum profecit. A Seraphino Caballo Magiſtro Generali in ſocium, & Prouincialem Terræ Sanctæ aſcitus, Ordinis regimini dexteram porrexit incontaminatam. Generalis Procurator, Vicariuſque inſtitutus, in quo permanſit vſque ad annum 1580. ita ſe amabilem eunctis exhibuit, vt Gregorius Papa XIII. illum eodem anno 1580. Magiſtrum Sacri Palatij nominarit, & è mortalium oculis rapto Conſtabili, communi Patrum ſuffragio, Generalis Magiſter anno 1583. fuerit ſalutatus. Sex annos ſumma integritate Ordinem regens, Hiſpaniæ, Lombardiæ, Romanæ, aliaſque Regni Neapolitani prouincias viſitauit.

Cum autem ad Generale Capitulū ex Sixti V. decreto in Vrbe congregatum Patres acceſsiſſent, inſtante Capitulo, ab Ordinis magiſterio an. 1589. ex eo quod Ordinem podagra ſæpe ſæpius detentus in lecto, deinceps viſitare non poſſet, abſoluitur per Pontificem. Tandem in pace quieuit Romæ in Conuentu S. Sabinæ die 16. Iunij anno 1594. Vixit annos LIII. menſes 10. dies duos.

Gregorij XIII. iuſſu Decretalium textum, ceteraſque Extrauagantes recognouit, vt caſtigatiores in lucem prodirent.

Fernandez, Plodius, Lucarinus, & Fontana *in Theatro p. 2. c. 5. num.* 49.

DOMINICVS de NIEVA, patria Rioſanus, Salmantinus Religione, ad Philippinas nauigauit orientis plagæ Inſulas. Primus ibidem Epiſcopus. Obijt Matriti 4. Decembris 1594.

Sinarum lingua, & formis edidit.

Memoriale vitæ Chriſtianæ, quod opus valde vtilitatis nomine ſolet laudari: Conducit plurimùm ad conuerſionem Etnicorū. Multa vir iſte peregit, quibus Dominicanam familiam decorauit.

Plura de eo Aduarte *lib. 1. Hiſtoriæ cap. 42. & 43. & cap. 3. 19. & 64.* Romeſal *lib. 11. cap. 7.* Fontana *part.* [illegible] *Theatri cap. 5. tit. 465.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol 455.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* Fernandez.

ANTONIVS ORMAZA, nation[e] Hiſpanus, vir litteris ſatis peritus, r[e]ligione tamen inſignior, & pietate. Cum laude exegit plurimas præfect[u]ras. Suo exemplo animos ſubditoru[m] perfacile componebat. Cum Ouete[n]ſi Sancti Dominici præſſet Cænob[io] patrio ſermone collegit.

Vida de San Iacinto. Pinciæ 159[.] in 4. apud Didacum Fernandez.

Huius meminerunt Bibliotheca [Hi]ſpana Nicolai *p. 1. fol. 116. colum.* [.] Hyacinthus de Parra *in Catalogo* [de] *Scriptoribus Ord. m. s.*

Eſt Cœnobium Ouetenſe in Vrbe *Ouiedo* apud Aſtures, ſiue Aſturianos.

IOSEPHVS LVQVIAN, *natione* Hiſpanus, in Cœnobio Sancti Onuphrij prope Valentiam, in quo votorum Sacramentum pronunciauit; Sacræ Theologiæ Magiſter. Pietate, ac rerum ſacrarum doctrina conſpicuus. At in primis deuotionis erga Deiparam Virginem Roſario inuocandam egregius apud ciues Tarraconenſes perpetuus & indefeſſus promotor. In eiuſdem Vrbis principe Templo viginti quinque annos ex Concilij Tridentini ſanctione Sacræ Scripturæ *interpreta-*

tus

tus eſt lectionem. Hiſpanicè euulgauit.

Erudicion Chriſtiana, y Diſcurſos predicables, y muy prouechoſos, en los quales ſe dan ſantos, y ſaludables auiſos à todos eſtados de hombres, declaranſe muchos Euangelios del año.

Præterea *Tratado del Hombre: en el qual ſe deſcubren algunas buenas del, y algunas imperfeciones.*

Item *Eſplicacion de la conuerſion de San Pablo.* Tarracone 1594. in 4.

De illo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 619. colum. 2. circa medium.*

NARCISSVS CAMOS, Hiſpanus, Prouinciæ Aragoniæ, ingenio, & eruditione laudabilis. Cōtra Iconiſtas, qui aduerſus ſacras imagines ſub hæc tempora calamitoſa blaſphemantes effutiebant. Hiſpaniè ſcripſit:

De las Imagines del Principado de Cataluña.

Eius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. in Appendice folio 334. colum. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* qui annum, quo vixerit, non recenſent.

IOANNES SEGOVIENSIS, Hiſpanus, cognomentum traxit à patria, in qua noſtræ Dominicanæ Familiæ in Sanctæ Crucis cænobio ſe adiunxit. Pinciæ Collega ad Sancti Gregorij fuit, quem aliter dicunt ad Sancti Gregorij Vallis-oletani. A ſcientiarum palæſtra, in qua nitebat ingenio, ad eloquentiæ ſtudia ſe conuertit. In hac apud Hiſpanos viſus eſt triumphare. Quoties diceret, vt theatrum dicenti frequens, & nobiliſſimum adornarent, vndique accurrebant. Propter eximiā diuinarum ſcripturarum, totius Theologiæ, quam expoſitiuam appellant, cognitionem, & dotem omnis generis eloquentiæ, Prædicator Generalis promeruit renunciari. Sæculis elapſis hic titulus in maximo pretio erat. Vt illuſtri nomenclaturæ magnus Orator correſponderet reipſa, diuinum hoc munus non tantum ipſe conatus eſt pro dignitate adminiſtrare, ſed cæteris Dei præconibus præbuit formulas egregiè prædicandi. Edidit enim Volumen in quatuor partes diuiſum *De prædicatione Euangelica, in quibus de forma* (vt habet inſcriptio) *ſtudendi, atque docendi Scripturam ſacram, & de Concionatoris officio vberrimè agitur.* Quod quidem ex breuiore Hiſpano ingens poſtea edidit Latinum, & prodijt primò Compluti 1573. in folio typis Ioannis Gratiani. Deinde extra Hiſpaniam in Italia, & maxime Brixiæ anno 1586. in 4. ex Officina Petri Mariæ Marchetti. In prima & ſecunda parte tractat illud munus rethoricum, quod eſt docere. In alijs verò duabus alia duo munia docet Prædicatores, ſcilicet mouere, & delectare.

Reliquit etiam tres tomos, vno cōplectuntur *Sermones de Tempore.*

Altero ſermones de Sanctis.

Tertio, Quadrageſimale.

Fuit laudabiliter Prior Lucronij, & Carrione.

Obijt mortem in patria 12. Nouembris 1594. alijs, quos non ſequor 1592.

De eo ſcripſerunt Colmenares *in Appendice virorum Illuſtrium Hiſtor. Segonienſis*, Fernandez *in Concertat. Præd.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 596. colum. 2. & fol. 597. col. 1.* Hyacinthus de Parra *in Compendio de Scriptoribus Ordinis m. s.* Antonius Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis fol. 161.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtr. Ordinis part. 2. lib. 4.* Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus fol. 249.*

Fuit & alter Ioannes Segouienſis, qui Coranum (vulgò Alcoranum nominant) hoc eſt impiam Mahometis legem Turcicam ſolidis rationibus euellit radicitus, & euertit.

ANGELVS CALEPIVS, Cyprius dominicanæ Religioni aſcriptus fuit in Lombardia. Fuit filius S. Catharinæ ad Formellū. Mittitur Vicarius Generalis Prouincię Terræ Sanctæ cū Cyprū expugnaretur. Vir probus hortabatur ad pugnam milites chriſtianos, & omnes ad fidem tuendam ad arma prouocabat; infirmis, & vulneratis patientiam ſuadebat, ſacramenta indefeſsè adminiſtrabat infirmis. Subleuabat pauperes eleemoſynis, vtque captiuos è manibus redimeret Turcarum, non ceſſabat vndequaque exquirere pecuniam à potentibus. Erat planè omnibus omnia. Regreſſus tandem Neapolim, à

Gregorio XIII. die 7. Nouembris an- 1583. inſtitutus fuit Epiſcopus S. Erini in Græcia, quæ Santorinen. in Actis Conſiſt. appellatur. Cum ſuæ Eccleſiæ pluribus annis præfuiſſet optimus paſtor, extremum diem feliciter clauſit Neapoli currente anno 1594. die 13. Auguſti, ſepultuſque fuit in ſuo Conuentu in ſepulchro fratrum communi.

Scripſit hiſtoriam Cypri capti à Turcis. Antonius Luſit *in Bibl. Ordinis pag.* 21. *&* 22. Seraph. Razius, Fernandez *in Epiſc. Græc.* Regeſt. Cancell. Apoſtolicæ, Fontana *in Theatro part.* 1. *tit.* 514. *num.* 3. & Plodius *de vir. ill. p.* 2. *lib.* 4.

Habetur hæc Hiſtoria cum Chronologia noſtri Fratris Stephani Luciniani Cyprij de rebus Cypri, & fuit impreſſa Bononiæ anno Domini 1573. Luſitanus.

BARNABAS de XEA, profeſſione Ordinis Prædicatorum in Hiſtoria vrbis Conchenſis pagina 309. reponitur inter Scriptores. eiuſque meminit Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 146. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

MICHAEL de FRAGA Hiſpanus, Valentinus, cum ſtudij tempus legitimum ſub idoneis præceptoribus exegiſſet, in litteris, & in moribus nomen ſibi comparauit illuſtre. In laudem ſui Conuentus, ac illius benefactorum Scripſit hiſpanicè.

De los bienes hechos al Conuento de Santo Domingo de Valencia, ſeu de Beneficijs collatis à Regibus, & fidelibus Conuentui Valentino.

De eo Franciſcus Diagus, qui eum non ſemel laudat, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 2. *fol.* 107. *colum.* 1. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* qui Melchiorem eum appellat.

PETRVS VERDVGO Sarris ad Nouam tranſiuit Granatam: zelo catholicæ Religionis enituit, quam vt propagaret, plurimùm inſudauit, innumera paſſus eſt, laborem non recuſauit. Docuit multis annis, nec lectura caruit fructu. Egit Præfectum in Conuentu, quem habitant noſtri Fratres Dominicani in oppido Sanctæ Fidei, in nouo Regno Granatenſi Indiæ Occidentalis.

Edidit librum de los Myſterios de la Miſſa. Matriti 1594. in 4.

Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 200. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Anno 1595.

NICOLAVS DIAZ, Luſitanus, S. Theologiæ Magiſter, religione, rerumque gerendarum peritia clarus, necnon alijs nominibus ab omnibus commendabilis. Præterea celebris deuotionis Sanctiſſimi Roſarij promotor. Perrexit pietatis ergo in Paleſtinam. B. Pio V. Pontifici Maximo gratiſſimus fuit.

Viuebat adhuc an. 1595. quo tempore Ioannes Marieta meminit eius, quem etiam meminerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. pag.* 185. Alphonſus Fernandez, Bibliotheca Hiſpana, Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſtribus part.* 2. *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus. *Latinè ſcripſit.*

Officium Sacratiſſimi Roſary Deiparæ Virginis.

Officia, vel lectiones Sanctorum aliquot, qui in Luſitano Regno celebrantur. Lingua verò Portugallenſi tradidit luci.

Do Roſario da Noſſa Senhora. Oliſipone apud Franciſcum Correa 1573. in 8.

Tratado del Iuizio final, e vniuerſal 1588. in 4.

Hic lingua Italica cuſus fuit Venetijs apud Bapt. Giott. 1597. in 4.

Tratado da Paixaõ de Chriſto noſſo Senhor.

Vida da Sereniſſima Princeſa Dona Ioana filha del Rey Dom Affonſo V. de Portugal. Oliſſipone 1585. in 8.

Iornada da Terra Santa. Ioannes enim Marieta hoc opus tribuit ei.

Eius quoque nomine inſignitum prodijt hoc aliud: *Das excellenzas de S. Ioão Battiſta.*

IVLIVS CAESAR Valentinus, Neapolitanus Carpineti in Gallia Ciſalpina Parochus ex idiomate Hiſpano in linguam Italicam vertit hunc vberem Tractatum, atque vtilem de Iudicio

cio vniuerſali, & finali; Quo in opere, præter alia, ad oculum deſcribuntur, Infernus, Purgatorium, Paradiſus, Pœna Infernorum, Gloria Cæli, Aduentus Meſſiæ, necnon Antichriſti. Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Ciottum anno 1597.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol. 304. & ibidem fol. 482. in fine*.

GREGORIVS GARZIA, natione Hiſpanus, ex Oppido Cozar Toletanæ diœceſis, litteratura multiplici commendabilis. Eruditè ſcripſit lingua Hiſpana.

Monarquia de los Incas del Pirù.

Quo tempore vixerit, neſcio.

Eius meminit Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol. 446. colum. 2. 478. colum. 1. 627. colum. 2.*

LVDOVICVS LOPEZ, Hiſpanus, Cænobij maioris Matritenſis ſodalis, eruditus ſacræ Theologiæ Magiſter, celebris Concionator. Quamuis enim in rebus ſcholaſticis prçſtaret ingenio, & maximè in moralibus, nibilominus videbatur factus ad publicè declamãdum. Inerant enim ad huiuſmodi munus cum laude, plauſuque exercendum, cuncta penè artis, ac naturæ ſubſidia. Aſpectus illi peræquè compoſitus, atque grauis, vox clarior, cui cetera, pronunciatio, geſtus, motus, atque ipſa verborum adamuſſim expreſſio reſpondebant. Cumulabat has partes arcana ea vis, & gratia dicendi, quam nullus explicauerit. Stylus deinde, ac dictio perinde ad limam expolita (quantum patitur natio illa) vt popularium etiam auribus caderet grata. Erat præterea verſatiſsimus in Scripturis, ac in Patrum auctoritatibus. Non ſolum in Hiſpania cum elegantia dixit: ſed etiam in Occidentali India plures annos ſtrenuam operam conuertendis ad fidem gentilibus, ſiue docendis Chriſtianis adhibuit. Quibus omnibus maxima vitæ integritas conferebat. Connexuit inſtar Catenæ Aureæ.

Summam ſuper quatuor Euangeliſtas.

Edidit præterea Librum, qui inſcriptus eſt.

Tractatus de Contractibus, & negotiationibus, ſiue Inſtructorium negotiantium. Salmanticæ 1592. in folio. Lugduni apud Iuntas anno 1593. Locupletatus fuit opera Matthæi Iuriſconſulti, cui ad calcem acceſsit *Lectio de Iudicibus*.

Protulit alterum, qui *Inſtructorium conſcientiæ dicitur*, duabus partibus, quarum poſterior eſt de Sacramentis. Salmanticæ 1592. & 1594. Brixiæ in Italia apud Petrum Mariam Marchettum anno 1594. & 1596. & antea Lugduni apud PetrumLandry 1588. in 8. & iterum Brixiæ 1604.

In hoc libro ſe ceteros penè omnes Auctores euoluiſſe, qui de Caſibus Cõſciẽtiæ ſcripſerũt, fatetur. Expendit verò cum aliorum, tum ſæpe Doctoris Nauarri ſententias, ſiue Opiniones.

Italicè prodijt opera Camilli Camilli è Latino translatus Venetijs anno 1594. in 4.

Viuebat Matriti anno 1595.

De eo ſcripſerunt Ambroſius Gozeus, Plodius *de viris illuſtr. Ordinis part. 2. lib.* 4. Marieta, Alphonſus Fernandez, Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol 362. poſt medium*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol. 38. colum. 2.*

IOANNES MADEIRA, Luſitanus, patria incerta, noſtrum Inſtitutum profeſſus, omnigenam litteraturam ſedulus ad ſacietatem potauit, floruit præſertim hiſtorica, & ſcripſit patria lingua.

Das vidas dos Reis de Portugal:

Adducitur à Fr. Franciſco Macedo dudum Soc. Ieſu, poſtea Franciſcano in Luſitania ſua Liberata pag. 739. à Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 557: colum. 2.*

VINCENTIVS IVSTINIANVS Antiſtius, Hiſpanus, Valentinus, Prouinciæ Aragoniæ, Conuentus ſuæ patriæ filius, aliquando etiam (quod rarò fit) ob excellentem doctrinam Cænobio Salmantino, Caſtellæque Prouinciæ adſciptus fuit. Ariſtotelicus, & ſummus Theologus erat, & habebatur. Grauiſſimus in ſententijs, vir vndequaque doctiſsimus, in lectione ſacrarum Scripturarum verſatus, in euoluendis Annalibus, rerumque antiquarum monumentis vix vlli ſuæ

æta-

ætate ſolertia, & ſedulitate conferendus; ſed multò magis religione conſpicuus, ſcripſit latinè.

In vniuerſam Logicam Commentaria, quæ iuuenis adhuc compoſuit.

His accedunt.

Theſaurus quæſtionum his, qui, aut diſputaturi, aut aſſertiones defenſuri ſunt neceſſarius: Venetijs 1582. in 4. apud Zilettum.

In Opuſcula S. Vincentij Ferrerij Adnotationes.

Tractatus de Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis;

Siue pro S. Catharinæ imaginibus diſputatio. Valentiæ, & Barcinone 1583. Antuerpię 1611. in Officina Plantiniana vna cum Ioannis Nider de Reformatione Religioſorum libro, & Maioricæ 1616. in 8.

Hæc ſententia de imagine S. Catharinæ Senenſis à Bonetto Bonetto Eucherij Bonetti fratre Italicè reddita eſt, & aſſeruatur in Bibliotheca Rhegienſi in GalliaCiſalpina apud eundem Eucherium Bonettum Ord. Præd. m.s. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri in Appendice ad Bibl. fol.* 141.

Relatio de Inuentione Corporis S. Angelinæ: quam apud D. Thomam Tomajum legere eſt in Notis ad Luitprandi Chronicon pag. 244.

De S. Raymundo Pennafort in Sanctorum numerum referendo ad Commiſſarios Apoſtolicos; Morla teſte in Præfatione Emporij Iuris.

Lingua Hiſpana.

Hiſtoria de la Vida, y milagros de S. Vincente Ferrer; libris tribus. Typis data anno 1575. & Valentiæ 1582.

Hanc Italicè vertit Iacobus de Magdalena Dominicanus, Panhormique edidit. Latini Scriptores rerum à S. Vincentio geſtarum præceſſerant, à quibus noſter profecit, Petrus Ranzanus, & Ioannes Antonius Flaminius, cuius, & S. Vincentij, & aliorum Dominicanorum vitas Leander Albertus publicauit.

Hoc opus rurſus typis commiſſum eſt induſtria Venerabilis P. Fr. Ludouici de Magdalone prope Caſertam, ac Venafrum, pientiſſimi, & ſuæ regulæ obſeruantiſſimi vitæ conſtantiæ inflexibilis, Neapoli apud Ioannem Iacobum Carlinum 1613. in 8. cum aliquibus eiuſdem Religioſiſſimi viri P.F. Ludouici Magdalonenſis lectoris, & inſtitutoris Congregationis S. Marci de Cauotis in Prouincia Regni, qui fama integritatis vitam obijt diebus noſtris in obſeruantiſſimo Cœnobio S. Marci de Cauotis, vbi adhuc integer proſtat, vt vidimus.

Vida de S. Pedro Gonzalez Telmo de la Orden de Santo Domingo. Valentiæ 1587. in 8. Huiuſque *Additiones* ibidem 1593. in 8.

Scripſit *Veram Relationem vitæ, ac mortis Sancti Ludouici Bertandi Ordinis noſtri ſtylo ſuaui, & ſincero*. Ad Philippum II. Regem Hiſpaniarum libris duobus. Cæſarauguſtæ, ac Valentiæ 1583. in 8. Italicè conuerſa fuit Genuæ eodem anno 1583. in 8.

Vida de Fr. Luis de Granada. Valentiæ 1582. in 8.

Tratado de la Concepcion de Nueſtra Señora. Oſcæ apud Michaelem Petillas in 16. deinde Matriti per Aloyſium Sanchez an. 1615. in 8. Ad Margaritam Auſtriacam, & Maioricæ 1616. in 8.

Item *De S. Officy dignitate, & origine*. Sex libris. Laudatur hoc opus à Ludouico Paramo *libro II. de Origine S. Inquiſitionis*; à Petro Auguſtino Morla *in præfatione Emporij Iuris*. Viuebat hoc anno 1595.

De eo mentionem fecerunt Ioannes Marieta *de Scriptoribus Dominicanis*, Antonius Luſitanus *in Bibl. fol.* 267. & 268. Gregorius Lombardellus Senenſis Dominicanus, Plodius *de viris ill. part. 2. lib. 4.* Maluenda *in Annal. ad annum* 1246. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Appar. ſacri fol.* 352. *in calce*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 262. col. 1. & 2.* Fernandez *in Catalogo*, & Marraccius *part. 2. fol. 433. Bibl. Mariana.*

HENRICVS de ALMEIDA peracto in ſcholis ſolito exercitio litterarū, interpretē egit ſacræ Theologiæ. Docuitque cum fructu, & laude. Maturus ad Aſcetica ſe conuertit. Rogatus

Ex idiomate Luſitano tranſtulit Caſtellanè *Compendio de Doctrina Chriſtiana*, opus Ludouici Granatenſis, edi-

ediditqueMatriti vna cumCatorze *ſermones de las principales fieſtas del año*. Matriti 1595.

Ita Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 2. fol. 33. colum. 1. poſt medium*.

FELICIANVS NINGVARDA è Morbinio,quod eſt oppidum Vulturenæ, ſeu Vallis Tellinæ, Conuentus Sancti Antonij eiuſdem loci filius, Prou. Lombardiæ, ſacris ſtudijs addictus, fauente ingenij acumine, adeo in illis excelluit, vt breui temporis interuallo,Magiſterijlauream fuerit conſequutus. Generalis Vicarius Ordinis in Germania creatus, ibidem diſciplinam clauſtralem in meliorem normam redegit·Theologiam Viennæ Auſtriæ ſumma cum laude publicè docuit. In Synodo Tridentina Procuratoris,Oratoris, ac Theologi perſonam egit pro Salisburgenſi Archiepiſcopo, atque coram tot Patrum nobili corona Feliciani ſapientia mirum in modum effulſit. Ibi enim ſummam in dicenda ſententia, fideique capitibus definiendis doctrinam ſuam oſtendit. Omne diſciplinarum genus à puero iam didicerat, quas grandior profeſſus fuerat in gymnaſijs. Ingenio, vt & nomine extitit felix, laborioſus, facundus, ac prudens. Auctoritate Gregorij XIII. à Magiſtro Ord. iterum in Germaniam, vt moniales noſtras ad arctiorem viuendi ſemitam reduceret, mittitur. Cum autem ibidem Apoſtolici Viſitatoris munus ſuper omniumOrdinum Regulares obiret,ab eodem Gregorio XIII. Scalenſis Epiſcopus in Regno Neapoli ſub Metrop. Amalphitana creatur anno 1577. A quo deinde anno 1583. die 29. Iunij tranſlatus eſt ad Eccleſiā S. Agathæ Gothorum in eodem Regno Neapolitano:

Die 7. Octob. anno 1588, à Sixto V, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Nouocomen. quam etiam Comenſem appellant. Ad hanc Sedem euectus,omnem adhibuit curam, vt Clerum, ac populum verbo, & exemplo ad rectam, iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta, viuendi formam reduceret. Quod vt faciliùs præſtaret, Prouincialem Synodum edidit. Bauariæ Dux ad Clementem VIII. cum ſuis filijs, Apoſtolicam benedictionem ab illo acceptutis,ipſū legauit, quos iterum reduxit in patriā. Carmelitis domicilium Comi dono dedit; pauperes fouit,veneratus eſt viduas, quæ verè viduæ erant, ſubleauitque ab inopia orphanos larga manu. Virgines dotali ſubſidio erogato, cæleſti, vel terreſtri ſponſo copulauit. Poſtremò ſenio confectus ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo octauo, die quinta Ianuarij MDXCV. ſuorum laborum præmia percepturus, migrauit in cælū.

Eius corpus ad noſtram S. Io: de Pedemonte Eccleſiam delatum, vt ipſe mandauerat, conditum eſt.

Reliquit *Librum de Inſtructione Epiſcoporum, & Parochorum*. Seu Manuale viſitatorum libros duos. Tractant de viſitatione,& de modis viſitandi,de inſtrutione parochialiū, &c. Romæ 1589.

In Concilio Tridentino euulgauit. *Aſſertionem Catholicæ fidei aduerſus articulos vtriuſque confeſſionis fidei Annæ Burgenſis iuris Doctoris,& antea in Academia Aurelianenſi profeſſoris*,ſiue contra Hiſtoriam mortis Annæ Burgenſis, quæ ſtultiſſimo attitulata erat:

Martyrium, deque miraculis hæreticorum.

Hanc confeſſionem obtulit Senatui Pariſienſi, cum Anna propter hæreſim eſſet ad ſupplicium deducendus. Erat Anna ſenator Pariſienſis.

In hac Aſſertione agitur *de Immunitate, & interpretatione ſcripturarum*.

De TraditionibusApoſtolicis, & humanis;

De Primatu Pontificis.

De Pleriſque alijs, quæ Caluiniſtæ ſolent carpere. Præcipuè autem de Sacramentis.

Item *Scripſit defenſionem fidei maiorum noſtrorum*. Antuerpiæ apud Plantinum 1575.

Opus eruditiſſimum,impreſſum Venetijs 1564. de quo Reuerendiſs. Magiſter Ord. F. Vincentius Iuſtinianus in Epiſtola ad eum miſſa ſic ait: *Cum lucubrationes à te editas aduerſus Annam Burgenſem legiſſem, non mediocri ſtudio elaboratas, viſus ſum inſtructam à te aciem videre, vtroque cornu munitiſſimam, vt dextrum tenerent diuina oracula, ſiniſtrum verò inſignis, veneranda-*

daque maiorum auctoritas ab Eccleſia crepundijs ad hac vſque tempora producta; tam acriter pugnantem te vidi, vt in vno Anna proſtratos eſſe mihi pollicear omnes ætatis noſtræ morbos.

Enchiridion de Cenſuris, Irregularitate, & de Priuilegiatis curam animarum gerentibus, & iudicibus vtile. Ingolſtadij anno D. 1583.

De eo Luſitanus *in Bibl.* Plodius *de viris illuſtr. part. 2. lib. 4.* Chron. Ciuitatis Comenſis. Vghellus *Ital. ſacra tom. 5.* Fontana *in Theat. part. 1. cap. 5. tit. 195. num. 2. tit. 511. num. 3. & tit. 532. num. 4.* Ambroſius Gozzeus, Antonius Poſſeu. *in Appar. ſacro*, Miræus *de Scrip. 16.*

IOANNES MARIA SOLARIVS Genuenſis duplici titulo venerabilis, ſcientijs grauioribus, & poetica. Edidit

Officiolum Sacratiſſimi Roſarij Beatiſſima Mariæ Virginis cum Litanijs ad eãdem Deiparam pro ſingulis Sabbathis menſis, & eiuſdem feſtis ſolemnibus per totum annum cadentibus. Ticini ex Typographia Andreæ Viani MDXCI. in 12.

Carmina in laudem Fratris Iacobi Min. Obſeru. Scriptoris vitæ S. Franciſci.

Viuebat hoc anno. Abbas Iuſtinianus *de Script. Liguribus.*

FRANCISCVS FONTANA, Prouinciæ Lombardiæ, patria Comenſis, concionator celebris, Theologus apprimè doctus, cuius cum laude meminerunt Alphonſus Fernandez *in Concert. Præd.* Plodius *de viris illuſt. Ord. Præd. part. 2. lib. 4.* & Marraccius *in Bibl. Mariana part. 1.*

Edidit *De Roſario Beatiſſimæ Virginis Mariæ librum vnum.*

Floruit anno ab Aduentu Chriſti 1595. & fuit Prior in pluribus Conuentibus.

Ambroſius Gozzeus, & ſupradicti.

ALPHONSVS de MARCO, nobilis Auerſanus, vir morum ſanctitate inſignis, filius Conuentus ſuæ patriæ, deinde Sãctæ Mariæ Sanitatis de Neapoli, celeberrimus Philoſophus, & Theologus, Baccalaureus ordinarius, Regens in ſtudio Generali S. Dominici Neapolitani, in quo munere ſuperis reddidit ſpiritum. Proximum morti ob eximiam eius doctrinam (vt in Theologorum matricola dicitur) appoſitus fuit Neapolitano Theologorum Collegio. Scripſit:

Super Logicam Ariſtotelis.

In Phyſicam.

Commentaria ſuper tres libros de Anima.

In Metaphyſicam.

Librum de ente rationis.

Et circa hæc tempora, quibus clarebat, edebat Commentaria in Summam D. Thomæ, & alia opera præclariſſima ex Mazzella *lib. 1. Deſcriptionis Regni in Deſcriptione Prouinciæ Terræ Laboris.*

In optimam formam redegit Formalitates Aquarij, præloque conſignauit, quas Regis Poloniæ Sigiſmundi III. Internuntio D. Io: Andreæ Prochncio dicauit: Ita in epiſtola nuncupatoria dicitur: *Formalitates, iuxta doctrinam Angelici Doctoris D. Thomæ Aquinatis ab Admod. R. P. Magiſtro Aquario, in almo Gymnaſio Neapolitano Metaphyſices publico profeſſore. Nunc demum opera Adm. R. P. F. Alphonſi de Marco Auerſani in Regio Conuentu S. Dominici Baccalaurei finita, & in lucem edita.* Vallus *in Compendio part. 5.*

Anno 1596.

ANTONIVS NAVARRO, Natione Hiſpanus, in nobiliſſima extremæ Oræ Prouincia Ellerenenſis ſeu ex Vrbe Ilerena, ſeu Lerena oriundus, celeberrimi Conuentus Salmantini filius, vir in ſacrarum litterarum ſenſibus enodandis dexteritate mirabili præditus, atque in concionibus ad populum habendis opere aſſiduo, vt ſtylo Poſteris prodeſſet, ſicut præſentibus voce profuerat, ſcripſit inter alia.

Conciones de Sanctis. Matriti 1593. in 4.

Huius operis primum volumen eſt à Feſto Diui Andreæ ad Reſurrectionẽ Domini. Alia non vidi. Referent Hiſpani,

Mortem commutauit cum vita circa Salutis annum 1596. Ita Alphonſus

ſus Fernandez *in Concert. Prad.* Marraccius *in Bibl. Mariana part.* 1. Ioannes Marieta, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 115. *colum.* 1. *in fine.*

Bibliotheca Hiſpana *vbi ſupra* ponit eius obitum anno 1593.

Ioannes Maria refert Nauarrum reliquiſſe alia plura imperfecta, ac inedita.

ARCHANGELVS GOZZEVS Raguſinus, Epiſcopus Tribunæ, & Marcanæ, Natione Dalmata, Theologia, & morum grauitate clariſſimus, ſæcularis litteraturæ non ignarus, ingenio excellens, eloquio compoſitus, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimus, inter alia præclara opera, quibus nomen ſuum tranſmiſit ad poſteros, ſcripſit Lingua Illirica.

De Confraternitate Roſarij & nominis Dei.

Item *de Roſario Beatiſſima Virginis Mariæ lib.* 1. & alia, quorum titulos vſque adhuc ignoramus.

Floruit anno Reparat. human. 1596. Ioannes Michael Plod. *de viris illuſt. Ord. Præd. lib.* 4. *part.* 2. Marrac. *in Biblioth. Mar.* Ambroſius Gozzeus, Fernandez *inter Script. Dalmat.* & Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 380. *nu.* 9.

GEORGIVS BVSTI, Vercellenſis Pedemontanus, Prouinciæ Lombardiæ filius conuentus Bononienſis poſtquã Religionem vouerit ritè, admotus ſtudijs, effloreſcere præcoci quodam ingenio cæpit extemplò. Lector factus auditus eſt cum laude è veſtigiò tradere diſciplinas. Philoſophiam, ſacramque Theologiam in præcipuis Lombardiæ Cænobijs docuit. Pluries fuit Bononiæ Regens, Chariſſimus omnibus erat, vixit annos 96. obijtque in ſuo Conuentu originali Bononiæ ann. 1596. Scripſit quoſdam libros de rebus Theologicis, ac Philoſophicis, in quibus continentur præſertim:

Tres quæſtiones de relationibus creatis

Quæſtio, an detur ſecundum Ariſtotelem creatio.

Quæſtio de fine hominis.

Quæſtiones quinque de Prouidentiâ Dei.

Quæſtiones nouem de varijs rebus philoſophicis.

Quæſtio de Prædeſtinatione, ac Reprobatione.

Quæſtio de Relationibus diuinis.

Quæſtio de potentia creandi.

Quæſtio de Contritione.

Alia de Confeſſione.

Alia de Fide, & operibus.

Alia de Fide, & eius cauſa.

Alia de libero Arbitrio, & eius viribus.

Tres quæſtiones ſuper tertium capitulum Sphæræ.

Quatuor de motu locali, de merito, & culpa Angelorum.

Tres quæſtiones de neceſſitate Baptiſmatis.

Quæſtio de reali exiſtentia Chriſti in Sacramento Altaris.

Quæſtio de neceſſitate confeſſionis, ante communionem.

Alia, an libellus repudij antiquitus fuerit licitus.

Quæſtio, an liceat viro relinquere vxorem adulteram, & ſumere aliam.

Quæſtio an pluralitas vxorum ſit contra ius naturæ: præſertim habere duas vxores viuas.

Alia, an ſit contra ius naturæ copulam inter fratrem, & ſororem.

Quæſtio de diſcrimine gratiæ à virtutibus Theologalibus.

Alia de diſcrimine inter legem veterem, ac nouam.

Quæſtio de neceſſitate, & vtilitate legis humanæ.

Quæſtio de dignitate, poteſtate, & ordinibus eccleſiaſticis. Hæc omnia luce donata fuere Venetijs anno 1580.

Edidit etiam librum Italicè, cui titulus de doctrina chriſtiana.

Repræſentationem S. Catharinæ Virginis, & Martyris. Venetijs an. 1574.

Alium Librum de quæſtionibus Theologicis, ac Naturalibus. Venetijs 1574. & 1580. in 8.

Luſitanus *in Bibl.* Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, & Miræus *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 85.

AVGVSTINVS MARCIAGNINVS, Florentinus, Theologus, Philoſophus, Aritmeticus, ac Rhetor edidit.

Commentaria ſuper Prædicabilia, Fra-

 dica-

dicamenta, Perihermenias, Priora, Poſteriora, Topica, & Elenchos.

Phyſicam, Animam, de Generatione, & Corruptione, Parua naturalia, & Meteora.

Ethicam, Politicam, & Oeconomicam.

Metaphyſicam..

Rhetoricam, & iterum Logicam.

Super libros de Cælo, & Mundo.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *in Appendice.* Antonius Luſitanus *in Bibl. Ord. fol.* 37.

ALPHONSVS de AVENDAÑO, Hiſpanus, Bætieus, patria Beneuentanus, celeberrimus concionator, & reprehenſor vitiorum intrepidus. Fuit Prædicator Generalis, & Præſentatus in ſacra Theologia. Fama integritatis eluxit. Scripſit:

Super Pſalmum Beati immaculati in via doctiſſima Commentaria. Salmanticæ 1584. Venetijs 1588.

Item *ſuper Matthæum Tomos duos.* Matriti 1593. 1597. & Salmanticæ.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 8. *col.* 2.

Obijt Pinciæ in S. Pauli Cænobio hoc an. 1596. die vndecima Octobris.

AVGVSTINVS SALLVTIVS, Bæticus, Xerezienſis, eximius Philippi III. Hiſpaniarum Regis Eccleſiaſtes, eaque prudentiæ, ac religioſæ vitæ fama, vt viſitandis prouinciæ Bæticæ frattibus, quos vocant D. Virginis de Mercede Redemptionis captiuorum deligi meruerit. Huic muneri cum diſtineretur gerendo, prudentia, ſedulitate pari enituit. Eius nomine inſcribitur.

Vn diſcurſo a cerca de la iuſticia, y buen gobierno de Eſpaña en quanto à los eſtatutos de limpieza de ſangre, y ſi conuiene, ò no, alguna limitacion en ellos. Editus fuit vna cum reſponſione, ſeu ſolutione Sallutij argumentorum edita à Hieronymo de Cruce. Cæſarauguſtæ 1637. in folio.

Vn tratado breue de las monedas, que ſe hallan en la ſagrada Eſcritura, ſacadas del las ſu verdadero valor, y el que tienen cotejadas con las de oro, y plata, que ſe vſan en Eſpaña, y reducidos a eſtas los valores, y peſos de todas las coſas, que en la ſacra Eſcritura ſe aprecian, y valuan. Nuncupaturus D. Franciſco Pacheco Epiſcopo Cordubenſi; eo tamen præmortuo, miſit libellum ad Alphonſum de Torres Malacitanæ Eccleſiæ Decanum anno 1594.

Tribuitur quoque ei paſſim.

Vn Tratado de los Predicadores. M.S.

Bibliotheca Hiſpana Nicolai, Abbas Michael Iuſtinianus *de Script. Liguribus*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

ALPHONSVS de LVNA, patria Villalpandenſis, quod eſt Oppidum Diœceſis Palentinæ, nobilibus eſt ortus natalibus, in Conuentu Salmanticenſi adſcriptus fuit noſtræ Religioni. In eiuſdem Vrbis gymnaſio cathedram rexit Durandi cum Auditorum profectu, & laude. Edidit:

Additiones ad 3. partem noſtri Bartholomæi Medinæ. Salmanticæ 1596. in folio annexas ad commentaria eiuſdem Pattis Medinæ.

Hunc citat noſter Ildephonſus Michael in *part.* 1. *quæſt.* 11. *tract.* 5. *dip.* 1. *dubio* 4. *num* 46. *dicens: ſed Magiſtri Alphonſi de Luna Salmaticenſis ex noſtris placet ſententiam de verbo ad verbum, hic apponere, quia codex non facilè præ manibus habetur. Iſte ergo in Additionibus ad Tertiam Partem Magiſtri Medinæ in annotationibus ſuper q.* 2. *in obſeruatione præambula fol.* 96. *ſic ait Ex quo infero contra vulgarem ſententiã quod indiuidualitas eſt modus ſubſtantialis, qui ad genus ſubſtantiæ reducitur. Quod colligo ex* D. *Thoma* 1. *part. quæſt.* 29. *art.* 1. *vbi tenet, quòd ſubſtantia per ſeipſam indiuiduatur, ad differentiam accidentium, quæ indiuiduantur per ſubſtantiam, &c.*

Denatus eſt anno 1596. nondum quadrageſimum quintum ætatis attingens.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 26. *&* 27.

SEBASTIANVS CRESPILLVS, in Regno Peruano, in Panama profeſſus eſt. Congrua litteratura ornatus, præditusque illo vitæ candore, qui opus eſt illis primis Religioſis in noua illa vinea Domino noſtto Sabaoth cōplantanda.

Ver-

Vertit *in Idioma Indicum Catechiſmum, & Orationes.*

De eo Antonius Gonzales, *in informi ad Baptiſtam Maſinium fol.* 108. *&* 109. Hyacinthus de Parra *in Catalogo Scriptor. Ord. m. s.*

THEODORVS de QVIROS, aliàs de Matre Dei, natione Gallæcus ad S. Thomæ Collegium Compluti alumnus legit Artes, deinde in Manilenſi Inſularum Philippinarum Sacram Theologiam, vir magnarum fuit virtutum, & concionator illuſtris. Tandem ibidem Sanctæ Inquiſitionis datus eſt Cõmiſſarius Generalis. Edidit vernacula lingua:

Vida del Alma. ſiue *de Sanctiſſimi Roſarij deuotione*. Manilæ primùm, deinde bis Mexici.

De eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part* 2. *pag.* 240. *colum.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Anno 1597.

ALEXANDER de FRANCISCIS Romanus de genere hebræorum, in pueritia ſacro lauacro regeneratus, cum præſtantiſſimo floreret ingenio, poſt multas ſuſceptas repulſas, tandem à Patre F. Angelo Diaceto Priore Conuentus S. Mariæ ſuper Mineruã de Vrbe, qui poſtea fuit Epiſcopus Feſulanus, habitum noſtri Ordinis anno 1557. Menſe Decemb. impetrauit. Sacris ſtudijs, & prædicationibus deditus, S. Theol. doctor egregius, ac præco celeberrimus verbi diuini euaſit; de quo in Romana Curia commune erat prologium *Lupus mouet* (erat hic Capucinus) *Hebræus docet, Panigarola delectat*. Fuere hi tres ſui ſæculi concionatores Principes. Ob ſuam eminentem leporem, gratiam, & doctrinam Cardinalis Alexandrini ex Ordine noſtro aſſumpti Theologus fuit. Eodem promouente, Vicarius Generalis, & Procurator datus eſt Ordini noſtro in ſupplementum P. F. Io: Vincentij Aſturicenſis abſentis à Curia. A Clemente VIII. die 4. Maij an. 1594. præfectus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Foroliuienſi in Romandiola ſub Rauennaten. Archiepiſcopo. Ab eodem ſummo Pontifice, cui erat commenſalis, & acceptiſſimus, indulgentiam Plenariam perpetuam pro omnibus, & ſingulis noſtris Eccleſijs à Fidelibus viſitandis in Feſtis SS. Antonini, Thomæ Aquinatis, ac Vincentij Confeſſoris, impetrauit; quod denunciatum fuit Ordini in Actis Capituli Generalis Venetijs anno 1592. denunciat 4. Demum elapſis tribus ſuæ Eccleſiæ regiminis annis, dimiſit paſtoralem curam ad Clementis pedes, & Romæ in Hebræorum conuerſione ſedulus fuit, & indefeſſus. Ibique quieuit in domino, in noſtra Eccleſia tumulatus Vghell. *tom.* 2. Plodius *part.* 2. *lib.* 4. & Fontana *in Theatro part.* 1. *cap.* 5. *tit.* 248. *& part.* 2.

Scripſit eruditiſſimas conciones de Tempore, & de Sanctis. In obitu tanti viri poterat diſticon illud apponi, quod concinnauerat S. Franciſcus de Sales Epiſcopus Geneuenſis *lib.* 2. *de Amore Dei cap.* 2.

Abſtulit vna dies cui decus, ictaque luctu
Conticuitque ſacra triſtis facundia lingua.

BARTHOLOMAEVS de MIRANDA, Hiſpanus, Conuentus S. Pauli Cordubenſis alumnus, cum in principalioribus Theologiæ Cathedris ſacras litteras docuiſſet, Cardinali Alexandrino Ordinis noſtri inſtante, Apoſtolico breui à Sixto V. in Vrbem vocatus, atque Collegij S. Thomæ ſuper Mineruam Regens inſtitutus, in Romana Curia ſuæ doctrinæ docendo, concioneſque eleganti, ac venuſto hiſpanico ſermone habendo, egregium ſpecimen dedit. Interfuit Synodo Tridentinæ, in qua habuit concionem 3. Dominica Quadrageſimæ anno 1546. Abbas Iuſtinianus *In Concilio Indice* 1. *fol.* 349. *poſt medium*. Maſſarellus in diatio Concilij, quod in Bibliot. Barberina ſeruatur, hæc habet: *Die* 14. *Iulij* 1546. *Tridenti fit Congregatio pro ijs, qui voluerunt intereſſe. Nam Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini Legati voluerunt audire ſuper hoc articulo Iuſtificationis F. Ambroſiũ Catharinum, F. Bartholomæum Mirandam Ord. Præd.*

Hiſpanum, & Generalem Capuc. F. Bernardinum de Aſte, qui tres loquuti ſunt. Ita Abbas Iuſtinianus in primo Indice fol. 347. in fine. Procurator, & Generalis Ordinis Vicarius anno 1587. datus eſt. Deinde Magiſter Sacri Palatij conſtitutus, ſex annos hoc Magiſteriũ ſumma cum laude obiuit. Viglieuanẽſem Sedẽ in Lõbardia ſibi ab Hiſpaniarum Cathol. Rege oblatam conſtantiſſimè recuſauit. Tandem graui hypochondriæ morbo vexatus, cum de medicorum Conſilio Neapolim petiuiſſet, ibidem in Conuentu S. Spiritus, relicto poſt ſe ſingularis pietatis exemplo, die 7. Iunij an. 1597. ætatis ſuæ LIII. vitam commutauit cum morte. Funus eius ſolemni pompa omnium Ordinum religioſi, Principes, Prorege ipſo comitante, facibus accenſis ad quatuor hominum millia celebrarunt. Iacet in Eccleſia noſtra S. Spiritus de Palatio cum inſcriptione ſequenti.

D. O. M.
Reuerendiſs. P. F. Bartholomæo Miranda
Cordubenſi Ord. Præd.
Sacri Palatij Magiſtro.
Summ. Pontif. Vrbani VII. Gregorij XIV.
Et Clementis VIII. donis decorato
Procuratoris, & Vicarij Gener.
Eiuſd. Ordinis
Officio prius functo.
Concionatori celeberrimo,
Studiorum Romæ, & Hiſpaniæ
Præfecto inſigni,
Virtutum omnium decore laudabili
LIII. ætatis ſuæ anno
Neapoli in Conuentu S. Spiritus
Ad meliorem vitam tranſitu claro
F. Ioannes Saragozza S. T. M.
Eius dilectiſſimus
Cum lacrymis, & mærore extremam
Manum poſuit,
Ann. Dom. MDXCVII. 7. die Iunij.

Plures conciones venuſto, atque eleganti hiſpanico ſermone in lucem edidit. Fernandez *inter Scriptores Hiſpanos*, Plodius, Lucarinus, Fontana *in Theatro p. 2. cap. 5. num. 52. & alibi*, Ambroſius Gozzeus.

GASPAR BVGATVS Mediolanenſis hiſtoricus, & peritiſſimus ſcripturarum, ſcripſit.

In Tobiam.

Hiſtoriam ab initio Orbis vſque ad ſua tempora.

Item paruum Chronicon Conuentus S. Euſtorgij Mediolanenſis.

Ambroſius Gozzeus, Plodius *de viris illuſt. p. 2. lib. 4.*

PETRVS de ENZINAS, Hiſpanus, Prædicator Generalis, vir pius, ac doctus, præter Philoſophiam, & ſacram Theologiam, quas communiter callent noſtrates, naturali quadam pronitate ad poeſim trahebatur. Euaſit in hoc dicendi genere cultus, & infundenda ſacra carmina facilis, edidit librum hoc titulo:

Verſos eſpirituales, que tratan de la conuerſion del Pecador, menoſprecio del mundo, y vida de Nueſtro Señor: con algunas ſuccintas declaraciones ſobre algunos paſos del libro. Conchæ 1597. in 8.

Cum in Cænobio, quod eſt in oppido Huete Conchenſis diœceſis ageret Priorem, mortalitatem expleuit.

De eo Bibliotheca Hiſpana *tom. 2. fol.* 151. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

ANTONIVS de los Reies, vir multiplici clarus litteratura ſcripſit in Occidentali plaga:

Arte de la lengua Mexicana.

Hoc opus diuerſum eſt ab illo, cui titulus de Arte linguæ Mixtecæ, quæ Mexici excuſa fuit anno 1594. in 4. vbi Author Vicarium *in* Tapuzculula ſe vocat.

De Antonio meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 123. colum. 1. in fine*. ac alij.

IOANNES GVTIERREZ, vir doctus, & pius, alumnus Conuentus Salmantini, cum eſſet eloquentiſſimus, & fructuoſus Concionator, fuit Philippo II. Hiſpaniarum Regi à concionibus ſacris. Scripſit.

Officium S. Iſidori Agricolæ.

Item plures conciones.

Obijt Atochæ nonagenario maior 28: Decembris 1597.

De illo Bleda *in Vita S. Iſidori Agricolæ lib. 1. cap. 2. fol. 9.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Script. Ord. m. s.*

An-

Anno 1598.

ALPHONSVS CABRERA, Hiſpanus, Prouinciæ Bæticæ, patria Cordubenſis, nobili genere ortus, Catholicorum Regum Philippi II. & III. Concionator ordinarius, Primariæ cathedræ Theologiæ in Academia Oſſunenſi aliquando moderator; in concionandi munere adeo excellens, vt in eo, ſua ætate, ſi vetuſtatem, ac nitorem ſermonis, ſpiritus feruorem, ſententiarum grauitatem, vocis dulcedinem, & claritatem ſpectes, vix habuerit æqualem. Nondum fuit concionator celeberrimus per totam Hiſpaniam, ſed etiam in Indijs. In ſua iuuentute maxima cum laude, ac fructu prædicauerat apud Indos.

Poſtquam Americam fructuosè luſtraſſet, reuerſus in patriam, primarium Profeſſorem in Gymnaſio Vrſaonenſi egit. E cathedra exiuit ad pulpita. Cum laude, ac fructu dixit Hiſpali, Cordubæ, Granatæ, Valentiæ, Toleti, ac Matriti in curia apud Reges (vt dixi) Philippum II. & III. Inter alios pulchros, elegranteſque tractatus, quibus famam ſui nominis, ad poſteritatis notitiam tranſmiſit, edidit Hiſpanicè.

Quatuor volumina, ſiue quatuor partes

Conſiderationum ſuper Euangelia Dominicæ Septuageſima, Sexageſima, Quinquageſima cum Quadrageſimali. Cordubæ 1601. Barcinone 1602. & tandem.

Typis Gabrielis Graells, & Giraldi Dotil anno 1606. in 4. partes duas:

Duas alias partes Concionum ſuper Euangelia Dominicalia ab Aduentu vſque ad Septuageſimam cum concionibus Sanctorum infra hoc tempus occurrentium. Barcinone 1609. apud Lucam Sanchez, & Cæſarauguſtæ 1610. in 4.

Tractatum de ſcrupulis, & de eorum remedijs etiam hiſpanicè editum, cum eſſet Prior in Conuentu Reali Sanctæ Crucis Granatenſis.

Valentiæ 1599. in 8. & apud Gabrielem Graells, & Giraldum Doti in 4.

Quem italicè vertit Baſilius Campanella, & edidit Panhormi Ioannes Antonius Franchi 1612. in 4.

Sermonem, quem ipſemet habuit in honorem, & laudes Sereniſſimi, & Catholici Regis Philippi II. in S. Dominici Realis templo die vltima Octob. 1598. Matriti. Deinde Italicè prodijt Romæ apud Ludouicum Zannetti. Ibidem apud eoſdem in 4.

Obierat Philippus II. die 12. Septembris labentis anni. Conſule meam Chronologiam eodem anno.

De Conceptione B. Virginis ſermones tres.

De Annunciatione ſerm. 2.

De Partu eiuſdem ſerm. 2.

De Purificatione ſerm. 3.

Cæſar Auguſtæ typis Lucæ Sanchez 1610. in 4.

Cygnum iure dixeris eum: Nam cum orauerit (vt dictum eſt) die vltima Octobris anni currentis in funere Regis Catholici Philippi II. poſt paucos dies menſis Nouembris eiuſdem anni, ſcilicet die 20. nondum quinquagenarius Matriti ſublatus fuit è viuis. Maximum reliquit ſui deſiderium apud omnes: ſepultuſque fuit in Collegio D. Thomæ Matritenſi.

Ex Concertatione Prædicatorum Alphonſi Fernandez, *ex Bibl. Mar.* Marracij, ex Plodio *de viris ill. part.* 2, *lib.* 4. Bibliotheca Hiſpana *tom.* 1. *fol.* 10. ex Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

IOANNES BAPTISTA CORRADVS, nobili genere natus, vir doctus, & multarum virtutum lumine conſpicuus, Patria Peruſinus. Neſcio an hæc illuſtris familia Altamura Peruſium, an Peruſio aduenerit Altamuram. Vtrobique tamen clariſſimos habuit viros.

Io: Baptiſtæ meminerunt Plodius *de viris illuſt. part.* 2. *lib.* 4. Ambroſius Gozzeus, qui refert plura alia edidiſſe. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 117.

Generalis Hieronymus Xauierre ei concedens vt ſecundam partem imprimeret, ſic ait: *Cuius ſingularem eruditionem, ac pietatem, tam perſpectam habemus, & cognitam:*

Edidit *Reſponſa ad quadringentos conſcien-*

ſcientiæ caſus, primùm Peruſiæ impreſſa, deinde Venetijs 1603. apud Societatem minimam in 4. & iterum Venetijs 1620. apud Petrum Duſinellum in 4. Rurſus tractatum de Cambijs.

Viuebat ſexagenarius die 17. Septembris 1596.

Inſuper Reſponſa ad quingenta caſuū conſcientiæ Parte ſecunda. Venetijs 1606. apud Societatem minimam in 4.

Et tractatum de ſuſpenſione.

De Regularibus in confeſſarios deputandis.

MARCVS LANCELLA, Neapolitanus, Theologus, & Prædicator Generalis Prouinciæ Regni, æquè probitate laudabilis, & doctrina. Pia eloquentia floruit, & humili ſtylo contentus, dicens non mediocres prouentus reportabat de auditoribus. Pietate, qua proſequebatur defunctos, concinnauit:

Deuotiſſimam, ac piam expoſitionem ſuper ſequentia mortuorum Dies iræ, dies illa &c. Lingua Italica. In Vico equenſi per Iacobum Carlinum, & Antoniū Pace 1598. in 4.

Clarebat anno 1598.

IOANNES GVTIERREZ, Bæticus, alter fortaſſe ab illo nuperrimo recenſito anno ſuperiori. Edidit.

Kalendarium Perpetuum. Hiſpali 1598.

Ex Hyacintho de Patra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

Bibliotheca Hiſpana Nicolai tametſi accuratiſſimè plures Ioannes Gutierrez *tom. 1. fol.* 540. *colum.* 1. *&* 2. *& fol.* 541. *colum.* 1. collegerit, vt Ioannem Gutiertez Placentinum Iuriſconſultū, F. Ioannem Gutierrez de Eſtremera, diœceſis Toletanæ, Mercenariorū fratrum ſodalem, Ioannem Gutierrez de Godoy artis medicæ Profeſſorem, Ioannem Gutierrez de Gualda Patrochum oppidi Villarejo de Fuentes, F. Ioannem Gutierrez de la Madalena, Toletanum, Carmelitam, & Fratrem Ioannem Gutierrez à Sancta Maria, Sacræ Theologiæ Magiſtrum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis; nihiloſecius noſtros hos duos ſilentio præteriuit.

IO: BAPTISTA LANCIVS, de Regio, ex Lombardiæ Prouincia, in ſcholaſticis diſciplinis, atque Fidei catholicæ negotijs pettractādis verſatiſſimus, cum P. F. Pauli Conſtabilis Magiſtri ſacri Palatij ſocius eſſet, abſente P. F. Antonio Boſſio Secretario Sac. Congregat. Indicis, hoc munus exercuit. Deinde eiuſdem ſacræ Congregationis Secretarius conſtitutus eſt cū proprietate à Gregorio XIII. die 17. Nouembris 1580. Prouincialis Terræ Sanctæ à Sixto Fabri Magiſtro Ordinis inſtitutus fuit, vt habetur in Actis Capit. Generalis Romæ 1583. denunci 3. in multis ſuæ Prouinciæ locis, ac præſertim Ianuæ ab an. 1590. Menſe Ianuarij vſque ad 1597. menſe Iulio Inquiſitoris munus laudabiliter obiuit. Tādem procurante Hieronymo Card. Bernerio Dominicano, apud quem aliquando ſub Theologi titulo vitam degerat, ad Magiſterium Sacri Palatij à Clemente VIII. an. 1597. euectus fuit. Quod ſequenti anno 1598. vocatus à Deo reliquit. Sepultuſque fuit in noſtro templo S. Sabinæ.

Reliquit *Manuſcriptum Elenchum Scriptorum Dominicanorum*.

Huius meminerunt Lucarinus, Plodius, Fernandez, & Fontana *in Theatro part. 2. cap. 4. tit. 7. num. 3.* & alibi plurics.

Anno 1599.

PETRVS FRANCHINVS, natione Italus, patria Taruiſinus, à Templo, vir pietate perinde, ac litteris clarus, deuotione potiſſima, qua Sacratiſſimam Virginem de Roſario proſequebatur hæreditario iure Sodalis Dominicanus, protulit in apertum.

Quindecim Meditationes ſuper XV. myſteria Sanctiſſimi Roſarij Beatiſſimæ Matris Dei. Taruiſij anno 1584.

Naturæ ſatisfecit anno redemptionis noſtræ currente 1599.

Eius meminerunt Bartholomæus Burchelatus *in Catalogo Scriptorū Taruiſinorum*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptor. Ord. m. s.* Hippolytus Marraccius *in Bibliotheca Mariana tom. 2. fol.* 247.

ALOYSIVS FARIA Vlyſiponenſis, doctiſſimus, & egregiæ vir ſanctitatis, rigi-

rigidiſſimus ſui Inſtituti obſeruator, ac feruentiſſimus paupertatis amator edidit *plures Tractatus ſpirituales, quibus ad Deum anima inflammatur*. In toto Regno Luſitano graſſante lue, fragrantiſſima charitate, peſte laborantibus inſeruiebat: quo factum eſt, vt & ipſe contagio affectus, puriſſimam reddiderit animam Deo anno ſalutis 1599. die 23. Februarij. Meminerunt cum laude ſumma de huius viri pietate Cardoſus *in Agiologio Luſitano*, Souſa *in 2. part. Chronicorum Luſitaniæ*, Marcheſius *in ſacro Diario die 23. Februar.*

ALPHONSVS CIACCONIVS, natione Hiſpanus, patria Beacienſis, filius S. Thomæ in Vrbe Hiſpalenſi, vbi interpretatus eſt ſacras litteras, quem dicebant:

Librorum, & Antiquitatum Helnonem. Hiſtoriæ, & in primis Eccleſiaſticæ peritiſſimus. Romam venit, vbi à Gregorio XIII. Summo Pontifice renunciatus eſt Pœnitentiarius in Sāčta Maria Maiori, deinde Patriarcha Alexandrinus. Edidit:

Vitas, geſtaque Pontificum Romanorum à D. Petro vſque ad Clementem VIII. Cardinaliumque cum eorum inſignibus, duobus Tomis. Romæ 1601. in folio & 1602. cum continuatione Franciſci de Cabrera Morales.

Opus hoc poſteà Andræas Victorellus Presbyter & Theologus Baſſanenſis additamentis, & Vitis poſteriorum Pontificum, Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorij XIII. Vrbani VIII. locupletauit. Prætereà Cæſar Becillus Vrbinas, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe ſuppreſſo nomine edidit Annotationes marginales cum collationibus Baronianæ Hiſtoriæ cum Ciacconiana; ſicque illuſtratum iterum datum eſt typis etiā duobus voluminibus anno 1630.

Scripſerat *Geſta duodecim Gregoriorum Romanorum Pontificum*, quæ m. s. adſeruabantur in Bibliotheca Vaticana cod. 5515, & m.s. Hæc poſtea maiori ex parte conięcta ſunt in vitas, & geſta omnium Pontificum, de quibus iam diximus.

Tractatum de Liberatione Animæ Traiani Imperatoris à pœnis inferni precibus Sancti Gregorij Pontificis Maximi. Quem libellum Columnæ eiuſdem Traiani à ſe deſcriptæ, & in æs inſculptæ adiunxit, ac edidit Romæ 1576. in fol. & Venetijs 1593. in 8.

Hic tractatus Italicè poſtea prodijt opera Franciſci Pifferi Camaldulenſis, Senis 1615. in 4.

Hæc Hiſtoria Imperatoris Traiani à plurimis improbatur, & præſertim à Roberto Bellarmino *volum. 1. Controuerſ. 6. lib. 2. de Purgatorio cap. 8.* à Melchiore Cano *lib. 11. de locis Theolog. cap. 2.* At ab alijs ſuſtinetur.

Librum item de Aeris Hiſpanis.

Methodum recitandi Roſarium.

Dictauit etiam: *De Sancti Hieronymi Cardinalitia dignitate*. Romæ 1591. Venetijs 1593. Videnda ſunt, quæ Card. Baronius in Annalibus de hoc ſcribit, vbi agit fuſiùs de Hieronymo.

Item librum de Martyribus Monaſterij S. Petri de Cardeña in Burgenſi Diœceſi. Auguſtæ in 16.

Epiſtolam de Sacellis in Carcere Tulliano in Eccleſia Sancti Nicolai ad Fredericum Cardinalem Borromeum. Aſſeruatur in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani.

De Signis Sanctæ Crucis, quæ in diuerſis olim regionibus, & nouiſſimè anno MDXCI. in Anglia, & in Gallia apparuit. Cuſum Romæ 1592. in 8.

Tractatum de Ieiunijs, & de varia eorum apud antiquos obſeruantia. Romæ 1599. in 4.

Hiſtoriam de vtroque Bello Dacico quod à Traiano Cæſare geſtum eſt; vt ex ſimulacris eiuſdem, quæ in Columna Romana videntur, elicitur. In Vrbe 1596. in folio.

Preces pro nauigantibus, quæ m. s. reperiuntur in Bibliotheca Vaticana.

Andræas Bacius *lib. 8. de vinis pag. 363.* Alphonſum appellat inſignem Theologum, ac in omni doctrinarum genere peritiſſimum, & commendat eius *Collectaneas de variarum rerum natura*.

Scripſit etiam: *De tribus Magis Regibus.*

De Monetis antiquis.

De Genealogica re, & antiquaria.

Edidit tandem: *Bibliothecam, in qua* col-

collegerat nomina dumtaxat Auctorum, & addit pranotationes librorum. Antonius Poſſeuinus hanc vidit apud Auctorem, quam cum imperfectam præuentus morte Ciacconius reliquiſſet, ipſemet Poſſeuinus magno labore abſoluit. Scripſit quoque:

De Clauis Caligarijs.

Obijt anno Domini 1599. menſe Februario. Aetatis ſuæ LIX. ita Iacobus Auguſtus Thuanus centeſimo vigeſimo ſecundo Hiſtoriarum libro.

Scotus verò *in Bibliotheca*, Ghilinus *in Theatro* malè collocant diem mortis eius an. 1590.

Laudatur à Poſſeuino, ab Angelo Rocha *in Appendice Biblioth. Vaticana*, ab Ambroſio Gozzeo, à Plodio *de viris illuſtr. Ord. par. 2. lib. 4.* à Latino Latinio *in Epiſtolis*, à Bibliotheca Hiſpana Nicolai *Tomo primo folio 13. & 14.* à Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* à Fernandez.

Florauantes Martinellus Romanus etiam Ciacconij opus de Pontificibus, & Cardinalibus, pluribus ſuis Obſeruationibus decorauit. Ita Miræus *de Scriptoribus ſaculi 17. cap. 214.* Ferdinandus Vghellus Abbas Ciſtercienſis præter Cardinalium, & Scriptorum ſui Ordinis elogia, & præter Italiam Sacram, noſtri Alphonſi Ciacconij opus de Pontificibus, & Cardinalibus mirificè auxit, atque illuſtrauit. Miræus *de Scriptoribus ſaculi 17. cap. 14.*

Inſcribitur opus illud Ciacconij *de Clauis Caligarijs*. Alij non benè dicebant de Claris Caligarijs.

Latinus Latinius in ea epiſtola ad ipſum Alphonſum Ciacconium ſcripta hæc habet de iſto libro.

Sciebam ego iam pridem, eruditiſſime Ciacconi, quantum in Romana antiquitatis cognitione profeceris, tibique in eius ſtudio paucos, atque adeò neminem praferendum ſtatueram. Sed, ne te verum celem, numquam credidi tantum tibi in rebus obſcuris, & difficillimis deſcribendis facultates comparaſſe, vt de ijs tam copioſè, tamque eleganter ſcribere tam facilè poſſes. Superaſti igitur meā, etſi egregiam, conceptam de te opinionem; ita vt tibi eo nomine cum plurimùm gratuler, tu humanitati tua, qui mea cauſa tantum opus ſuſceperis, plurimùm debere me planè profitear. Erit mihi Commentariolus tuus de Clauis Caligarijs inter ea ſcripta collocandus, qua de rebus obſcuris ab amicis didici. Quod tamen reliquum eſt, cupio abs te Ioſephi Hiſtoriam de Iuliano Centurione diligenter expendi: ex qua, ni fallor, & rei cognitio clarior, & commentariolus tuus locupletior multò videri meritò poterit. Pridie Nonas February 1589.

Ne tyrones huius libri materiæ fugiat, ſciendum militibus fuiſſe iamdudum Caligas Clauatas, ſeu Caligarios Clauos. Plura *de Calceo antiquo* adduxit Benedictus Balduinus *capitulo tertiodecimo*. *De Caliga* etiam differit Iulius Nigronus Genuenſis *cap. 4. S. 8.* Quæ ad noſtrum conferunt librum.

Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis* refert ab Alphonſo Ciacconio, qui hiſpanicè dicitur Chacon, relictos etiam fuiſſe 20. Tomos m. s.

Cum nonnulli prioribus ſæculis floruerint, & neſciam, qua claruerint, tempeſtatem, ne omninò abeant illaudati, ſub hunc annum cenſui collocandos.

BARTHOLOMAEVS RIMBERTINVS, qui doctiſſimum librum impreſſit typis peruetuſtis.

De Delicys Paradiſi, in 8. Ex libro rectè poſſumus explicari quanta fuerint grauitas, morum candor, & doctrina in Rimbertino.

HENRICVS DE FIRMARIA; & hic quoque magnus fuit Philoſophus, & Theologus. Prudentiſſimè doctus ille: *Loquere, vt te noſcam.* Ex hoc libro ſatis facilè recolligitur, cuius fuerit eruditionis, & intelligentiæ Author ſues.

De quatuor Inſtinctibus, in 8.

THOMAS DE BAMBA, pręſtantis eruditionis peperit ſibi opinionē ſcribendo: *De ſeptem apparitoribus*, in 8. in hoc libro ſub vnum aſpectum proponitur quidquid ad variam, & curioſiſſimam hanc materiam pertinet.

OLIVERIVS GVILLY Gallus, eruditione, & pietate inſignis ab ingreſſu Religionis ſublimitatem ſui præindicauit ingenij. Suas intexuit lit-

litteras pietati. Ob id dilectus Deo, & homini memoriam ſui ſignauit æternitate. Scripſit:

Aduentum ſuper Ezechielem, in 8.

Er plura alia colligendo diſperſit in vulgum.

IOANNES SEMECA Teutonicus, Ordinem veritatis ingreſſus (ita Dominicanam Familiam Pontifices, & Ludouicus Bauarus Imperator appellauerunt) à crepundijs ſuauitatem morum, elegantiſſimam indolem, & pronitatem in ſtudia demonſtrauit. Præter noſtras Scholaſticas diſciplinas, Logicam, Philoſophiam, & Sacram Theologiam, vtrumque ius Canonicum, & Ciuile perfectiſſimè acquiſiuit. Virtute clarus, charus Pontifici ſummo datus eſt ab eo Epiſcopus Boſnenſis. Edidit: *Gloſam in ius Pontificium*.

Fit mentio eius apud Hogelium damnatæ memoriæ virum in libro *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis pag.* 24.

IOANNES REGOT, natione Gallus, S. Theologiæ Doctor inſignis, Prior quondam Pariſienſis, hæreticorum acerrimus impugnator, in eos aſſiduè verbis, & calamo perpetuò dimicauit. Pluribus cum Bordano Martellio Caierano hæreſiarcha congreſſibus habitis, poſtremò illum deuicit. Deteſtauit hæreticus hæreſes, profeſſus eſt catholicam fidem, quam deinceps ſemper acriter defenſauit. Cumque Regot in Monte Peſſulano moraretur, & alios hæreticos per Galliam diſperſos impugnaret, ipſe Bordanus in cunctis Ioanni fideliter opitulabatur: Plura in hæreticos ſcripſit.

Viuebat circa hos annos

Genebrardus, Fernandez, & alij.

ROSARIVM, ſiue PSALTERIVM Beatiſſimæ Virginis à Fratribus noſtris editum fuit hoc anno 1599. Antuerpiæ, apud Ioannem Keerberum. Deinceps autem anno 1602. æneis figuris adauctum ibidem, apud eundem. Antonius Poſſeuinus *Tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 165.

Qui ſcripſerint de Roſario, vide in Elencho.

ANONYMVS quidam noſter Frater, Hiſpalenſis, peritus ſacræ Hiſtoriæ, & præſertim noſtræ Familiæ. Scripſit: *Manuale noſtræ ſacræ Religionis*.

Ita Martyrologium Dominicanum.

PETRVS LOVVET Gallus, clariſſimus, & accuratiſſimus Author hoc Scriptorum illuſtrium agmen, & primum hunc noſtrum Tomum concludat. Fuit Conuentus Diuionenſis in Burgundia filius. A puero litterarum ſtudia exoluit cum maxima diligentia. His (vt par eſt) animi puritatem ſemper enitebatur laborioſus adiungere. In Philoſophia, in ſacra Theologia, in reliquis facultatibus, exantlatis laboribus plurimis, protulit tandem:

Theſaurum Apoſtolicum Roſarij Beatiſſimæ Matris Dei.

Item Octo Tabulas graphicas, quibus complexus eſt ſæculi collabentis Hiſtoriam Dominicanorum.

In vna ex his tabulis obſeruat vigilantiſſimus Scriptor ab anno 1500. ad annum hunc, qui prolabitur 1599. incluſiuè edita eſſe centum ſupra mille volumina à quadringentis noſtrorum Scriptorum, quos inter vnus Summus Pontifex, ſex Cardinales, ſeptem Archiepiſcopi, vnus Patriarcha, viginti Epiſcopi, quindecim Inquiſitores, ſex Magiſtri Sacri Palatij, totidem Præpoſiti Ordinis Generales, ducenti Doctores recenſentur, ac alij non Magiſtri.

Supra dicta deſumpſimus ex dicto Auctore, ex Coluenerio *in Calendario Mariano*, ex Hippolyto Marraccia *in Bibl. Mariana*, ex Noſtro Vincentio Baronio *lib.* 5. *Apologia correcta ſectione* 1. *art.* 2. §..... Ex Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Ceterùm arbitror voluminibus, & Scriptoribus multò magis excedi numerum aſſignatum.

Prætermiſimus in hoc ſæculo Beatum Pium V. de quo anno 1572. erat dicendum, & Virginem Monialem, multa laude digniſſimam, qui Theologia Myſtica floruit, & pietate. Hæc eſt Catharina Riccia Florentina, quæ in religioſiſsimo Monaſterio Diui Vincentij Pratenſis inclaruit. Sponſa hæc Ieſu Chriſti vt tormenta ſenſibiliùs amantiſsimi ſponſi ſui mediraretur, atque ardentiùs, à Virgine Deipara edocta,

ĉta, Canticum inſtar Centonum ex pluribus ſacrarum litterarum fragmẽtis ſelegit. Hocque iuſſu eiuſdem Sanĉtiſsimæ Dei Genitricis ſingulis ſextis Ferijs, vergente die cum ſororibus Monaſterij diĉti deuotiſsimè decantabat. Amplexata fuit deinde tota noſtra Religio hunc deuotiſsimum morem. Canticum eſt:

Amici mei, & proximi mei aduersũ me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Traditus ſum &c.

Habetur hoc Canticum, ſiue Threni in officio Beatiſsimæ Virginis iuxtã ritum Fratrum Prædicatorum. Putatã religionem hanc virginem præterire.

Molita eſt nonnullas alias breues precationes.

Migrauit ad ſponſũm anno ab Orbe redempto 1589. ætatis ſuæ ſeptem, ac ſexaginta, menſibus nouem, diebus ſeptem die Purificationis Beatiſsimæ Matris Dei.

De ea vide Philippum Guidium in eius Vita, Choquetium *in libro de Viſceribus Maternis Beatiſſimæ Virginis erga Ordinem Præd.* Marraccium *in Lilijs Marianis*, Dominicum Mariam Marcheſium *in Diario die 1. Februarij.*

Explicit quarta Centuria, ſiue Sæculum Bibliothecæ Dominicanæ, necnon TomusPrimus Romæ die 8. Octobris, ob Orbe reparato per Chriſtum CIↃ IↃ. CLXXV. Aetatis meæ 68. Clemente X. Optimo, Maximo, Summo Pontifice, in Religionem Dominicanam Benefactore ter, & ampliùs Profuſiſſimo.

F I N I S.

AP-

APPENDIX.

INdices Nominum, Cognominum, Patriarum Scriptorum, quos in hoc Opere recenſemus, necnon Materiarum, quas hic tractamus conficientes, maturè animaduertimus quædam in hoc Volumine emendanda, quædam penitùs eradenda, nonnulla verò addenda. In hac igitur Appendice tria præſtabimus, antedicta errata perrigidè caſtigabimus, eradenda viriliter erademus, & quæ addenda putabimus, ſedulò adiungemus. Neque nos puduit huius, cum id præſtiterint etiam in libro Retractat. æquè Sapientiſſimus, ac Sanctiſſimus Auguſtinus, & alij viri doctiſſimi. Quæ ignominia eſt, & quod probrum errores meos, & quæ humanitùs irrepſerunt peccata, à me ipſo, qui homo peccaueram, caſtigare? Pulcherrimum axioma, etſi apud vulgares corruptum, *Humanum eſt peccare, Humanum emendare, Diabolicum perſeuerare*. Satis laudabile duco ſua quemque ad incudem, limamque reuocare. Præterea hæc duo in omnibus libris mei mihi præſcripſi: *Docere*, & *Diſcere*. Regula Fratrum Prædicatorum eſt (dicebat Beatus Iordanus) honeſtè viuere, diſcere, & docere. Ita & Pſalmus: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me*. Quare, vt diſcam, precor Lectores meos, vt ſi quid in mea Bibliotheca perpenderint corrigendum, me fraterne commoneant: nam hilariter emendabo. Necdum enim manum de tabula, nec de manu calamum ſuſtuli. Exemplum præbui, me Iudicem primipilum primùm mihi conſtitui, ſequantur alij, & mea errata reprehendant, & cenſoria virga caſtigent; innumeras gratias referant. Non laudatore, dum ſcribo, ſed Cenſore, qui ſeuerè arguat, egeo. In ſingulis tria, quatuorue ferè ſemper præſtiti. Præmiſi Scriptoris Elogium. Deinde præter Nomen, Cognomen, Patriam, Stirpem, Præfecturam, diem, menſem, annumque mortis, quantum explorare datum eſt mihi, accuratè annotaui. Inſuper Auctores, qui de illis ſcripſerunt, ſubiunxi. Poſtremò modeſtè, ac parcè quaſdam Authorum aberrationes detexi, & confutaui. In exhibendis præfatis, quod poſteà de recenti innotuit mihi, in Appendice, eundem Ordinem Chronologicum retinendo, ab Anno 1216. vſque ad 1599. in hoc primo volumine adiungam. Valè.

Anno 1216.

VINCENTIVS DE CASALI. Diceret Criticus: Beatus P. F. Clarus *fuit primus Lector Sacræ Theogiæ in noſtra ſacra Familia in Italia, primuſque in eadem Religione, ac in Italia Scriptor operum, & Librorum*: ergo perperam appoſuiſti Vincentium de Caſali.

Reſpondetur: Fuit Clarus prior, at euulgata fuerunt poſthuma eius ſcripta. Vincentius de Caſali compoſuit, & illicò publicauit. Quinimò Beatus Clarus plura ſcripſit, ſed quæ fuerint, Authores noſtri non produnt.

Anno 1218.

ROlandus Cremonenſis. Appellatur Beatus à Luſitano *in Chronico anno 1230. pagina 56.* Hic cum Beato Moneta, ambo Cremonenſes à Beato Reginaldo noſtrum habitum ſuſceperunt. De eo idem Antonius Luſita-

ſitanus *in Bibliotheca pagina* 216.

Obijt anno 1259. Fuit virgo: Quamobrem interrogatus quadam vice energumenus, cur Rolandus illicò eijceret Dæmones, & non conciuis eius Beatus Moneta, qui eo tempore florebat etiam ſanctitate? Reſpondit; quia Rolandus virginitatem ſeruarat. Bzouius *in Annalibus*.

Anno 1219.

Pagina 2. linea 45. col. 1. Arelatenſi. Corrige Aurelianenſi.

Anno 1221.

Dominicus Guſmanus. Scripſit etiam ad Fratres Epiſtolam eruditiſſimam, & pietate refertam. Legitur coram Fratribus ſemel in hebdomada in noſtro Refectorio in mea Prouincia, & in pluribus alijs. Incipit: *Quotidiana de omnium veſtrum profectu, & ſalute ſolliciti, & annua vos exhortatione admonere conſueti &c.* Abraham Bzouius.

Noſtri Sanctiſſimi Patriarchæ eum laude ſic meminit Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad Tomum primum Apparatus Sacri*:

DIVVS DOMINICVS GVZMANVS, Ordinis Prædicatorum Dux, & Pater inclytus, Hiſpanus, è nobiliſſima (inquam) Guſmanorum familia, Vir ſpiritu Dei plenus, quo in libro charitatis potiſſimum ſtudens plura didicit, quæ Deus ſapientibus, ac prudentibus huius ſæculi abſcondere conſueuit, contra Albigenſium hæreſim in Tractu Toloſano verbum Dei exponens, ac diſputans, duos libellos ſcripſit fidei catholicæ grauiſſimos teſtes, quam non in humana Sapientiæ verbis euangelizabat, cuius rei cum multorum conuerſio, tum id argumento fuit, quòd ijdem libri ſæpè in ignem coniecti, numquam combuſti ſunt, Deo ſignum hoc faciente, ad fidei, quam prædicabat, veritatem comprobandam. Horum autem poſt Vincentium Valuacenſem in Speculi hiſtorialis lib. 30. meminit Diuus Antoninus 3. parte tit. 19. cap. 1. Cum autem Sacri Palatij primus ab Honorio III. Summo Pontifice Magiſter creatus, Diuinam Scripturam Romæ interpretaretur, Paraphraſim, ſiue Poſtillam ſcripſit ad Epiſtolas Diui Pauli. Bononiæ autem in Epiſtolas Canonicas, atque Pſalterium, vt & in Euangelium Matthæi, ac ſeparatim in illa verba Matthæi cap. 8. Abeunte Ieſu in naniculam ſcripſit. *Obijt vir Sanctiſſimus, ſemper viuens in cælis, & adhuc in ſuo Ordine in Vniuerſo Orbe in Terris, anno* 1221. Hactenus Poſſeuinus.

Cum in præcedentibus quædam elogia appoſuerim nonnullis, & non Sanctiſſimo Patriarchæ, Beato Alberto Magno, & Thomæ, ne id mihi pigritiæ detur, hoc illi conſtituatur.

Sanctiſſimo Patri, & Patriarchæ Dominico Inclyti Prædicatorum Ordinis Fundatori.

ELOGIVM.

Sanctiſſimo Patriarchæ Dominico
Ordinis Prædicatorum Parenti
Ex inclyta Guſmanorum familia,
Proceribus
Regibus, Imperatoribus conſanguinea
Hiſpaniæ ſplendori,
decori Heſperiæ,
Eccleſiæque candori,
Qui Regiæ ſtirpis Regalior palmes
Columen datur ſuis, & culmen.
Syderi fulgentiſſimo, ardentiſſimo,
Cuius per quina ferè ſæcula perſenſit
Apoſtolica tellus influxus.
Vnde tot Confeſſorū floribus fæta,
Violis referta Doctorum;
Lilijs Virginum decorata,
Irrorata ſanguine martyrum,
Antiſtitum infulis,
Patrum purpuris, Pontificum
Summorum tiaris,
Ad ſatietatem ornata.
Sanctiſſimo Patriarchæ Dominico,
Cuius ope, ac opera eſt Roſarium
Complantatum
Suorumque alumnorum
Sudore irrigatum, & ſanguine.
Meſſis iam pridem multa,
Et operarij pauci,
Ordine Prædicatorum fundato,
Operarij Meſſem excedunt.
Hic mundo datus à Deo
In ouium excubitorem,
In luporum inſectatorem.
Ritu tedifero, amictu lucifero

Pla-

Placidè occurrentem, rabidè inſectantẽ
Hæreticis, vt obeſſet,
Catholicis, vt prodeſſet,
Die lattantem, nocte excubantem,
Amatum viuum in terris,
Adoratum Sanctum in Cœlis,
Qui
Pietate dùm vixit, in impietatẽ inuexit.
Stella micat in fronte paruuli.
Pandit lingua Syderea Cœlum
Arcana ſecretiora,
Sed quæ Author intelligit Cœli.
Mittit Fratres ſuos per Orbem,
Verus Ariſtotelicus
In Gymnaſio Apoſtolico
Peripateticæ Sectæ.
DocetOrbe perambulare docendo,
Perambnlando calcare,
Et calcando ad Cœlum
Mirabiliter eleuare.
Mundum calcans ſub pedibus
Exangues tangit, & animat.
E digiris myrrha plenis
Stillabat Medicus vitam.
Non exploraturus motum arteriæ,
Sed daturus,
Apprehendebat mortuo manum.
Eloquentiſſimum Patriarcham
Mercurium vocauiſſem:
Erat, & ipſe Dux verbi;
Imò Sacrorum Oratorum parens,
Et Author;
Niſi quòd ille mercium Numen,
Hic pauper.
Nihilominus
Quandoque vendidit libros,
Et ſupellectilem;
At miſeris largiturus,
Fuit planè negotiator;
Sed ille, qui omnia vendidit,
Vt compararet ſelectiſſimã margaritã.
Aures aperuit ſurdis;
Vt plures auditores haberet,
Qui plauderent prædicanti.
Mundat luxurioſum attactu;
Digiti eius probatiſſimam
Stillant myrrham.
Fauſtiſſimum Mari Sydus,
Igni, Aeri, Terris:
Nam vbique prodigioſum.
Rem ſacram cum peragerer in Altari,
Ei Angeli aſſiſtebant:
Steterunt circa illum aſſidui
Lateris ſtipatores in cella:

Si quando humi
Vel ſuper nuda tabula dormiebat.
Peruigiles excubabant.
Erant comites in itinere,
Commenſales in Refectorio:
Cuſtodia tam ſollicita
Tam plures circa eum excubitores
Super theſauros omnes Eccleſiæ
Vigilabant,
Quos aſſeruabat Dominus
In Dominico.
Lateranenſem Eccleſiam à Pontifice
In ſomnis viſus eſt ſuſtinere.
Feſſo ſufficiendus Arhlanti,
Antequam partes ſuſciperet
Cum Franciſco,
Orbem vt ſuſtineret,
Explorat ſagax humeris pondus ſuum.
Paratiſſimus ad ſuſtinendum
Ruenti Orbi ſuccurrens
Adhuc implebat dormienspartes ſuas.
At preſſus tam ingenti pondere
Prodigio Athlas
In aerem alacris ſæpè
Eleuabatur è terra.
Innumeros Democriti mundos
Exoptauiſſet,
Vt ſuſtineret, & Domino luctifaceret.
Suus ab eo
Ter in flammas libellus traditus,
Ter exiuit illæſus penitus.
Quæ flammarũ humanitas erga librũ?
Maieſtatem venerabantur dictantis.
Librum reueritus eſt ignis:
Metuit extingui lacrymis ab Authore.
Rubus, quem viderat Moſes,
Paſſus eſt incendium nullum.
Conſecuatam ſignificabat
Virginitatem Mariæ.
Liber hic non comburitur:
De eodem tractat candore
In Albigenſes.
Igni
Pabulum nullum erat in libro:
Erant
Quæ continebat, cæleſtia.
Hoc humidi retinebat,
Compoſitoris lacrymas, & ſudores.
Non poterat codex aduri,
Qui non conſtabat ex fumo.
Quomodo daret Deus
Doctrinam ſanctã videre corruptionẽ?
In quos cineres verteretur,
Qui non conſtabat ex terra?
Sua

Sua fornax voracitate
Suos deuoret Babylonios.
Quòd innocentes,
Pueros non attingat.
Vt tenebras protelaret,
Ignem facit ſplendeſcere ad miraculū.
Contra frigidos
Operandum erat in igne.
Doctrina firma non eſſet,
Niſi, vt igni,
Obſtitiſſet etiam aquæ:
Prolapſos libros in flumen
Poſt triduum fluuiales
Latices nec attingunt.
Vt ſecuros ſeruet à vulnere,
Mergit Achylles ſuos in aqua.
Prolapſis libris in aquam,
Ex antiperiſthaſi
Geminatur ardor doctrinæ.
Vt fidem ſeruarent,
Seruati ſunt à naufragio.
Erant etenim Orthodoxi.
Aqua codices non attingit:
Non erant ſordes in eis,
Quas madefactas lauaret.
Non madefacti ſunt aqua;
Vt alacrius enauigarent ad palmam.
Vt plurimis fidem aſtruat argumentis,
Confirmat illam ex aqua,
Quam iam probaret ex igne.
Optimè fidem
Duorum elementorum approbat
Teſtimonio:
In ore duorum
Stat firmiter omne verbum.
Non timebant ſibi naufragium;
Dominici nauigabant ad Cynoſuram.
Codices erant Dominici,
Dixerim Charitatis:
Ipſemet dixit:
Libro ſtudeo Charitatis.
Rectè igitur
Aquæ multæ non potuerunt extinguere
Charitatem;
Nec flumina obruent illam.
Per Orbem
Cum viuos mori optimè docuiſſet,
In Vrbe tres mortuos
Docuit benè viuere.
Vt clariùs illuceſceret omnibus,
Viſum reſtituit cæcis:
Iam à miraculis
Satis laudatum in vita,
Ab exemplis fecit obitus
Commendabilem.
Pauper Chriſti cum eſſet,
Teſtamentum condidit nullum.
Iure tamen hæreditario
Suis reliquit hæredibus,
Charitatem, humilitatē, & paupertatē.
Benè viuendi formulā Monachiſmo,
Præclariſſima exempla Eccleſiæ
Famam Aeternitati,
Suæ Auguſtiſſimæ ſtirpi
Sui ſideris claritatem,
Ardorem ſuum in fidem,
Sui deſiderium vniuerſis,
Ordini ſapientiam,
Vrbi Bononienſi exuuias,
Spiritum Creatori.
Iacebat in alieno cubiculo moriturus,
Ac ſi ſederet in cathedra.
Etiam Magiſter Orbis tunc erat.
Reſciſſum eſt in eius obitu cælum,
Indeque ſcalæ duæ
Submiſſæ ſunt fulgentiſsimæ.
Animabus per Dominicvm
Aſcendentibus
Non ſcalis vnis, ſed pluribus opus erat.
Vnius cacumen Filius,
Virgo Mater alterius ſuſtentabat:
Vt quos confugientes ad folia
Seueritate damnauerat Pater,
Dominico intercedente, ad Aſtra
Mater, & Filius traherent pietate.

Reliqua lege in meo Panagio, elogio vndecimo, & ſequentibus.

Anno 1222.

BEATVS MONETA. Alijs Simoneta. De eo Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 451. *Ita enim cognomento notus pluſquam nomine.* Apud Mediolanenſis Inquiſitoris munus exercuit:

EIVS ELOGIVM.

Viator, genua flecte:
Monebo te qua de cauſa:
Hæc cellula eſt Monetæ,
Sanctuarium Paupertatis.
A. Nouus Obededom ob Dominicum
Benedictus fuit à Domino.
Et merito:
Domi ſuæ
Arca fœderis requieuit.
Loculum ne quandoque

Ara-

Aratro proſcinderetur hæreticorum,
Magnus theſaurus Eccleſiæ
Non in agro, ſed in tuto
A Moneta erat cælandus
In cellula, ſiue Cælo.
Numquam hinc aberant
Cæleſtes excubitores.
Cella hæc verè lectulus Salomonis;
In ea Orbis Sapientia requieuit.
Prudentiſſimè Sanctiſſimus Patriarcha
In vita
Semper carere voluit propria cella:
Vt in morte
Hoſpitatus à Diſcipulo perhumaniter,
B. Spiritum duplicem relinqueret
Heliſæo.
Dudum Moneta,
Ne oſtium clauderetur cælorum,
Greſſu ingrediens cito Religionē
Nunc agit oſtiarium aliorum.
Poſtremò
Ob frequētiſſimam copiā lachrymarū
Ad experimentum virtutis
Factus eſt cæcus.
Verè Tobias alter:
Niſi quòd hic moribus ſuauiſſimis
Nec ad curationem felle voluit tingi.
In infirmitate dupliciter exultabat,
Et quòd Eger:
Et quòd luminibus deſtitutus
C. Non aſpiceret vanitates.

SCHOLION.

A. 2. Regum *cap.6. Quòd benedixiſſet Dominus Obededom, & omnia eius propter Arcam Dei.*

B. 4. Regum *cap.* 2.

C. Pſalm. 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitates.*

Anno 1224.

BEATVS PAVLVS Hungarus. A Sanctiſſimo Patre Dominico an. 1221. cum Beato Sadocho, & tribus alijs Fratribus miſſus fuit in Hungariam, & conuicinia Regna. Ad vrbem Ianuenſem perueniens,& inde ad Veſprimienſem, & Albaniam, vniuerſas regiones illas diuina prædicatione impleuit. Quos fructus ibi collegerit, argumentare ex eo: Robertus Veſprimenſis ad Strigonienſem ſedem euectus ex Cumanis ſolum circiter quindecim millia paganorum ſua manu Sacroſancto fonte purgauit. Caſtillus *p.* 1. *Hiſtoriæ Ordinis lib.* 1. *cap.* 55. Bzouius *ad annum* 1221. *num.* 16. Antonius Luſitanus *in Chronico anno* 1221. *pag.* 35. Ferrarius *de Prouincia Hungariæ.*

Anno 1230.

GVILELMVS IORDANVS. Hic etiam Scripſit *aduerſus Viclefi Poſitiones.*

Pro Mendicitate contra Vtredum:

Quæſtiones de Conceptione Beatiſſimæ Virginis, tribus hæc omnia ſeparatis libris.

Vixit anno 1262. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro.* At Guilelmus Iordanus II. de quo anno 1370. ſcripſit quæſtiones de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Huius ſcripta recenſent præter allegatos, Ioannes Pitſeus, Thomas Dempſterus, Marraccius *part.* 1. *Bibl. Marianæ fol.* 536.

Anno 1238.

BEATVS BROCARDVS. Argentinenſis patria, meliùs Argentorarenſis. Eius opus extat apud Caniſium *tom. 6. Lectionis Antiquæ*; ſed mutilum. Terram Sanctam luſtrando, accuratiſſimè quæ ſe oculis offerebant, in litteras referebat. Miræus in Mantiſſa.

Deſcriptionem hanc non an. 1262. vt vult Fernandez, ſed alio tempore protulit. Conſule Maluendam *de Antichriſto lib.* 3. *cap.* 3. *fol.* 157. *col.* 2. & *lib.* 4. *cap.* 9.

Cum Beato Xarono Mediolanenſi magnæ ſanctitatis viro primum Conuentum conſtruxerunt Damaſci. Exinde Nazareth, Bethlehem, alijſque in locis, ita vt breui temporis interuallo in Paleſtina decem, & octo Cœnobia Ordinis, quæ ad Terræ Sanctæ Prouinciam attinebant, habebamus. Beatus Humbertus *de initio Ordinis*, Abraham Bzouius *in Annalibus anno* 1222. *num.* 25. Antonius Luſitanus *in Chronico Religionis pag.* 36.

Anno 1240.

IOANNES CHRISTOPHORI de MINDA, Germanus. At Antonio

nio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 133. & Trithemio non Mindenſis; ſed Moguntinus.

Anno 1242.

IVSTINVS, ſiue Iuſtus. Huic à Patribus Ordinis noſtri demandata fuit prouincia, vt Sancti noſtri Patris Dominici ſcriberet vitam. Non autem (vt retulit Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus fol* 317.) à Patribus noſtris in Capitulo Generali Bononiæ congregatis Magiſter Generalis fuit pronunciatus.

Anno 1244.

IOANNES de Sancto Geminiano. Malè cum Antonio Senenſi Luſitano *in Bibl. pag.* 146. dicitur vixiſſe anno 1310. Peiùs cũ Eiſingrenio apud Antonium Poſſeuinum *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 183. *floruiſſe anno* 1319. Cum enim venerit Neapolim ſub Gregorio Nono Summo Pontifice, argumentum eſt claruiſſe circa ann. 1235. Gregorius Nonus rexit Apoſtolicam ſedem ab anno 1227. vſque ad annum 1241. quo obijt. Vide noſtram Chronologiam.

Scribit Henricus Vuillot eum quoque edidiſſe quaſdam meditationes in Euangelia, & hæ fortaſſe Poſtilla ſcholaſtica ſuper quatuor Euangelia nuncupantur.

Huius diſtinctiones manuſcriptæ aſſeruantur in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fratrem Eucherium Bonettum Ordinis Prædicatorũ. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

Summa de exemplis, & ſimilitudinibus locuples, concionatoribus, & alijs vtilis, impreſſa etiam fuit Venetijs anno 1577. & anno 1582. apud Damianum Zenarium. Antuerpiæ anno 1583. & anno 1599. in ædibus Petri Belleri. Lugduni anno 1585. cui adiunctum eſt *Sophologium Sapientiæ* Iacobi Magni. Et quidem poſt aliquot editiones, ea præſtare videtur, quæ ab Aegidio Rochenſi Ordinis Sancti Auguſtini prodijt emendatior. Cum illa primùm prolata fuiſſet in lucem anno 1499. Baſileæ apud Petrum Langeſtenium.

Anno 1249.

PETRVS HISPANVS. Matthæus Bononienſis, Italus, Magiſter Carmelitarum Generalis, ſcripſit tres libros in Summulas ſupradictas anno 1410. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus fol.* 417. Ita fecerunt Franciſcani, ac alij, itaque habebatur, vt textus.

Anno 1250.

FRATRES NOSTRI Conſtantinopoli in Thracia. In hoc anno, & ſequenti irrepſit typographorum in curia error in numeros hinc corrige.

Anno 1256.

GVILELMVS PERALDVS. Scripſit etiam.

Opuſculum de Sanctiſſimo Sacramento.
Librum de Principio ſcientiarum.
De Natura Relationis.
De Vnitate formæ.
De Conſcientia.
De Prædicabilibus, & Prædicamentis.
Phyſica.
In tres libros de Anima.
In libros de Cælo, & Mundo.
De Generatione, & Corruptione.
Super Metaphyſicam.
De Logica.
De Grammatica.

Ita Godefridus Languedoc in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Pariſienſis Ordinis m. s.

Antonius Poſſeuinus ponit duos Guilelmos Dominicanos, primum Lugdunenſem, qui deinceps fertur fuiſſe eiuſdem Eccleſiæ patriæ ſuæ Epiſcopus, & ſcripſit.

In Sententias libros quatuor.

Summam virtutum libros quinque, cuius initium: *Cum circa ſingula vtilia.*

Summam vitiorum libros octo. Incipit: *Dicturi de Singulis.*

Sermones ad Populum, librum vnum.
De Fide.
De Legibus.
De Fide Sacramentorum.

Et hic viuebat anno 1276.

Alter eſt Guilelmus Peralt, quem alij

alij Peraldum ſcribunt, ſiue de Petra alta Gallus, Viennenſis in Delphinatu diæceſeos, vt habet Antonius Senenſis, quem & deinceps Epiſcopum fuiſſe Lugdunenſem ferunt, & reliquit,

Sermones de Tempore, ac de Sanctis. qui Lugduni fuerunt editi anno 1576.

Librum de proprietatibus rerum.

Alterum de Regimine Principum.

Expoſitionem Regulæ D. Benedicti.

Summam virtutum, & vitiorum à Iacobo de Voragine redactam in compendium, quemadmodum teſtatur Raphael Volateranus; perutilem illam quidem, & commodam concionatoribus: quæ olim an. 1492. apud Paganinum de Paganinis excuſa fuit Venetijs. Ibidem quoque recuſa eſt anno 1557. Antuerpiæ anno 1571. Lugduni 1580. hac inſcriptione:

Virtutum, vitiorumque exempla ex vtriuſque legis Promptuario excerpta, nunc ex duobus antiquiſſimis exemplaribus reformata. Obijt autem. Peraltus an. 1255. Hæc Poſſeuinus.

At ego arbitrarer vnum eſſe Guilelmum Epiſcopum Lugdunenſem. Idem comprobatur ex eiſdem operum titulis. Vtrique enim adſeribit Summam virtutum, & vitiorum.

Niſi fortaſſe alius ſit Guilelmus patria Pariſienſis noſtri Ordinis, de quo infra anno 1313. Huic Theophilus in Erotematis tribuit Dialogos ſeptem de Sacramentis. Lipſiæ anno 1512. & Lugduni 1567. impreſſos, qui nomen Guilelmi patria Aruerni, Epiſcopi Pariſienſis anno 1218. electi præferunt falsò. Addit enim Auctor dictorum Dialogorum ſua ſe collegiſſe ex ſcriptis Fratris Thomæ, & Petri de Tarentaſia, qui Guilelmo Epiſcopo Pariſienſi poſteriores fuerunt. Obijt enim Epiſcopus Pariſiẽſis 3. Kalendas Aprilis anni 1248. more Gallico; aut 1249. more Romano. At noſter Pariſienſis ſcripſit ante annos 1300. teſte Claudio Spineo eiuſdem Ordinis noſtri, & poſt Sanctum Thomam Aquinatem, & Petrum de Tarentaſia. Vide Philippum Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom. 1. verbo Guilelmus patria Aruernus pag. 409. & ſequẽtibus.* Qui compoſuit Summam virtutum, & vitiorum, attitulatur Epiſcopus Lugdunenſis, & ſic reperitur in omnibus exẽplaribus antiquioribus, & apud Beatum Iacobum de Voragine, qui fuit circa hæc tempora. Quam ob rem fides præſtanda eſt eis: Quidquid reclament Moderni in Tabulario Lugdunenſium Epiſcoporum non adnotari.

Anno 1261.

BENEDICTVS TAMACEDO. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro* hunc appellat Taracredum; in reliquis nobiſcum concordat.

GVILELMVS RIMGISCHINENSIS ANGLVS. Hic variè ponitur ab Authoribus. Ab Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro: Guilelmus Kyngheſam.* Ab alijs Rimgiſchin, ex quibus diriuantur Kimgeshamenſis per m, & Kingeshanenſis per n Rimgeshamenſis. Hinc præbuit anſam errori plures Guilelmos hos facere, cum reuera vnus ſit. Hinc delendus eſt *Guilelmus Rimgiſchin anno 1239. colum. 2. & anno ſequenti fol. 19. colum. 2. Guilelmus Kimgeshamenſis &c.* In tot Authorum diuerſitate ductus ſui ad veritatis notitiam ex nomine, natione, & maximè ex operibus editis, quæ prorſus eadem extant: tametſi anno 1239. ſub illo Guilelmo recenſeantur dumtaxat Cõmentaria in Sententias.

Anno 1262.

HVGO de Sancto Theodorico. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 41. inquit: in Pſalmos item Commentaria luculenta, falsò Hugoni à Sancto Theodorico aſcripta, quæ Venetijs, anno 1496. excuſa ſunt à Gregorio de Gregorijs.* Hæc Poſſeuinus *attribuit Alexandro Halenſi, ſic dicto ab Oppido Halenſi,* quod eſt in Anglia. At idem Poſſeuinus deinde *tom. 2. fol. 61.* hæc habet oppoſita: *Sciendum eſt autem aliquando Alexandro Halenſi fuiſſe aſcriptos Commentarios in Pſalmos, qui verè ſunt Hugonis. Qui etiam ſcripſit Librum, cui titulus: Speculum Sacerdotum, ſiue Eccleſiæ, quod & ſeparatim fuit additum alteri inſcripto, Manipulus Curatorum, quique Lugduni excuſus fuit apud Guilelmum Rouillium,* an-

anno 1559. *ſed & ſcripſiſſe Summam de Caſibus, ait Eiſingrenius*. Hæc Poſſeui nus. Et poſt pauca. *Extare autem manuſcripta audio eiuſdem Compendium, Theologicæ veritatis in ſeptem libros diſtributum, & Hugonis (neſcio an iſtius) Dialogum de Creatione Mundi manuſcriptum in Bibliotheca Cæſarea, Viennæ*. Hactenus Poſſeuinus loco citato *tom*. 2. *Apparatus fol*. 61. & 62. etiam Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag*. 340. obſeruauit Commentaria in Pſalmos tributa fuiſſe Halenſi Ordinis Minorum. Cæterum audiendus Simlerus: *Huius Hugonis*, inquit, *expoſitionem in Pſalmos egregiam videmus Alexandro de Hales Venetijs nuper ſuppoſitam, vniuerſis ſcriptis per Germaniam, & Galliam renitentibus*. Vide Philippum Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom*. 1. *p*. 479.

Natione fuit Burgundus, ideſt ex veteri regno Burgundiæ, at patria fuit Viennenſis in Allobrogibus, vel vt alij accuratiùs ex Barcinoneta oppido Delphinatus, in valle, quæ vergit ad Ebrodunum.

Non rectè Trithemius, & Mariana *lib*. 13. *c*. 2. vocant eum Barcinonenſem.

Obijt (vt dictum eſt) in Vrbe veteri anno 1262. quartodecimo Kalendas Aprilis, & non Lugduni anno 1260. vt ſcripſit Philippus Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis verbo Hugo de S. Charo pag*. 477. Conſule Ciacconium, Luſitanum *in Bibliotheca*, Fontanam *in Monumentis Dominicanis, & alios*. Mariana loco citato loquens de Concordantijs illas appellat opus infinitum, & audacia planè Herculea, in quibus concinnandis vſum opera 500. noſtri Ordinis Fratrum affirmat.

Commentaria in Sacram Scripturam impreſſa fuerunt Baſileæ 1504. Pariſijs 1548. apud Vidonæum. Anno 1600. Venetijs apud Seſſas, hoc titulo. *Hugonis opera omnia in Vniuerſum Vetus, & Nouum Teſtamentum in ſeptem tomos diuiſa*, addito octauo tomo Noui Indicis locupletiſſimi, & aliàs non impreſſi. Et nouiſſimè diebus noſtris recuſa ſunt Opera, & impenſis Reuerendiſſimi P. F. Thomæ Turci totius Ordinis noſtri Vigilantiſſimi Generalis.

Sermones de Tempore, & de Sanctis impreſſi fuerunt Pariſijs in 4.

Speculum Sacerdotum, & Eccleſiæ, Lugduni 1554. apud G. Rouilium.

Referunt Simlerus, & Philippus Labbe *Compendium Theologicæ* veritatis in ſeptem libros partiales diſtinctū manuſcriptum fuiſſe apud Dreſſerum.

Hic Hugo maximis laudibus effertur præ ceteris à Theophilo Raynaudo in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium, quem ſublegit.

Reliqua tanti viri lege apud Hiſtoricos noſtros, & exteros.

GEORGIVS CASCANVS. Etſi Antonio Poſſeuino, magis nomine Patriæ, quàm cognomento familiæ fuerit cognitus; nihilominus non erat ſupprimendum fuiſſe Dominicanum. Suboſturè tamen id innuit ipſemet Poſſeuinus allegans Primam partem Monumentorum Ordinis à Taegio cōcinnatorum, in quibus non fit mentio, niſi de Fratribus noſtris.

IACOBVS PERVSINVS. Neſcio an huius, vel illius, quem ponam anno 1407. ſermones de Sanctis manuſcripti in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud F. Eucherium Bonettum Ord. Prædicatorum ſeruentur. Poſſeuinus *tom*. 3. *Apparatus ſacri in Appendice Bibliothecarum fol*. 141.

Ioannes Romanus ſtudijs deditiſſimus. Delendus eſt: nam poſitus eſt anno 1276. Deceptus fueram ab Antonio Senenſi Luſitano, & ab alijs. Luſitanus enim *in Bibliotheca Ordinis pag*. 132. ponit Ioannem Romanum dicens illum collegiſſe *Speculum quoddam Hiſtoriale*, quod compilauit inſtar Speculi Vincentij Bellouacenſis. Et ſtatim ſequenti fol. 133. poſuit alterum quaſi diuerſum Ioannem Columnam Romanum, ſubiungens: ſcripſit librum, quem vocauit *Mare Hiſtoriarum*, qui in decem libros diſtribuitur. Falſi fuerunt Authores: idem enim Ioannes eſt, non diuerſus. Ex opere compoſito id elicitur, videlicet, *Mare, vel ſpeculum Hiſtoriarum* vtrique horum adſcripto.

Anno 1263.

IACOBVS SCALZA. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis*

nit pag. 122. dicit hunc floruiſſe anno 1262. Ob id neſcio qua de cauſa Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri* arbitretur mendum eſſe in numero. Reuera claruit his temporibus: Anno enim currente 1263. aſſumptus fuit ad regimen Eccleſiarum Valuen. & Sulmonen. Vghellus *in Italia ſacra*, & Fontana, & anno 1274. interfuit Concilio Lugdunenſi II.

IOANNES HERDVC. Scripſit (vt dictum eſt) in plures libros Sacræ Scripturæ; & præſertim in Apocalypſim. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *fol.* 204.

BERNARDVS HISPANVS: Diximus ſcripſiſſe de ſpiritualibus Cicaturis. Non rectè Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*: De ſpirationibus. At reor in viſum eruditiſſimum irrepſiſſe mendum typorum.

THOMAS CANTIPRATANVS. Quidam volunt Thomam natione fuiſſe Brabantum Leuuem S. Petri celebri prope Bruxellam municipio è nobili ſtirpe ortū: Ei tamen adhæſiſſe Cantipratani cognomen; quia regularem primam vitam egit inter Canonicos in Cantipratano prope Cameracum: deinde ad Ordinem Prædicatorum tranſiſſe. Alij autem aſſerunt fuiſſe è Cantiprato.

Fuit Supprior, ac Lector noſtrorum Fratrum in Conuentu Louanienſi. Epiſcopus Luſentinus, & ſuffraganeus Præſul Cameracenſis Epiſcopi. Adfuit in Concilio Lugdunenſi ſecundo anno 1274.

Iuſtus Lipſius editione altera Louanienſis Elogij in notis *ad cap.* 2. *lib.* 1. obſeruauit Thomam Cantipratanum obijſſe die 15. Maij anno dom. 1263. At falſum eſt: nam viuebat etiam anno 1274. quo interfuit in Concilio. Floruit enim ſub Radulpho Imperatore, qui aſſumptus eſt ad imperium anno 1273. vt in noſtra Chronologia; Ita Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*.

Liber, cui titulus, *Bonum vniuerſale de Apibus*, ſcriptus fuit ab eo poſt annum 1250. cum meminerit expeditionis S. Ludouici Regis Francorum *lib.* 2. *cap.* 3. §. 9. Soluit Sanctus Rex è Gallia Feria 6. poſt Pentecoſten anno 1248. deinde anno 1249. potitur Damiatæ, quam Eliopolim alij dicunt. Anno verò 1250. Belli captus fuit à Saracenis. Conſule meam Chronologiam.

Eſt opus hoc omni hominum ſtatui, tam Prælatis, quàm ſubditis vtiliſſimum. In eo ex mirifica Apum Republica vniuerſa vitæ benè, & Chriſtianè inſtituendæ ratio traditur, & artificiosè tractatur. Ad Fratrem Humbertum Generalem Magiſtrum Ordinis Prædicatorum, Prodierunt editionibus minus abſolutis anno 1597. & 1607. tandem Georgius Colueneriùs doctor Theologus Vniuerſitatis Cancellarius notis illud illuſtrauit, & curauit excudi Duaci in 8. anno 1627.

Antonius Luſitanus *in Bibliotheca pag.* 242. hunc refert appellatum cognomento de Barbanſane.

Idem pag. 99. & Alphonſus Fernandes attribuit idem opus de Apibus, & alia Guilelmo Brabantino, & etiam Guilelmo Corinthio noſtris Fratribus. At malè. Sunt opera Thomæ Cantipratani. Vide anno 1303.

Scripſit etiā *Vitam Margaritæ Iprenſis*, quæ obijt anno 1237. editam Duaci anno 1618. ab Hyacintho Chocquetio.

Vita Beatæ Mariæ Ogniacenſis legitur apud Surium 23. Iunij.

Dixi ad inſtantiam Sancti Thomæ de Græco in Latinum tranſtuliſſe Libros Ariſtotelis, quorum iam vſus eſt in gymnaſijs. Ita Ioannes Trithemius *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Antonius Luſitanus locis citatis, Alphonſus Fernandes, & omnes ferè noſtrates.

Negat id Philippus Labbe; dicens antiquiorem fuiſſe illam Ariſtotelis verſionem, ad quam S. Thomas commentaria ſcripſit. At pace ſua, ex hoc non concluditur Cantipratanum non protuliſſe ſuam verſionem. Concupiuerat doctor veritatis magis certificari an verſio illa antiqua in omnibus eſſet vera. Hanc deinde conferens cum illa Cantipratenſis reperijt eſſe fidelem, & tutior factus, numquam diſceſſit ab ea.

Scripſit & multo labore, vt ipſemet

fatetur *in lib. 2. de Apibus cap. ultimo* §. 50. librum vnum de natura, & proprietatibus rerum è diuerſis auctoribus ſpatio quindecim annorum vtiliſſimè compilatum. Hunc librum Bartholomæo Anglico Ordinis Minorum, cognomento Grannuyſe attribuunt. Hic claruit anno 1460. Lege Lucam Vuadingum in *Bibliotheca Franciſcana verbo Bartholomaus Graunuillus*. At perperam hoc tribuitur Bartholomæo, qui pluſquam ducentos annos poſtea natus eſt à proditione libri prædicti.

Anno 1264.

VINCENTIUS Epiſcopus Bellouacenſis. Hæc periodus corrigenda eſt: nam ſi Burgundus, ergo non patria Bellouacenſis; eſt enim Bellouacum in Picardia prope Pariſios.

Vincentius ergo, natione, vt plerique volunt Burgundus; dictus verò Bellouacenſis ſecundum Philippum Labbe à frequenti dumtaxat in eadem cõmoratione: iuxta verò alios ab Epiſcopatu illius Vrbis. Fuiſſe Epiſcopum Bellouacenſem ſcribunt Martinus Polonus, S. Antoninus, Ioannes Trithemius, Iacobus Philippus Bergomas, Raphael Volateranus, Leander Albertus, Sixtus Senenſis, Antonius Poſſeuinus Societatis Ieſu, Alphonſus Fernandes, Miræus in notis ad Hẽricum de Gandauo, alijque deinceps.

Opponunt Aduerſarij non fuiſſe Epiſcopum Bellouacenſem tum quia de hoc loquens Henricus Gandauenſis *cap.* 42. Catalogi eum Epiſcopum non vocauit, Tum quoniam non reperitur in Tabulario Epiſcoporũ Bellouacenſium. Ceterum ſtandum eſt traditioni communi Connentuum, & Scriptorum illius ætatis, ex quibus deuenit ad Martinum Polonum, qui floruit circa hæc tempora, nempe anno 1260. nam Salutatus eſt Archiepiſcopus anno 1278. & fato ceſſit vel anno 1279. vel 1281. Nec Henrici Gandauenſis argumentum negatiuum concludit, ſicut & illud Tabularij Bellouacenſis. Innumeri fuerunt Antiſtites, quorum memoria, incuria Eccleſiarum ſepulta eſt penitus.

Non rectè Poſſeuinus, Molanus *in Bibliotheca m.s.* Sixtus Senenſis, Miræus & plures alij aſſeruerunt Vincentium Bellouacenſem liberalitate Philippi Valeſij Gallorum Regis adiutum ad Speculorum quatuor, aliorumque librorum compoſitionem animum adieciſſe. Falſum eſt inquam, cum Vincentius obierit vel Miræo ipſo teſte, anno circiter Christi 1256. vel rectiùs 1264. Philippus autem Valeſius ab anno dũtaxat 1328. ad annum 1350. Francici regni fuerit moderatus.

Tres præ cæteris editionibus Quatuor Speculorum celebrantur; Prima Baſileenſis apud Ioannem Amerbachium anno 1481 ſecunda Veneta an. 1591. apud Dominicum Nicolenũ.

Tertia anni 1624. Duacena apud Bellerum hoc titulo præmunita, *Bibliotheca Mundi*, accurantibus Theologis O. B. Collegij Vedaſtini apud Duacenſes.

Circa vexatam toties à Sancti Thomæ æmulis controuerſiam, an à Vincentio Bellouacenſi Angelicus noſter Doctor, an vice verſa à S. Thoma Vincentius quæſtiones de Moribus, quæ in Prima, & Secunda ſecundæ, & in Speculo Morali agitantur, mutuatus ſit? ſatis, ſuperque dixi. Audiamus Philippum Labbe Societatis Ieſu virum cultiſſimum, & exactum. *Ego ſanè nullus dubito, quin ex Angelici Doctoris fontibus ſua hauſerit Vincentius quacumque id tandem ratione perfectum ſit, in quam rem ne hic actum agere videar, plura ſubmini ſtrabunt Sixtus, Bellarminus verbo S. Thomas obſeruatione tertia; Theophilus cum Hoplotheca pag.* 254. *tum Erotematum pag.* 168. *& Ioannes Paulus Nazarius.* Hucuſque Labbe.

Anno 1265.

RICHARDVS CASTRICONENSIS. Antonius Poſſeuinus, etſi accuratiſſimus ſcriptor, *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 129. *ſub initium* præterit hunc Dominicanum fuiſſe.

Anno 1267.

GERARDVS de FRACHETO. Edidit etiam de poteſtate Eccleſiæ ſuper hæreticos. Fontana *in Monumentis Domin.* Plodius, Lucarinus:

An-

Anno 1270.

RICHARDVS PHYSARA, ſeu PHISAIA Anglus. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 130. putat eundem eſſe cum Richardo Fyshacker Exceſtrienſi, qui nondum ſcripſit Commentariam in libros ſententiarum Magiſtri: ſed etiam *Poſtillam in Pſal mos.* Idem Poſſeuinus ponit eum vixiſſe anno 1323. Sixtus Senenſis verò ait eum ſcripſiſſe dictam Poſtillam in Pſalmos anno 1330. Delendus eſt anno 1265. ne bis ponatur.

Anno 1272.

HANNIBALDVS de ANIBALIS. Hunc quidam ſatis ridiculè Ciſtercienſem, alij Carmelitam fuiſſe ſcribunt. Miſſos facio noſtros Scriptores Dominicanos. Epitaphium produco in argumentum. Conformitatem doctrinę cum condiſcipulis ſuis, Diuo Thoma Doctore Angelico, & Petro de Tarentaſia. Tandem nuncupatoriam eiuſdem Sanctiſſimi Præceptoris in quatuor libros Sententiarum ad eundem. Conſule Antonium Poſſeuinum *tom. 2. Apparatus ſacri*.

Præterea in Magiſterio Sacri Palatij ſuccenturiatus eſt noſtro Beato Bartholomæo anno 1246. quæ digniſſima præfectura ſemper adminiſtrata eſt à noſtratibus. Conſule Ciacconium *in vitis Pontificum*, Fontanam *in Theatro libro de Romana Prouincia, & in Monumentis Dominicanis*.

Anno 1273.

PETRVS de ALVERNIA. Rectiùs de Aruernia, quæ in Gallia eſt Prouincia cùm martyrijs, tum ingenijs celeberrima.

Additiones ad Commentaria de Cælo, & Mundo: nimirum ad partem tertij libri, & ad quartum integrum. quæ Venetijs excuſa fuere apud Scotum anno 1495.

Petrus de Aluernia ſcripſit *Quæſtiones Quodlibetales*, quæ Patauij m. s. extant in Bibliotheca Diui Antonij.

Scripſit etiam *Quæſtiones Metaphyſicas*. Anceps eſt Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro* an hic ſcripſerit, vel Minorita. At facilis eſt ſolutio doctrinam conſideranti, ſi ex noſtro, vel alieno gymnaſio.

Vnum in Petro valde admirabile puto, eum opera Diui Thomæ tanto ingenij acumine, tantaque ſtyli ſimilitudine proſequutum fuiſſe, vt vix aliquod percipi poſsit diſcrimen inter ſtylum tanti Magiſtri, & ſtylum tanti diſcipuli. Alumnus fuit Conuentus Claromontani.

Anno 1274.

BEATVS HVMBERTVS. A priſcis Burgundiæ finibus dictus Burgundus, nobilibus parentibus ortus eſt. Dicitur de Romanis, Romonenſis, vel Romanſenſis à Romone, ſeu Romains, vel Romans, quod eſt Oppidum in Vienneſi apud Gallos diæceſi. Olim Viennenſis ditio erat Burgundiæ Regno adnexa, imò & eius præcipuum caput.

Corrigendus eſt Miræus, qui loquens de eius Generalatu ſic dicit: *Anno demum milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, Quintus ſui Ordinis Magiſter Generalis renunciatus eſt. Quã Præfecturam ſumma cum laude totos vndeuiginti annis geſſit. Vtque erat vir modeſtiſſimus, in Generali Ordinis Vniuerſi Conuentus, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio, miſſionem petijt, & obtinuit*. Hæc ille. Fuit Magiſter Ordinis annis nouem, & non vndeuiginti. Celebrata fuerunt hæc Comitia Generalia Londini in Britannia an. 1263. vbi S. Thomas Aquinas pro noſtra Prouincia geſſit diffinitorem. Prouincia enim Romana, pro qua potiebatur ſuffragij iure, circuibat illis temporibus vtriuſque Regnum Siciliæ.

Scripſerunt de illo præter laudatos, Sixtus Senenſis *in Bibl.* Poſſeuinus, Miræus *in Auctario cap.* 399.

Opus de Eruditione Religioſorum, vniuerſa, quæ ad abſolutam Religionis formam ſpectant, comprehendit. In eo enim exactiſſimè

Primus liber ordinat Religioſum ad Mundum.

Secundus, corpus eius proprium.

Tertius, inſtituit eum contra aduerſarium.

Quar-

Quartus ordinat animam.
Quintus ordinat proximum.
Sextus agit de quiete in Deo.
Hoc opus ſub alijs titulis circumfertur: nempe.
Inſtitutionum ſpiritualium libri ſex.
Inſcribitur quoque *Speculum Religioſorum.*
Adnotat Schotus Soc. Ieſu ſex illos libros inuiſos antea, Louanij typis euulgatos cura Antonij noſtri Senenſis, Guilelmo Paraltæ etiam noſtro fratri falsò antea adſcriptos.
Expoſitio Regulæ Sancti Auguſtini, ſeu Commentarius cum breui enarratione Hugonis à Sancto Victore excuſa etiã fuit anno 1605. in octauo.
Theodoricus de Apoldia in Præfatione quinque librorum de vita Sanctiſſimi noſtri Patriarchæ Dominici teſtatur Humbertum adieciſſe multa vitæ eiuſdem Patriarchæ à Beato Iordano Generali & à Fratre Conſtantino conſcriptæ. Prætereà compilauit Librum, qui Vitas Fratrum inſcribitur, vel certè ſuo iuſſu à Gerardo Fracheto Lemouicenſi Ordinis noſtri, de quo anno 1267. opus illud in quinque libros digeſtum, de Origine, ac Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum præfixa præfatione decorauit.
Poſt impreſſionem Louanienſem apud Rutgerum Velpium. Poſtea anno 1585. emendatiùs Lugduni apud Ioannem Statium Opera Franciſci Goracei Theologi noſtri Ordinis, & Profeſſoris Pariſienſis. Item apud Dauidem Sartorium Ingolſtadij anno 1591.
Liber Sermonum pro omni materia, ſeu ad omne genus hominum, attinentium, cum multos ante annos cuſus fuiſſet, neque verò iam extaret, Hieronymus Ioanninius è Capuniano, de quo nos anno 1604. recudi, additis vita ipſius Beati Humberti, Epiſtola de tribus notis, & de alijs quibuſdam exercitijs curauit anno 1603. Venetijs apud Marcum Antonium Zalterium.
Sermones in Prima Parte,
Ad omnes homines, Sermo Primus.
Ad omnem Populum Chriſtianum. Sermo 2.
Ad omnes perſonas Eccleſiaſticas. Sermo 3.
Ad omnes Religioſos. Sermo 4.
Ad Religioſos malæ vitæ. Sermo 5.
Ad Religioſos bonæ vitæ. Sermo 6.
Ad Nouitios in quocumque Ordine. Sermo 7.
Ad Religioſos Ord. S. Auguſtini. Sermo 8.
Ad Canonicos Regulares. Sermo 9.
Ad omnes, qui adhiderunt ad regulam D. Auguſtini. Sermo 10.
Ad Præmonſtratenſes. Ser. 11.
Ad Fratres de Valle Scholarium. Sermo 12.
Ad Fratres de Sacco. Serm. 13.
Ad Fratres Prædicatores. Serm. 14.
Ad omne genus Monachorum. Sermo 15.
Ad Monachos nigros quoſcumque. Serm. 16.
Ad Monachos nigros bonæ conuerſationis. Serm. 17.
Ad Monachos nigros diſſolutos. Sermo 18.
Ad Monachos Albos quoſcumque, & præcipuè Ciſtercienſes. Serm. 19.
Ad Albos bonos. Serm. 20.
Ad Albos malæ vitæ. Serm. 21.
Ad monachos griſeos quoſcumque. Sermo 22.
Ad Eremitas quoſcumque. Serm. 23.
Ad Carthuſienſes. Serm. 24.
Ad Grandimontem. Serm. 25.
Ad Fratres Minores. Serm. 26.
Ad Fratres de Trinitate. Serm. 27.
Ad Religioſos in ſtudio commorantes. Serm. 28.
Ad Conuerſos cuiuſcumque Ordinis. Sermo 29.
Ad Conuerſos Ciſtercienſes. Serm. 30.
Ad Conuerſos Carthuſienſes. Sermo. 31.
Ad Conuerſos Ordin. Prædicatorum. Sermo 32.
Ad Conuerſas mulierum Religioſarum. Serm. 33.
Ad Religioſos arma portantes. Sermo 34.
Ad Hoſpitalarios. Serm. 35.
Ad Templarios. Ser. 36.
Ad Fratres Teutonicos. Ser. 37.
Ad Humiliatos. Serm. 38.
Ad Fratres de Pænitentia. Ser. 39.
Ad Fratres, & Sorores in Hoſpitalibus. Ser. 40.

Ad Fratres, & Sorores in domibus leproſorum. Ser. 41.
Ad nouos Religioſos quoſcunque. Sermo 42.
Ad familiam Religioſorum quorumcumque. Ser. 43.
Ad mulieres Religioſas quaſcumque. Sermo 44.
Ad Mulieres Religioſas incluſas in monaſterio. Ser. 45.
Ad Moniales nigras. Ser. 46.
Ad Moniales albas. Ser. 47.
Ad Sorores Prædicatorum. Ser. 48.
Ad Sorores Ord. Minorum. Ser. 49.
Ad Sorores Ord. Humiliatorum. Sermo 50.
Ad quaſdam Sorores Ord. S. Aug. Sermo 51.
Ad Puellas quæ nutriuntur in monaſterijs. Ser. 52.
Ad Capellanos, & Clericos, & familiam, quæ eſt cum mulieribus religioſis. Sermo 53.
Ad Reginas. Ser. 54.
Ad Canonicos ſæculares. Ser. 55.
Ad omnes literatos. Ser. 56.
Ad Omnem Clericum. Ser. 57.
Ad Clerum Ciuitatis congregatum. Sermo 58.
Ad Canonicos, & Clerum Cathedralis Eccleſiæ. Ser. 59.
Ad Quoſcunque Canonicos ſæculares. Sermo 60.
Ad Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. Sermo 61.
Ad Omnes Scholares. Sermo 62.
Ad Scholares in Grammatica. Sermo 63.
Ad Scholares de Cantu. Sermo 64.
Ad Scholares in Logica, & Philoſophia. Sermo 65.
Ad Studentes in Medicina. Ser. 66.
Ad Studentes in iure communi. Sermo 67.
Ad Studentes in iure Ciuili. Ser. 68.
Ad Studentes in iure Canonico. Ser. 69.
Ad Studentes in Theologia. Ser. 70.
Ad Omnes laicos. Sermo 71.
Ad Laicos in Ciuitatibus. 72.
Ad Rectores, & Officiales Ciuitatis. Sermo 73.
Ad Maiores Ciuitatis. Sermo 74.
Ad Turbam popularem Ciuitatis. Sermo 75.
Ad Familiam diuitum in Ciuitate. Sermo 76.
Ad Laicos in caſtris. Sermo 77.
Ad Laicos in villis. Sermo 78.
Ad Laicos in burgis. Sermo 79.
Ad Omnes Nobiles. Sermo 80.
Ad Nobiles malos. Sermo 81.
Ad Nobiles deuotos. Sermo 82.
Ad Magnates. Sermo 83.
Ad Exiſtentes in curijs Principum. Sermo 84.
Ad Exiſtentes in curia Romana. Sermo 85.
Ad Pauperes. Sermo 86.
Ad Pueros. 87.
Ad Operarios conductionis. Ser. 88.
Ad Peregrinos quoſcunque. Ser. 89.
Ad Peregrinos Cruce ſignatos. Sermo 90.
Ad Transfretantes quoſcunque. Sermo 91.
Ad Infirmos in hoſpitalibus. Ser. 92.
Ad Leproſos. Sermo 93.
Ad Omnes mulieres. Sermo 94.
Ad Mulieres nobiles. Sermo 95.
Ad Mulieres Burgenſes. Sermo 96.
Ad Iuuenes ſæculares. Sermo 97.
Ad Famulas diuitum. Sermo 98.
Ad Mulieres pauperes in villis. Sermo 99.
Ad Mulieres meretrices. Ser. 100.

SERMONES IN SECVNDA PARTE.

In Concilijs. Sermo Primus.
In Synodis. Sermo 2.
In Conuocatione Sacerdotum ſub Archipresbyteris, vel Archidiaconis. Sermo 3.
In Capitulis generalibus Canonicorum ſæcularium. Sermo 4.
In Capitulis generalibus, ſeu Concilijs religioſorum. Sermo 5.
In Capitulis quotidianis religioſorum. Sermo 6.
In Electionibus quibuſcumque. Sermo 7.
In Electionibus prælatorum ſæculariũ. Sermo 8.
In Electionibus Religioſorum. Sermo 9.
In Solemni poſtulatione electi. Sermo 10.
In Solemni petitione conſenſus electi. Sermo 11.

In

In Solemni reſponſione de non admittenda poſtulatione. Ser. 12.

In Solemni reſponſione de poſtulatione admittenda. Ser. 13.

In Solemni reſponſione electi de negatione conſenſus. Ser. 14.

In Solemni reſponſione electi de conſenſu. Ser. 15.

In Solemni petitione confirmationis. Sermone 16.

In Solemni appellatione contra electionem in ipſo Capitulo. Ser. 17.

In Propoſitione ſolemni appellationis contra electam coram illo, ad quem eſt appellatum. Ser. 18.

In Solemni reſponſione de appellatione contra electum admittenda. Ser. 19.

. Nota de Vetula in eodem titulo.

In Solemni reſponſione de appellatione contra electum non admittenda. Ser. 20.

In Solemni examinatione electionis. Ser. 21.

In Solemni confirmatione electionis: Sermo 22.

In Solemni proviſione de Prælato. Sermo 23.

In Solemni confirmatione electionis, ſeu electi. Ser. 24.

In Solemni exhortatione ad electum confirmatum, vel conſecratum. Ser. 25.

In Solemni receptione primo electi confirmati, vel conſecrati. Ser. 26.

In Prima viſitatione ſolemni confirmati, vel conſecrati villarum. Ser. 27.

In Omni conſecratione ſolemni. Sermo 28.

In Solemni conſecratione Epiſcopi. Sermo 29.

In Solemni conſecratione Virginum Monialium. Ser. 30.

In ſolemni conſecratione Eccleſiæ. Sermo 31.

In Solemni conſecratione Cimiterij. Ser. 32.

In Solemni Conſecratione Altaris. Sermo 33.

In Solemni conſecratione Sacræ vnctionis. Ser. 34.

In Omni benedictione Solemni Sacerdotali. Ser. 35.

In Solemni beneditione Abbatis. Sermo 36.

In Solemni benedictione Abbatiſſæ. Ser. 37.

In Solemni receptione Nouitiorum. Sermo 38.

In Solemni profeſſione Nouitiorum. Sermo 39.

In Omni collatione beneficiorum ſine cura. Ser. 40.

In Solemni collatione curæ parochialis. Ser. 41.

In Solemni Baptizatione. Ser. 42.

In Solemni Confirmatione. Ser. 43.

In Solemni Communione. Ser. 44.

In Nona Miſſa. Ser. 45.

In Solemni impoſitione pœnitentiæ. Ser. 46.

In Solemni miniſtratione Vnctionis extremæ. Ser. 47.

In Solemni collatione ſtatus clericalis. Ser. 48.

In Solemnibus Ordinibus. Ser. 49.

In Solemni tractatu de Matrimonio contrahendo. Ser. 50.

In Solemni benedictione nubentium. Sermo 51.

In Solemnibus conuiuijs nuptiarum. Ser. 52.

In Omni Viſitatione. Ser. 53.

In Viſitatione parochialium per Prælatos facienda. Ser. 54.

In Viſitatione Cleri in principio. Sermo 55.

In Viſitatione Religioſorum in principio. Ser. 56.

In Viſitatione Clericorum, vel Religioſorum in fine. Ser. 57.

In Solemni Inquiſitione in principio. Ser. 58.

In Inquiſitione non inuento Crimine. Ser. 59.

In Terminatione Inquiſitionis inuento crimine. Ser. 60.

In Inquiſitione hæreticorum. Ser. 61.

In Solemni condemnatione hæreticorũ. Ser. 62.

In Prædicatione Crucis in genere quocunque. Ser. 63.

In Prædicatione Crucis contra hæreticos. Ser. 64.

In Prædicatione Crucis contra Sarracenos. Ser. 65.

In Solemni excommunicatione. Ser. 66.

In Solemni terminatione cauſarum. Ser. 67.

In Solemni denunciatione malorum. Ser. 68.

In

In ſolemni accuſatione cuiuſcunque. Ser. 69.

In Solemni diſpoſitione magnatum ſæcularium per Eccleſiam faciendam. Sermo 70.

In Solemni depoſitione Prælatorum. Ser. 71.

In Solemni degradatione clericorum. Ser. 72.

In ſolemni petitione reſignationis prælationis. Ser. 73.

In Solemni reſponſione de non recipiẽda reſignatione. Ser. 74.

In Solemni reſponſione de recipienda reſignatione. Ser. 75.

In Solemni miſſione Legati. Ser. 76.

In Prima congregatione Legati. Sermo 77.

In Receptione ſolemni Legati. Sermo 78.

In Solemni receſſu Legati. Ser. 79.

In Solemni repræſentatione Legati coram Papa. Ser. 80.

In Solemni benedictione, ſeu coronatione Regis. Ser. 81.

In Solemni coronatione Reginæ. Sermo 82.

In Omni electione Poteſtatis ſæcularis. Ser. 83.

In militia noua ſolemni. Ser. 84.

In Torneamentis. Ser. 85.

In Parlamentis Regum. Ser. 86.

In Solemni tractatu alicuius negotij. Ser. 87.

In Tractatu ſolemni pacis. Ser. 88.

De Confratrijs. Ser. 89.

In Congregationibus factis pro aliquo ſancto. Ser. 90.

In Nundinis. Ser. 91.

In Mercatis. Ser. 92.

In Subita conuocatione multitudinis. Ser. 93.

In quibuſdam feſtis. Ser. 94.

In Solemni receſſu peregrinorum. Sermo 95.

In Solemni receptione peregrinorum redeuntium. Ser. 96.

In Solemni receptione domini ſæcularis. Ser. 97.

In Exequijs mortuorum ſolemnibus. Ser. 98.

In Commemorationibus Defunctorum. Ser. 99.

In Conuiuijs Defunctorum. Ser. 100.

Catalogum hunc, quem proſequutus eſt Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol. 65. 66. & 67.* (tametſi prolixor ſit, nihilominus, quia multùm proficit prædicatoribus, & alijs, qui negotia tractant) integrum hic appoſui pro Lectorum vtilitate.

Opus de Eruditione Concionatorum duobus libris abſoluitur. In ſecundo docetur, quanam ratione Concionatoribus agendum ſit cum vnoquoque genere hominum, vt eos inſtruant, & ædificent, cum Regibus, Principibus, Cardinalibus, & alijs Eccleſiaſticis omnibus: Cum Religioſis item variorum Ordinum, cum nobilibus, Equitibus, Magiſtratibus omnibus, Ducibus, Militibus, Miniſtris Iuſtitiæ, Aulicis, Opificibus, agricolis, mulieribus, cuiuſcumque ſint conditionis. Et hoc videlicet opere non ſolum præcepta, & methodum tradit, qua cum iſtius modi hominibus agendum ſit; verùm etiam verba ipſa, & colloquia, quæ cuique hominum generi ad Dei gloriam, & eorum ſalutem quadrent. Quare non immeritò appellatus eſt ab eruditiſſimo Hiſtorico Ferdinando Caſtillo hic liber, BIBLIOTHECA VNIVERSALIS pro omnibus officijs, & negotiis huius Mundi, & Sapientia Chriſtiana deducta in praxim, ac profunda doctrina, quæ Cõcionatoribus ſuppeditet quidquid animarum ſaluti conducit: Cum & ſtylus is ſit, vt neminem vnquam fatiget; delectet autem plurimùm legentes. Erat autem iam ante multos annos excuſus, cùm anno 1602. recuſus eſt Vincentiæ, in Ditione Veneta. Hæc Antonius Poſſeuinus protulit de hoc Opere *tom. 3. Apparatus ſacri fol. 369. in principio.*

B Humberti ſermonum Pars ſexta aſſeruatur manuſcripta in Bibliotheca Rhegienſi in Lombardia apud Eucherium Bonettum Ordinis Prædicatorum. Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141. Non rectè Philippus Labbe *de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom. 1. verbo Humbertus* ponit obitum eius anno 1276. Nam poſt abdicatum Generalis Magiſtri Præfecturam in Co-

mitijs Londinenſibus anno 1263. per vndecim annos, & non per tredecim (vt falsò Alphonſus Fernandes in Catalogo Scriptorum noſtræ Religionis computauit) fuit ſuperſtes.

Fallitur quoque Alphonſus Fernandes *in Catalogo Scriptorum Familiæ noſtræ* vocans Beatum Humbertum Heduum de Romanis, quaſi Burgundi, & Hedui eadem ſit ſignificatio; cum aliter conſtet vnam ditionē altera lōgiùs, latiùſque produci, maximè apud Auctores medij æui.

De Beato Humberto conſulendi ſunt etiam Sixtus Senenſis, Theophilus Raynaudus in Indiculo SS. Lugdunenſium, Miræus *in Auctario de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 399. fol.* 261. Antonius Poſſeuinus, & alij.

De eius Patriarchatu ſic Miræus vbi ſupra: *Conſtat eum & Patriarchatum Hieroſolymitanum, à Nicolao III. Pontifice oblatum, reſpuiſſe. Poſito itaque Magiſtratu, Lugduni ad Rhodanum annos vndecim, qui vitæ reliqui fuerunt, docendo, ac ſcribendo conſumpſit.* Hæc Miræus, qui errat cum alijs ponendo obitum eius anno 1276.

Epiſtolam de tribus votis ſubſtantialibus religionis, & de quibuſdam virtutibus eis annexis, quæ ſunt maximè neceſſariæ Deo ſeruire volentibus, per totū Ordinē ad prouincias ſingulas miſit. Hæc ſubiecta libro ſuorū ſermonum de varijs argumentis excuſa fuit in folio an. 1508. in Imperiali Haganoę oppido.

ROGERIVS CALCAGNINVS. Alijs Calcagnus. Interfuit Concilio Lugdunenſi Primo anno 1245. & Lugdunenſi ſecundo. Hunc Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 158. ponit exceſſiſſe è viuis an. 1290.

SANCTVS THOMAS AQVINAS Eccleſiæ Doctor. fol. 34. §. 1. *Collecta* corrige *collectam*.

Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 296. circa initium hæc habet: *At noui Teſtamenti interpretationem ab eo legitimam habemus in Diuo Ioanne: Deinde item in Catenam in omnes quatuor Euangeliſtas ex Patribus contexsam, Vrbano Quarto, huius nominis Pontifice Maximo mandante. Licet hic S. S. Matthæi, & Marci Euangeliſtarum, Beato Thomæ, Diuo autem Bonauenturæ S. S. Lucæ, & Ioannis Euangelia exponenda diſtribuiſſet. Quæ duo poſtrema, cum Diuus Bonauentura Generalis Præfecturæ ſuæ Familiæ cura diſtentus abſoluere nequiuiſſet, Beatus Thomas eandem ipſe ſolus Catenam ita concinnè contexuit, vt ſi Autorum nomina, vnde eſt petita interpretatio, demantur, vnius videntur eſſe lucubratio. Quâ factum eſt, vt Euangelicum ſenſum, & Patres antiquos Latinos, qui deliteſcebant, aut minore erant in vſu, ac Græcos ipſos interpretes aſſequeremur. Diuina viri charitate procurante, vt Latinè propterea verterentur.* Hæc Poſſeuinus. Reliqua vide apud ipſum.

Catena Aurea Antuerpiæ impreſſa citatos habet ad marginē Patres, quibus in locis ea dicant, quæ à S. Thoma proferuntur. Ideo *Hæc* ſine controuerſia eſt alijs Editionibus præferenda.

Adnotat Poſſeuinus Commentaria, quæ in Diuum Marcum Hieronymi nomine circūferebantur, & à S. Thoma in Catena citatur, non eſſe Hieronymi: nam ea in Gloſſa Ordinaria ſub Iſidori nomine allegata interdum reperiri. Hæc ille. Sed recolat Poſſeuinus ſæpiùs opus aliquod pluribus Patribus tribui ab Antiquis; vt videri eſt apud Auguſtinum, Hieronymum, & reliquos. Non ſemel eoſdem ſermones eiſdem verbis, & lineis exaratos reperies apud plures Sanctos doctores. At ſi Diui Thomæ temporibus illa commentaria ſub nomine S. Hieronymi circumferebantur, in quo derogat id noſtri Angelici fidei?

Bentiuenga de Bentiuengis de Aquaſparta, Vmbrus, Ordinis Minorum Cardinalis Albanus, & Maior Pænitentiarius, qui ſcripſit. *Veritatis Theologicæ volumen, & ſermones plures ad Populū habitos*, Sancti Thomæ Aquinatis dilectiſſimus fuit Auditor. Ita Antonius Poſſeu. *in Appar. ſacro tom.* 1. *fol.* 221.

In laudem, & defenſionem Doctrinæ D. Thomæ anno 1325. Academia Pariſienſis hæc, quæ recitantur à Bergomenſi in Tabula aurea, protulit ore Stephani II. Epiſcopi Pariſienſis cum aſſenſu ſui Capituli, ac LXXII Doctorum. *Cum D. Thomas fuerit vni-*

uerſæ

verſa Eccleſia lumen præfulgidum, gemma radians Clericorum, fons Doctorum, Vniuerſitatis noſtræ ſpeculum clariſſimũ, & candelabrum inſigne, ac lucens, per quod, omnes, qui vias vitæ, & ſcholas doctrinæ ſanæ ingrediuntur, lumen vident claritatis vitæ, famæ claræ, & ſcientiæ, velut ſtella ſplendida, & matutina refulgens &c.

Audiamus Theophilum Raynaudũ in clauſula Parænetica pro Leſſio aduerſus Barneſium *num. 9. pag.* 781. *Quis, & quantus S. Thomas Aquinas. Nempe ad miraculum doctus. Ad miraculum in doctrina ſolidus. Ad miraculum accuratus, atque ordinatus, profundus, acutus, perſpicuus omnibus probati ſcriptoris, ac Theologi dotibus eminentiſſimè inſignis. Parcè, ac ieiunè hominem commendo, priuata quacumque commendatione ſuperiorem, & commendarunt Eccleſiæ capita verbis ampliſſimis, quæ apud Aquarium in Controuerſiarum Theologicarum calce, paſſimque alibi proſtant. Hic vir talis, tantuſque, ſuos aliquando Barneſios nactus eſt, eorum ſuffixionibus patuit, dentes, ac morſus non effugit, ita vt poſteros puduerit eorum, quæ in tantum virum, eiuſque ſcripta, per paucos capitoſos, malignè, ac nequiter patrata fuerant, nihil affinxi.*

Fr: Antonius Brixienſis in proceſſu ſuæ canonizationis hoc teſtatur: *Fr: Thomas fuit ſancta vita, & conuerſationis honeſta, & præcipuus paupertatis amator: ita quod, dum ſcriberet librum contra Gentiles non habebat carthas de papiro, in quibus illum ſcriberet. ſed eum ſcripſit in ſchedis minutis; cum certum ſit, potuiſſe habere carthas: ſed de temporalibus nihil curabat.* Vallus *in Compendio part.* 1. *pag.* 40.

S. RAYMVNDVS de PENNA FORTI. Henricus Gandauenſis *cap.* 48. Catalogi eum natione Prouincialem appellat, cum fuerit Catalanus: quod ex illius temporis conſuetudine profectum (vt Philippus Labbe rectè aduertit *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis verbo Raymundus* pauci norunt.

Hos quinque Libros Decretalium ex Antiquis Collectionibus Epiſtolarum, ac Reſponſorum Summorum Pontificum Romanorum magna induſtria, & labore collegit, & illos in ordinem per titulos, & capita ſatis affabrè digeſſit. Confectum Opus maximopere Gregorius IX. Pontifex Maximus probauit, & ad celebriores Vniuerſitates Bononienſem, & Pariſienſem miſit Auditoribus prælegendum. Patet hoc ex Epiſtola nuncupatoria, quæ data dicitur anno 1230.

Summa Raymundina cum eſſet audientibus confeſſiones (vt dicit Henricus Gandauenſis) valde neceſſaria, adeo olim erat vulgata, vt à nemine ignoraretur. Verùm poſtea tenebris exſtabat ſepulta, cum igitur trecentos circiter annos, & amplius manuſcripta tantum haberetur, tandem emiſſa eſt, poſtquam à Clemente VIII. Pontifice Maximo in ſanctorum numerum fuit relatus. Itaque ex manuſcriptis codicibus eruta iterum fuit, & in quatuor libros diſtincta Romæ anno 1603. apud Ioannem Tallinum, plenior, quàm antea excuſa hoc titulo.

Summa de Pœnitentia, & Matrimonio cum Gloſſis Ioannis de Friburgo Lectoris eiuſdem Ordinis Dominicani. De quo anno 1314.

Tuneti, ac Murciæ litterarum Hebraicæ, & Arabicæ inſtituit ſtudium ad Iudæos conuincendos, qui & blaſphemos punit. Ita Diagus *lib.* 1. *cap.* 15. Ipſe quoque Auctor fuit, vt illa duo magna Eccleſiæ luminaria ſcriberent, Angelicus Sanctus Doctor contra Gentes, & noſter Fr: Raymundus Martini duo volumina doctiſſima, & mirabilia ad conuincendam perfidiam Iudæorum maximè neceſſaria, ſcilicet Capiſtrum Iudeorum, & Pugionem Iudæorum.

Summam iſtam S. Raymundi, Sanctus Antoninus, aliique viri docti magnoperè commendarunt; quam & Raymundinam appellauere.

Præter allegatos ſcripſerunt vitam S. Raymundi, primi, vetuſtus Auctor, Ferdinandus del Caſtillo, Saluator Pons, Michael Ilot, Antonius Poſſeuinus *in tom. 3. Apparatus ſacri folio* 121.

Anno 1275.

BARTHOLOMAEVS TVRONENSIS, Gallus, Conuentus patriæ ſuæ alumnus, Doctor Regens in noſtra Academia Pariſina, quo in munere Collegam ſortitus eſt Fratrem Petrum de Tarantaſia, qui fuit Pontifex Maximus. Quemadmodum in Diffinitoris Capituli Generalis officio apud Londinum in Anglia 1263. nactus etiam fuit Collegam Diuũ Thomam Aquinatem, Eccleſiæ Decus, & lumen.

Multa ſcripſit hic celeberrimus Doctor, quæ non parum à viris ſtudioſis vſque ad hunc diem adhuc deſiderantur.

Ita Godefridus Languedoc *in Compendio de Scriptoribus Prouinciæ Pariſienſis Ordinis m. s.*

Anno 1276.

PETRVS de TARANTASIA Burgundus. Oppidum hoc Tarantaſia ad Sabaudiæ Ducis pertinet Ditionem. Quare optimè Longobardus ponitur à quibuſdam. At ſi Burgundus cum alijs cenſeatur, Natale oppidum non attinet ad Sabaudiam.

Philippus Labbe *in diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom. 1. pag.* 804. inficias it Petrum de Tarantaſia edidiſſe commentaria in Pſalmos, in Cantica Canticorum, & in Epiſtolas Pauli, ac Poſtillas in Pentateuchum: ſic enim inquit: *Commentaria in Pſalmos, Cantica Canticorum, & in Epiſtolas S. Pauli, ac Poſtillas in Pentateuchum celebrat Sixtus Senenſis; ſed non memini me ea typis vſpiam edita obſeruaſſe*. Hæc Philippus.

At valde miror ſolertiſſimum ſcrutatorem hæc ignorare, maximè cum ipſe Pariſijs formis dederit Opus ſuũ de Scriptoribus Eccleſiaſticis apud Sebaſtianum Cramoiſy anno 1660. Regis, & Reginæ Architypographum, via Iacobæa ſub Ciconijs: quare ſi Sixto Senenſi præſtare noluerit fidem, nec Luſitano, nec Plodio, nec Caſtillo, nec alijs penè innumeris, oportebat ſaltem tandem ex reuerentia aſtipulari teſtimonio omni exceptione maiori vnius integri Capituli Generalis anni 1647. Valentiæ celebrati ſub auctoritate integerrimi Magiſtri Ordinis Generalis memoria Venerabilis Fratris Thomæ Turci Cremonenſis, quem ſæculi decus venerata eſt tota Europa cum partibus reliquis Orbis. Vel dare litteras ad Toloſam; quæ ſubito reſcripſiſſet officioſa: *Omnia Innocentij V. Pontificis Maximi Opera impreſſa ſunt Toloſæ ſub cura Adm. R. P. Fratris Antonini Reginaldi viri ſapientiſſimi*.

Hoc anno 1276. *pag.* 42. *colum.* 2. *linea* 49. dicitur: *Occidentis verò Imperio tunc vacante &c.*

Dubitabit aliquis, & meritò, quo pacto Imperium Occidentale anno 1274. vacabat, ſi Rodulphus Habſurgenſis electus fuerat Imperator ex Cuſpiniano, tua Chronologia, & alijs anno 1273.

His tamen fit ſatis, ob illud longiſſimum interregnum, nutabat adhuc Imperium, nec licebat Rodulpho propter ſuſpiciones, & imminentes rumores à non benè obfirmata ſede diſcedere. Neque de nouo accito ad imperium præſto erant, quibus ei fuiſſet opus ad iter. Vtique non vacabat, ſed multos annos iam paulo ante vacarat.

AEGIDIVS de LISCIVIIS. Antonio Poſſeuino *in Appendice ad primum Tomum Apparatus ſacri*. *Aegidius Luſcinus*. Antonio Senenſi *in Chronico & Bibliotheca* de Laſciuijs, & varijs, alijs modis.

VLDARICVS, ſeu VLRICVS. Antonio Poſſeuino *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 340. *in calce*, Eiſingrenio, & alijs, Vdalricus Argentoratenſis: Miræus eum locat anno 1280.

GVALFRIDVS de BELLO-LOCO. Huius meminerunt Spondanus *tom.* 1. *anno* 1254. *num.* 12. *&* 1270. *num.* 1. Odericus anno 1270. *num.* 18. *& anno* 1272. *num.* 59. *&* 60.

GVILELMVS CARNOTENSIS. Ad hunc Gualfridus de Bello-loco tranſmiſit geſta S. Ludouici Regis. Spondanus ad annum 1254. *num.* 12. Odericus ad annũ 1238. *n.* 60. Fontana *p.* 2. *Theatri cap.* 6. *n.* 2. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Script. Ord. m. s.*

An-

Anno 1277.

GERARDVS MINDENSIS. Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro* florebat anno 1314.

TIDERICVS de VRIBVRGH, Alijs Theodoricus de Friburgo. Ita Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 272.

IOANNES PARISIENSIS de Soardis. Eiſingrenio viuebat anno 1280. Antonio Senenſi anno circiter 1300. Quorum vterque cohærere cũ ſententia poterit noſtra. Conſule Poſſcuinum *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 235. *circa medium*. Idem tamen Poſſeuinus *in eodem tomo, fol.* 242. ponit alium Ioannem Pyſienſem etiam Ordinis noſtri, cui attribuuntur eadem opera, quæ manuſcripta exſtant in Germania. Hæc ego legens apud virum eruditiſſimum, & tam accuratè ſcribentem ob tot ambages, & tantas varietates colligo hoc ſcribendi genus valde anceps eſſe, perdifficile, & innumeris ſubiectum erroribus.

THOMAS SPERMAN. Antonio Senenſi *in Bibl. Ordinis pag.* 246. Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 311. ſub initium, & alijs Spermanus, ſiue Operman.

MAVRITIVS N.N. Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 423. circa medium laudat has vndenonaginta diſtinctiones, quòd perutiles concionatoribus.

Anno 1278.

GVILELMVS de ALTONO Anglus. Alijs Atton. Iuxta ſupputationem Antonij Senenſis viuebat anno 1262. Antonij Poſſeuini *in Apparatu ſacro anno* 1320.

THOMAS SVETONIVS Anglus. Præter recenſita, & ſummam Theologiæ ſcripſit etiam Breuiarium Theologiæ.

Item Compendium Dini Thomæ.

Hæc tria ponit Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 312. dicens ſcripſit Commentaria in Pſalterium. Breuiarium Theologiæ, Summam Theologiæ. Compendium D. Thomæ &c. At vereor, ne hi tres, vnus ſit liber tribus nominibus atticulatus.

Anno 1279.

MARTINVS STREMPVS Polonus. Hunc Ioannes Caſalas ſic appellat: *Virum religioſum, Scriptorem ſtrenuum, Romanæ Vrbis Pontificium Pænitentiarium, illuſtrem Epiſcopum, imò Archiepiſcopum Coſentinum, Poloniæ Primatem, Concionatorem eximium, excellentis ingenij virum, poſteritati venerabilem.* Doctor igitur tanti meriti, vt bonus Simplicianus rideretur ab infrunito Valle clauſa, vt qui Primus fuerit author ſtultiſſimę fabellæ de Ioanna illa Papiſſa. Citatur à Valle clauſa contra Martinum Trithemius *lib. de Scriptoribus*.

Euincunt hanc amentiam fabuloſã infraſcripti Authores recenſiti per Alphabetum. Alanus Copus *cap.* 8. *Dialogi primi*, Andreas Ducheſnius *in libro de Romanis Pontificibus*, Arnaldus Pontacus Vaſatẽſis Epiſcopus *in Chronico*, Aubertus Miræus *in Scholijs ad Sigiberti Chronicon* ad M S. exemplar Gemblacenſe &c. excuſum, Bartholdus Nihuſius, *de quo paulo poſt in Leone Allatio*, Cæſar Baronius Cardinalis Eminentiſſimus in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti 853. Dominicus Grauina Ord. Præd. Florimundus Ræmundus Senator Burdegalenſis *in refutatione vernacula Erroris popularis de Ioanna Papiſſa*, Franciſcus Coriolanus *in Chronico*, Gilbertus Genebrardus *ad an.* 858. Iacobus Gordonus Societatis Ieſu *in Opere Chronologico ad annum* 853. Iacobus Gretſerus Soc. Ieſu *in Defenſione Bellarmini tom. 1. lib. 3. cap.* 24. Iacobus Gualterus S. I in Tabulis ſæculi IX. Ioannes Auentinus *lib.* 4. *Ann. Boicorum*, Ioannes Carolus Ræmondus, qui Floremundi patris Opus latinè reddidit, emiſitque in lucem Burdigalę apud Simonem Millangiam anno 1601. in 8. Iodocus Coccius *tom. 1. Theſauri Catholici lib. 7. art.* 14., Iuſtus Lipſius *in Epiſtola ad Franciſcum Sueetium*, Leo Allatius Chius, *qui ex monumentis Gracis Confutationem fabulæ illius edidit Romæ anno* 1630. *quam recudendam cu-*

curauit Coloniæ anno 1645. *Bartholus Nibuſius adiunctis Prologo, Epilogo, ac Teleſcopio*. Ludouicus Richeomus S. Ieſu; *Si verè Blondellus, & alij nonnulli opus Ramundianum ei adiudicarint: qua de re nihil Ribadeneira, aut Alegambus in Bibliothecis*. Nicolaus Sanderus *lib. 7. de viſibili Eccleſiæ Monarchia*, Nicolaus Serarius Ieſuita *in Deſcriptione Moguntiacarum Antiquitatum*, Onuphrius Panuinius *in Notis ad Vitas Pontificum Bartholomæi Platinæ*, Papirius Maſſonus *libro de Epiſcopis Vrbis Romæ*, Petrus Maturus Ieſuita *in Annotationibus ad Chronicon Sancti Antonini Florentiæ Archiepiſcopi Ord. Præd.* Philippus Labbe *de Ioanna Papiſſa Cenotaphio euerſo*, Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis de Soc. Ieſu aſſumptus *de Pontifice Romano tom. 1. Controu. 3. lib. 3. cap. 24.* Seuerius Binius *in Notis ad Concilia, & Vitas Leonis IV. & Benedicti III. Romanorum Pontificum*, Siffridus Perri *Annotationibus in Chronicon Martini Poloni ad M. S. codicem emaculatum*: quodque anno 1616. Coloniæ Agrippinæ è vetuſtiſſimo M. S. & ipſi ſcriptori penè coætaneo ſumma fide, & diligentia expreſſum excudendum curauit in folio F. Ioannes Fabricius cognomento Cæſar Ordinis Candidi Præmonſtratenſium alumnus. Simon Maiolus Epiſ. *Colloquio 3.* & alij.

Hanc fabulam Baronius loco citato meritiſſimo iure appellat fabulam indoctam; omni ex parte mendacem, inſulſam, ineptam, friuolam, ſibi contradicentem, ſe ipſam diſſoluentem, nulla veriſimilitudine ſubſiſtentem, vel ſaltem mentito veritatis fuco nitentem, calumnioſam, leuiter fuſam, leuiùs creditam, perfidè aſſertam, procaciter defenſam, obſtinatè retentam à Nouatoribus.

Duo obijcit Valle clauſa Martino noſtro, & quòd in Martini Chronico reperiatur hæc fabula, & quòd ipſe fuerit inuentor, & commentator. Primùm dicamus ad ſecundum. Martinus vixit hæc tempora, obijtque anno 1281.

Cardinalis Baronius, Author celeberrimus, cui nec parem dabit Petrus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, primum ſtatuit huius fabulæ artificem Marianum Scotum, qui ducentis annis ſuperior fuit noſtro Martino Polono.

Secundus à Mariano Scoto inſimulator infandi huius figmenti, Sigibertus Chronologus, vir Germanus, & Schiſmaticus Author, vt videre eſt apud Bellarminum loco iam adducto, qui & hanc ab eo infamiam amolitur; refertque Binnius in Leone IV. exſtare adhuc in Monaſterio Gemblacenſi (in quo meruit Sigebertus profeſſione Monachus) antiquiſſimum exemplar manuſcriptum, quod creditur ipſius Authographum, teſtaturque à ſe viſum Molanus Louanienſis doctor, vbi nulla prorſus Ioannis, ſeu Ioannæ Pontificis mentio.

Pari quoque fælicitate in antiquiſſimis Mariani Scoti exemplaribus non haberi fabuloſam illam Pſeudo-Papiſſam, aſſeritque ille, qui Metropolim Alberti Krantij edidit Coloniæ anno 1574.

Itaque reſtat Martinus noſter tertius huic calumniæ ſuppoſitus (& reſpondebimus iam ad primum) Cardinalis Bellarminus poſtquam antiqua Mariani, & Sigeberti manuſcripta, huiuſmodi figmenti pura probauit, ceſſit rumori vulgi in Martinum comentum hoc detorquentis, aut veriùs ſcriptis eius impreſſit, ſed corruptis. Audiamus Binnium iam laudatum. *Martinum hac fabula adauxit Berauldus Baſileenſis Typographus, ex cuius prælo anno* 1550. *in lucem prodijt: exſtant enim ſuffrido Petri, & Ioſia Surlero atteſtantibus, plurima manuſcripta exemplaria, à quibus hanc, infinitaſque fabulas abeſſe animaduerterunt, quæ in impreſſo Codice reperiuntur*. Hæc Binnius. Ex quibus vnum ſibi conſignatum à R. F. Ioanne Cæſar, cum Editio Conciliorum pene abſolueretur, ad futuræ editionis fidem, teſtatur idem Binnius. Huic ſuffragatur Ciacconius in Leone IV. Romæ ante Pontificum oculos ſcribens, nuperrimuſque Spondanus, nota ad Baronium appoſita anno 853. Probat, inquit, Chronica ex Authographis edita, maximè ex illo Ioannis Cæſar anno 1616. in lucem miſſo Martinum Polonum nullam prorſus huius fabu-

fabulæ mentionem feciſſe, licet ſtolido vulgi rumore, eius aſſertor prædicetur.

Nec Trithemius, quem Valle clauſa adducit, verbum aliquod protulit de hac fabula in Martinum. Trithemius enim ſemel loquutus eſt de Martino; de quo ſic dicit in libro de Scriptoribus. *Martinus Ordinis Fratrum Prædicatorum, Domini Papæ Vrbis Romæ Pænitentiarius, & poſtea, vt ferunt, cuiuſdam vrbis Epiſcopus, vir in Scripturis ſanctis ſtudioſus, & eruditus, & ſæcularium litterarum non ignarus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij fuit. Scripſit quædam præclara Opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad poſteros tranſmiſit. Tabulam Decreti. Chronicon ſuccinctum.* Hæc Trithemius. Nullum itaque facit verbum de Papiſſa.

Vendicarunt noſtri Religioſi, & alij Martinum à criminatione impoſita, ſtylumque acuerunt aduerſus obiatatores. Et planè dignus erat vir pietate, & doctrina inſignis, & toto orbe clariſſimus, defenſione.

De eius laudibus præter laudatos conſule Antonium Senenſem Luſitanum *in Bibl. Ord. pag.* 171.

Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 410. lapſus eſt faciens hunc Monachum Ordinis Ciſtercienſis, & rurſus impingens prædictam fabulam ei.

Alij, & etiam perperam, apud Trithemium fecerunt Benedictinum. Lege Ioannem Caſalas.

HVGO de Argentina. Argentinenſis, ſeu Argentoratenſis.

Compendium veritatis Theologicæ continet libros ſex.

Scripſit etiam *Quodlibeta*.

Quæſtiones.

Diſputationes.

Varias in diuinos libros explanationes.

Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 61. *circa medium*.

RICHARDVS CLAPOEL. Antonio Poſſeuino *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 129. Clapole, ſiue alijs Knapuuel. Circa tempus, quo vixerit, omnes probè tradunt. Qui enim eum ponunt floruiſſe anno 1286. ſub Honorio V. Summo Pontifice, ſiue etiam cum Eilingrenio anno 1304. concordant:

Floruit namque ab anno 1279. vſque ad annum 1312.

Scripſit etiam librum quæſtionum Theologicarum. Antonius Poſſeuinus vbi ſupra. Vide Chronicon Thomæ Vuicij.

Anno 1280.

BEATVS ALBERTVS MAGNVS. Liber, cui titulus: *Paradiſus Animæ, ſiue de Virtutibus* Florentiæ Italicè prodijt anno 1556. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Liber item *de adhærendo Deo*, Italicè quoque prodijt apud Fulginates, anno 1563. Ex eodem ibidem.

Compendium Theologiæ expurgatum vna cum vtilibus ſcholijs per Seraphinum Caponium è Porrecta, Venetijs anno 1587. ex Typographia Ioannis Baptiſtæ Somaſchi. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

Liber *de Mirabilibus* Magni huius Doctoris non eſt legitimus fætus, vt diximus. Ita quoque Martinus Delrius, Antonius Poſſeuinus, & alij.

Illud, quod impoſuerunt Beato Alberto Antonius Bernardus Epiſcopus Caſertanus *lib.* 13. *Euerſ. ſingular certam. ſect.* 2. & Petrus à Valle clauſa de duobus pueris aperientibus portas &c. diluitur facilè. Citatur Albertus *in lib.* 3. *de motibus Animalium*, & nihilominus Auctor hic præclariſſimus de motu Animalium duos dumtaxat libros conſcripſit. Præterea dicunt Albertũ atteſtari ſe fuiſſe teſtem oculatum, quod numquam reperient in Alberto. Legatur *lib.* 1. *tractatu* 4. *cap.* 3. vbi mouet quæſtionem, *An Anima per ſolum Intellectum, aut Imaginationem poſſit ad nutum mouere corpora ſeparata*. Verba doctoris ſunt hæc: *Certiſſimè enim (vt inquiunt) eſt quoſdam ſic naſci, vt mira faciant, & quoſdam ſic, quod huiuſmodi facere nequaquam poſſunt, & huiuſmodi non eſt dubium aliquam cauſam eſſe: cum omne opus animati cauſetur ab anima ipſius, oportebit, vt dicunt, cauſam horum operum eſſe in Anima mouente per intellectum, & imperium. Exempli cauſa poteſt induci quod*

ap-

apparuit multis videntibus duobus geminis in Germania natis, quorum vnus dum ferretur iuxta oſtia, omnia oſtia verſus ſuum latus ſiniſtrum aperiebantur quantumcumque ſerrata fuiſſent & hanc virtutem, quam ille habuit in ſiniſtro, habuit frater eius in dextro: & in breui ſpatio temporis ambo defuncti ſunt. Non dicit ergo Albertus ſe fuiſſe teſtem oculatum.

Negant Valle clauſa, & alij, quæ de Vere, media Hyeme in gratiam Imperatoris inducto circumferuntur. At legantur Spondanus Anno 1247. *num.* 3. Chronicon Ioannis de Becka de geſtis Pontificum Traiectenſium, & Comitum Hollandicorum, Ioannes Aleidis Carmelita. Ita loquitur de Guillelmo Hollandiæ Comite promoto ad Imperium. *Poſt quæ ab Alberto Magno Ordinis Prædicatorum, tunc ibi Profeſſore, poſteaque Epiſcopo Ratiſponenſe, conuiuio exceptum fuiſſe in die Epiphaniæ, horrenda Hyeme verſa in floriferum Ver, & floridam fructibus Aeſtatem, ijdem Hollandici Authores (ex quibus eadem Trithemius) arti Magicæ, rem amplificando tribuentes tradunt, quæ potuit Albertus (ſi verè ea contigerunt) vel Philoſophia naturali, vel etiam virtute ſupernaturali ſibi communicata præſtare, vt erat ſanctitate, iuxta ac doctrina præditus.*

Et infra Anno 1259. *num.* 16. *Laudat eum impenſiſſimè Auentinus lib.* 7. *Germanum eum Varronem appellans, etiamque longè Varrone doctiorem aſſerens, quem nihil penitus fugerit, qui omnia perfectè nouerit, naturæ ſecundum Ariſtotelem veriſſimus Interpres extiterit. Breuiùs, ac pleniùs Bergomens lib.* 15. *Tantæ eum fuiſſe doctrinæ, vt non ſolum nemo ei anteponendus ſit, ſed nec quidem æquiparandus.* Et plura alia in laudem eius. At Magno nihil magnũ. Legantur noſtra Elogia Parte Prima, & illud Labbe:

Albertus Deiparæ Philoſophus
Impleuit Orbem octingentis libris,
Satis vnus omnibus Bibliothecis.
Nec mirum ſi omnibus ſufficit,
Qui Thomæ diſcipulo ſatis fuit.
Nulla opinio etiam falſa
Fefellit Albertum.

Modum poſuit artibus curioſis, ne vltra pergerent, oſtendit vbi deſineret Natura, vnde inciperet Gratia.

Alium Albertum Colonienſem ponũt diuerſum à magno Henricus Gandauenſis, Trithemius, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro* dicẽtes fuiſſe Coloniæ lectorem, & ſcripſiſſe in Lucam, & alia. De eo ſic inquit Gandauenſis: *Et vt ſalua pace eius dictum ſit, ſicut à quibuſdam dicitur, dum ſubtilitatem ſæcularis Philoſophiæ nimis ſequitur, ſplendorem aliquantulum Theologiæ puritatis obnubilat.*

LVDOVICVS VALLESOLETANVS. Edidit quoque Indicem operum eiuſdem Beati Alberti.

PETRVS de ANDRIA Apulus. Præter citatos commendatur ab Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro*.

IACOBVS AQVINAS. Lapſus eſt Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 71. *in Calce*, ponit enim hunc Iacobum Aquinatem fuiſſe Ordinis Prædicatorum, & ſcripſiſſe contra Guilelmum de Sancto Amore, & deinde citat Gennadium in Catalogo. Gennadius enim, qui ſcripſit Catalogum, fuit Maſſilienſis presbyter, & vixit tempore Gelaſij Papæ circa annũ Domini quadringenteſimum nonageſimum: Quo igitur pacto verba facere potuiſſet de Iacobo Aquinate? Non capio. Apertus eſt Anachroniſmus.

IOANNES VERCELLENSIS. Alijs Ioannes de Garuellis de Mouſo, patria Vercellenſis. Eum fuiſſe electum in Romanum Pontificem tuetur Franciſcus Auguſtinus *in Chronologia virorum illuſtrium Pedemontij cap.* 51. *num.* 1264. *fol.* 393. At Spondanus *ad an.* 1281. *num.* 3. inficiatur figmentum.

Huius nutu Angelicus Sãctus Thomas compoſuit Opuſculum 19. contra Religionem Mendicantium impugnantes. Ita Franciſcus Auguſtinus vbi ſupra.

HENRICVS ESSERBVNE, ingenio, morum ſuauitate, prudentia, literis admirabilis ſcripſit.

In Salomonis Prouerbia.
In Eccleſiaſten.
Lecturas Bibliorum libro vno.
Proceſſus in Theologia, libro altero

Ser-

Sermones alio libro.
Viuebat hoc anno 1280.
De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 2. fol. 15.*

Anno 1283.

RAYMUNDUS MARTINI &c. Immortale, ac celeberrimũ eius opus ſummopere commendatur à Ioſepho de Voiſin Presbytero, & exſenatore Burdegalenſi, ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. DD. Franciſco Boſquet Epiſcopo Lodouenſi Comite Montis Bruni *in Epiſtola exponente Operis Argumentum*, à Petro Epiſcopo Antiſſiodorenſi, ab Henrico de Maupas Du Tour Epiſcopo Anicienſi, Comite Velauniæ, ab Harduino Epiſcopo Ruthenenſi Chriſtianiſſimi Regis Præceptore, ab Eduardo Mole Epiſcopo Baiocenſi, ab Illuſtriſſimis Viris Dominis D. Franciſco de Tarneau in Parlamento Burdegalenſi Præſide in Ode ad chariſſimum Nepotem ſuum D. Ioſephum de Voiſin, à Ioanne de Montion in maiori Parlamenti Burdegalenſis Camera Senatore, pro publicis eiuſdem Curiæ negotijs Delegato, à Petro de Voiſin in eodem Parlamento Senatore pro publicis eiuſdem Curiæ negotijs Delegato *in Epiſtola ad Chariſſimum fratrem ſuum D. Ioſephum de Voiſin*, à Petro Chapelas Doctore Pariſienſi, Curatoque S. Iacobi dictæ Ciuitatis, à Fratre Ioanne Nicolao Doctore Theologo Pariſienſi, & apud Prædicatores Primario Regẽte *in Elegiaca, & Anagrammatica gratulatione*, à Banneret Theologo è Familia Sorbonica doctore Pariſienſi, & Regio linguæ Sanctæ interprete, à F.I. Frontone Canonico Regulari in monaſterio S. Genoucfæ, & in Academia Pariſienſi Cancellario, à Philippo Iacobo Mauſſaco, à Nicolao de Lyra, à Paulo Burgenſe Epiſcopo Regnorum Caſtellæ, & Legionis Archicancellario, à Porcheto, ab Auguſtino Iuſtiniano Ord. Præd. Epiſcopo Nebienſi, ab Antonio Luſitano *in Chronico, & in Bibliotheca*, à Franciſco Diago, à F. Thoma Turco Generali Ordinis Magiſtro, ab Antonio Poſſeuino, à Fernandes Caſtillo, ab Iuone Pinſart doctore Pariſienſi, & Priore Conuentus FF. Prædicatorum S. Iacobi, F. Vincentio Bouillet Ord. Præd. Priore Cõuentus Pariſienſis, Sanctæ Mariæ Annunciatæ, à Iacobo Goar, & ab alijs penè innumeris. Ex his breuitet ego colligam quædam, quibus Raymundi Martini gloria innoteſcat, & excellentia Operis, quod *Pugionem Fidei* prænotauit, aperiatur. Primùm eſt præmittendum Hiſpaniam longo tempore habitatam fuiſſe ab Hebræis, & Sarracenis vtriſque Circumciſis. Optauere pluries Reges Chriſtiani, vt vnus, & alter populus conuerteretur ad Chriſtum. Siſibutus Rex anno quingenteſimo decimo qninto Iudæos exilio dãnabat, niſi veniſſent ad fidem. Idem ſub Siſenando, & ſimilibus Regibus contigit. At quoniam nemini ad credendum vis inferenda eſt aliqua, id Patres in Concilio Toletano IV. Can. 46. relato in Canon. 5. diſtinct. 45. apud Gratianũ, definiuerunt. *Cui enim vult Deus, miſeretur, & quem vult, indurat.* Hoc quamuis Iuliani Archiepiſcopi Toletani ætate religiosè fuerit obſeruatum, nihilominus poſtea in deſuetudinem penè abierat. Minis enim, mulctis pecuniarijs, exilijs, & alijs pœnarum generibus cogebantur ad baptiſmum. Ita colligitur *ex illa lege famoſa 3. Viſigothorum tit. 3. lib. 12. de Iudæis.*

Venit S. Raymundus à Penna Forti, qui fuit noſtri Ordinis Tertius Generalis Magiſter, & Pœnitentiarius Papæ, & graſſante in Hiſpania vtraque lue Sarracenica, & Iudaica, ad eam mundandam, & expellendam Principum legibus pœnalibus non vſus eſt, ſed manſuetudinis via inceſſit. Cum Tertulliano enim palam eſt profitendum, Legem nouam non ſe vindicare vltore gladio: quod Chriſto eius auctori placuerit neminem ad receptionem ſuæ Legis cogi huius vitæ pœnis, vel earum metu, vt patet ex varijs noui Teſtamenti locis, tum Pauli, tum Ioannis, tum Lucæ, tum Matthæi: Quod non ſit Religionis, eodem teſte ad Scapulam in fine, cogere Religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi. Quis mihi imponat neceſſitatem vel credendi,

quod nolim, vel quod velim, nõ credẽdi? ait Lactãtius. Nihil tam voluntariũ quam Religio. In hac ſi animus auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt. Fides autem ſuadenda eſt, non imperanda; nocuit enim, & nocebit ſemper rigor; Et ingenia noſtra, vt nobiles, & generoſi equi meliùs facili frœno reguntur, Docendo magis, quàm iubendo; monendo, quàm minando. Quare cum Theodorico Rege *Epiſt. 27. lib. 2. Variar.* Caſſiodori, & cum Sancto Bernardo Sermone *66.* in Cantica profiteamur, *Nihil eſſe Religionis voto liberius, cum hoc firmiter credentes fidem ſuadendam eſſe, non imponendam.* Cum illo verò *errantium* votum laudabiliter eſſe improbandum, & Religionem imperari non poſſe, quod nemo cogatur, vt credat inuitus. Ob id igitur in Capitulo celebrato apud Toletum an. 1250. ſtatuit, vt ad Arabicæ, & Hebraicæ linguæ ſtudium fratres noſtri incumbant, vt infidelibus poſtea prædicarent. Ita Franciſcus Diagus *in Hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ lib. 2. cap. 28. & in lib. 1. cap. 2. habetur.* Cupientes ſatisfacere Mandato Magiſtri, & attendentes vtilitatem negotij præſentis, præcipuè verò futuri, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti aſſignamus ad ſtudium Arabicum, hoc iniungentes in remiſſionem peccatorũ auctoritate Magiſtri, & noſtra: Idque imperantes virtute obedientiæ, F. Arnoldum Guardia, F. Petrum de Cadireta, F. Raymundum Martin, F. Petrum Ariam, F. Petrum de Puteo, Fr. Petrum de Sancto Felice, Fr. Dominicum Eſteuan, ſiue Stephanum, & F. Petrum de Cannolles. Supradictum verò F. Arnoldum de Guardia aliorum Prælatum deſignamus. Numerum duodecimum complebimus, cum primùm facultatem nobis Deus conceſſerit. Quod ſi attentè conſideremus, quã rigidè iſta mandata ſint; & ſi omnia verba ponderemus, intelligemus iſtos octo religioſos fuiſſe præcipuos Regni. Quod prætera patet ex eo, quod Fr. Petrus de Cadireta fuit vnus ex illis, qui tunc erat Inquiſitor Regni Arragoniæ, & locorum, quæ erant ſub ditione Regis Iacobi in Prouincia Narbonẽſi.

Frater Petrus deinde coronatus fuit Martyrij laurea. Ex Franciſco Diago.

Perſuaſit Arragoniæ, & Caſtellæ Regibus S. Raymundus de Pennia forti, vt quidam ex Ordine noſtro Religioſi viri Regijs ſumptibus alerentur, & linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Arabicæ ſtudio seriò vacarent ad Iudæos, & Sarracenos, non vi, neque authoritate, ſed fidei ratione proprijs armis confodiendos. Eo feruore infideles ad fidem reuocandi percitus eſt, vt nihil intactùm eum reliquiſſe reſtetur nominatim Author Anonymus vitæ eiuſdem a Peña Rotæ auditore editus, & illuſtratus Romæ *cap. 28.* his verbis: *Infideles*, inquit, *etiam Iudæi, & Sarraceni honeſtatis eius excellentiam admirantes, & dulci, ac rationabili alloquio delectati circa eum deuotionem ſpecialem, & reuerentiam exhibebant: pro quorum conuerſione procuranda totus erat charitatis incendijs inflammatus. Et ſuper hoc ſibi viſio quadam mirabilis diuinitus eſt oſtenſa, in qua ſibi eſt à Domino reuelatum quòd per fratres Ordinis Prædicatorum deberet inter Gentes infideles multorum conuerſio ad fidem catholicam procurari.* Propter quod, *magis, ac magis accenſus cum licentia Magiſtri Ordinis, & cum auxilio Domini Regis Caſtellæ, & Domini Regis Arragonum ſtudium linguæ Arabicæ fieri procurauit. In quo viginti fratres Ordinis Prædicatorum, vel plures in lingua illa per ipſius diligentiam ſunt inſtructi. Ex quo fructus maximus eſt ſequutus. Nam plures quàm decem millia Sarracenorum à Fratribus eis prædicantibus ſunt conuerſi. Et inter Sarracenos de Hiſpania, & etiam ex Africa diuulgata eſt veritas fidei chriſtianæ, & iam taliter approbata, quod multi eorũ, præcipuè ſapientes diſpoſiti ſunt ad ſuſcipiendam fidei catholicæ veritatem, & Magiſtri in lingua ſcilicet Arabica ferè omnes per ipſorũ induſtriã ſunt conuerſi.*

In lingua etiam Hebraica, cũ ipſius auxilio, conſilio, & fauore, fratres aliqui taliter inſtructi, quod poſſent Iudæorum conuincere malitias, & errores, qui iam non poſſunt, ſicut hactenus conſueuerunt, audacter negare textum verum, & gloſas ſuorum ſapientum antiquorum cum Sanctis noſtris,

ſtris, in his, quæ ad fidem catholicam pertinent concordantes falſitates inſuper, & corruptiones, quas in Biblia in locis pluribus inſeruerant, ad occultanda Myſteria Paſſionis, & cætera Sacramenta Fidei, falſarijque veritatis per ſcripturas eorum authenticas, reuelantur. Quod eſt ad eorum maximam confuſionem, & confirmationem Fidei catholicæ.

Ex illo Collegio prodijt Raymundus Martini, Natione Catalanus, patria Subiratenſis, qui ſuſceperat habitum Ordinis in noſtro Conuentu Barcinonenſi, vbi requieſcit.

Malè Antonius Senenſis in Chronico Ordinis noſtri, & Bibliotheca Raymundum facit patria Barcinonenſem. Ita F. Franciſcus Diagus Dominicanus in Hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ F. Prædicatorum *lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 28.*

De Raymundo Martin hæc habet Petrus Marſilius: *Erat multùm ſufficiens in Latino, Philoſophus in Arabico, Magnus Rabinus, & Magiſter in Hebraica, & in lingua Chaldaica multùm doctus.*

Vt ergo Raymundus caput Philiſtæi Gigantis exſcinderet, hunc Pugionem confecit, cuius vulnera incruenta ſunt: ferrum iſtud non animam tollit, ſed ſaluat: non corporis ſanguinem effudit; ſed occæcatæ mentis virus educit: non membra ſecat; ſed Moſaicum velum reſcindit: non impetit guttur; ſed Gentis damnatæ perfidiam iugulat, & duritiem. Pugio planè perſimilis diuini Verbi Mucroni ex vtraque parte acuto.

Quòd diuinæ Prouidentia factum eſt, vt iiſdem fermè ſub temporibus ex vno, eodemque noſtro cætu Religioſo, duplici Theologiæ Summa Eccleſia non minus fulciatur ad robur, quàm exornetur ad decus. Alteram enim Deus procurauit (vt dicebat Petrus Epiſcopus Antiſſiadorenſis) per Genium reuera Angelicum D. Thomæ ab Aquino; Alteram per Fratris Raymundi Martini non vulgarem, eoque æuo tantum non miraculoſam polymathæan: illa Gentes inſtruit, hæc Recutitos peruincit: illa chriſtianitatis clypeus, hæc Pugio. His tertium miraculum orbis adiunxit, Albertum, in quo Naturæ ſecreta recluſit. Albertus inſignitus eſt titulo Magni, Angeli Thomas: Titulus ſit Raymundo, inuictiſſimus, immortalis.

Poſt denſam quatuor penè ſæculorum caliginem emerſit è tenebris in apertum ſolem tandem aliquando victrix Fides, vel certè Laurentus PVGIO FIDEI. Hic eſt ille Pugio, quo caput reciſum eſt Olofernis. Iudith *cap. 13.*

Prodijt Pugio iſte Pariſijs apud Ioannem Henault anno 1651. In folio, impenſis Ordinis. Cura verò, & auſpicijs felicis memoriæ Reuerendiſſimi Thomæ Turco: ſubindeque Reuerendiſſimi Ioannis Baptiſtæ de Marinis Magiſtrorum Generalium: ope, & opera Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Lodouenſis, & Illuſtriſſimi Præſidis D. De Mauſſac Comitis Cōſiſtoriani: cum obſeruationibus Domini Ioſephi de Voiſin Presbyteri, & exſenatoris Burdegalenſis. Ad Sereniſſimum Regiæ ſtirpis Primum Principem Ludouicum Barbonium Condæum Burdegalæ, & Aquitaniæ Proregem Optatiſſimum.

Quid dicendum ſit de Petro Galatino, proferam; ſed nihil apponam de meo. Audiamus Philippi Iacobi Mauſſaci Prologomena in Pugionem Fidei circa finem.

Petrus Galatinus ex Iudæo Chriſtianus anno demū milleſimo quingenteſimo decimo quinto, poſt ducentos triginta ſeptem, aut circiter annos, libros duodecim de Arcanis Catholicæ veritatis, Pugione Fidei nondum edito, publicare auſus eſt, ex quo quæcumque protulit bonæ notæ in ſua Arcana transfudit, ſuppreſſo penitus Martini nomine, non paucis dubia, & incerta fidei additis, & Gale Razeia Rabbini Hakkadoſch, id eſt ex eius opere Reuelans ARCANA dicto (vnde fortè Arcanorum ſuorum inſcriptio) & libro Zohar Rabbini Simeonis filij Iochai, qui quidem non eſt eiuſdem farinæ, ſed tamen tempore Raymundi Martini nondum in publicum prodierat. Tum ſequutus Porchetus de Saluaticis Genuenſis Monachus Carthuſienſis, cuius Victoria aduerſus Iudæos tandē edita anno milleſimo quin-

centeſimo vigeſimo, ab Auguſtino Iuſtiniano Dominicano Epiſcopo Nebienſi, parta eſt ope Pugionis Martiniani, vt ipſemet, non Galatiniana, ſed bona, & ſyncera fide palam profeſſus eſt. Hæc Mauſſacus Comes Conſiſtorianus.

Accedit his illuſtriſſimi viri Domini D. Ioannis de Montion in Maiori Parlamenti Burdegalenſis Camera Senatoris, pro publicis eiuſdem Curiæ negotijs delegati camera ad D. Ioſephum de Voiſin.

Naſcitur Hebræus, Vaſco, vix cognita Gallis.
Hebraicæ gentis dogmata ſacra docet:
Pandit adhuc iuuenis veteris miracula linguæ
Nec Galatini furta probare poteſt.

Mihi etiã ſuffragatur Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus dominus D. Franciſcus Boſquet Epiſcopus Lodouenſis &c. dicens: *Primus, quod ſciam, Raymundus Martini Fœlici manu hac arma tractauit; Ceteri aut alia arte, aut leuiori telo congreſſi dubio marte pugnarunt. Hic vnus deuictis hoſtibus egit triumphos* Inde Porcheti de Iudæis *Victoria*. Inde Galatini *Arcana reuelata* prodiere. Hæc præfatus Antiſtes.

Subſcribant huic Hiſtoriæ Prologomena in Pugionem Fidei, quæ his verbis aſtipulantur. *Tria præterea, non duo ingentia volumina illius PVGIONIS exſtant Toloſæ in Bibliot. Collegij Fuxenſis, quorum non tam Compendium, Epitomen, aut Breuiarium confecit Galatinus in Arcanis, quàm omnia bona, quæ habet, ab eo furatus eſt ſuppreſſo penitus Martini nomine. Nec vnicum tantum Toloſæ exſtare Pugionis illius exemplar præter illud, quod penes Matthæum Boroaldum fuit rectè ſe ſcire gloriatur: nam alium Codicem manuſcriptum eiuſdem in Conuentu S. Dominici Neapoli reperiri ſupra vidimus ex Bibliotheca Antonij Senenſis, & præter hunc etiam alium ex Conuentu Toloſano FF. Prædicatorum; item alium ex Bibliotheca Barcinonenſi; denique alium ex Maiorica, beneficio Reuerendiſſimi Thomæ Turci Fœlicis memoriæ Magiſtri Ordinis Præd. Generalis allatos fuiſſe conſtat ad clariſſimum virum D. Ioſephum de Voiſin, qui eos cum noſtro contulit. Denique nihil inutile, aut inane è Pugione Martiniano petitum eſſe, aut repetitum ab eodem Galatino nominatim ſciendum; neque viri quidam docti ipſi* (GALATINO) objiciunt, alteri commune fiat. Hæc illa.

Finem imponam Operis Argumentum exſcribens ex Commentatore Libri Ioſepho de Voiſin.

VNVM hoc præfabor, Galatinum non omnia ex Raymundo ſic deſumpſiſſe, vt nihil ſit apud Raymundum, quod apud Galatinum non exſtet. Nam primo Talmudis, Rabbinorumque ſententiæ perinde ac ſcriptæ ſunt, Chaldaicè ſcilicet, atque Hebraicè hic referuntur; quod Galatinus perdifficile reputans non præſtitit, etſi id ab ipſo Capnio petijſſet, tamquam neceſſarium. Singula ego loca diligenter contuli cum editis exemplaribus, & vbi diſcrepant, annotaui in margine. Collatoque Fuxenſi manuſcripto Codice cum Toloſano, Barcinonenſi, & Maioricano, qui tranſcriptus eſt in ciuitate Maioricarum anno Domini 1381. varias lectiones deſcripſi in margine. Atque hic moneho in Fuxenſi Codice (& non in alijs tribus exſtare duo vltima capita 22. & 23. (quod eſt imperfectum) & in illo vltimo exhiberi cap. 14. Danielis Chaldaicè, quod in Biblijs deeſt.

Secundo apud Galatinũ non referuntur Raymundi diſputationes eo ordine, quo ſcriptæ ſunt. Tum in ijs referendis multa errata commiſit Galatinus, quæ in hoc Pugione non ſunt. Iis verò quæ ille de Lege ſcripta, & non ſcripta, in Libro ſuo primo parum accuratè nec ſine multis erroribus diſſeruit; Ego obſeruationes in Proæmium Pugionis ſubſtitui, quibus præterea oſtenditur quomodo lex Euangelica veteris legis ſit complementum: & in ijs pleraque Noui Teſtamenti loca difficilia, & abſtruſa explicantur.

Denique eorum, quæ in tota Opere obſcuriora occurrunt, illuſtrationem, & Talmudicam inſuper Mythologiam ſubtexui, vt intelligant Iudæi nos ipſorum dogmata ex ipſorummet ſenſu depromere.

Hæc veritati debere me iudicaui, & antiqua Maiorum meorum pietati, & obſeruantia erga Sanctiſſimum, & doctiſſimum illum Ordinem, cuius Fratres Honorius III. Summus Pontifex Pugiles Fidei,

dei, & vera Mundi lumina, *meritiſſimè nuncupauit*. Hactenus Argumentum.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 3. fol. 39.* errans cum noſtro Antonio Senenſi Luſitano *in Bibliotheca fol.* 192. *&* 193. non rectè hunc vocat Petrum Barcinonenſem Ordinis Prædicatorum, ſeu non benè vterque Petro adſcribit librum aduerſus Iudæos prænotatum *Pugio Iudæorum*.

Supradicti poſtea, Antonius Poſſeuinus ſcilicet *eadem tom. pag.* 120. *&* 121. & Antonius Senenſis *in eadem Bibliotheca pag.* 206. *&* 207. hunc Raymundo Martini, ſuo vero attribuerunt Auctori. Ita Poſſeuinus ex Antonio: *Raymundus Martini, Ord. Prædicatorum, Catalanus, patria Barcinonenſis, alius à ſequenti* (S. Raymundo de Peñafort) *Ordinis Prædicatorum, vir linguarum Latinæ, Hebrææ, Chaldaicæ, Arabicæ ſciens, ſcripſit contra Coranum Sarracenorum*.

Librum item aduerſus Iudæos, quem prænotauit, Capiſtrum Iudæorum.

Alterum quoque contra eoſdem inſcriptum, Pugio de diuerſitate errantium à via ſalutis; quem quidem Latinè, atque Hebraicè manu propria ſcripſit, qui Neapoli in Cænobio D. Dominici aſſeruatur.

Lege anno 1306. viuebat Petrus Barcinonenſis Luſitano, & Poſſeuino anno 1295. Cæterum Petrus Galatinus Ordinis Minorum Prouinciæ S. Nicolai Salentinus viuebat an. 1515. Ita Antonius Poſſeuinus in Apparatu.

Idem Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus ſacri fol.* 411. hæc habet: *Marsinus Raymundus exſtabat in Bibliotheca Franciſci Vatabli; nempe Liber prænotatus PVGIO, quo perfidos, & Iudæos iugulat: ex quo Petrum Galatinum plura deſumpſiſſe, qui eum legerint, animaduertent*. Hæc Poſſeuinus. Lege Caſalas.

Quidam ineptè ſuſpicati ſunt Sanctum Raymundũ de Peñiafort huiuſce Fidei Pugionis fuiſſe Authorem; at ineptè quidem omninò. Nam anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo id ſolummodo perfectum, & ad finem perductum eſt à Raymundo Martini, vt ipſemet teſtatur *part. 2. Pugionis cap.* 10. Cui titulus: *Quod Meſſias iam venit*: non potuit ergo S. Raymundus de Peñiafort Pugionis eſſe Author. Cum Diuus Peña Fortius ſacro Epiphaniæ die anni ab Incarnatione milleſimi ducenteſimi ſeptuageſimi quinti, quaſi centenarius in Domino obdormierit. Ita conſtantiſſimè Nicolaus Roſellus eiuſdem noſtri Ordinis Dominicani digniſſimus S. R. E. Cardinalis in Opere, quod de Vita Beati Raymundi conficiendum curauit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto affirmat his verbis. *Raymundus Barcinone in die Epiphaniæ anno Domini* 1275. *non ſine multis, & maximis miraculis, quieuit in pace*. Quod etiam confirmant S. Antoninus *3. part. Chronic. tit.* 23. *cap.* 12. *verſiculo*: Tertius Ordinis Magiſter &c. Leander Albertus *de viris illuſtribus Ord. Præd. in Vita S. Raymundi*. Hieronymus Surita *lib. 3. Annalium cap.* 94. *& lib. 2. Indicum rerum ab Arragoniæ Regibus geſtarũ ſub annum* 1275. *verſ. Sacra Epiphaniæ die*. Bernardinus Gomezius Miedes *lib.* 59. *de Vita, & Rebus geſtis Iacobi primi Aragonum Regis cap.* 5. Stephanus Garibaias *Compendio Hiſtor. Hiſpan. lib.* 17. *cap.* 12. *in Alphonſo XI. Caſtellæ Rege ſub anno* 1275. *verſic. Falleciendo durando eſta Paſqua*. Ferdinandus del Caſtillo *part.* 1. *Hiſtoriarum Generaliũ Ord. S. Dominici lib.* 2. *cap.* 18. Iacobus Ferran *in Officio, quod recitatur in Feſto S. Raymundi lect.* 9. & alij ferè omnes. Si ergo anno 1275. vel vt pauci mendosè ſcripſerunt anno 1276. obierit, ſemper verum remanebit perperam Opus hoc ei tributum fuiſſe, quod à Raymundo Martino, Gloria Ordinis noſtri ad vmbilicum anno 1278. duobus ſcilicet, vel tribus poſt deceſſum Sanctiſſimi Penniafortij annis perductũ eſſe probaui.

Corrigendus quoque eſt lapſus Ioſephi Iuſti Scaligeri, qui hoc Opus alij Raymundo adſcripſit ſcilicet Raymundo Sebon Dominicano, etſi laruam detraxerit, & plagium detexerit Galatini. *In Epiſtola Scaligeri Reſponſ. III. Idus Septembris anno* 1603. *ad Caſaubonum* habetur.

Addebas de quibuſdam in Petri Galatini diſputationibus. Scito illos Libros eſſe Compendium duorum ingentium vo-

voluminum, quibus titulum fecit Auctor Raymundus Sebon Dominicanus eximius Philoſophus, ſed nimis allegorijs, & anagogis indulgens, vt non ſolum ille Pugio Fidei oſtendit, ſed & liber de Theologia naturali. Hi igitur libri adhuc extant in Collegio Fuxenſi Toloſano, ex quibus omnia hauſit Petrus Galatinus, &c.

Ex alia Scaligeri Reſponſione inter Poſthumas *num.63.* ſcripta 16. Kalendas Maij 1604. ad Caſaubonum.

De Galatino ſcito me vera dixiſſe. Nam non ſolum ille omnia à Raymundo Sebone expiſcatus eſt: ſed & opus eius nihil aliud eſt, quàm Breuiarium Pugionis Fidei. Ita enim opus ſuum doctiſſimus Dominicanus ille inſcripſerat, qui Toloſæ ante annos ducentos plus minus ſcribebat. Eiuſque Operis duo ingentes Tomi in Collegio Fuxenſi eiuſdem Ciuitatis, ante annos viginti vnum, cum ego ibi eſſem, extabant, &c.

Doctiſſimus Ioſephus primus Galatini furta ſubodoratus eſt. At errauit in his, quia facit Pugionis Auctorem Raymundum Sebone Dominicanum.

In primis Raymundus Sebonde diē obijt ſuum anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo. Ita refert Trithemius, & poſt eum Ioſias Simlerus Bibliothecæ Geſnerianæ breuiator, qui de eo, ſcriptiſque eius hæc nobis ſcripta reliquit. *Raymundus Seberde natione Hiſpanus ſcripſit creaturarum, ſiue de Homine librum vnum. Quæſtion. diſputat. librum vnum. Clarus anno 1430. eius Theologia naturalis, ſiue Liber Creaturarum &c. impreſſus Pariſijs 1509. apud Ioannem Paruum &c.*

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 3. fol. 121. Raymundus Sabande, Hiſpanus, magni, & ſolidi vir ingenij, ſcripſit opus prænotatum, Theologia Naturalis, quam alij tamquam elogio ornantes nominarunt, Theſaurum diuinarum conſiderationum. Venetijs apud Franciſcum Zilettum, anno 1581. cum Pariſijs iam pridem editus fuiſſet anno 1509. apud Ioannem Paruum, & alibi: Prologus tamen in eandem Theologiam naturalem prohibitus eſt in Romano Indice Clementis Octaui Pontificis Maximi. Scripſit item Dialogum prænotatum, Viola Animæ. Quo cum Dominico Seminiuerbio agit de Natura Hominis, ad ſeipſum ad Deum, ad hominem, & ad omne debitum noſcendum, quo Deo obligatur, & proximo. Coloniæ apud Henricum Quentelium anno 1501. Dialogum de natura Hominis. Lugduni apud Theobaldum Zaganum, anno 1568. Quodlibeta, quæſtiones diſputatas. Viuebat anno Domini* 1430. Hæc Poſſeuinus.

Cum ergo Pugio Fidei abſolutus fuerit ab Authore (vt dictum eſt) anno 1278. & Raymundus Sebon vixerit anno 1430. inepiè Ioſephus Iuſtus Scaliger hoc opus tribuit ei.

Præterea Raymundus Sebon non fuit Dominicanus, nec in Hebraicis cum Raymundo Martino comparandus. Quamuis enim eum ex Iudæo Chriſtianū nobis repræſentet Michael à Monte *toto capite Apologiæ*, nihilominus in Hebraicis, alijſque linguis Orientalibus non valde verſatus fuit. Fuit Sebon Hiſpanus, Barcinonenſis, atque in Academia Toloſana Medicinæ Profeſſor, Philoſophiæ, ſacræque ſcientiæ, eoque gradu illic inſignitus, vbi omnes extranei, & alienigenæ, vt *Hiſpani*, Angli, Scoti, Hiberni, Heluetij, Germani, & alij, ſi ſe talibus dignos præbeant honorum apicibus, ſynceriè ſolent admitti. Huius Raymundi de Sabuade prologus in Theologiam naturalem prohibitus eſt in Indice Librorum prohibitorū ſub Clemente X.

Reſtat igitur communi ſententia ſtabilitum præter pauciſſimos ſciolos Authorem Pugionis Fidei fuiſſe Raymundum Martini lumen, & decus ſplendentiſſimum Ordinis noſtri, à quo vt à Mari poſteri deinde ceteri accepere, vt Nicolaus de Lyra, Finus, Riccius, Hieronymus a Sancta Fide, Porchetus, Galatinus, Fabianus Fioghi, Philippus Mornæus, alijque non pauci, qui ducem alium non habuerunt. Solus tamen Galatinus Arcanè in Arcanis ſuis Optimis Raymundi auſus eſt interſerere aliqua nauci, & penè ridicula ex libris Gale Razeia, & Zohar, qui quidem non ſunt eiuſdem farinæ, ſed omninò ſubleſtæ fidei inter innumeras alias auctoritates ex probatiſſimis Rabbinis à Martino noſtro allatas & longè ante productas, vt à primo,

&

& verò huius Operis Genitore. Et quod peius eſt, cum omnia bona, & vtilia, quæ In libro de Arcanis repoſuit, ſuffuratus fuerit à Martino, nec verbulum dixit de illo.

Hæc pauca de tam clariſſimo viro.

HENRICVS COLONIENSIS quoque claruit circa hæc tempora, vel paulo ante. Fuit Verbi Dei præco illuſtris, quo vrgente Ludouicus IX. Sanctiſſimus Galliæ Rex libros Talmudicos, aliosque Iudæorum Codices in Chriſtum Dominum, Deiparamque Virginem eius Matrem blaſphemijs aſperſos comburi iuſſerat. Hoc Gregorius IX. ac Innocentius IV. Summi Pontifices propoſitis Decretalibus edixerunt. Refertæ erant id temporis Gente Iudaica Hiſpaniæ, quæ apud Arabas vltimos rerum dominos diuitijs, numero, & artibus plurimùm præualebant. Et licet Mahometica inſania à Iudaica plurimùm diſcreparet; conueniebant tamen in vnius Dei cultu, & in odio communi in Chriſtum. Henricus inceſſanter è ſuggeſtu, ex cathedra, calamo in vtrumque Fidei ardentiſſimus Propugnator inuehebatur.

Plura doctiſſima, & vtiliſſima ſcripſit, quæ vel puluis, & edax tempus, vel tinea deuorauit.

ARNALDVS de SIGARRA, vir doctiſſimus, valde litterarum hebraicarum peritus. Cum Iacobus Tarraconenſis Prouinciæ Rex, Iudæi, operam nauaret, vt reſipiſcerent, 4. Kalendas Septembris 1263. ſcripſit ad eos, & iuſſit, vt Fr: Paulum Chriſtiani, quem ad eos docendos mittebat, comiter haberent, manſuetè audirent, illi ſuppeditarent viatica, ac proprios codices quoſcumque deſideraret, pœna taxata renitentibus, exhiberent. Accingit ſe tanto operi Chriſtianus, arcana quæque Iudæorum explorat volumina, periodoque Regni peracta poſt tot lecturam librorum, impetrat à Rege edictum, vt Iudæi intra trium mentium ſpatium, verba omnia, quæ in Chriſti, ſuæque Matris Virginis contumeliam in eorum libris conſcripta erant, cogerentur ſub graui pœna delere. Interim cum alio Rabbino nomine Bonaſtruc perito perinde, ac locuplete manus conſerit Paulus, & de illo, ac de Moſe Gerundenſe iam dudum triumphauerat, de illo ducit triũphum. Verùm hic recutitus Magiſter, vt vafer erat, & callidus, diſputationis peractæ, vt gentem ſuam deciperet, falſos edidit commentarios. Quam ob cauſam per Regem à patria relegatur. Aegrè tulerunt Paulus, & Chriſtiani tam leuiori pœna damnatum Rabbinum à Rege, de qua Raymundus Martini, & Paulus Chriſtianus acriter conqueſti ſunt apud Papam. Clemens IV. manſuetudinem regiam paternè arguens per epiſtolam, duriùs tractandos eſſe iuſſit homines huius generis, citra tamen maximam capitis diminutionem.

Quum autem Rabbini nihil in ſuis libris blaſphemum contineri, nihilque quod ſacris Scripturis aduerſaretur in codicibus Hebraicis ſcriptum eſſe aſſererent; ac plus quam fas, & iura ſinerent immitiùs haberi quererentur; ſeque ad codices expungẽdos calumniarum, quarum rei poſtulabantur, ignaros cogi poſſe inficias irent. Publica ſanctione data Sexto Kalendas Martij anni 1264. Rex librorum traditionem, ac calumniarum expunctionem remiſit, niſi exhibitis libris tales eſſe probarentur, atque ad eas probandas, & refellendas menſis vnius dumtaxat dedit inducias. Vtq; negotium exactè abſolueretur, in eam recognitionem Iudices dedit integros viros, pios, & eruditos, Epiſcopum Barcinonenſem, Sanctum Raymundũ à Peñaforti exgeneralem, Arnaldum de Sigarra, Raymundum Martini, & Petrum de Ianua, omnes earum rerum peritiſſimos, ac noſtræ Religionis. Diagus *lib. 1. cap. 15.* Bzouius *in Annal. ſub annum* 1263. *num.* 17. Fontana *Monum. Domin. an.* 1264.

Hiſce modis Dei dextera cauſarum ſeriem adnectente, quique reconditiores Hebræorum codices in manus noſtrorum venere, euoluère, & omnibus ſymbolum Raymundo Martini afferentibus, ille probus artifex, de quo diffuſiſſimè ſupra, ex tot hoſtium ferro celebratiſsimum Fidei Pugionem

con-

confecit. Exinde arcana quæque Iudaicæ impietatis detegi, Eccleſiæ triũpho hoſtium arma inſeruire palmas ex infidelium agro decerpi, ſcripta Hebraica publica auctoritate legi, ac in Academijs Chriſtianis linguarum Orientalium poſtea ſcholas, & Magiſtros Genetalis Concilij Viennenſis decreto anno Clementis V. ſeptimo, & Chriſti 1312. inſtitui occeperunt. Ex his inde Porcheti Monachi de Iudæis *Victoria*, Inde Galatini Arcana reuelata, & alia ceterorum plurima prodierunt.

Scripſit Arnaldus alia innumera, quæ, niſi lateant adhuc, non exſtant.

Quartum ſæculum in puluere ſordido cum blattis, & tineis Ιnſtans, Raymundus ipſe delitefcebat, dum quidam ſpolijs eius aucti, famam non vulgarem apud viros litteratos referebãt. At poſtea opera viri clariſsimi Presbyteri venerabilis, & exſenatoris Burdegalenſis Ioſephi de Voiſin detracta eſt larua, plagium detectum eſt, & Raymundi Martini vindicata eſt ſumma gloria. Tot ſæculis vir probus, & ingenuus catenis etiam in Bibliothecis vinctus iniuſtis ſub Dominis miſeram ſeruitutem ſeruiebat, eiuſque bonis ementito titulo prædones incubabant: quia nimirum liberalis manus deerat, quæ opem ferret, & natalium ſplendorem reſtitueret. Itaque hi noſtri primi de Iudaica peruicacia interChriſtianosglorioſè triumphauerunt. Hæc omnia ex Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſſimo Domino D. Franciſco Boſquet Epiſcopo Lodouenſi, Comite Montiſbruni, Conſiliario Ordinario in ſecretiori Regis Galliæ Conſiſtorio.

Ex his noſtris in Hiſpania, & in Africa ſub hæc tempora fructus maximus eſt ſequutus. Nam plures, quàm decem millia Sarracenorum à Fratribus Ordinis noſtri eis prædicantibus ſunt conuerſi. Et inter Sarracenos de Hiſpania, & etiam ex Africa diuulgata eſt veritas fidei Chriſtianæ, & iam taliter approbata, quod multi eorum, præcipuè ſapientes diſpoſiti ſunt ad ſuſcipiendam fidei catholicæ veritatem, & magiſtri in lingua ſcilicet Arabica ferè omnes per ipſorum induſtriam ſunt conuerſi. Idem quoque in lingua Hebraica euenit.

De Petro Genuenſe viro doctiſsimo, & præſertim peritiſsimo linguarum Orientalium conſule Diagum *lib.* 1. *cap.* 15. Bzouium *in Annalibus anno* 1263.

Appulſus Iudæorum in Hiſpaniam tam incertus eſt, quàm certus Sarracenorum, vterque Circumciſus. Horum quidem in illa Regna inuaſio à nemine ferè ignoratur. Nam Incarnationis anno ſeptingenteſimo duodecimo ab his, qui fretum Herculeum tranſiuere, bello deuaſtata, & ferè intra biennium occupata fuiſſe conſtat ob nimiam Roderici ex Gothorum ſanguine, totius penè Hiſpaniæ Regis luxuriam, & petulantiam in Iuliani Comitis viri potentiſſimi filiam nomine Florendam. Qua iniuria perculſus patens parum difficilem Muzæ Africæ Præfecto Hiſpaniæ direptionem paulo poſt probauit poſtquam Miramamolino Almãzoriæ Arabiæ Regi ſuaſiſſet, cum lecta ingenti claſſe, Tarriffeo Duce maximè ſtrenuo, ita ex improuiſo ſe comite, & auxilium præbente adoriri, vt vix vllus ipſi ſuppetijs eſſe poſſet. Quod tam felici euentu ſucceſsit, vt poſt acerrimum prælium nec viuus, nec mortuus vllibi terrarum Rex ille Rodericus amplius fuerit viſus. Et niſi peculiari Dei beneficio Pelagius Regij Sanguinis tunc ſolus princeps ſuperſtes in Pyrenæos ſe contuliſſet, alijque Caſtellæ, & Aragoniæ Reges de his infidelibus ex Hiſpania pellendis ſedulò cogitaſſent, de ea planè actum erat. Licet enim breui admodum temporis ſpatio ſubiugata fuiſſet, ab octingentis tamen ferè annis vſque ad Ferdinandum V. & Iſabellam Principes, qui primi Granatæ Regnum tandem à Sarracenorum illorum violenta detentione liberarunt, oppreſſa remanſerat. Ita Mariana *lib.* 6. *de Rebus Hiſpan. cap.* 22. Hieronymus Surita *lib.* 1. *Annalium cap.* 2. Beuterius *lib.* 1. *Chronic. Hiſpan. cap.* 28. Lucas Tudenſis eiuſdem Regni Hiſtor. Scriptor, Abubacim TariffiusAben TariquiusArabs & alij. Vide meam Chronologiam ad annum 7.

De

De Iudæis res ſatis eſt anceps. Quidam ex Luca Tudenſi à Vitizam Rege Iudæos in Hiſpaniam euocatos anno Chriſti quingenteſimo vigeſimo contendunt. Verùm Mariana *Hiſtor. lib. 6. cap. 3.* longè ante illam euocationem ab eis idem Regnum incultum fuiſſe ſcribit,ex eo præſertim,quod Siſebutus Rex anno quingenteſimo decimo quinto eos exilio damnauerit, niſi Chriſti fidem amplecterentur ex voto Heraclij Cæſaris, qui hoc ab eis enixè impetrauerat: ſicut etiam à Dogoberto Galliæ Rege. Heraclius enim à Gente circumciſa dirutum iri imperium Romanum ab Aſtrologis prædictũ audiens, de Iudæis id malè fuit interpretatus; quod tamen erat ſibi timẽdum à Sarracenis. Ea propter edicto, vi ad baptiſmum illos adegit; vel exilio, alijſque mulctis plecti, & Hieroſolymis iuſſit expelli.

Alij circa annum centeſimum trigeſimum ab Hadriano Imperatore eoſdem bello Iudaico captos, illuc fuiſſe relegatos conſcribunt, & publicas exinde tantum ibi viguiſſe Synagogas ad tempora Catholicorum Principum Caſtellæ, Ferdinandi & Iſabellæ. Ita Antonius Beuterrus *lib. 1. Chronic. Hiſpaniæ cap.* 24. & Ioannes Vazæus *in Annalibus*.

Quidam ætate Conſtantini Magni anno Domini trecenteſimo vigeſimo in illis Prouincijs eos floruiſſe aſſeuerant ex Can. 50. Concilij Eliberitani Aera trecenteſima ſexageſima ſecunda, Chriſti verò anno trecenteſimo vigeſimo primo, quod ipſo tempore Nicænæ Synodi ſecundum quoſdam celebratum eſt. Nam Ferdinandus Mendoza *lib. 1. de confirmando illo Concilio ad Clementem VIII. Pontificem Maximum cap.* 2. aſſerit Nicæno Concilio ipſo vetuſtius eſſe, annoque Domini trecenteſimo, aut trecenteſimo primo coactum fuiſſe. At in mea Chronologia Concilium Elibertanum Prouinciale, in quod conuenere Epiſcopi XIX. fuit congregatum anno 326. Nicænum Primum Generale anno 325. Plerique etiam ante ipſummet Conſtantinum Iudæos in Hiſpaniam aduenisse augurantur à Romanis in exilium actos, ex Suetonio Tranquillo in Tiberio *cap.36.* ex Claudio *cap.25.* ex Luca Actuum Apoſtolorum *cap.* 18. vbi de Aquila Pontico, & Priſcilla eius vxore; ex Cornelio Tacito *lib.2. Annalium*, ex Ioſepho *lib.* 18. Antiquitatum Iudæorum *cap.* 5. ex Oroſio *lib. 7. cap.6.*

Sunt nonnulli, qui longè altiùs hanc hiſtoriam repetentes ex his verbis D. Lucæ *cap.* 2. Actuum Apoſtolorum Iudæi viri ex omni natione, quæ ſub cælo eſt, ante ipſum Chriſti aduentum non tantum eos coluiſſe partes ibidem enumeratas ſuſpicantur; ſed alios Aſiæ, Africæ, Europæque locos, vt Hiſpaniam argumento ducto ex his, quæ à Philone Iudæo contra Flaccum, & Legat. ad Caium Cæſarem enarrantur.

Aliquos denique videre eſt, qui nulla temporis Epocha notata, à multis tantum retro ſæculis, innumeras eos Vrbes Hiſpaniæ, & præcipuè fertiliores Caſtellæ agros occupaſſe ſcribant non ſine aliqua probabilitate, ex legibus idiomate antiquo Hiſpanorum compoſitis iuſſu Regum Gothorum, quæ etiam num ab ipſis Hiſpanis vocantur *Fuero* Iuigo. In quartum *lib.* 12. extant plura ad eos coercendos, *& ex tit. 24. part. 7. de los Iudios*, vbi quamplurimę aliæ ſubiunctæ leges viſuntur. exactiùs, & elegantiùs ordinatæ de eorum regimine. Cum ergo circumciſis redundaret Hiſpania, huc Fratrũ noſtrorum in primis collimauit labor, vt vtrumque ad ouile Chriſti reducerent. Scholas linguarum aperuerunt, in quas primum vt Arabicam, Hebraicam; Chaldaicam, & alias diſcerent, ingreſſi ſunt flores ingeniorum, diſcipuli, Arnoldus Guardia, Petrus de Cadireta, Raymundus Martini, Petrus Arias, Petrus de Puteo, Petrus de S. Felice, Dominicus Eſteuan, ſiue Stephanus, & Petrus de Canolles.

Hi deſignati fuerunt in Capitulo celebrato apud Toletum anno 1250. ad diſcendam linguam Arabicam.

Ex his Fratrem Arnoldum de Guardia aliorum prælatum allegatum iam Capitulum deſignauit.

Horum etiam vnus Frater Petrus de la Cadireta fuit Beatus Martyr.

Erant hi religioſi ex præcipuis illius Regni, quod patet: nam F. Petrus de Cadireta prædictus tunc erat Inquiſitor Regni Arragoniæ, ac locorum, quæ erant ſub ditione Regis Iacobi in Prouincia Narbonenſi. Conſule F. Frãciſcum Diagum *in Hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ F. Prædicatorum lib. 1. cap. 2. & cap. 15. & lib. 2. cap. 28.*

Multa quoque operatus eſt ſuper hæc F. Franciſcus Cendra, ſiue Cincris, qui cum alijs Tunctum profectus appulit ad Aquas mortuas Septembri anni 1269. obijtque circa annum 1281. cuius obitus glorioſus renunciatus eſt in Capitulo illius anni celebrato in Leſtella, & toti Hiſpaniç vna cum morte Fratris Bernardi de Bacho.

Hic benigniſſime Lector perpende quanta pertulerint Patres noſtri, vt à circumciſis Hiſpaniam expurgarent. Quot itinera ſuſceperunt, quot vſi fuerunt induſtrijs, quot ſuſtinuerunt vigilias; quotque labores perpeſſi apud Reges, in ſcholis, in codicibus euoluendis, & quot iniurias, tribulationes, & mala cuncta ab hoſtibus reportarunt.

III. Kal. Decemb. Hoc anno abiuit ad Patres Beatus Ioannes Vercellenſis Magiſter Ordinis Generalis. Religionem rexit ſumma cum rectitudine. Promouit ſummopere ſtudia, & maximè (vt lucrifierent Gentes) linguarum. Vt nitorẽ noſtri Ordinis conſeruaret, viginti celebrauit Capitula Generalia, à Fontana in Monumentis Ordinis recenſita hoc an. In Mõtepeſſulano an. 1283. coactũ fuit poſtremũ: Hinc elicitur) vt dixi anno 1280. cũ faceremus de hoc Beato viro ſermonem) exceſſiſſe ipſum è viuis non ante annũ labentem 1283. Totam Religionem (vt dictum eſt ibi) luſtrauit, ſed innixus dumtaxat baculo, & pedeſter. Primum Capitulum Generale adunauit Pariſijs anno 1264. deinde ſingulis annis ſacram Synodum pro optimo Religionis regimine conuocabat.

Anno 1286.

B. HENRICVS BRABANTINVS ponitur à Bzouio *in Annalibus ad annum 128. . . . . num. 9.* & à Fontana ad eundem annum his verbis: *Floruit quoque Beatus Henricus Brabantinus, eruditione, pietate, ac multarum linguarum cognitione nulli ſuo tempore ſecundus, qui ſacra prædicatione multos conuertit ad Chriſtum, & D. Thomæ Aquinatis auditor effectus, eo iubente, omnes ferè Ariſtotelis libros latino reddidit ſermone; Albertus Magnus enim veteri tradutione vſus fuerat.* Hæc amicus meus Fontana.

At translatio illa eſt Thomæ Cantipratani, vt diximus ad annum 1263. & in Appendice anni dicti.

Anno 1290.

B. IACOBVS de VORAGINE Genuenſis, Ligur. Petrus è Clauſia, dictus *Scalo*, Ordinis noſtri Legendas (vt vocant) Sanctorum complurium collegit, etiam aliquorum, quos Beatus Iacobus de Voragine prætermiſerat. Ita S. Antoninus *3. part. Hiſtoriæ tit. 23. cap. 11.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 3. fol. 46.*

Petrus alter noſtri Ordinis ab eodemmet Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro etiam in tom: 3. fol. 61.* Hiſtoriam Sanctorum texuit, quos Iacobus à Voragine prætermiſerat, & allegat Raphaelem Volaterranum. At hunc non arbitror alterum eſſe à Petro è Clauſia, dicto *Scalo* etiam Ordinis noſtri, quem idem Antonius Poſſeuinus *in eodem Apparatu recenſuit tom. 3. fol. 46. ante medium*. Malè igitur Poſſeuinus iterum hunc recenſet. Vtrique idem eſt Ordo, nomen; & Liber.

Conradus Halberſtadius, vel Halberſtatenſis. Philippus Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſt. Verbo: Hugo de Sancto Charo tom. 1. fol. 479. notat* Hugonem in digerendis Bibliorum Concordantijs adhibuiſſe ſolas declinabiles dictiones, hunc Conradum verò (vt diximus) hoc anno currente 1290. additis vocibus indeclinabilibus Opus illud incredibili Theologorum, Concionatorumque compendio, atque emolumento abſoluiſſe; quod in Hebraicis, Græciſque Biblijs poſtea tentatum fuit; non tamen eodem in omnibus ſucceſſu, ac rei litterariæ prouentu perfectum.

Addidit præterea non ſolum voces indeclinabiles, ſed etiam, prꝑter libros, & librorum capita, ſignauit capitum lineas, in quibus quæcumque quæſita vox facilè inueniri poſſet. Ita etiam Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 347.

Subdit Sixtus Senenſis: Dedimus olim in hoc Opus, rogantibus amicis, breuem Commentariolum, inſcriptum: *De vſu, & vtilitate Concordantiarum Biblia* demonſtrantes in ipſo, quo ingenio prudens Declamator valeat ex hoc vnico opere, etiam abſque vllis ſacrorum expoſitorum commentarijs, cuiuſlibet ferè loci ſibi de Scripturis propoſiti, phraſes, ſenſus, & intelligentias multiplices non minus facilè, quàm copiosè aperire, ac explicare. Item qua via inuenire queat in multis declamationum argumentis, rerum enarrandarum diuiſiones, definitiones, cauſas, partes, effectus, locos ſimiles, diſſimiliumque locorum, & in ſpecie pugnantium conciliationes, ac totius denique concionis locupletiſſimam ſupellectilem comparare. Hæc Sixtus, & cum eo Antonius Poſſeuinus vbi ſupra.

Præter Conradum Halberſtatenſem habemus duos alios Conrados, ſcilicet Teutonem, ſiue Germanum, de quo nos hoc eodem anno 1290. & hic compoſuit vitam Sancti P. Dominici; & Corradum, qui Sermones ad Populum ſcripſit ſub nomine Peregrini. Audiamus Antonium Poſſeuinum *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 347 non longè à fine. Fuit autem alter Ordinis Prædicatorum, qui Sermones ad Populum ſcripſit ſub nomine Peregrini, & alter Germanus eiuſdem Ordinis, qui fuſiùs de Vita, obitu, miraculis Sancti Dominici egit, quique claruit anno* 1290. *Prima Parte Monumenta Ordinis*, & Leander *lib.* 4. Hactenus Poſſeuinus.

STEPHANVS de SALANACHO. Antonio Poſſeuino *tom. 3. Appar. Sacri fol.* 252. è Saliniaco. Spondanus ad annum 1245. *num.* 22. addit compoſuiſſe Librum de diuerſis Regulis variarum Religionum. Conſule Fernandem *in Concertat. Præd. & in lib. 9. Annalium Roſarij cap. 30. num.* 124. Fontana *in 1. part. Theatri cap. 4. tit. 85. & cap. 5. tit. 686. & in Appendice fol. 622. col.* 1. Hyacinthum de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. M.S.*

IOANNES de MALIACO. Delendus eſt: nam adſcriptus fuit in albo anno 1277. *col.* 2.

IOANNES BROMIARDVS. Eiſingrenius dicit eum vixiſſe an. 1419. Author ſupplement. Chronic. an. 1406. Editio Pariſienſis habet Broniardum. Antonius Senenſis *in Bibl. Ord. pag.* 133. eum retulit ad hunc annum, cum Hiſtorici Ordinis illum referant ad hoc primum ſæculum, Caſtillus ad annum 1314. Ex his aliqui deduxerunt Bromiardos binos fuiſſe. Hinc Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 125. hæc habet: Scripſit

Summam Prædicantium, quibus præcipuos diſciplinæ Catholicæ locos, & ſenſus explicat. Ea Venetijs quoque prodije anno 1586. apud Dominicum Nicolinum cū ille vixiſſet anno 1419. Eiſingrenius. At Antonius Senenſis, ſiue alterum, quem Broniardum habet Pariſienſis editio, ſiue hunc ipſum, quem ſcribit fuiſſe iuris vtriuſque Conſultum, ait reliquiſſe librum vtriuſque iuris, quem inſcripſerit MORALIZATIONVM, & vixiſſe anno 1290. Hæc Poſſeuinus.

Ego arbitror vnum eſſe, qui vixit hoc tempore: Quare delenda eſt hæc periodus, & maximè quoniam à Luſitano vnus dumtaxat ponitur *Bromiardus*.

IOANNES RVFVS ingreſſus noſtrum Religionem, ſtudijs ſe applicuit, & pietati. Philoſophiæ curſu emenſo, ac Sacræ Theologiæ, peruolutare ſtudio indefeſſo cæpit Hiſtorias; & adeo hatum profecit è lectione, vt eruditiſſimè ſcripſerit.

De Romanis Pontificibus Librum.
De Imperatoribus alterum.
Annales Patriæ ſuæ.

Viuebat prope annum 1290.

Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 245.

Anno 1291.

BERNARDVS N. N. His verbis recenſetur, & commendatur à Poſſeuino *in Apparatu tom. 1. fol.* 227.

poſt medium: Bernardum *quendam Ord. Prædicatorum virum haud contemnendæ doctrinæ nominat Albertus Venetus, vbi agit de Septimo Magiſtro Generali Ordinis, eumque, inquit, ſcripſiſſe in quatuor libros Sententiarum, claruiſſe autem anno* 1291.

Anno 1292.

BERNARDVS de FRANCOVEN. Silet Antonius Poſſeuinus *in Apparatu tom.* 1. *fol.* 228. *ſub initium* fuiſſe Dominicanum, quod apud innumeros legere poterat. Anno 1293. Dele: *Hic non eſt diuerſus ab illo, de quo anno* 1300. *Folio* 67. *col.* 1. *linea* 16. *errorem* 1276. *corrige* 1277.

Anno 1294.

BLATINVS MALABRANCA. Hoc cognomento eum nominat Eiſingrenius cum nonnullis, *Malabranca*.

Inter ceteras in Fidei cauſis glorioſiſſimus Purpuratus Orationem coram cætu Cardinalium habuit. Ita Eiſingrenius iam laudatus. Eò breuiter, quò èleganter Antonius Poſſeuinus de illo *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 328. *Latinus Frangipanius, Romanus, familia ſplendore clarus; ſed clarior virtutibus, atque doctrina, Ordinis Prædicatorum, Deinceps à Nicolao III. eius Auunculo, nimirum è Sorore Nepos, creatus Cardinalis, compoſuit Proſam illam, quæ canitur in die Animarum, DIES IRAE DIES ILLA. Proſam quoque de Beatiſſima Virgine. At Eiſingrenius hunc cognomento Malabrancam nominat, eumque ſcribit in Fideò cauſis coram cætu Cardinalium Orationem habuiſſe*. Hæc Poſſeuinus. Quanta fecerit hic integerrimus Cardinalis cum noſtro Eminentiſſimo Hugone, vt Munio ab eius Præfectura remoueretur, noſtris legenda ſunt in Hiſtorijs. Adducit cauſam Olmeda: quia ſub eius regimine fatis blando, & in puniendis delinquentibus ſat moroſo, omninò Religio tota relaxabatur. Lege monumenta Fontanæ anno 1290.

IOANNES PVNGILASINVS Pariſienſis. De hoc ſcripſerunt præter citatos, Trithemius, Leander Albertus, Vualdenſis, Bellarminus *p.* 361. Alphonſus Fernandes, Philippus Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis verbo Ioannes Pariſienſis tom.* 1. *fol.* 597. & alij plures.

Aſſerit Labbe ſcripſiſſe contra *Corruptorium Doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis* non ſecus atque Aegidius Colūna Romanus, Richardus Klapoel Anglus, de quo anno 1279. & fortè alij.

Spondanus ad annum 1304. *nu.* 14. ex Ioanne Brehallo eiuſdem noſtræ familiæ narrat cognomine Pungentis aſinum decoratum, quòd hebetes ad intelligentiam attollebat.

Sunt, qui dicunt eum obijſſe Romæ, cum ad Bonifiacium VIII. Papam ab eo euocatus perrexit. Ergo ante annum 1303. deſijt viuere. Bonifacius VIII. quem numerant VII. mortalitatem expleuit ſexto Nonas Octobris 1303. ſunt tamen, qui ad Clementis V. tempora vitam eius prorogent. Clemens V. ingreſſus eſt Cathedram Petri die quinta Iunij an. 1305. Conſule noſtram Chronologiam dictis annis.

Melchior Goldaſtus Pontificiæ tiaræ hoſtis capitaliſſimus *tom.* 11. Monarchiæ, ſeu Politicæ Imperialis, ſiue diſcurſus politici in ſua Bibliotheca, quę in Romano Indice prohibetur, tractatum Pungilaſini de Regia poteſtate, & Papali deprauauit, & impreſſit. At legitimus excuſus fuit Pariſijs anno 1506. in quarto, cum Durandi de Sancto Portiano, Petri Paludani, Heruei *Britonis, & aliquot aliorum noſtræ Religionis Opuſculis*.

GVILELMVS de MESSELECH ANGLVS. Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro tom.* 1. *fol.* 618. Guilelmus Maſſet. Errat verò Poſſeuinus cum ſubdit dicens: *ſanè verò crediderim hunc eſſe eundem ipſum, qui paulo antea* (folio 617. ſub finem) *dictus eſt Guilelmus Mansfelde, vt Mansfelde indicet Patriam, Maſſet autem cognomen*. Quoniam Meſſelech fuit dumtaxat Magiſter ſacræ Theologiæ; & Guilelmus Mansfeldius Cantuarienſis, etiam Anglus, fuit S.R.E. celeberrimus Cardinalis hac eminentiſſima dignitate ornatus à noſtro Beato Benedicto XI. Sūmo Pontifice, vt nos infra an. 1304.

Scri-

Scripſit Eminentiſſimus Cardinalis Mansfeldius.

Librum Ordinariarum Quaſtionum.
Librum in Nouum Teſtamentum.
Librum de Comparatione ſtatuum.
Librum Quaſtionum de Anima.

Reliqua verò quæ Poſſeuinus ei attribuit, ſunt Guilelmi Meſſelech, ſicut reipſa ei vendicarunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. fol.* 98. & alij, quos citaui.

STEPHANVS BISVNTINVS. Scripſit præterea *Librum Epiſtolarum hortatoriarum ad vniuerſos Ordinis ſui alumnos.* Antonius Poſſeuinus *tom.* 3: *Apparatus ſacri fol.* 250.

Liber de auctoritatibus Sanctorũ,& Philoſophorum contextus eſt inſtar centonum.

ROBETVS ORTFORD Anglus. Non benè (etſi accuratiſſimus Scriptor) Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 157 *poſt medium* ponit Rodolphum hunc quaſi diuerſum à Roberto Orphordio recenſito ab eo paulò ſuperius, ſcilicet *fol.* 151. *in calce.*

Ortford, alijs Oxfordius. Præter al. legata, ſcilicet contra Henricum Gandauenſem, & contra primum Aegidij, ſcripſit etiam Librum prænotatum:

Protectorium Diui Thomæ Aquinatis.
Item Alium determinationum variarũ.
Alium Aduerſus quoſdam Sorboniſtas.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 151. *in calce.*

Anno 1296.

OLIVERIVS BRITO. Scripſit etiam *Sermones de Tempore.*

Item in Elenchos Ariſtotelis. Ita Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord. pag.* 186.

Præterea *Lecturam ad D. Lucæ Euangelium.*

Conſule Antonium Poſſeuinum *tom.* 2. *Apparatus ſacri folio* 511. Boſconum Burienſem, & alios.

BEATVS IOANNES AGNVS. Belga litteris illuſtris, & ſanctitate, alienus à mortalibus curis, & præfecturis toto corde Domino ſeruiebat. Salutis proximi cupidus, cõfeſſionibus audiendis, & ſacris prædicationibus totum ſe mancipauit. In pænitentium commodum euulgauit librum, quem inſcripſit.

Formularium vitæ cuiuslibet Chriſtiani.

Eius meminerunt Bibliotheca Belgica, Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1296. *& alij.*

Eodem anno 1296. Naturæ commune debitum ſoluit Berengarius Notarij Arelatenſis in Monte Peſſulano. Fuit Pariſienſis Doctor Eminẽtiſſimus, docuit in illa Vniuerſitate, & in diuerſis prouincijs triginta quinque annis. Ad eum tamquam ad oraculum ſapiẽtiæ è varijs orbis partibus confluebant Auditores. Concione quoque inſignis innumeros adduxit peccatores ad pænitentiam, hæreticoſque non paucos ad eiurandos errores. Prior Prouincialis Prouinciam Prouinciæ tres annos adminiſtrauit cum laude. Deinde rurſus redijt ad docendum. Poſteris plura doctiſſima monumenta litteraria relinquendo hoc anno (vt dictum eſt) abiuit ad meliores.

Eius meminerunt Taegius, & Fontana *in Monumentis*, ac Plodius *de viris illuſt.*

NICOLAVS GORRANVS. De eo vide Trithemium *de Script.* Philippum Labbe *in Diſſertatione Hiſtor. de Script. Eccleſ. tom.* 2. *verbo Nicolaus Gorranus fol.* 118. *&* 119. Antonium Poſſeuinum *in Apparatu ſacro tom.* 2. *fol.* 485. Alphonſum Fernandem, Simlerium, Guilelmum Eiſingrenium, & alios.

Pitſeus eum facit Anglum, alij cum Antonio Senenſi Gallum.

Fuit à ſacris confeſſionibus Philippo III. Galliæ Regi. Cum enim Antonius Senenſis *in Bibl. Ordinis p.* 179. dixerit eum floruiſſe anno 1304. non reſtabat Philippo Labbe locus ambigendi an confeſſarius fuerit Philippi Galliæ Regis, Pulchrine, an Longi, an potius Valleſij. Scimus enim Philippo Audaci, Galliæ Regi, qui obijt Perpiniani ex lue die ſexta Octobris anni 1286. ſuffectum in Regno Philippum Pulchrum, eius filium, quem coronarunt deinde Februarij die ſexta ſequentis anni, regnaſſeque annos duodetriginta. Obijt enim tertio Kalendas

das Decembris anni 1314. ita ex mea Chronologia. Philippus Longus Pulchri germanus frater cœpit regnare, defuncto Ludouico Hutino eius nepote, anno 1316. Philippus verò Valeſius Regnum iniuit poſt mortem Caroli Pulchri, nempe anno 1328. Cum igitur Gorramus vixerit his temporibus, ei quis locus eſt dubitandi, cuius Philippi fuerit Confeſſarius? At nec ſuus Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro fol.* 485. expreſſit cui Philippo Francorum Regi à ſacris confeſſionibus fuerit. Floruit igitur (vt dictum eſt) circa hæc tempora: Antonio Senenſi 1304. & non vt dixit Bellarminus anno 1350. neque, vt dixerunt Eiſingrenius, Sixtus Senenſis, Ractius, & alij anno 1390. neque, vt peius protulit Ioannes Pitſeus anno 1460. quo narrat obijſſe.

Lucas Vuaddingus *in Bibl. Minorum* alterius Nicolai Gorrhami meminit, quem dicit fuiſſe Miniſtrum Prouincialem in Francia, ſed tempus eius nō adſcribit.

ARMANDVS de BELLOVISV Bononienſis. Si floruit ex Antonio Senenſi, & ex alijs allegatis, anno 1296. falsò Ordinarius in Apoſtolico Palatio Aueniononenſi ſub annum 1496. Profeſſor ſacrarum litterarum affigitur. Miræus igitur errat ponens eum in libro de Scriptoribus in ſæculo 16. c. 11.

Hic deſumptis ex Pſalterio Thematibus ſermones concinnauit, à Badio 1525. in 4. editos. Miræus vbi ſupra.

Terminos Theologiæ, ac Philoſophiæ difficiliores, quos explicuit, Veneti anno 1586. in 8. recuderunt. Idem Miræus.

Meditationes, & preces, quas dictauerat, prodierunt Moguntiæ anno 1593. auctiores, atque recognitæ opera Ioannis Henrici Behem. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1 *fol.* 128.

GVILELMVS de MELITONA. Alijs Melton Cancellarius Pariſienſis, alijs Eboracenſis; Hiſque Poſſeuinus magis arridet. Scripſit etiam.

In Pentateuchum quinque libros:

In Danielem Prophetam.

In Machabæos Commentaria.

Sermones in Euangelia:

Librum de Cœleſti Muſica.

Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. *fol.* 618.

GVILELMVS DVRANTI. Adde ex Miræo *in Auctario cap.* 410. in Podiomiſſione, ſeu in Podio Miſſionis (quod Prouinciæ eſt Oppidum) nobili genere natus.

Rationale diuinorum Officiorum ſic incipit: *Quæcumque in Eccleſiaſt.* quod anno 1286. varijs diſtrictus negotijs abſoluit, vt ipſe narrat *lib.* 8. *cap.* 9.

Speculum Iuris ſic incipit: *Reuerendo in Chriſto*. Dicitur ſcriptum fuiſſe anno 1261.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. *fol.* 611. dicit vixiſſe Nicolao III. Pontifice Maximo anno Domini 1136. At error eſt impreſſorum. Nicolaus enim creatus eſt Summus Pōtifex anno 1277. ſedemque tenuit vſque ad annum 1281. De quo mea Chronologia. In eumdem errorem impegerunt Simlerus, & alij aſſerentes floruiſſe anno 1236.

Teſtatur præterea idem Auctor ibidem Guilelmum Auguſtinianum fuiſſe, atque citat Auctorem Additionis ad Speculum Hiſtoriale Vincentij Belouacenſis *lib.* 31. Auctorem ſupplementi Chronicorum Philippi Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini. At de his ſatis, ſuperque dixi.

Quod attinet ad Rationale diuinorum Officiorum, notat Poſſeuinus ab eo communes tantùm, & vſitatiores ritus deſcribi. Ita verò abs ſe prænotatum fuiſſe: *Rationale*: quod ſicut in Rationali Iudicij, quod Legalis Pontifex in veteri teſtamento geſtabat in pectore, ſcripta erant hæc duo verba (MANIFESTATIO, ET VERITAS) ſic & hic rationes varietatum in diuinis Officijs, & earum veritas deſcribantur, & manifeſtentur. Illud quoque, vt quatuor coloribus, vtrumque contextum erat; ſic hoc per quatuor ſenſus, Litteralem, Anagogicum, Moralem, Allegoricum.

Opus, vt eruditum, pium, & curioſum pluries fuit excuſum. Prodijt denique Notis illuſtratum, vna cum adiectione Rationalis Ioannis Belethi

Lu-

Lugduni 1565. & anno 1568. Venetijs quoque apud Gratioſum Percacinum,& Antuerpiæ anno 1570.ex Poſſeuino.

Fallitur Valentinus Forſterus aſſerens mortuum fuiſſe iuuenem vix trigeſimum annum egreſſum.

Sicut errauit Philippus Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptor. Eccleſiaſt.* ſcribens mortuum Romæ fuiſſe Kalendis Nouembris anni 1296.& ſepultum fuiſſe in æde Ordinis noſtri ſuper Mineruam:obijt enim in Cypro(vt diximus)& inde translatus eſt Romam

Repertorium Iuris vnà cum alijs libris Lugduni prodijt annis 1516.1551: &c.

Commentarius in Canones Concilij Lugdunenſis cuſus eſt Fani apud Iacobum Moſcarcnum in 4. anno 1569.

Anno 1297.

STEPHANVS POLONIACVS Gallus. Antonio Poſſeuino *tom.3. Apparatus Sacri fol.* 252. Stephanus Polacus.

GVILELMVS TRIPOLITANVS Conuentus Acconenſis in Terra Sanĉta,ſcripſit ad Theobaldum Placentinum, poſtea Gregorium X. Pontificem Maximum de prædicta clade, ſeu de ſtatu Sarracenorum. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 623.

Anno 1298.

GVILELMVS de ODONE, ſeu Hotum, vel Odo, aut Hothum, per Angliam Magiſter Prouincialis ſcripſit præterea.

Lecturas ſcholaſticas.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. *fol.* 613.

MATTHAEVS EBROICENSIS Gallus. Alij libri, quos edidit in Sacram Scripturam nec à Trithemio, nec ab Antonio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 419. nec à reliquis recenſentur.

STEPHANVS à VICO MERCATO. Verba de eo pariter faciunt Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus ſacri fol.* 249. Buſtorius Burienſis.

STEPHANVS MEDIOLANENSIS. Vel vnus eſt cum Stephano à Vico Mercato, vel opera vnius tribuunt Authores alteri. Quoniam vtrique adſcribitur Dialogus potentiarum apprehenſiuarum.

Item Summam notabilem in iure Canonico vereor eandem eſſe cum volumine continente quinque libros quæſtionum in Apparatu ad Decretales. At fides ſit penes Authores prætcritos. Nam Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis fol.* 228. ponit Stephanum de Mediolano, & paulo poſt fol. 229. collocat Stephanum de Vico Mercato Mediolanenſem.

Anno 1299.

GVIDO de CENODRO, Italus. Antonius Poſſeuinus *tom.*1. *Apparatus* appellat *è Cenodio*.

BEATVS HENRICVS SVSO. Nimis aridè eloquẽs Poſſeuinus *tom.*2. *Apparatus fol.* 14. de viro tam celeberrimo: *Henricus Conſtantienſis ſcripſit Horologium æternæ Sapientiæ. Viuebat anno* 1368.

Errauit præterea cum reliquis ibi citatis circa tempus, quo vixit. Suppreſſit cuius familiæ fuerit. Intactam clariſſimam ſanctitatem eius reliquit, ac denique iterum loquitur de eodem folio 21: dicens: *Henricus Suſo* &c. quaſi hi fuerint bini.

Eius pijſſima opera, & doctiſſima Gallicè reddidit Nicolaus Ceruus, Prior Carthuſiæ. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 481.

AP-

APPENDIX.

AD CENTVRIAM ALTERAM

Anno 1300.

MVNIO ZAMORRENSIS. Frequentiſſimè inCapitulis ad receſſum Fratres exhortans dicebat:*Manere in clauſtro, eſt degere in Eremo.*

Non rectè Fontana *in Monum.*ponit eius obitum an. 1299. Nam deceſſit Septima Martij Pontificatus Bonifacij VIII. anno ſexto. Ita ex Epitaphio. Bonifacius autem electus fuit Papa 24. Decembris anni 1294.

GERARDVS de ANCINNIS. Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro tom.* 1.*fol.* 543. Gerardus Haucinus.

BEATVS IACOBVS Meuaniēſis. Inter prima Religionis Tyrocinia miraculis clarere cœpit, breuique compendio ſimul ad ſanctitatis, & litteraturæ apicem peruenit, adeo vt vigeſimo quinto ætatis anno concreditum ei fuerit munus Apoſtolicæ prædicationis. Nec ſine fructu; nam renaſcentem in Vmbria Nicolaitarum hæreſim funditus profligauit, ipſumque tandem Ortinellum peſtiferæ ſectæ coriphæum ad publicam erroris deteſtationem perduxit. Somni parciſſimus, ad exemplum Sancti Patris noſtri Dominici ter ſingulis noctibus aſperrimo flagello corpuſculum ſuum cruētabat. Catenam ferreā ita lumbis adſtrinxerat, vt deinceps auelli non potuerit. Defuncti corpus intra trecentos ab obitu annos ter in locum decentiorem translatum totidem vicibus repertum fuit integrum,& incorruptum,illudque primis tribus diebus Maij piè inuiſentibus Bonifacius Nonus indulgentias benignè conceſſit, ac denique Clemens Papa Decimus ex Sacrorum Rituum Senatuſconſulto ſolemnē huius Beati feſtiuitatem ad totum Prædicatorum Ordinem extendit. Ex Breuiario Dominicano die 23. Auguſti. *Lege de eo* S. Antoninum *3. parte Hiſtoriæ tit.* 22. *& alios.*

NICOLAVS ITALVS,abſque cognomine, vt dominicanus doctiſſimus laudatur à Paulo Burgenſi *ſuper Apocalypſim cap.* 13. à Bleda *lib.* 1. *Chronicæ Maurorum cap.* 31.*fol.* 99. *colum.* 1. *in medio*, & à Hyacintho de Parra *in Cataloco de Scriptoribus Ord. m.s.* tanquam Author inſignis *Tractatus contra Mahumetem.*

Cum citetur à Burgenſi, qui vixit an. 1434. oportet hunc Nicolaum floruiſſe ſuperioribus annis:

ANNALES CONVENTVS Colmerienſis hoc anno eduntur à noſtris. Ignoratur ex noſtris Dominicanis eos quis ſcripſerit. Spondanus *tom.* 1. *anno* 1300.*num.*10. *& alibi*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.*

Anno 1303.

PHILIPPVS de PEYRA, vel cum Antonio Poſſeuino *in tom.* 3. *Apparatus Sacri fol.*82.*circa mediū* E Pera.

THOMAS GERMANVS. Scripſit de Origine rerum (vt dictum eſt) ſeu de Proprietate rerum. Aliqui tamen hunc librum tribuunt Thomæ Cantipratano, de quo anno 1263. & in Appendice.Alij Bartholomæo Anglo Ordinis Minorum. Quidam autem huic. Conſule Antonium Poſſeuinum *tom.*3. *Apparatus ſacri fol.* 312.

Anno 1304.

B. NICOLAVS BOCCASINVS. Antonio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus ſacri fol.* 480. *Buccaſenus.*

Commentaria, ſiue enarrationes in Euangelium ſecundum Matthæum prodierunt apud Societ. Venetam anno 1603.in folio.Beatum Auguſtinum Zagabrienſem Epiſcopum apud Hungaros, qui deinde aſſumptus fuit ad Lucerinam, inſtituit.

GVILLELMVS MANSFELDIVS Anglus, patria Cantuarienſis nobiliſ-

ſimis

ſimis ortus natalibus, doctiſſimus fuit, & prædicator egregius. In Oxonienſi Academia profeſſus eſt publicè ſacram Theologiam. In Pariſienſi Vniuerſitate creatus eſt Baccalaureus. Cum obſeruantia regulari, ac pietate eſſet ſpectabilis, pluribus ſuæ Anglicanæ Prouinciæ Cænobijs præfuit. Factus eſt quoq; officio in eadem ſua prouincia Prioris Prouincialis. In capitulo Generali Biſuntino Diffinitor Anglicanus interfuit. Quò, licet annorum pondere prægrauatus, acceſſit pedeſter. Cum noſtro Nicolao Pratenſi in Aduentu die 18. Decembris 1303. Tit. Sanctæ Sabinæ creatus eſt S. R. E. Cardinalis: Verùm ante receptum ſuæ promotionis nuncium Modernus Cardinalis obiuit. Acerbiſſimi caſus commonefactus Rex Angliæ, cùm Benedicto Pōtifice Maximo, vt Mansfeldio Cardinali Gualterius Vinkterburnus adhuc Dominicanus, & Anglus, qui ſibi erat à ſacris confeſſionibus, ſufficeretur, peregit. Annuit Pontifex precibus Eduardi, & Vinkterburnum purpura anno 1304. ſub eodem Tit. S. Sabinæ die decima nona Februarij decorauit. Fernandes *inter Card. Ord.* Taegius *in Monumentis Ord.* Leander *de viris illuſtribus Ord. lib. 3.* Clacconius *in Vitis Pontificum, & Cardinalium*, Fontana *in Theatro part. 1. cap. 2. num. 9. & 10.*

Scripſit doctiſſimus vir.

Sermones in honorem Sanctorum.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*, qui non rectè ait vixiſſe ſub anno 1393. At hic error reijciendus eſt in incuriā typographi, qui pro O. poſuit 9.

Alter fuit Guilelmus etiam Anglus, qui non ſine ſanctitatis odore deceſſit ex hac vita; iſque fuit Ordinis Seruorum, & ſcripſit Quadrageſimale, alioſque ſermones in totius anni Dominicis. Chronicon Seruorum.

Anno 1305.

GVALTERIVS VVINKTENBVRNVS Anglus, S. R. E. Cardinalis. Scripſit præterea.

Librum exhortationum ad Clerum.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 600. circa medium. At fol. 601.* in calce ponit alterum Gualterum Vinterbonium Salisburgenſem etiam noſtræ Religionis, qui ſcripſit.

Librum Quæſtionum Theologicarum.

Item Sermones ad Populum. Cardinalem ſcribit vixiſſe anno 1304. Vinterboninm verò Salisburgenſem an. 1305.

At pace eruditiſſimi viri, hi non duo; ſed vnus Galterius eſt: etenim Cardinalis Vinterbonius fuit, & patria Salisburgenſis.

BERNARDVS è CASTRO S. Vincentij. Liber Vitæ Aldobrandini &c. extat in Monumentis, quæ aſſeruantur in Cænobio Gratiarum Ordinis noſtri Mediolani. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 229.*

His annis plures homines celeberrimi doctrina, & probitate floruerunt, qui verbo, exemplo, ac calamo Ordinem illuſtrarunt. Inter quos recenſentur Rodulphus Burgundus, de quo Pyrrhus in Sicilia Sacra, Iacobus Bononienſis Epiſcopus Mantuanus, Petrus Monticellus Præſul Comaclenſis, Vicentinus, Inquiſitor Ferrarienſis, & Commiſſarius Apoſtolicus, P. Benincaſa de Grammatico Siculus, Antiſtes Syracuſanus, Ioannes Taſcherius Inquiſitor Bononienſis à Paramo *Optimus Fidei Zelator* vocatus, Ioannes Polonus Inquiſitor in ſuo Regno, Arnaldus de Prato Inquiſitor Toloſanus, Philippus Bonihominis ex Prouincia Prouinciæ, & alij penè innumeri, de quibus conſulēdi ſunt Diagus, Vghellus, *in Italia Sacra*, Pyrrus *in Sicilia ſacra*, Ciacconius, Plodius, Paramus *lib. 1.* Lopez *part. 5.* Taegius, Fontana *in Monumentis Ordinis, ceterique noſtrarum rerum Scriptores.*

Anno 1306.

PETRVS BARCINONENSIS. Fontana *in Monumentis Dominicanis an.* 1297. ſequutus Antonium Luſitanum *in Bibl. Ordinis pag. 192. & 193.* & Antonium Poſſeuinum *in Apparatu ſacro tom. 3. fol. 39.* falſus eſt cū eiſdem. Vide anno 1283. verbo Raymundus Martini:

RICOLDVS, ſiue RICARDVS. Meminerunt Ricoldi Iaimus Bleda *in*

Chronico Maurorum Hiſpanorum lib. 1. cap. 31. Hyacinthus de Parra *in Catalogo Script. Ordinis m.s.* Ioannes Cantacuzenus *Orat. 1. contra Mahumetum.* Ludouicus Viues *de Fide Christiana.*

Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus ſacri fol. 130.* Riculdus. Traduxit Coranum, Mahometis legem, quam cum articuli præpoſitione communiter dicimus Alcoranum.

Demetrius Sidonius. Emenda Cydonius.

Bartholomæus Picininus, corrige Picenus.

Excuſus etiam fuit apud Cholinæũ Pariſijs.

Alcoranus Mahometis cum omnibus ſcholijs, & impijs annotationibus, & præfationibus cuiuſcumque impreſſionis, & idiomatis in Romano Indice prohibetur.

Anno 1307.

SIFRIDVS dudum Miſnenſis Presbyter, Germanus, deinde Ordinis noſtri profeſſorè, Hiſtoriarum longè peritus, ac vir celebris grauitate. Scripſit

Compendium Hiſtoriarum à Mundo condito vſque ad præſentem annum, qui labitur 1307.

De illo Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 216. *ſub principio.*

Anno 1309.

REMIGIVS CLARVS Florentinus. Volumen quæſtionum Theologicarum per Alphabetum ſic incipit: *Vtrum Angelus ſit compoſitus ex materia, & forma.*

Liber quodlibetorum incipit: *Cum cognitio habetur de re.*

Liber Metaphyſicus de modis rerum: orditur: *Omnis diuerſitas modorum.*

Volumen Sermonum de Sanctis ſat grande. Orditur à S. Andrea, & incipit: *Domine, qui habet ſanctam ſcientiam.*

Volumen ingens Sermonum de Tempore per totum annum à Dominica prima Aduentus. Incipit: *Induamur arma lucis. Roman. 13.*

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 3. fol.* 126.

Remigius vtique Clarus, imò clariſſimus modeſtia, & doctrina: varias perhonorificè obiuit Legationes. A Bonifacio Pontifice VIII. cũ Aycardo Teutonico, homine ſpectatiſſimo coactus fuit Magiſterij gradum ſuſcipere, creatuſq; fuit Primus Prouincialis Saxoniæ. Hæc enim erecta fuerat nouiter in Prouinciam in Capitulo Generali anni 1301. cui aſſignauere Cœnobia, quæ erant in Miſnia, Turingia, Haſſia, Saxonia, Friſia, Slauia, Marchia, Vueſtphalia, Zelandia, & Hollandia. Ex Actis Capituli Generalis. Olmeda, Fontana *in Monum. Dominicanis, & alij.*

Datus etiam eſt in Magiſtrum Romeus Maioricenſis, Doctor Pariſinus, qui obijt Aragoniæ primus Prouinciaâlis. Hæc quoque erecta nouiter fuerat in Prouinciam. Olmeda. Benedictus tamen inſignijs Magiſterij, coronaque Remigium inſigniuit, vt diximus.

ECHARDVS, ſiue ECCARDVS, Germanus. Scripſit adhuc.

In Capitulo Prædicatorum ſermonum Librum vnum. Incipit: *Ego quaſi vitis fructificaui.*

Poſitionum ſuarum librum vnum, cuius initium eſt: *Benedictus Deus, & Pater &c.*

Liber in Geneſim incipit: *Exordium hoc Scripturæ.*

Liber in Exodum incipit: *Hæc ſunt Nomina &c. quia.*

Liber in Sapientiam incipit: *Diligite &c. Iudex ſemper.*

Liber in Euangelium D. Ioannis: *In principio &c.*

Exordium Libri ſuper Oratione Dominica eſt: *Pater noſter: Ante Dominicam.*

Viuebat ſuo Aeuo in Auſtria. Hæc Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom. 1. fol.* 429. Trithemius.

VARNHERVS de BOTIS. Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 373. Vuarnerus. Variè enim ſcribitur, & cum ſimplici V. & cum Duplici: Sicut quoque variatur Verneros ab eodemmet Poſſeuino ibidem, & folio 342. ſub initium. Scribitur etiam more antiquo Warnerus, ſicut Willelmus, & Guillelmus; Witichindus & Vitichindus &c.

An-

Anno 1311.

B. THOMAS IORSIVS Anglus S. R. E. Cardinalis. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri fol.* 294. confundit hunc Beatum Cardinalem titulo S. Sabinæ cum Thoma Galenſi, ſeu Gualenſi, de quo nos anno 1400. cum Thoma Walenſi, ſeu de Valleis, aut Valois, de quo an. 1322. & cũ Thoma Anglico, de quo an. 1321. ſic enim inquit: *Thomas Anglicus, quem patria Galenſem Sixtus Senenſis; Gualensẽ Eiſingrenius, ſiue item de Valleis, ſeu Valois, cognomento autem Iorgium ſcribuns, Ord. Prædicatorum, ac deincept Cardinalis S. R. E. tit. S. Sabinæ, ſcripſit (vt idem habet Sixtus Seneſis) in Sacros libros plurimas Scholaſtica Methodi commentationes: ex quibus in Bibliotheca D. Ioannis, & Pauli Venetijs habentur in Geneſim lectura incipiens*, Non recedat, *& in primos viginti quinque Pſalmos Poſtilla, quæ incipit*, *Beatus vir, qui cuſtodit.*

Hæc Poſtilla typis excuſa habetuř in Conuentu noſtro Altamurano S. Rocci prope mœnia.

Proſequitur Poſſeuinus: *Huius Auctoris eſſe creduntur Commentaria in Geneſim, Iſaiam, Ieremiam, Epiſtolas Canonicas, Apocalypſim, & in Boethium de Philoſophica Conſolatione aſcripta D. Thomæ Aquinati, cui cum honoris cauſſa tributum eſſet Angelici cognomen, paulatim eſt factum, ut Thomæ Anglici ſcripta Thomæ Angelici titulo notarentur. Ita quidem Sixtus Senenſis, at Antonius de Conceptione eiuſdem Ordinis in ſua Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicatorum reclamat, negans iſtius eſſe Opera, ſed Diui Thomæ Aquinatis: Falli item Sixtum inquit in eo, quod illum anno 1400. claruiſſe ſcribit, quem claruiſſe inquiant PP. Mon. Ordinis anno 1305.* Verumtamen idem Antonius de Conceptione, quaſi dubitabundus ſubdit hæc verba. *Si autem Poſtilla, quam ſcripſit Venetijs in Conuentu noſtro DD. Io: & Pauli ſuper 25. Pſalmos, & Lectura ſuper Geneſim, incipiens: non recedat: ſub huius Thomæ Iorgij Anglici exſtent, hac noſtra Bibliotheca Ordinis nullatenus excludi cupio.*

Scripſiſſe autem, ait, librum de doctrina Scholarium. Super 4. libros Sent. Librum de Conceptione Beatiſſ. Virginis. Librum multarum Quæſtionum Theologalium, quem ſe manuſcriptum vidiſſe teſtatur. Super Boethium de Conſolatione. Contra Io: Scotum. Alij item huic tribuunt Summam, ſiue Compendium Theologiæ. Duo quodlibeta cum multis (vt inquiunt) argutijs. Librum de concordia librorum D. Thomæ. Alterum de Vnitate formarum. Alium de Relatione. Poſtillam ſuper Prouerbia Salomonis. Quædam, quæ in D. Thoma compleuerit. Summam quoque Logicæ, quæ ſub Aquinatis nomine prodijt. At Eiſingrenius adhuc aſcribit huic Commentarium in Canticum Canticorum. Alterum in libros de Ciuitate Dei. Alij item Commentarium in totum Pſalterium. Librum de Statu Animarum poſt mortem. Alium aduerſus Iconoclaſtas. Moralitates in libros Metamorphoſeon Ouidij, ſed dubito hunc cum altero confundi, qui Thomas Wallois ijſdem dicitur, quique impreſſus Pariſijs fuit an. 1509. ab Aſcenſio. Hactenus Poſſeuinus.

Deinde idemmet Poſſeuinus folio 367. ponit iterum Thomam Iorſium Anglum, ſubditque floruiſſe an. 1210. quando nondum erat Ordo Dominicanus. At fortaſſe error typorum. Verum eſt tamen ipſum, & plures quoque noſtrorum non rectè diſtinguere de Operibus, & de tot nomine *Thomas* Auctoribus Anglis, de quibus nos paſſim diximus in hoc Opere.

B. IORDANVS PISANVS. Lege de eo Siluanum Ratium, Hyacinthum de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.* Antonium Senenſem Luſitanum in Chronico Religionis ad annum 1311. qui hæc habet: *Frater Iordanus, Piſanus, vir eximiæ ſanctitatis, & miraculorum virtute illuſtris hanc etiã ornat Decadem, qui anno* Domini 1311. *Placentiæ obijt: ſed inde translatus eſt Piſas, ubi magna veneratione colitur.*

Anno 1312.

GVILLELMVS PARISIENSIS, Non ille Aruernus dictus Pariſienſis, quoniam dictæ Vrbis fuit Epiſcopus, & Scripſit.

De Rhetorica diuina.

Item Librum prænotatum. Cur Deus homo.

Librum de Vniuerſo.

Et alios innumeros.

Sed ille, qui fuit quondam Philippi Francorum Regis à ſacris confeſsionibus. Confecit

Repertorium ad Decretum, & Decretales. Incipit: *Promptè volentibus*.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 619.

FRANCISCVS GRAVANVS Genuenſis. Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 500. Franciſcus Gratianus.

GVILLELMVS, ſiue, vt ſæpius more priſco ſcribi ſolet, Willelmus Conneus. De eo Alphonſus Fernandes, Sixtus Senenſis, Marraccius *in Bibl. Mariana part.* 1. *fol.* 532. & alij.

Anno 1313.

PAVLVS de PILASTRIS. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 3. *fol.* 25. Paulus Gualducius è Pileſtris. De eo Hyacinthus de Parta *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. ſ.*

HVGO PRATENSIS Etruſcus. Alijs de Prato Florido. Non rectè Eiſingrenius, & Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 2. *fol.* 63. ponunt floruiſſe anno 1486.

Eius Sermones ſuper Symbolum Apoſtolorum.

In Orationem Dominicam.

Et in Salutationem Angelicam aſſeruantur M.S. in Bibliotheca Rhegienſi in Lombardia apud Fr. Eucherium Bonettum Dominicanum. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus Sacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 143.

Anno 1314.

BALBERTVS MANDVEGARIVS Brixienſis. Adde cum Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 30. *Sanctitatem morum ſcientiæ adiungens, ita, vt miraculis clarui ſſe ſcribatur*.

HENRICVS ARIMINENSIS. Librum *de Politiam*. Corrige, *de Politia. Virtutibus moralibus*. Corrigendi Authores: *Virtutibus Cardinalibus*, de quibus Tractatus edidit quatuor, Ad Ciues Venetos, Philoſophiam Moralem complectentes cum epiſtolis, & Hiſtorijs ex diuinarum, humanarumque Scripturarum Auctoribus. Mendosè igitur apud Luſitanum, & alios dicitur: *De quatuor virtutibus moralibus*. Sicut errauit pariter eruditiſsimus Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 10. referens eum vixiſſe anno 1513. niſi irrepſerit error ex typis ponens 1513. pro 1313.

GRATIA DEVS ASCVLANVS. dicitur quoque Ioannes Baptiſta Gratia Dei. Scripſit prӕterea inter nota *Aduerſus Iudæos*. Patres Monaſterij Ordinis, & Antonius Poſſeuinus *tom.* 1. *Apparatus Sacri fol.* 559. Edidit etiam *Commentaria in Prædicamenta*. Poſſeuinus *in Append. ad tom.* 1. *Apparatus fol.* 734.

RAYNERIVS PISANVS. Alijs *Reinberus*. Antonius Poſſeuin. *in Appar. Sacro tom.* 3. *fol.* 117. duo opera huic attribuit. Pantheologiã, quaſi cuncta ad Theologiã ſpectantia complectentem. De qua ſatis, ſuperque dictũ habemus, & hanc præcedenti hebdomada inueni Romæ, ac emi duobus voluminibus magnis in folio.

Et ei quoque adſcribit ſummã Caſuum Conſcientiæ, quæ Raineriana dicitur, & prodijt Norimbergæ anno 1473. Venetijs 1486. Lugduni 1519. & quidem Raphael Volateranus, dum meminit Summæ Bartholomæi Piſani, quæ Piſanella etiam inſcripta eſt, *Circa eandem ferè materiem* (inquit) laborauit Rainerius Piſanus.

Dicitur Pantheologia, quia tractat (vt notauit Iacobus Florentinus Minorita in prologo) de omni ſermone diuino, & impreſſa eſt dictis locis Norimbergæ 1473. Venetijs 1486 Lugduni 1529. vt relatum eſt à Miræo *de Scriptoribus ſæculi* 16. *cap.* 11. & iterum Venetijs (ex Poſſeuino) 1585. & 1590.

Errat Miræus eum ponens in ſæculo ſexto decimo, & ſubdens quibuſdam floruiſſe anno 1350. alijs verò 1414.

IOANNES FRIBVRGENSIS Teutonicus. Hic idem eſt cum illo, de quo anno 1277. dictum eſt. Emerſit deceptio, quòd appellant quidam de Vriburgo

burgo. Ita Antonius Senenſis Luſitanus in Ordinis Bibliotheca fol. 131. & alij. Nonnulli verò eum nominant Friburgenſem, vel cum Poſſeuino è Friburgo *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 180. ſub initio*. Duxerunt me in veri cognitionem eundem eſſe, opera concinnata per eum.

Bis ponitur ab Antonio Poſſeuino *in tom. 2. Apparatus*, *ſemel fol. 180.* ſub initio, vbi ei adſcribit hoc Opus dumtaxat.

Summam maiorem, ſiue Confeſſorum. Bertlingæ in Germania ex Typographia Ioannis Othmari anno 1487. Deinde Pariſijs apud Ioannem Paruum, Lugduni apud Ioannem Robergerum 1518.

Poſtea iterum eum reponit eodem tomo folio 254. dicens: Ioannes cognomento Teutonicus, Friburgi autẽ natus, Epiſcopus propè Hungariam, Beſſinenſis, ſcripſit

Summam Confeſſorum.

Tabulam item vtilem iuxta ſeriem Alphabeti ad Summam, & ad Apparatum Raymundi.

Libellum item ſpecialem de Quæſtionibus caſualibus.

Confeſſionale de modo audiendi Confratres, ac de modo interrogandi ſecundum diuerſos ſtatus, & vitia. Sed pars horum ſcriptorum nondum (quod ſciã) prodijt, cum tamen manuſcripta extare in Germania dicantur. Sanè & ipſi aſcribitur Gloſſa in Decretum, prætterquam quòd habent Chronica Ordin. Seruorum (ſiue huius, ſiue alterius eiuſdem nominis, atque cognominis) extitiſſe in Bibliotheca Florentina, exemplaria quædam, quæ vocant Originalia Commentariorum m. s. quæ ſubtiliſſimè elucubrauerat in quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Hactenus Poſſeuinus.

Fefellit me igitur Antonius Luſitanus, qui *in Bibliot. Ordinis fol.* 131. in calce ponit Ioannem de Vriburgo florentem anno 1262. & paulo poſt folio 134. recenſet quaſi diuerſum, Ioannem Friburgenſem, cum vnus ſit, vt ex operibus editis colligo.

DOMINICVS CATALANIVS. Liber de Conceptione citatur in Recollectorio Auctoritatum de veritate Conceptionis Beatiſſimæ Matris Dei, quod Bandellus euulgauit. Antonius Poſſeuinus *in Appendice ad tom. 1. Apparatus Sacri fol. 725. circa medium.*

GERARDVS VVILICHIVS. Hic fortaſſe ille ipſe eſt, qui ab alijs ſcribitur Gerardus Veluykius, & ſcripſit: De itinere deſerti, ſiue de Iudaicis diſciplinis, & earum vanitate, Liber excuſus fuit Venetijs apud Bombergum, anno 1539.

De his Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 544.

GVIDO de PILEO Ferrarienſis. Gregorius Lilius Gerardus teſtatur hoc carmen eſſe facillimæ dictionis, & candidum. Alicubi hoc Poema inſcriptum eſt.

Memoriale diuinorum eloquiorum. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 603.*

GERARDVS COLONIENSIS Germanus. Liber inſcriptus *Medulla Animæ* potius appelletur *Medela Animæ*. Sic, & meritò, Antonio Poſſeuino *arridet in Appar. Sacro tom. 1. fol. 542.*

Alter item eiuſdem nominis, & patriæ, qui Sermones de Tempore, ac de Sanctis compoſuit, & viuebat anno 1355. & Gerardus de Sancto Laurentio dicebatur. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 542.* De hoc Gerardo nos diximus anno 1315.

IACOBVS OSANA, ſiue de Oſana, vir fuit vt magni iudicij, ſic & litteraturæ præſtantis. Præterea illuſtris Verbi Dei Eccleſiaſtes. Demum tot meritis attollentibus renunciatus fuit Epiſcopus Oſanus.

Abijt rectus homo ad quæque optima factus ad plures hoc anno 1314.

Plura Sacrorum Bibliorum expoſuit.

Item Sermones plurimos reliquit poſteritati.

Ita Frater Ioannes de Cruce *in Chronico lib. 4. cap. 31.* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 129. Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 82. ante medium.*

Anno 1315.

BARTHOLOMAEVS PARVVS, Bononienſis. Antonius Poſſeuinus primò

primò ponit Bartholomæum Bononienſem dicens edidiſſe Poſtillam in Lucam, quæ incipit: *Facies quatuor circulos*.

Item in omnes Epiſtolas Canonicas initium eſt: *Ieſus ſexto præcepit Dominus*. Ex Sixto Senenſi. *Ita in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 182. *in Calce*.

Deinde folio 184. eiuſdem tomi ponit Bartholomæum Paruū dicens ſcripſiſſe Poſtillam in Lucam, quæ incipit: *Oblatio iuſti impinguat altare*. Etiam ex Sixto Senenſi. At fallitur: nam vnus Bartholomæus Paruus Bononienſis vtramque compoſuit. Ita Taegius *in* 1. *part. Monum. Ordinis*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis p.* 43.

Anno 1316.

BENEDICTVS CRINIGRANDVS Aragonenſis. Ab Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 219. ponitur floruiſſe anno 1420.

At ſtandum eſt Luſitano *in Bibl. Ordinis pag.* 51. cui claruit anno 1314. Tacet præterea Poſſeuinus fuiſſe Dominicanum, atque ſubiungit ſcripſiſſe in Magiſtrum Sententiarum.

Anno 1318.

GEORGIVS ARRARVS, ſiue ARRARIVS Alexandrinus Natus eſt Alexandriæ, quæ Paleæ nuncupatur, ſitaque eſt in Subalpinis Italiæ.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 537. ſequutus Antonium Luſitanum *in Bibl. Ord. pag.* 87. aſſerit claruiſſe anno 1261. at non rectè, vt videre eſt apud alios noſtros.

Anno 1321.

THOMAS ANGLICVS. De pluralitate huius nominis dictum eſt alibi.

ACCOLDVS FLORENTINVS. Iacobo è Sufato, Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 13. Antonio Senenſi Luſitano *in Bibl. Ordinis pag.* 1. floruit circa annum 1260. vel 1265.

CONRADVS N. N. hic eſt alter ab illo, quem anno 1556. col. 2. recenſebimus.

RICHARDVS ESTRAVANELI. Antonio Poſſeuino *tom.* 3. *Apparatus Sacri fol.* 132. *in Calce*: *Strauanellius*.

Anno 1323.

NICOLAVS FARINVLA Gallus S. R. E. Cardinalis. Gallus ſiquidem, ſiue Normanus. *Sermones plurimos ſcripſit*.

Ita Eiſingrenius, Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 485. *ſub initium*.

HERVAEVS NATALIS BRITO. Anno 1307. Pariſijs Doctoris Regentis officio fungebatur. Præter ibi notata ſcripſit quoque.

De Bona Fortuna.

Filius fuit Conuentus Montis relaxi in Prouincia Pariſienſi. Ita Godefridus Languedoc *in Catalogo de Scriptoribus Prouinciæ Pariſienſis Ordinis M. S.*

Non rectè Philippus Labbe inficiatur Commentarium in Epiſtolas D. Pauli non eſſe noſtri Heruæi, ſed cuiuſdam alterius Heruæi Dolenſis Monachi Ordinis Benedictini. Cum hoc communiter aſſeratur ab his, qui commentarium illum *falſi ſunt non* eſſe Diui Anſelmi. Ita præter citatos Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 2. *fol.* 27.

Nec audiendi ſunt Simlerus, Antonius Poſſeuinus *in Appendice* 1. *ad tom.* 1. *Apparatus Sacri*, & alij ingerentes ſuſpicionem, cum Heruæo aſcribunt Summam Logicæ Ariſtotelis, quæ ſub Diui Thomæ Aquinatis nomine circumfertur. At de hoc recole dicta ad an 1274. cū loqueremur ibi de Sancto.

Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 27. Bellarminus *de Scriptoribus pag.* 366. Miræus, & alij ponunt exceſſiſſe è viuis Narbone in Gallia anno 1325. At noſtri communiter refragantur. Ita Antonius Senenſ. s Luſitanus *in Bibl. Ord. fol.* 109. Olmeda in eius vita, & alij. Hinc anno ſequenti 1324. celebratum eſt Capitulum Generale apud Burdegalam in Vaſconia, in quo Magiſtrum Generalem ſubſtituerunt Barnabam Vercellenſem Lombardiæ Prouincialem.

Præter Librum de vtraque Poteſtate, Papali, & Regali, ſcripſit alium de Poteſtate Papæ.

IOANNES NEAPOLITANVS, ſeu de Neapoli, non Siculus natione, ſed Sicola proſapia nobili. Niſi Siculus, quia hæc Regna ſortita ſunt Nomenclaturam vtriuſque Regni Siciliæ.

Anno 1325.

PETRVS MARSILIVS, Conuentus Valentini Sodalis, cum fuerit Chronographus Iacobi Secundi Regis Aragoniæ, qui (vt in mea Chronologia) regnabat circa hos, annos, ſub eodem tempore ſcripſit:

Hiſtoriam Latinam eiuſdem Iacobi Debellatoris.

Ita ex Diago *lib.2. Prouinciæ Aragoniæ cap.29.fol.*136. Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Anno 1327.

BAYMERICVS GILIANVS Placentinus. Fuit vir planè doctiſſimus, qui Bononiæ, ac alibi ſpatio viginti trium annorum docuit, Bononiæ cum admirabili vitæ exemplo præfuit Prior. Rexit prouinciam Græcam, ex qua ſublimatus eſt ad ſupremum Regimen Ordinis, quem moderatus eſt ab anno 1304. vſque ad annum 1311. quo ſe ſua ſponte officio abdicauit.

Anno 1330.

RICHARDVS VVINCHELSEN, integritate, ac litteris celeberrimus. Scripſit

Librum Quæſtionum (vt vocant) opinabilium.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol.* 134. *circa medium*. At non recenſet tempus, quo vixerit.

Anno 1331.

BERNARDVS GVIDONIS. Epiſcopus Laudonenſis. De eo Conſule Spondanum ad annum 1278. *num.* 17. *&* 1279. *num:* 3.

BARNABAS de CAGNOLO Vercellenſis, Prouincialis Lombardiæ, deinde Magiſter Generalis, vir moribus, litteris, & grauitate conſpicuus. edidit

Tomum Concionum.

Ab anno 1324. rexit Ordinem vſque ad annum 1331. expletum, quo obijt.

Ita Franciſcus Auguſtinus in Prælatis Pedemontis folio 393. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. M.S.*

Anno 1333.

DVRANDVS à SANCTO PORTIANO. Dubitat Molanus num liber *de Origine iuriſdictionum* ſit huius Durandi de Sancto Portiano, an Durandi Speculatoris: At leuiter. Alij quoqe perineptè confundunt hunc cũ illo aſſerentes vnum dumtaxat eſſe Durandum. De quo Miræus, Labbe *in diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom.* 1. *fol.*269. & alij conſulendi. Liber *de Origine Iuriſdictionum*, ſiue *de Eccleſiaſtica Iuriſdictione* cum *libello de Legibus* excuſus fuit Pariſijs anno 1506.

Aliqui produnt vocatum fuiſſe Cunonem à Cromberg. Conſule Anton. Poſſeuinum *in Apparatu Sacro*.

Idem Antonius Poſſeuinus *in Appēdice* 2. *ad tom.* 1. *Apparatus Sacri* hæc habet:

Durandus à S. Porciano. *Scripſit Epiſtolam ad Henricum Regem, de Corpore, & Sanguine Domini, contra Brunonem Andegauenſem* Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem. Porrò Durandus humili licet loco natus, vir tamen (vt verbo Baronij Card. vtar) ſanctiſſimus fuit. Eam verò Epiſtolam is ipſe Baronius ex Bibl. Ludouici Martelli Rothomagenſis lectu dignam inſeruit *tom.* 11. *ſuorum Annal. ſub ann.* 1033. quo ipſe Durandus illam exarauit: cuius item Epiſtolæ meminit Guitmũdus *lib.* De corpore, & Sanguine Domini, & quæ item extabat *in tom.* 3. *Bibl. SS. PP. Bignai edit.* 2. Quin & idem Baronius notat Sigebertum falli, qui Durandi ingreſſum in Epiſcopatum Leodienſem ponat an. 1021. rurſum anno poſt 1025. alium in locum eius ſubrogatum ponat Reginardum, cum tamen ſaltem ad tempora Henrici Regis, & ad an. 1035. peruenerit. Quare Hermannus cum eiuſdem Duran-

randi meminit, nequaquam eo termino claudit eius Epiſcopatum. Cæterum cum in pr ma editione Apparatus huius ſacri ſcriptum fuiſſet Durandum fuiſſe *Meldenſem Epiſcopum*, *erratum fuit*, *Leodienſem reponimus*. Hactenus Poſſeuinus.

At hìc plurima ſunt corrigēda. Primum Henricus I. Rex Francorum cæpit regnare an. 1031. quo Robertus eius pater abiuit ad meliores. Conſule meam Chronologiam ad dictum annū 1031. Durandus à Sancto Porciano fato ceſſit anno 1333. vel 1341. quo pacto igitur Durandus ſcripſerit ad Henricum Regem Epiſtolam de Corpore, & ſanguine Domini,contra Brunonem Andegauenſem Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem &c. ?

Subdit: eam verò Epiſtolam is ipſe Baronius ex Bibliotheca Ludouici Martelli Rothomagenſis lectu dignam inſeruit *tom.* 2. ſuorum Annalium ſub anno 1035. quo ipſe Durandus illam exarauit. Cuius item Epiſtolæ meminit Guitmundus *lib.* 1. *de corpore*, *& ſanguine Domini*, & quæ item extabat *tom.* 3. *Bibl.* SS. Patrum Bignæi *editione* 2.

Falsò Durando Leodienſi Epiſcopo tributa eſt à Baronio, & ab alijs Epiſtola ad Henricum I. Francorum Regem aduerſus Berengarij hæreſim, vt incidenter tetigit Philippus Labbe 1. *tom. de Scriptoribus Eccleſiaſticis verbo Durandus*: Ratio eſt, quia Durandus Leodienſis obijt anno milleſimo vigeſimo quinto, adeoque ante hæreſim à Berengario publicatā. Cæpit enim Berengarius hæreſim ſuam ſpargere ſub annum Chriſti 1035. vt in mea Chronologia ad dictum annum.

Quare ſciendum,noſtrum Durandū de S. Porciano diuerſum eſſe à Durando Leodienſi Epiſcopo, qui obijt (vt dixi) anno milleſimo vigeſimo quinto

Et etiam à Durando Troarnenſi,qui male quibuſdam dicitur Troianenſis, & fuit in Neuſtria Abbas, & floruit anno . . . .

Vt veritatem hanc ſtabiliamus,ſciēdum eſt, quod doctos non latet, Berengarium Andegauenſem Archidiaconum hæreſim ſuam de Sacramento Euchariſtiæ ſeminaſſe anno 1035. quā non ſemel poſtea eiurauit, & pænitens obijt die Epiphaniæ anno milleſimo octogeſimo octauo, nonagenarius in templo S.Coſmæ apud Turonenſes ſepultus. Ita Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, vbi de Epiſcopis Andegauenſibus agit.

Contra Berengariū ſcripſerunt multi, & præcipuè Aldelmannus,Sigibertus Almannus,qui ex clerico Leodienſi factus eſt in Italia Epiſcopus Brixienſis. Scripſit etiam contra eundem Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus. Algerus Corbeienſis, Guitmundus Auerſanus, & Deoduinus Epiſcopus Leodicenſis. Ex hoc lapſus eſt Baronius Cardinalis cum alijs Epiſtolam Deoduini contra Berengarium ſcriptam Durando Leodicenſi Epiſcopo tribuendo. Hunc errorem dicit Miræus, quod non probo, natum eſſe ex litera D. ſingulari, vtriuſque nominis initiali. melius dicerem, ex eodem Epiſcopatu Leodienſi. At quidquid ſit de Epiſtola, & Durando Leodicenſi Epiſcopo, quid ad Durandum noſtrū de S.Porciano, qui obijt anno 1333. ?

Ex dictis liquet etiam ridicula reliqua. . . .

Inſimulandus eſt Poſſeuinus grauiſſimi Anachroniſmi, cum ponat Durandum à S. Porciano aſſumptum ad Epiſcopatum Leodienſem; fuit enim Epiſcopus Anicienſis. Alter Durandus fuit ille, qui præfuit Leodienſi Eccleſiæ.

Præterea Durandum à S. Porciano Anicienſem, Dominicanū ponit 1035. cum Ordo noſter, quem ipſe profitebatur, inceperat an. 1216.imò Durandus adhuc poſt D. Thomam comparuit. Ducentis ergo, & plus annis errat Anachroniſmus, & calculus Poſſeuini.

PETRVS de PALVDE, Gallus. Filius fuit Gerardi Varembronij Toparchæ in Breſſia. Vnà cum Petro Bertrando Aeduenſi Epiſcopo, Nicolao de Lyra Minorita viro doctiſſimo & Thoma de Sabaudia anno 1325. codicillis Ioannæ Franciæ, & Burgundiæ Comitis vnus ex teſtamenti ſui executoribus nominatus fuit, quo anno deceſſe-

ceſſerit, liquet ex eius Epitaphio, quod legitur Pariſijs in noſtra Eccleſia ante Beatiſſimæ Virginis aram, quæ dicitur de Pietate, in hunc modum.

Hic iacet Petrus de Palude Ord. Præd. Doctor in Theologia, quondam Patriarcha Hieruſalem, cuius anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace. Obijt autem anno 1341. *vltima Die Ianuarij.*

Quod more Romano eſt 1342.

His omnibus Philippus Labbe S. Ieſu *in Diſſertatione Hiſtorica de ſcriptoribus Eccleſiaſticis tom. 2. verbo Petrus Paludanus fol.* 209. aſtipulatur. Aſſerit tamen arguendos eſſe illos, qui in Cypro defunctum fuiſſe ſcripſerunt. At argumentum Labbe non conuincit: ſepultus fuit Pariſijs, ergo non obijt in Inſula Cypro: nam veriſimilius eſt defunctum in partibus illis fuiſſe, in quibus agebat Patriarcham; & inde tranſlatum fuiſſe Pariſios in ſuum (quem dicunt) Originalem Conuentum. Hinc præter innumeros Antonius Poſſeuinus accuratiſſimus ſcriptor *in Apparatu Sacro*: Obijt non exigua cum opinione ſanctitatis in Inſula Cypro.

Commentaria, quæ reliquit ad omnes libros Bibliorum, multis voluminibus ſat grandibus continentur, & in membranis manu ſcripta extant Pariſijs in Conuentu Ordinis noſtri.

Initium Commentarij in Geneſim eſt: *Hic eſt liber Adæ.*

In Exodum ſic incipit: *Deus eduxit eos de Egypto.*

Opus ingens in Pſalterium ſeptem voluminibus diſtribuitur, cuius prima verba: Implemini *Spiritu Sancto.*

In tota Biblia *Præfationem, librum ampliſſimum*, cuius initium. *Conſtituens Bibliothecam.*

Dubitat Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 3. *fol.* 63. *in principio*, dicendo: *At hæc credimus interijſſe, cum ſacras omnes Bibliothecas Lugduni ab hæreticis Caluinianis per proditionem capti non tam audiuimus, quàm ipſi, qui cladi illius noctis interfuimus, & noſtros quoque libros, & reliqua omiſimus, fuere direpta, lacerata, ſiue diſtracta.* At referunt mihi Galli, diuina protegente manu, extare.

Eiſingrenius aſſerit clariſſe anno 1256. Albertus Venetus 1262. Alij illigarunt anno 1300. At patet vera ſententia ex dictis cum Epitaphio.

Pariſijs anno 1518. prodierunt eius commentarij in quartum Sententiarum dumtaxat. At anno 1530. ibidem data ſunt typis commentaria in 3. & in 4. Magiſtri ſententiarum duobus tomis in folio. Vincẽtius Harlemius Belga inſeruit quarto libro Sententiarum Petri de Palude, quæ in alijs prioribus editionibus deerant: Hæcque è manuſcriptis Codicibus.

Acceſſere Summæ Sancti Thomæ Aquinatis concordantiæ, quibus vterque Auctor (Magiſter, & diſcipulus) cõferri inuicem commodè poſſint. Salmanticæ apud Andream Portonarium anno 1552.

Damianus Zenarius Typographus Venetus fidem ſuam adſtrinxit de edendis in Primum, & Secundum librum Sententiarum eiuſdem Paludani Commentarijs. An illam liberauerit poſtea, & executioni impreſſionem mandauerit, Antonius Poſſeuinus, & Labbe, qui hoc referunt, dicunt hoc ſe latere.

Tractatus de cauſa immediata Eccleſiaſticæ poteſtatis in ſex partes (vt dixi) ſeu libros diſtinguitur. Primus diſſerit de Poteſtate S. Petri. Secundus de poteſtate Apoſtolorum. Tertius de poteſtate diſcipulorum. Quartus de poteſtate Papæ. Quintus de poteſtate Epiſcoporum. Sextus de poteſtate Curatorum. His annexa eſt Deciſio Articuli cuiuſdam circa materiam Confeſſionum.

Præter librum de poteſtate Papæ, & alios de cauſa immediata Eccleſiaſticæ poteſtatis, atque de poteſtate Eccleſiaſtica ſcripſit Iudicium contra Magiſtrum Ioannem de Poliaco, qui temerè aduerſus Summi Pontificis Auctoritatem ſentiebat, & ſcripſerat. Idque Iudicium extabat Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca Imperatoris Manuſcriptũ in membrana. Ita Eiſingrenius.

Notandũ eſt Lugdunenſem à Symphoriano Champerio dictum fuiſſe; & Burgundum à Poſſeuino, à Bellarmino & alijs. Sed hoc vacat reprehenſione,

eum ad diœceſim Lugdunenſem attineat Breſſia, & ad Burgundiam; ſaltem in ea appellatione, quæ aute nonnulla ſæcula increbuerat; vt pariter Delphinates, ac Sabaudi, alijque ad vetus regnum pertinentes Burgundi nuncuparentur. Vide Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſ. tom. 2. verbo Petrus Paludanus fol.* 210.

Anno 1341. interfuit Conſecrationi Capellæ Collegij Auguſtodunenſis in Academia Pariſienſi factæ à Petro Bertrando Epiſcopo Atrabatenſi. Ita refert V. O. Samuel Guichenonius in Hiſtoria Sebuſianorum, ſiue Breſſianorum, & Bugyenſium, qui de Paludano fuſiùs tractat.

Anno 1334.

IACOBVS de LAVSANIA, Gallus. Lauſania, ſeu Lauſanna, & Lauſannenſis. Plerique horum librorum extabant manuſcripti in Cœnobio noſtro S.S. Ioannis, & Pauli, quod eſt Venetijs. Sanè (Subdit Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 80.) Lemouicis, quæ ciuitas eſt in Gallijs, prodijt olim, hoc eſt, anno 1528. è prelo Claudij Garnerij *Opus Moralitatum ipſius*, in duodecim libros diſtributum, quod concionatoribus eſt percommodum: idque adhuc in ſui Ordinis Conuentu, vt vocant, aſſeruatur Inſulis, quæ eſt Belgij ciuitas. Hæc Poſſeuinus.

Eiuſdem Sermones de Tempore, ac de Sanctis aſſeruantur manuſcripti in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eucherium Bonettum Ord. Prædicatorum. Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

Ille ſub laruato nomine Petri de Valle Clauſa peritiſſimo Declamatori, ac Epiſcopo Lozannenſi *in Sermone de Paſſione Domini* irridet, quòd vſus fuerit Caponis cauponaria Metaphora, rudi, ac ſatis vili. At huic vbique irreligiosè obloquenti ſatisfactum eſt à Caſalas; nempe illam ſimplicitatem ſæculi demonſtrare; iiſdemque ante Iacobum de Loſanna vſos fuiſſe viros Apoſtolicos, magnumque animarum Oeconomum, ac vltimorum ſæculorum Apoſtolum, Sanctum Vincentium Ferrerium. Rectè dicam cum Seneca: *Antiquitùs meliores erant viri; poſtquam docti* (quales dixi) *prodiere, boni deſinunt: docemur enim diſputare, non viuere; & quæ erat Philoſophia, facta eſt Philologia.* Ampullata verba, ſicca corda. Hic igitur Apoſtolicus concionator, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret, dum populis prædicaret, maximè ruri, & in villulis, in ſæculo rudi, ac ſimplici, gentibuſque circa Heluetiam ſimpliciſſimis, demittens ſtylum & accomodans ſe eorū captui, ſimilitudinibus vtebatur popularibus, in animarum ſalutem, quæ faciliori hoc cibo ineſcantur, intentus; non in ſui æſtimationem, aut vtilitatem propriam: velut caupones illi Verbi Diuini, qui ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, plauſum venantur, non profectum, dum prædicant; calamiſtratiſque prælud ijs Magnates palpant, neglecta, aut ſpreta infimæ plebis ſalute. Vnde Alphonſus de Caſtro Minorita, qui ſermones præfati Iacobi de Loſanna prælo iterum mandari curauit; in præfatione hæc habet: *Si res ipſas inſpicias, inuenies ſcio quod laudes; quod legere delectet; eligere placeat, vt tandem electum ſemines in terram, quæ afferat fructum aliud trigeſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Eſt enim Author ipſe* (*quod miror*) *adeo in parabolis frequens: vt ex induſtria Saluatorem ipſum imitari videatur, quem in parabolis loquutum fuiſſe Euangelium prædicat.* Hæc de tanto viro Alphonſus.

Optimam habemus comparationem de Agno aſſo.

LVDOLPHVS SAXO. Audiamus de hoc religioſiſſimo viro Antonium Poſſeuinum *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 357. *ſub initium. Ludolphus Saxo, cum circiter viginti, & ſex annos inter patres Ordinis Prædicatorum ſanctè vixiſſet, deſiderio ſolitudinis, & Caleſtium rerum contemplationis maioris incenſus, ad Carthuſianos ſe contulit. Quorum habitum, vt vocant, Argentinæ ſuſcepit. Scripſit autem expoſitionem eruditam in Pſalmos, ſenſum ſpiritualem* (*vt ſcribit Sixtus Senenſis*) *ad fomentum maius ſpiritus*

ritus proſequens, & litteralem non omittens. Quorum ad finẽ vniuſcuiuſque Precatiunculam proPſalmi materia adnectit. Hiſtoriam quoque, ſeu Vitam Domini noſtri Ieſu Chriſti è quatuor Euangeliſtis collectam explanauit.

Sermones item partiales compoſuit. Sanè verò lucubratio in Pſalterium Pariſijs anno 1506. *&* 1518. *Lugdundi autem apud Frellæos anno* 1540. *prodijt. At Vitæ Chriſti Domini Hiſtoriæ poſtrema editio per Ioannem Dadraum Pariſienſem Theologum. Pariſijs anno* 1589. *cum Venetijs apud Franciſcum Iuntam excuſa fuiſſet anno* 1536. *& poſtea anno* 1564. *& demum auctior ſub prelo Altobelli typographi Veneti*. Hæc Poſſeuinus.

Quidam ſcribunt cum Bellarmino *pag.*372. Landulfum: quidam cum Labbe *in diſſert. Hiſtorica de Scriptor. Eccleſ.* Ludolfum.

Videndi ſunt de eo Petreus in Bibliotheca Carthuſiana, Hartmanus Schedelius Nurimbergenſis in Chronico, Ioannes Trithemius, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus, nuper laudatus, Borſtius, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ord pag.* 166. Alphonſus Fernandes, Bellarminus *de Scripı. Eccleſ. pag.* 372. Philippus Labbe,

Anno 1335.

PAGANVS BERGOMENSIS. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro* Opera huius attribuit alteri noſtro Pagano Inquiſitori, & Religionis noſtræ Beato: ſic enim inquit: *Paganus, Ord. Prædicatorum Inquiſitor hæreticæ prauitatis in Gallia Ciſalpina, quique pro catholica fide multis acceptis vulneribus, lanceaque transfoſſus migrauit ad cælum. Scripſit.*

Super vniuerſum Vetus, ac Nouum Teſtamentum, atque Apocalypſim D. Ioannis: non autem in Epiſtolas Pauli, atque reliquorum Apoſtolorum.

Quin etiam ſcripſit Summam contra Hæreticos.

Librum de Aduentu.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

At Poſtilla eiuſdem in Canticum Canticorum extat Venetijs in Cænobio Dominicanorũ DD. Ioannis, & Pauli. Hæc ille.

Subiungit etiam: Viuebat an. 1513. Sed eſt quidem error Typographi. Nam Beatus Paganus coronatus fuit Martyrio anno 1277.

IOANNES CHACHENG DA Friburgenſis, Germanus. Anto nio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 127. Cacheng. Cui etiam viuebat an. 1355. Ceterum exp imendum erat ab Auctore accuratiſſimo hunc fuiſſe Dominicanum.

Anno 1336.

SIMOM BVRNESTON, Anglus, amplexus Ordinem noſtrum ann. 1336. inſtar illius Prouinciæ, ac Regni, quæ per id tempus obſeruantia, litteris, & candore florebant, effloruit & ipſe moribus, & doctrina, hinc electus Prouincialis ſanctiſſimè illã exercuit Præfecturam. Vir doctiſſimus ſcripſit:

Sermones in Euangelia, libro vno.

Sermones ſubtiles, altero.

Sermones in Epiſtolas, alio.

Diſtinctiones Theologiæ, alio.

Alphabetum dictionum prædicabilium, alio.

De Criminibus corrigendis librum.

De Ordine Iudiciario, librum.

De *Poſtulandis ſuffragijs librum.*

Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus Sacri fol.* 221.

Anno 1338.

IOANNES BOTHLESAM, Ordini noſtro adſcriptus fecit profectus maximos in doctrina, quibus ornauit vitæ integritatem. Igitur meritis accreſcentibus, in Anglia Eccleſiam Roffenſem adminiſtrauit Epiſcopus. Scripſit:

Librum ſermonum, quos coram Angliæ Rege celebris Eccleſiaſtes habuerat.

Alterum, quem diſputationes Scholaſticas prænotauit. Erat quidem eminens in vtroque.

Viuebat hoc anno 1338.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacr. fol.* 124.

Anno 1339.

BENEDICTVS de ASSIGNANO Comenſis. Nouocomenſis, ſiue Cumanus. Malè Antonius Poſſe-

uinus *in Apparatu ſuo fol.* 219. citat Antonium Senenſem: Nam hic in Bibliotheca Ordinis folio 51. non dicit Aſſignanum vixiſſe anno 1262. ſed anno 1318. At firmiter credo in Poſſeuino oculatiſſimo eſſe incuriam impreſſoris.

Anno 1340.

GVILLELMVS SVTHAMPTON Gallus. Edidit etiam.

Commentaria in Magiſtrum Sententiarum.

Poſtillam in Iſaiam librum vnum.

Librum in Moralia DiuiGregorij Magni.

Quaſtionum Theologicarum alterum.

Et (vt dictum eſt ibi) *Sermones plures, ſcilicet de Tempore, ac de Sanctis.*

Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 622. *in calce & 623.*

HVGO de DICTONIA, vel DVCTONIA, aut DVCTONA. Edidit non ſolum Sermones de Feſtis Deiparæ (vt diminutè affert Marraccius pro attinentibus ad Bibliothecam Marianam) ſed in honorem Sanctorum.

Item Diſceptationum Scholaſticarum volumen.

Præterea Lecturas Theologiæ, libro vno.

Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol.* 62. Eiſingrenius.

BERNARDVS PARENTINI. Libro de Miſſa eſt titulus: *Lilium, ſeu* Elucidarium. Impreſſum Coloniæ in folio, anno 1484. & Pariſijs 1531. Eius quoque meminerunt Eiſingrenius Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 228.

Elucidarium dictum eſt quidem digniſſimum lectu: nam in eo Sacri Canonis, & totius Miſſæ capita iuxta doctrinam noſtri Angelici Præceptoris enucleantur.

Non benè Trithemius claruiſſe anno 1440. aſſeruit; niſi ſit error in calculo.

Sermones quoque ſcripſiſſe faſſi ſumus cum Plodio, Pocciantio, & alijs, quibus ſuffragatur cum Eiſingrenio Poſſeuinus loco adducto.

GALVANVS FLAMMA Mediolanenſis. Chronicon Ordinis noſtri à S. Patriarcha Dominico exordiens, extat Mediolani in Conuentu noſtro Gratiarum. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol. 86. & 87.*

Anno 1341.

MATTHAEVS VRSINVS. Antonio Poſſeuino *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 420. *in calce*: Matthæus Vrſinus è Monte Iordano Romanus. Alijs de Campo Floræ, Franciſci Neapoleonis Vrſini Cardinalis ex fratre nepos. Anno 1326. miſſus fuit à Senatu, Populoque Romano Orator ad Ioannem XXII. Pontificem Maximum commorantem Auenione, eum deprecaturus, vt Vrbi Sedem Apoſtolicam reſtitueret. Admiratus Pontifex doctrinam, grauitatem, & eloquentiam viri, eum dedit Epiſcopum Arigento. Vghellus *Italia Sacra*.

Scripſit Matthæus hunc librum de Auctoritate Pontificis pro defenſione Ioannis XXII. quem Ludouicus Bauarus impetebat.

Anno 1342.

NICOLAVS ASCVLANVS. Huius ſermones funebres M. S. aſſeruãtur in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Eucherium Bonettum Dominicanum. Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri in Appendice ad Bibl. fol.* 141.

Duos habuit Aſculum Nicolaos. De Priore dictum eſt anno 1329. Verbo Nicolutius; diminutiuè ſic dictus ob paruitatem ſtaturæ. Legendi ſunt de vtroque Nicolaus Marcuccius *de Aſculi Antiquitate*, Antonius Senenſis *in Ordinis Bibliotheca fol.* 181. & 185. Cuius nam Cœnobij fuerint Cõuentus Sancti Dominici, vel Sancti Petri Martyris, neſcio.

Anno 1343.

BONIOANNES à MESTHANA. De illo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 250. & AntoniusSenenſis loco ibi citato ſic aiunt: *Fertur in Sacra Scriptura, & Patribus valde fuiſſe verſatus.* Tacet tamen vterque tempus, quo floruit.

Anno 1344.

BVENTVRINVS Bergomenſis. Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 341: de eo: Viuebat anno 1534.* Muruatus eſt hunc errorem Antonius Poſſeuinus ab alio noſtro Antonio, ſcilicet Luſitano *in Bibl. Ord. fol. 261.* At hunc fœdauit impreſſor ponens 1534. pro 1334. typis quidẽ deceptione facillima. Probo hanc veritatem ex eiuſdem Antonij Chronico, cuius verba hic recenſemus. *Beatorum facer conuentus 1340. Inter Beatos huius decadis referunt aliqui fratrem Venturinum Bergomenſem, eo quòd vir fuiſſe dicatur perfectionis eximiæ, nec ſolum Prophetiæ dono à Deo ornatus, ſed & miraculorum gratia. Obijt Smyrnæ anno 1346. quò profectus fuerat, cum fuit expeditio facta contra Infideles. De iſto Beato multa, eaque præclara ſcribit in eius vita Ioannes Antonius Flaminius.* Hactenus Luſitanus in Chronico pag. 189. Detentus fuerat à Benedicto XII. in carcere, qui obijt die 25. Aprilis 1342. Auenione. Ita Panuinius, Ciacconius, Cardinalis Bellarminus, & alij apud meam Chronologiam. Eductus exinde per Clementem VI. è carcere anno 1343. cruciatam prædicaturus mittitur in Italiam. Hic multa fidelium millia militiæ ſacræ ſub Vmberto Delphinatus Principe, qui deinde profeſſus eſt inſtitutum Dominicanum, adſcripſit. Exercito comparato trausfretauit ex Italia in Negropontem. Deinceps appulit Smyrnæ, in qua quieuit in Chriſto. De eo Spondanus *in Annalibus ad annum 1345. num. 18.* Ferrar. Plodius, Fontana *in Monum. Domin. an. 1343. & 1344. & alij plures.*

Dum à puero plura panis fruſta, quę egenis, in quos erat impensè effuſus, largiretur, ſinu geſtaret, & à ſubitato parente, quidnam ferret rogatus, timidè reſpondiſſet poma ſe ad ſocios ſuos deferre; aperto ſinu, poma apparuere pro pane, quem ad alendos pauperes deferebat. Franciſcus Hyacinthus Coquetus de Viſcerib. Matern. *cap. 12:* cui titulus, Famam vindicat.

Diuinitùs à portu, quem Francolinum appellant, Chiogiam Venetiarũ cum ſocio ab Angelo vectoria naui aduehitur. Hieronymus Burſellus, Leander, Plodius, & Coquetius eodem modo Auenionẽ ex Italia proficiſcens bidui ſpatio traijcit Rhodanum.

Concionanti, ex vultu proſiliebant radij, & ſcintillæ. Michael Plodius & Coquetius. Interdum etiam Chriſtus ipſe ſupra illum ſpectatus eſt: Aliquando ex noſtris Beati aliqui patentes libros illi præmoſtrantes: Angeli denique illi ipſi quidpiam muſſitantes, & inſidentes columbæ. Franciſcus Hyacinthus Choquetius *de Viſcer. Matern. cap. 16.* cui titulus: *Scientia donat Maria.*

Quandoque in aere apparuit alloquens cum Deipara. Hinc ei eruditiſſima lingua, vox tubæ clangor, verborum ignea vis, quæ velut flammea iacula, quæ omnem labem impuritatis fidelium etiam ab obſtinatiſſimis animis abſumebant, Matris Virginis ope tot populi ad eius conciones, veluti ad oracula vndique conuolabant. Interdum ſcilicet ad quadraginta, non numquam ſupra quinquaginta hominum millia confluxerunt. Plodius *de Viris illuſtribus Ord. Præd. lib. 2. & lib. 2. de Progenie S. Dominici in Italia*, & Choquetius *de Viſcer. Matern. B. Virg. cap. 17. cui titulus: Prodigijs ornat B. Virgo.*

Anno 1345.

GERARDVS DOMARVS, quem alij de Sancto Adomaro appellant, natione Gallus, patria Lemouicenſis, Clementis VI. Pontificis Maximi Sororis filius, ex Toloſana Prouincia fuit, de Briuenſi conuentu. Hic Maximum Ordinis noſtri decus cum in Pariſina Vniuerſitate litteris operam daret, duos chariſſimos ſocios habuit eiuſdem ſui Conuentus Briuenſis alũnos, nempe Ioannem Morlandinum Gallum, de quo ann. 1358. & Guillelmum Sudre, etiam Gallum patria Tullenſem eiuſdem Briuenſis cænobij filiũ, de quo an. 1373. Lectoratus laurea inſignitus in eadem Vniuerſitate Pariſienſi, cæpit publicè ſacras litteras explicare. Quare Baccalaurei, ſiue (vt alij dicunt) Præſentatus cohoneſtari titu-

titulo meruit. Congregato noſtro Generali Capitulo anno 1342. Carcaſſonæ, Patres Auunculo ſummo Pontifici obſequentes, tametſi abſentem Domarum vnanimiter Magiſtrum Ordinis Generalem ſalutauere. Ad Pontificem re delata, indicibili expletus lætitia, Cancellario Pariſienſi extemplò, vt nepotem laurea Magiſtrali ornaret, mandauit; ſubiunxitque, vt Gerardus, ſuſceptis inſignijs Doctoratus, accederet ad ſe ſtatim. Re peracta, Domarus ad Auunculi pedes acceſſit, quos humaniſſimè exoſculatus maxima impetrauit Ordini à Pontifice. In primis ab eo obtinuit, vt quæ à Benedicto XII. ſuo Prædeceſſore contra ritum noſtræ Religionis antiquum ſancita fuerant, reſciſſa ſtatim abrogarentur. Eiuſdem anni 1342. Quarto Kal. Octobris, quo Vigilia S. Michaelis Archangeli celebratur, ab auunculo Adomarus in S. R. E. Cardinalium numerum ſub Tit. S. Sabinæ ingenti Curiæ Apoſtolicæ, ac noſtræ Religionis lætitia aceenſetur. Hoc initiatus honore, mira cæpit noſtrum Ordinem complecti beneuolentia, parili pietate egenos. Etſi corpore ſemper infirmus, fortiſſimus erat animo, & vegetus. Proh dolor. Oraculum eſt diuinum. *Extrema gaudij luctus occupat.* Dum Toloſæ, totius Galliæ Legati de Latere munere fungeretur Maximo Summi Pontificis, & Pontificiæ Curiæ luctu, non minori doloris acerbitate noſtrorum, raptus eſt acerbo fato è viuis anno 1345.

Ibidem in noſtra Eccleſia voluit ſepeliri. Olmeda *in eius vita*, Plodius, Fernandes, Ciacconius, S. Antoninus.

Clemens VI. Ioannem Morlandinũ Gallum, quem ad Cardinalis Gerardi ſui nepotis ſupplicationem Magiſtrum Sacri Palatij creauerat, creauit S.R.E. Cardinalem 15. Kalendas Ianuarij anni 1350. Aſſumpto ad Cardinalitiam dignitatem à Pontifice Morlandino, alter ſocius Gerardi Guillelmus Sudre Gallus, Magiſter declaratus fuit Palatij Apoſtolici. Anno verò 1366. quartodecimo Kal. Octobris ab Vrbano Papa V. S. R. E. Cardinalis. Digniſſima planè res, ſub tam breuiſſimum ſpatium tres ſocij eiuſdem Brinenſis Cœnobij alumni, eiuſdemque Religionis Cardinales.

Conciones doctè compoſitas reliquit.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*.

Anno 1347.

BARTHOLOMAEVS à S. Concordio Piſanus. Item edidit *Monetta Priſca*.

Cum obierit anno 1347. & Angelus Clauaſius anno 1494. ſcilicet annos 147. à morte Bartholomæi, argumentum eſt inuincibile Clauaſium exſcripſiſſe de ſumma Piſanella plura (vt patet lectori) & in ſua Summa Angelica incluſiſſe. Miræus *in Auctario cap.* 434.

Anno 1348.

XYSTVS, vel SIXTVS PONCELLVS. Non rectè Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol.* 225. producit illum vſque ad annum 1570. cum floruerit biſcentum, & viginti duos annos circiter ante.

B. BONAVENTVRA PTOLOMAEVS, vel Tolomæi. Lege Siluanum Ratium in Sanctis Tuſciæ.

Fuit ſingulare prorſus ſanctioris vitæ (vt dictum eſt) virtutiſque omnis prodigium, cui Beatiſſima Virgo Mater vnà cum ſanctiſſimis Virginibus, & martyrij gloria illuſtriſſimis Catharina Alexandrina, & Lucia Syracuſana inuiſitur, atque expanſo in libro aurea illa verba, tamquam Angelo Smyrnæ ex Apocal. 2. inſcripta oſtendit: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Frequenter cælitus habuit cibum. Extra Senas in receſſu, veluti media in heremo aliquot hebdomades commoratus eſt. Cui, cum alimenta non eſſent, quandiu ibi adhæſit, ter in hebdomade, videlicet die Dominico, ferijs tertia, & quinta beati Spiritus panes ſupremæ eorum Reginæ imperio attulerunt. Non ſemel quoque toto Aduentus tempore, cum nihil, præter Auguſtiſſimam Euchariſtiam, ſumeret ſibi, ab Angelis cæleſti donatus eſt manna. Lopez 3. *p. lib.* 1. *cap.* 19. Gregorius Lombardellus, & Co-

quetius *de Viſit. Matern. cap.* 8. cui titulus, *Dominicanos nutrit Maria.*

Adnotationem hoc vnico claudam. Dæmon, vt Tolomæi detraheret famæ, ex Bibliotheca rapiens libros, furtiuè ad cubiculum eius adducit. Vt ſublatos nouit cum Patribus Prior libros, luſtrat cubicula omnia, rimatur ſingula loca, & in perquirendo, offendunt eos præter omnem opinionem in cella Bonauenturæ. Ea res omnibus ſtuporem, quibuſdam verò Bonauenturæ integritatem, virtutemque dubias fecit. Is quamquam integer vitæ, illius ſceleris purus, iniuriarum patientiſſimus, indoluit tamen, & commotus animo vehementer, in ipſa Fratrum corona genua flexit, & animo, atque oculis in cælum defixis ſic alta, perſpicuaque oratione Deum Vindicem appellauit. Deus, cui innocentia tuorum eſt curæ, & tu mei miſeri homuncionis miſeratrix ſemper Maria, vobis vtique perſpectus eſt huiuſce criminis auctor, vobis innocentiam meam commendo. Vix finierat, cùm omnibus ſpectantibus, in publicum horribili ſpecie prodiens dæmon, ſublatos à ſe libros, vt Bonauenturæ honori detraheret, falſus, accipit, eoſque infrendens in priore loco, adigente cælo, reponit.

Anno 1349.

ROBERTVS HOLKOTH Anglus, Scripſit, etiam librum *de motibus naturalibus*. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro to. 3. fol.* 150.

Iacobus Seruita in Indice infraſcripta opera ſuffuratus, iniuſtè Roberto Carmelitæ, natione Gallo adſcribit; videlicet:

Libros quatuor de Ludo Scachorum.

Alium de motibus Stellarum.

Alium de effectibus Stellarum.

Alium de ſeptem peccatis Capitalibus.

Alium Moralitatum.

Alium de Immortalitate Animæ.

Ceterum (vt dictum eſt) perperam: Sunt enim Roberti Holchoti, vt communiter noſtrates, & exteri, præ ceteris Antonius Poſſeuinus vbi ſupra, Taegius, & reliqui ibi citati.

Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 57. in calce ſic loquitur de Roberto: Holcot Robertus Anglus, qui vixit anno 1349. ſcripſit.

In librum Sapientiæ.

In Duodecim Prophetas.

In Sententias.

Diſtinctiones.

Moralitates.

Allegorias vtriuſque Teſtamenti.

Sermones per annum.

Quodlibeta. Hactenus Poſſeuinus.

Aliter tamen de ipſomet loquitur deinde *tom.* 3. *eiuſdem Apparatus Sacri fol.* 149. & 150. ſic dicens; *Robertus Holkoth, Anglus, Ord. Prædicatorum, & in Academia Oxonienſi Profeſſor Theologiæ, ſcripſit Lecturam Sapientiæ, quæ incipit Dominus petra mea* 213. *in eam Prælectionibus. Ea prodyt Reuthlingæ anno* 1489. *& Venetÿs apud Hæredes Octauiani Scoti anno* 1509. *Rurſus autem anno* 1586. *vnà cum Moralibus explicationibus.*

Lectura item in Canticum Canticorum,

Atque aliam Scholaſticam in ſeptem priora capita Eccleſiaſtici, in octoginta, & octo capita diuiſam, quā moriens haud potuit abſoluere. Eius initium eſt; Magiſter, & Dominus Gondeſſaluus, quæ apud eoſdem quoque Octauiani Scoti hæredes anno 1509. *fuit excuſa.*

Atqui, licet Sixtus Senenſis hæc tantùm commemoret de eius ſcriptis Exegematicis ad Diuinam Scripturam, non deſunt tamen alÿ, qui eum dixerint in Prouerbia Solomonis, atque in quatuor Euangelia ſcripſiſſe.

Sanè verò etiam in Magiſtrum Sententiarum Commentarios reliquit, olim apud Ioannem Trechel anno 1497. *editos Lugduni in Gallia. Sed & librum de ſeptem peccatis mortalibus.*

Alterum Moralitatum ad verbum Dei Euangelizantes.

Alium de Immortalitate Animæ.

Libros quatuor De ludo Scachorum.

Librum de Impunitate peccati.

Alterum de libertate credendi.

Alium de Motibus naturalibus.

Alium de Effectibus Stellarum.

Quadrageſimale.

Porrò cum docuerit libertatem arbitrÿ ad merendum non eſſe neceſſariam, ſicuti teſtatur eſt Ioannes Picus in Apologia quæſt. 8. *aduerſatus eſt communi Theologo-*

logorum ſententia, quod in S. Thoma liquet 1. 2. quaſt. 114. art. 1. & reliquis Doctoribus in Primum Sententiarum diſtinctione 17. & in Secundum diſt. 23. & in Tertium. Viuebat anno 1349.

Admonitos tamen lectores velim, vt cum ſupra in verbo, Robertus Gallus, Carmelita ex Indice Iacobi Seruita, aſcripti ſunt Roberto Carmelita libri quatuor de Ludo Scachorum: Alius de motibus Stellarum; Alius de effectibus Stellarũ; Alius de ſeptem peccatis Mortalibus. Alius Moralitatum; Alius de Immortalitate Anima, quod ij omnes non ſint tribuendi Roberto Gallo Carmelita, ſed huic Roberto Holkot. Hactenus Poſſeuinus.

At vindicandus Doctor catholicus ab hâc calumnia, quam ei Ioannes Picus impegit. Probandum erat Ioanni quo loco hoc ſcripſerit Holchot. Citanda erant Liber, caput, Tractatus. Alienus fuit hic error à tam catholico diſcipulo Sancti Thomæ, qui nullibi vel ad vnguẽ abſceſſit à ſentẽtijs Præceptoris. Nec Lypſius audiendus, qui Philoſophum, & Theologum profundiſſimum ſatis leuiter de ſolecismis, & barbarie interpellat. Patres illius æui non phaleratæ, ſed puræ intendebant orationi. Non auribus pruriebant, ſed claritudini, & profectui auditorum.

Valerius Andreas Delſelius in Bibliotheca Belgica hæc habet pagina 788 Reginaldus de Alna Ord. Ciſterciensis in Alnenſi Cœnobio apud Tudinium ditionis Leodienſis oppidum, in multis codicibus manu exaratis Cõmentarium ſcripſiſſe fertur in Sapientiam Salomonis: qui vulgò nomine Roberti Holkot circumfertur. Ita ille apud Labbe in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verbo Robertus Holkot. At ſuſpectiſſimum eſt Delſelij teſtimonium, ſurripit Anglis, vt tribuat Nationi. At conuincendus eſt ex communi Scriptorum atteſtatione, & non vt dicit ipſe, vulgarium. Ita Antonius Poſſeuinus, vt ſupra.

Circa eius obitum (vt dictum eſt ibi) variant Scriptores. Sixtus Senenſis tradit è viuis progreſſum an. 1300: Leander Bononienſis *lib.* 4. affirmat anno 1314. Marraccius *in Bibl. Mariana* 1342. Alij differunt vſque ad annũ 1397. At nos anno currente 1349. Perijt enim ex lue Epidemica, quæ hoc anno, & antecedente graſſata eſt per totam Europam, & ita deſeuijt in homines, quòd vix remanſerit decimus. Ita apud meam Chronologiam Petrus Meſsias in Vita Caroli IV. Sabellicus, Petrarca, Diagus *in Hiſtor. Arragon.* Michael Plodius *p.* 2. *lib.* 2. & alij. Raptus eſt igitur Peſte hoc anno 1349. Ita Ioannes Trithemius, Antonius Senenſis, Simlerus, Alphonſus Fernandes *in Concert. Pradic.* Philippus Labbe, ac alij.

Anno 1351.

IOANNES TAVLERVS. Teutonicus Colonienſis.

Ioannes Eckius (vt tetigimus ibi) Taulerum appellauit Somniatorem, eumq; inſimulauit hęreſeos. Vt virũ cãdidiſſimũ, & Orthodoxum ab hac nota grauiſſima vindicemus, fuſiùs opus eſt ei reſpondeamus. In primis Eckius nihil affert, vnde hęreticus Taulerus fuiſſe dubitari queat. Audiamus Ludouicũ Bloſiũ Abbatẽ Lætienſẽ, virũ eruditiſſimum, præſtantemque ſanctitate. *Taulerus*, inquit *Catholica Fidei cultor integerrimus eſt: Ea, qua ſcripſit, ſana, & planè diuina ſunt, vt cognoſcere poſſunt, qui in illis ſunt verſati. Sed Eckius ardore Eccleſia ſuccenſus indignè tulit, quòd Lutherus magnificè laudaret Taulerum, vt ſententijs ſuis praua dogmata confirmare niteretur. Quid verò mirum, ſi miſer, & infelix, ſuos errores dictis Tauleri à ſe perperam allegatis tueri tentauerit, cum non ſolum Sanctorum Patrum, verùm ipſius quoque Sacra, & Diuina Scriptura verbis impudentiſſimè ad ſuam hæreſim ſtabiliendam abutatur? ſi doctrina Tauleri adharere voluiſſet, profectò hæreticus numquã fuiſſet. Nam ex vnius Tauleri ſcriptis hæreſes, qua hiſce temporibus emerſerunt, pleniſſimè confutari poſſunt.* Hæc quidem Bloſius, qui & poſtea, cum Taulerum ab iniuria vindicaſſet, adiecit quæ ſequuntur:

Eckius non putans ſe falli, dicit: vtinam Taulerus prorſus lateret, & non inuolaret in Monaſteria. Ego verò in nomine Domini dico, vtinam Taulerus

prorſus

prorſus vbique gentium cognitus eſſet, atque à quampluribus diligentiſſimè legeretur. Verùm Eckius *licet minus circumſpectè damnauerit Taulerum nondum à ſe ſatis ſtudioſè lectum, nequaquam tamen hoc malignè feciſſe credendus eſt: ſed feruens ille zelus, quo inuehebatur in Lutherum hæreſiarcham, facilè illi perſuaſit, vt præproperè iniquam de Sanctiſſimo viro Taulero ſententiam ferret.*

Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 253. pariter defendens hunc pium virum, ſubdit: *Scio autem Taulerum alijs in ſuſpicionem veniſſe, quòd bona Opera, vel externa exercitia condemnare interdum videatur.*

Et reſpondet: *At non ita res habet: commendat ille non ſemel, non autem condemnat ea opera. Sed cum vrgeat homines ad veram cum Deo vnionem, atque charitatem; ſolis externis exercitijs inhærentes, ac vitiorum poſtpoſita mortificatione, videtur ad iſta minus hortari.* Hæc Poſſeuinus.

Sequitur: *Atqui quoniam cæleſtium rerum meditationi valdè erat aſſuetus, aliquando Diuino amore æſtuans, quædam pronunciat, quæ nec paſſim, nec ab omnibus eſſent dicenda. Quale illud,* A Patre Filium ſuum in anima generari. Item.

De intermittendis precibus horarijs, dum adeſt Diuina Viſitatio, & Mentis exceſſus:

Quæ quidem ijs dicta ſunt, qui pro meditandi conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. Quod ſi cui mirum videatur, indulgere illum aliquando alicquibus, ne ieiunent, aut plus æquo ſe macerent, ſciat id dictum viris Religioſis, qui viribus exhauſti poterant ſuccumbere, cum valentioribus id non ſit vllo modo trahendum in exemplũ.

Ceterum ſi quis attentè legat Tauleri exercitia de Vita, & Paſſione Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, à Laurentio Surio è Germonico in Latinum feliciter verſa, habebit non ſolùm vnde ſuſpicionem omnem de viro illo deponat, verùm etiam in animo accendat amoris erga Dominũ flammam ingentem. Hactenus Poſſeuinus.

Surij verſio prodijt quoque Antuerpiæ apud Philippum Nutium an. 1565. Huic verſioni acceſſere quatuordecim Exercitia Nicolai Eſchij, de via Purgatiua, & Appendix è Dominito Carthuſiano, & hymnus è Ioanne Lanſpergio.

Itali emiſerunt Homilias Tauleri Venetijs ad ſignum ſpei anno 1556.

Florentiæ in Etruſcam tranſlatæ, Vita illius, & Inſtitutiones aſpexerunt lucem anno 1568.

Meditationes ipſius de Vita, & Paſſione Chriſti Domini, cum Nicolai ſpiritualibus exercitijs excuſæ fuerunt ibidem apud eoſdem anno 1568.

Audiamus de tanto Viro Plodium, & Coquetium *de Viſcer. Mater. cap.* 17. *E plurimis, qui prædicandi gloria excelluerunt, vnum producimus Ioannem Taulerum, quem ex facundo, atque elegante diuini verbi oratore, virtutum tamen egeno: ob idque haud profectò tali, qualem requirit Apoſtolus, exigitque muneris ratio; diuina benignitate, ſublimioribus Documentis inſtruxit Deipara, atque ad omnem pietatem, eruditionemque efformauit maxima omnium noſtrũ Parentis amor. Cæleſti igitur à Maria ſanctiſſimæ manu radio illuſtratus longè alio diuino nimirùm ſpiritu, conciones adornauit ſuas, eaſque non iam Taulerus, ſed rediuiuus quidam Elias dixit. Prima ex tunc illi de Chriſti cum anima ſponſalibus fuit, mellea prorſus, ac reuerà ex vinaria cæleſtis ſponſi cella, deliciarumque eius penetralibus prompta: vt ex illa quadraginta homines ſupra ſe rapti, & diuinam extaſim paſſi ſint. Deinceps verò tanto felle vitia, & quorumcumque deprauatos mores coarguit, vt veriti Patres, ne Vrbem totam, ac præſertim ex illuſtriori ſanguine delicatulos, aduerſum ſe, Cænobiumque concitaret, de eo concionibus interdicendo, & porrò dimittendo, ſeriò cogitarint. At Senatus Colonienſis eam deliberationem haud æquè ferens, continuò effecit, vt retineretur, ſinerentque eum noſtri, prout cæperat, cælumque inſpirabat, concionari, in ſcelera inuehi, & Reipublicæ peſtes proſcindere.* Hæc Coquetius de Taulero.

Anno 1352.

HENRICVS HVNNVS. Quotuor Henricos ponit ſimul ex Or-

dine noſtro Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 21. circa medium*. Henricum diſcipulum Beati Alberti Magni Epiſcopum, de quo nos anno 1290. Henricum Cerui Colonienſem, qui ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum, & in compendium redegit, quæ S. Thomas ſcripſerat in eundem. Extant hæc ſcripta Louanij in Conuentu noſtræ Religionis, de quo nos in hoc anno Henricum Hunnſi, & Henricum, qui tractatum compoſuit de illius Euangelij verbis: *Quod eſt mandatum magnum in lege*.

HENRICVS HAZER. Cuias fuerit, vel quo tempore inclaruerit, nemo allegatorum expreſſit.

Anno 1355.

HENRICVS de HERFORDIA. Alijs de Erfordia, vel de Heruordia. Scripſit etiam

Summam de Caſibus Conſcientiæ.

In Prologo ſuæ Catenæ Aureæ meminit ſuorum Opuſculorum. Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri folio 15*.

BERTOLDVS de MAISBERCH. Antonius Poſſeuinus *tom. 1. Apparatus Sacri fol. 230.* præteriuit hunc Dominicanum fuiſſe.

ADAMVS COLONIENSIS. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1.* de ipſo hæc habet: *Scripſit in Magiſtrum Sententiarum. Claruit anno 1355. uti refert Antonius de Conceptione, qui cognomen, patriam, & reliqua ipſius Adami non ponit*. Ceterum Luſitanus *in Bibl. pag. 1.* hæc dicit: *Frater Adam, Sacræ Theologiæ profeſſor eximius Colonienſis, vir &c.*

HENRICVS PETRI. Huius commentaria in 4. libros ſententiarum m.s. in Conuentu Ilerdenſi in Aragoniæ Prouincia conſeruantur. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag. 105*. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 20*.

Anno 1356.

NICOLAVS HARCHILECH Germanus Friburgenſis. Meliùs Harcilech. Viuebat Antonio Poſſeuino *tom. 2. Appar. Sacri fol. 486. an. 1355*.

Anno 1357.

IACOBVS PASSAVANTE Florentinus. Ioannes Ludouicus Viues in Præfatione ad ſuos Commentarios in Libros D. Auguſtini de Ciuitate Dei non ſolum oblatrauit contra hunc illuſtriſſimum Commentatorem dictorum Librorum Sancti Auguſtini de Ciuitate Dei; ſed etiam contra alios duos ex noſtris, Thomam Valois & Nicolaum Triuet, de quibus infra anno 1361. At tulit debitas pœnas: ſiquidem tota illa Præfatio, cuius titulus erat *de veteribus Interpretibus huius Operis* reciſa eſt, & Libitinæ addicta. Reliquum verò Opus iuſſum caſtrari. Et iure: Nam Eraſmi ſe amicum ibi profitebatur, & eidem laudes pangebat nonnullas.

Reclamat Petrus à Valle Clauſa iniuſtam fuiſſe cenſuram Ludouici Viues caſtrandi. Etenim (dicit) *Sanctus Leo, ſe profeſſus eſt Eutychetis beneuolum, eumque collaudauit. Videſis Facundum lib. 7. c. 3. Zozimus Papa fouit aliquando, ac collaudauit Pelagium, ac Cœleſtium nondum tunc compertos Hæreticos. S. Paulinus Epiſtola 1. & alia ad S. Hieronymum exarata, collaudauit Vigilantium. Ipſe S. Hieronymus, tantus poſtea Vigilantij aduerſarius, eum valdè celebrauit Epiſt. 13. extrema. S. Maximus apud Photium cod. 194. Pyrrhum poſteà deteɛtum Hæreticum, laudibus extulit. Quid igitur mirum, Viuem laudaſſe Eraſmum, qui nunquam ſe geſſit pro apertè hæretico, & in ea barbarie morum, ac doctrinæ, quæ tunc Orbem occupabat, habebatur celeberrimus? Ipſi Romani Pontifices, Leo X. & Paulus III. datis ad Eraſmum litteris, gratias agentes pro dicata ipſi Paraphraſi in Nouum Teſtamentum, quæ multo morboſior videri poterat, quàm commentarius Viuis in Auguſtinum; adeò effuſi ſunt in Eraſmi laudes, vt præ his Pontificibus Viues ſiluiſſe de Eraſmo videri poſſit*.

At his non ſatisfacit: nam Illi ſancti Patres latentes, non apertos Eccleſiæ hoſtes Elogijs celebrarunt; ſed ſtatim poſt abiectam Laruam; Transfugas à Fide, inuicto zelo, & odio implacabili ſunt proſecuti. Viues autem ſacri-

ſacrilegijs extollit laudibus Eraſmum deuiantem apertè in ſacra inuolantem, & vniuerſam in ſinu ſuo coaceruantem Arianæ, Pelagianæ, ac Lutheranæ prauitatis colluuiem.

Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.* 388. verbo Deſiderius Eraſmus hæc habet de iſto peſſimo viro. *Quanto plures edidit libros, tanto crebriores cumulauit errores, maior futurus (vt Cæſar Scaliger dixit appoſitè) ſi minor eſſe voluiſſet. Siniſtro igitur conſilio inter prima illa, vnde ſibi nominis famam conciliauit. Moriam edidit, Lucianum, & Satyricos imitatus, ſacerdotij dignitatem, & decorum oblitus. Inde, vt ſolemne eſt equis fræno ſolutis, atque furentibus, vt quò licentiùs currunt, eò grauiùs huc, illuc paſſim impingant, ex cenſura Patrum antiquorum, quàm nulla fultus auctoritate legitima (nec certè ſolida Theologia) ſibi temerè vſurpauerat, eodem ſuperbiæ typho lutulentos pedes in Diuinos Codices inſeruit* AC FENESTRAM PATEFECIT NOVIS ARIANIS INGENTEM, *quemadmodum Tranſyluani miniſtri teſtati ſunt.* (Vide librum eiuſdem Poſſeuini de Atheiſmis hæreticorum huius ſæculi in Bibliotheca Selecta) *Cumque hinc ſalibus, & iocis amarulentis, illic mordaci veſania bibliothecas ſuis partibus referſiſſet, inuecta eſt in animos multorum noua quædam eius Sceptica doctrina; qua plures de Chriſto Deo, deque alijs omnibus articulis fidei (ſicut eidem Eraſmo olim contigerat) dubitarent. Has fæces cum plerique lamberent, Lutherus quoque hauſit; vt non immeritò poſtea illud prodierit in vulgus,* ERASMVS INNVIT, LVTHERVS IRRVIT. ERASMVS PARVIT OVA, LVTHERVS EXCVDIT PVLLOS. ERASMVS DVBITAT, LVTHERVS ASSEVERAT: *idque aliud:* VEL ERASMVS LVTHERIZAT, VEL LVTHERVS ERASMIZAT. *Sic & Lutherus Sanctiſſimam Trinitatem, & cum hoc Caluinus Chriſtum Verbum & Deum, & alij Diuinas omnes perſonas impetere, reliqui audacter; & blaſphemè pernegare ſunt auſi. At cum Eraſmus addubitaſſet de Euangelij Diui Marci Auctore, atque inſcriptione, erupit clanculum Muſculus, qui poſtremum D. Marci caput arrodens, abſcidit. Et cum Lutherus Apocalypſim Diui Ioannis impiè damnaſſet, Eraſmus tandem à Nouo Teſtamento truncauit, & vterque celeberrimum de Sanctiſſima Trinitatis vnitate teſtimonium ex priore D. Ioannis Epiſtola eraſit, non inanem apud Arianos gratiam ſibi conciliantes, ac ſi aſcititium, & aliunde, (vt Ariani quondam dicebant) ab homouſianis fuiſſet intruſum.*

Paraphraſes item Eraſmus in Euangelia edidit, quæ magnis ſcatent erroribus, quos qui noſſe velit, Natalem Bedam Theologum Pariſienſem præter alios conſulat, qui de ijs, ſicuti & de Iacobi Stapulenſis erroribus librum ante aliquot annos euulgauit. At verò Sathanas per præceps Eraſmi ingenium viam ſibi complanaret ad infirmandam Apoſtolici Symboli fidem, initio Præfationis eiuſdem Paraphraſis in D. Matthæum Eraſmus conſtanter fatetur, neſcire ſe, num Symbolum illud ab Apoſtolis manauerit. Id quod affirmant veteres Ruffinus, D. Auguſtinus, & alij, ſcilicet Ruffinus expoſitione in Symbolum Apoſtolorum, & Auguſtinus Serm. 2. de Verbis Domini.

De Patribus autem, cum ſibi eandem cenſoriam notam ſumpſiſſet, & extra fines humaniorum litterarum exiliret; mirum eſt, quam multus fuit in lapſibus; dum præter Cyprianum, Hilarium, & reliquos, Hieronymum, & Auguſtinum, quaſi ab ijſmet ipſis auellit. Extant Mariani Victorini Schola in Hieronymum, quibus ſexcentos, & adeò plures Eraſmi in eius Patris Epiſtolis commiſſos lapſus redarguit: Quæ poſteà reſtituta à Paulo Manutio prodierunt in lucem. Percenſet autem Hieronymus Torrenſis Sociesatis noſtræ Theologus plures locos ex Auguſtini operibus, in quibus Eraſmus non tam videtur hallucinatus fuiſſe, quàm malignè indicaſſe.

Nam & quòd duos de communi vita, & moribus Clericorum Tractatus vtiles, originem, & inſtituta vitæ Monaſticæ continentes ſuſtulerit, quos inter illius Patris Opera Poſſidius, qui quadraginta annos cum Auguſtino (vſque ad eius nempè mortem) vixit, ſuo adſcripſit Indiculo, non adeò mirandum eſt, cum vix vllus vnquam Apoſtata, & qui cucullam ex-

cuſſit, potuerit huiuſmodi ſcripta æquo animo ferre. Tomo primo Operum D. Auguſtini in finem impreſſ. Pariſijs. Eraſmus in purg. aduerſ. Luth. in colloquio Naufragij nomine Adelphi.

Videat Catholicus Lector, quæ ſcripſit Richardus Cenomanus Theologus Pariſienſis contra cenſuram Eraſmi aduerſus Regulam Monacorum à D. Auguſtino ſcriptam.

Nec verò Eraſmus intra iſtos limites ſeſe continuit; ſed modò aiens, modò negans, Infernum Cælo miſcuit, ac Socratem, Tullium, atque alios tum Græcos, tum Latinos tantùm non ab inferis excluſit: per interualla tamen dilucida (cum antea de Beatiſſima Virgine indigniſsimè garriſſet) in ſe rediens, votum nuncupatum & Laureti perſoluit, & hymnos Latinè, ac Germanicè à ſe conſcriptos in eius laudem, ac inuocationem edidit, & Ioanni Iung Canonico, atque in ſpiritualibus (vt aiunt) tum Vicario Friſingenſi dicauit. Hæreticis autem modò blandiens, modò ſtylum aduerſum Lutherum acuens, de eo ſcripſit hæc verba: HIC HOMO NIHIL CREPAT, NISI SATHANAS, DIABOLOS, LARVAS, LAMIAS, MEGERAS, *aliaſque voces plusquam Tragicas. Quæ cum Eraſmus ſcriberet, data interim Catholicis (licet callidè) ſpe reſipiſcentiæ, iudicium Eccleſiæ aduerſus ſe non ſemel declinauit. Sed interim dum bona de ſe polliceretur ſine Beda Natali, ſine Thoma Moro Anglo martyri, à quibus admonitus fuerat, vt exemplum D. Auguſtini ſecutus, ea, quæ minus Orthodoxè ſcripſerat, retractaret, nec tamen vnquam promiſſum præſtitiſſet, tandem acerbum diem obijt, relicto quidem nomine, ſed pleno criminis: quare & pleraque ipſius ſcripta, vt erat commeritus, proſcripta ſunt, niſi plurimi, qui ſunt in ijs errores, expungantur, vt diximus, & vtinam eius anima requiem inuenerit.*

Ceterum quantam Eraſmus viam ſtrauerit Arianiſmo, vide in Cardinalis Bellarmini Præfatione in Secundam Controuerſiam. Sanè & olim ipſe Romæ incidi in opera D. Hieronymi, quæ fuerant Cornelij Muſſi Epiſcopi Bitontini, qui ea dono dederat Capucinis Tuſculani, in quorum operum fronte, hæc ipſius Epiſcopi manu verba ſcripta erant: Cogit me pietas Eraſme, vt eraſum te velim ex omnibus libris meis: Et vt ex tota Bibliotheca mea eraſum te putet, quiſquis in eam ingreſſus fuerit, Diuus Hieronymus omnium Magiſtrorum pro te Magiſter hoc ipſe frontiſpicio ſuo, Orbi terræ, meam aduerſus te ſententiam conteſtetur, & ille vnus, rogamus vos ò pij viri, ſit pro omnibus, ex quo etiam percipite quid ſentiam de ceteris Nouatoribus, quos eraſos de libro viuentium, vtinam & omnes Chriſtifideles eradant de ſuis ipſorum memorijs. Hactenus doctiſſimus & pijſſimus Poſſeuinus.

Et nihilominus Ludouicus Viues laudat Eraſmum, & oblatrat in Theologos de Eccleſia benemeritos, & Fidei defenſores. Vniuerſus olim Orbis Catholicus pro Chriſti diuinitate depugnans inſurrexit in Arium, Eccleſia Catholica adhuc fumat ſanguine martyrum, infandiſque iacet & latet confixa diris, memoria Hæreſiarchæ, & licebit Viueſio, viro Catholico celebrare laudes Eraſmi Arianiſmum ſuſcitantis, & publicè docentis? Arianiſmo implantauit Pelagianiſmum Eraſmus, quem Pelagianæ hæreſeos fautorem profitetur Ambroſius Catharinus lib. de peccato originali diſput. 2. *Nequiui,* inquit, *ſatis admirari his temporibus inueniri aliquos, tametſi Chriſti ſanguinis inimicos, qui Hæreticos Pelagianis fauere poſſint. Subiicio quoſdam, quos audio tacitos quidquam huiuſmodi ſubmurmurari.* De Eraſmo pauca dicam: *Ipſe enim egregius penè omnium Hæreſum, atque Hæreticorum Patronus, dum cap. 5. ad Romanos, tractans de ſenſu Pauli diſputaret, auſus eſt inter Pelagium, & Eccleſiam Cenſoris, atque Arbitri perſonam ſibi arrogans, in hunc modum interloqui, &c.* Et hunc laudat Ludouicus Viues homo Catholicus?

Arium ſuſcitat Eraſmus, Pelagium protegit; atque Luthero præludit. Patres Græcos dum vertit, curauit euertere, vt oſtendit idem Poſſeuinus. *Verbo Baſilius Tomo primo Apparatus folio* 202. dicens: *De Eraſmo autem poſt Catholicos, quos attulimus Interpretes, primò dicendum eſt, non tam quod aliqua*

Baſi-

Baſilij verteris, quàm quod euanerit, ſi potuiſſet, euertere. Lege totum hoc folium 202. vſque ad 206. Meritò itaque notatus eſt Viues, quòd in laudes irreligioſi huius Scurræ, omnium Hæreſum patroni intemperanter ſe effuderit.

Audi eundem Poſſeuinum in Apparatu Tomo primo verbo *Aurelius Auguſtinus* fol. 160. in calce: *De Ludouico autem Viue, ſi hactenus vixiſſet, non dubito, quin ſeipſum correxiſſet, ſiue in laudibus, quibus eo tempore videbatur Eraſmus extolli: ſiue in Commentarijs in Libros de Ciuitate* Dei: *nam & propterea Theologi Louanienſes, præter Prologos ipſius Viuis quoſdam, quibus & antiquos Commentarios eorum librorum irridebat, & Eraſmum extollebat, ſuſtulerunt etiam quod libro primo cap. 21. Annotatione prima, ſcriptum reliquerat, vbi redarguebat omne, quod contra Chriſtianos geritur bellum. Et libro primo cap. 27. Annotatione prima, vbi aſſerebat, neminem olim ſacro Baptiſterio admotum fuiſſe, niſi adulta iam ætate. Et libro 16. cap. 34. vbi Hieronymum damnat, quaſi nuptias abominetur. Et cap. 22. vbi de Epiſtola B. Pauli ad Hebræos loquitur. Et lib. 15. cap. 22. Annotatione 9. quæ dicit de dilectione inimicorum; & vbi aiebat:* ideò fruſtra mali ſacrificant. *Præter alia pleraque, quæ conferentibus eadem commentaria occurrent. Sanè item Ioannes à Louanio de cultu Sanctorum reprehendit quod Viues inconſideratè lib. 8. cap. 27. de Ciuitate* Dei, *ſcripſit*: Nullum videri ſibi diſcrimen inter quorundam opinionem de Sanctis, & Gentilium de ſuis Dijs. *Sed & Nauarrus initio libri de Regularibus, meritò Viuem incuſat, quod in libri tertij capite quintodecimo de Ciuitate Dei ſcribens, de Canonicis Regularibus loquatur imprudentiùs.*

Id denique certum eſt magni momenti fore, ad ſenſum D. Auguſtini percipiendum in varijs, & contrarijs hæreſibus, quas ipſe confutabat, ſi quis tum Synodos, quibus ille interfuit, tum Diui Thomæ Summam, & alia ſcripta, in quibus Auguſtini ſententiam plerumque ſecutus eſt, ad manum habuerit. Hæc Poſſeuinus.

Concludamus breuiter tandem pro gloria Viui: Laudat apertum Hæreticorum fautorem, ac patronum, & deridendo vituperat Religioſiſſimos Canonicos Regulares, & Patres Dominicanos tot titulis de Eccleſia Catholica benemeritos.

Cum anno 1361. orationem de Nicolao Triuete inſtituerimus, friuolis, & impudentibus Ludouici Viuis, & Petri à Valle clauſa obiectionibus reſpondebimus.

Anno 1359.

THADAEVS DINVS. Antonius Poſſeuinus *Tomo 3. Apparatus Sacri fol. 268. in calce* ſic loquitur de Thadæo: *Sermonum ingentem numerum ad omnem materiam dictauit, qui per Ordinem Dominicanum, cæteraſque Congregationes diffuſi, tamquam gemma pretioſa aſſeruantur.* Hæc ille ex Pocciantio.

Anno 1360.

IOANNES de TAMBACO Teuto. Bartholomæus Rimbertinus, Florentinus, Epiſcopus Ceronenſis: *Librum de Senſibilibus delicijs Paradiſi*, E tractatu Ioannis Tambaci deſumptum edidit Pariſijs apud Iodocum Badium anno 1514.

STERLENGATIVS. Antonio Poſſeuino *Tomo 3. Apparatus ſacri fol. 253: poſt medium, Sterlengerius.* Scripſit etiam:

Sermones ad Clerum vtiliſſimos.

Idem ibidem, Albertus Venetus, & Poſſeuinus citat quoque Antonium Senenſem, apud quem ego non reperio hunc Sterlengerium, vel Sterlengatium.

GVILELMVS ROTTHVEL, verſatiſſimus in ſacris litteris, & ſcholaſticis longè peritior edidit:

Poſtillam in librum Iudicium:
In Regum Hiſtoriam libros quatuor:
In Pſalterium Dauidis.
In Eccleſiaſt. Librum vnum.
In Diui Pauli Epiſtolas ad Romanos,
Ad Corinthios.
Ad Galatas.
Ad Epheſios.
Ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes.
In Libros Magiſtri Sententiarum.

Qua-

Quaſtiones Scholaſticas Librũ vnũ.
De Principijs Naturæ librum vnum.
De intellectu Librum vnum.
Conciones ſat multas.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tomo 1. fol. 621. poſt med.*

IOANNES à RAISA, Italus, Reſtaurator Regularis Obſeruantiæ in Italia, vir ſpectabilis vndequaque, quà integritate, quà litteris. Scripſit:

De Prodigijs.

De eo Carolus de Tapia *ad Authenticam Ingreſſus, part. 1. cap. 19. num. 13.* Hyacinthus de Parra *in Cathalogo Scriptorum Ordinis M. S.*

Anno 1361.

NICOLAVS TREVETH Anglus. Annales Anglorum, quos ſcripſit, à Comitibus Andegauenſibus originem duxerunt, & incipiunt ab anno 1135. vſque ad annum 1307. vt dictum eſt ibi.

Antonius Poſſeuinus tomo 2. Apparatus Sacri folio 497. hunc confundit cum Nicolao Traiectenſi, de quo anno 1334. col. 1. At Traiectenſis eſt Barbanteinus; Treueth verò, Triuet, vel Treuet, Anglus. Ea propter ſcripſit de Rebus Anglicanis, & Commentaria in Pſalterium ſuo Prouinciali Anglicano Fratri Ioanni iure meritò nuncupauit.

Petrus à Valle clauſa ridet Thomam de Valois, & Nicolaum Triuetum ob Commentarios in Auguſtinum de Ciuitate Dei: nam eos tam multis ignorantijs, ineptijs, gerris, anilitatibus, & figmentis infarciuerunt, vt videantur (inquit) vna perpetua ſomniantis exertatio.

Obijcit primò: Ad Libri ſecundi caput quartum, vbi de Berecinthia differentes præfati Commentatores, tradunt, Atyn fuiſſe ſpecioſum puerum, Berecinthiæ oblatum, vt voueret caſtitatem, & ſeruiret ſibi in Templo ſuo. Itaque factus eſt Sacerdos; ſed poſtmodum votum ſuum fregit: propter quod Dea irata immiſit ei furorem, quo penitus ſe exſecuit, dicens: *Ah pereant partes, quæ nocuere mihi.*

In eius Deæ cultu alter ex iiſdem Commentatoribus eiuſdem Libri cap. 26. ait *Symphoniacos* dictos eſſe, qui Deæ imaginem Syphonibus in eam à poſteriore intortis reuerebantur: Syphon enim, vnde Syphoniacus dicitur, à ſybilo B. in F. commutato; Vnde ſonitus, quo accedentes in Deam perſtrepebant, *Syphon* dicebatur; & ipſi Deæ Miniſtri, Syphoniaci. Iidem dicebantur coribantes; & dicebantur etiam Scenici à Scena, quæ propriè eſt domuncula in medio Theatri, quales ſunt domunculæ Tabernariorum, vel Mercatorum in Nundinis. In ea domuncula erat pulpitus, quem aſcendebant illi, qui Fabulas recitabant, & quot erant carmina, tot reputabant appoſuiſſe fercula. Ad hanc Deam, quando eius imago erat in Peſſunio, Conſules, Prætores, ac ſimiles victoriam aliquam conſecuti adibant, vota ſua perſoluturi, & eidem Deæ Domitianus templum Pantheon conſtruxit.

Tertiò ſugillat eos, quòd de Sacris addant, eis eſſe nomen *Phygialia*, vel *Phrygalia*, ſiue *Bacchanalia*: in quibus viri, & mulieres adunabantur, & faciebant totum: & dicebantur Phrygalia, à Phrygia, in qua iſta Dea colebatur. Quin verò omnes Poetæ, vocant Phryges timidos: propterea D. Auguſtinus vocauit ea ſacra Fugalia, à fuga, quam ineunt, qui timent. Ludos illos Scenicos, Berecinthiæ Deæ faciebant Poetæ, & illi ſeruientes, in dicto pulpito recitabant: ſub eis Thymelici inſtrumentis muſicis canebant. Mimi autem, & hiſtriones ea motibus corporis effigiabant, vt Commentatores aiunt ad cap. 8. eiuſdem *Libri*, vbi ſubdunt, Poetas alios fuiſſe Comicos, ſic dictos à *Comis*; ideſt pagis, & odos, ideſt cantus; quaſi *cantus villanus*: quia circa pagos, & villas conſueuerunt cantari. Vel certè dicti ſunt *Comici* à *Comeſtione*; quia poſt comeſtionem indulgebatur talibus. Poetæ hi Comici, non agebant, niſi de factis hominum priuatorum: ſicut Tragici (ſic dicti, quia cantabant propter hircum) erga perſonas publicas, & ſtatum Reipublicæ verſabantur. Erant autem duo genera Poetarum Comico-

rum,

rum, nempe aliqui erant Veteres, qui toti erant in concitatione riſus, vnde canebant Obſcœna; vt Plautus, qui fecit Aulularium, & Terentius. Alij verò (hoc eſt Noui Comici) mordebant vitia, & ea denudabant: & idcirco Nudi incedebant, & vocabantur Satyrici, ſicut Perſius, & Iuuenalis. Poetarum item Tragicorum, aliqui erant puri Tragici, alij verò erant Eleagiaci, quia tractabant de Elegia; hoc eſt de miſeria. Hactenus noſtri Commentatores.

De altera Dea (hoc eſt Mena) ad librum 7. cap. 3. ad illa verba D. Auguſtini, Deam Menam conferre fluores menſtruos ad eius, quod conceptum eſt, incrementum. Noſtri Commentatores aiunt, fluorem menſtruum ſumi duobus modis, nempe & pro ſanguine, qui quot menſibus excernitur, & pro ſanguine puro, qui remanet in matris corpore ad fœtus alimentum. Prior ſanguis menſtruus confert fœtui per ſui abſentiam, quia cum ipſe expellitur, ſanguis, vnde fœtus augetur, efficitur mundior, & ad augendum melior: Et hoc eſt conferre per accidens ad fœtus incrementum. Per ſe autem confert ad illud, alter fluor menſtruus, ideſt alter ille ſanguis, qui per eiectionem alterius purgatur. Sic illi.

Ad Librum 2. cap. 13. cum Auguſtinus dixiſſet: *O animum Germanè Romanum!* ipſi ſic gloſſant: *Germanè, ideſt altè, vel immaniter. Nam Germani habent alta, & immania corpora.*

Eodem Libro cap. 15. cum D. Auguſtinus dixiſſet *de Lino, vel Lanula* capiti Flaminum adhibita, *Flaminem Apice teſte in Romanis ſacris excelluiſſe.* Gloſſa noſtrorum habet: Apex nomen eſt cuiuſdam Hiſtoriographi Romanorum.

Hæc obijcit Petrus à Valle clauſa contra doctiſſimos homines. Vnum prænotabo antequam ad reſponſiones deueniam, & eſt Petrum Commentariâ ſuper D. Auguſtinum de Ciuitate Dei tribuere Nicolao Trenet, Anglo, quæ tamen ſunt Nicolai Traiectenſis Brabantini, de quo anno 1334.

Sanctiſſimus noſter Pater Auguſtinus profana Ethnicorum myſteria, iuſto ludibrio traducturus, in libris de Ciuitate producit. Expoſitores mentem Authoris, vt explicent, ſiatque turpior infidelium Indicta pietas, quæcumque eius verba aliquid obſcuritatis obtendunt, tenentur excutere, vt latens ſenſus emicet. Hoc eſt reuera munus Commentatoris. Ad hoc præſtandum debent adagi excellentes expoſitores. Quæ igitur figmenta infarciunt noſtri, ſi hæc tanguntur in textu, & textus eſt explanandus?

Primò apponit Atyn violantem votum ſuum, & in furorem actum, ſe ipſum execantem. Se exſecuit. Latinus diceret abſque S. execuit. Arreptitios vocat Auguſtinus Sacerdotes Deæ Berecinthiæ. Duplicem huius abreptionis cauſam adducunt Commentatores præfati. Prima eſt; quia dicti Sacerdotes vino inebriati, inſaniebant, quod & Romæ factitatum aſſerunt, dum eius feſta celebrarentur. Alteram afferunt rationem ex Ouidio *lib.* 4. Faſtorum, quæ innititur fictione poetica de Athy dilecto à Dea, & eius Sacerdote, qui ſemetipſum execuit in rabiem abreptus ob effractum votum. Hoc referunt ex Ouidio. Prædictam fabulam confirmat Ambroſius Calepinus *Verbo Athys.* Quid igitur habet Petrus, quod his opponat? Cur igitur has carpit Gloſſas & ridet?

Secundò ſugillat eos, quòd dixerint Symphoniacos dictos eſſe, qui Deæ imaginem Syphonibus in eam à poſteriori parte intortis reuerebantur, à Sybilo B. in F. commutato. Falſum hic opponitur. Nec enim apud noſtros Commentatores quicquam de iſta nugaci commutatione in Sybilo B. in F. Nihil etiam de illa reuerentia à poſteriori parte intortis Syphonibus, Deę exhibita. Nec etiam dixerunt Symphoniacos appellatos à Symphonibus. Verba expoſitorum ſunt hæc: *Hic communiter habetur, Symphoniacos: Sed Syphoniacos eſt æquè bona littera, ſunt canentes tubis, vel alio modo ſonitum magnum facientes. In feſto autem Berecinthiæ fiebat ſpiritus magnus concutientium cymbala, & æs cum ære percutientium, vt patet per Ouidium lib. 4. de* Fa-

Faſtis, & etiam per Iſidorum Ethymologiarum lib. 4. Strepitus erat tantus, quod erat horribilis ad audiendum: vnde Ouidius.

Quærere multa libet, ſed me ſonus æris acuti
Terret & horrendo Lothos adunca Sono.

Vocat ergo hic Beatus Auguſtinus Symphoniacos iſtos ſic ſtrepẽtes. Subiungit deinde ſcenæ interpretationem, & apparatum, qualem refert Petrus, ſed non impugnat.

Obijcit tertio ex capite 6. & 8. Sacra Berenithiæ ab ipſis dicta Phrigalia, Fugalia; ſicut & Poetas alios Comicos, Tragicos alios. Quidni? cum & Auguſtinus ſic indigitet?

Quartò determinant ex medicorum doctrina quid Dea Mena iuxta ridendam infidelium æſtimationem conferret fœtui iam concepto.

Quintò & vltimò videndũ eſt quid per hæc Auguſtini verba, *animum germanè Romanum, & Flaminem Apice teſte in Romanis ſacris excelluiſſe*. Noſtri expoſitores intellexerunt primum textum, non animum genuinè Romanum; ſed altè, & immaniter Romanum, ſeu generoſum, quod excelſa, & enormia ſint Germanorum corpora. Sicut exiſtimarunt To Apex eſſe nomen Hiſtoriographi Romani, dum Auguſtinus dixit, Flaminem Apice teſte in Romanis Sacris excelluiſſe.

Fateor planè duo illa vocabula, germanè, & Apex æquiuoca eſſe, & ad varias ſignificationes natiuo pondere, nullaque vi ingeſta deflectunt, & vtrãque textus Auguſtini explicationem liberè excipiunt. Primum quidem vocabulum, vt ſiquis exemplicauſa diceret, iſte eſt Italicè Gallus, hoc dicto grauitatem cum agilitate connecteret: ſicut connectit eminentiam cum generoſitate, indicatque animum eminenter generoſum, qui dicit Germanè Romanum.

Apex autem videtur quidem ſupponere pro eminente aliquo capitis ornamento. Nihil tamen obſtat, quin vetus Roma habuerit Authorem, qui diceretur Apex, & qui talia de Flaminibus ſcripſerit. Neç huic interpretationi repugnat textus, aut ſenſus Auguſtini. Imò littera videtur hoc innuere, quæ dicit Flaminem fuiſſe ſacerdotij genus in Romanis præcellens. Teſte Apice. Lanea autem vitra capillos ligans, de qua hunc Apicem intelligit Ludouicus Viues, teſtis eſſe nequit; nec argumentum huius præcellentiæ, & ſingularitatis, cum tres forent Flamines: ſed Authorem huius nominis videtur indicare. Ceterum in re dubia, & libera poteris eligere interpretationem, quam volueris.

Reſtat igitur firma horum duorum illuſtrium Commentatorum interpretatio. Thomas de Valois Anglus ille eſt Eccleſiaſtes clariſſimus, qui Auenione, ſic intrepidè prædicabat, vt etiam Eccleſiæ hoſtis, Ludouicus Bauarus, qui ſe Imperatorem dicebat, pronunciaret de illo, ac de tota noſtra Religione: quamquam ei inuiſa. *Iam video Ordinem iſtum eſſe reuera Ordinem veritatis.*

Lege Spondanum anno 1333. *num.* 1. Caſtillum 2. *p. cap.* 76. Michaelem Pium 1. *part. lib.* 2. *col* 355. Iacobum Tirinum Societatis Ieſu in Catalogo Authorum, quos ſequutus eſt in expoſitione Scripturæ Sacræ, & habetur ad calcem tertij tomi, is cum nullius Authoris laudes texat, hæc tamen ſubdit de Thoma. *Thomas Anglicus Gualenſis, ſeu de Valois cognomento Iorgius, Angelico Doctori non abſimilis, ſiue acumen ſpectes, ſiue ſtylum, ſiue doctrinam, ſiue profeſſionem: fuit enim ex eodem Ordine Prædicatorum.* Huius ſunt Commentarij, &c.

Anno 1363.

LVCAS MANNELLVS Florentinus. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 353. hæc refert: *Cum eſſet Theologus, iuſſu Clementis VI. Pont. Max. interpretatus Senecam, non potuit non admiſcere pleraque, quæ ad pietatem pertinent.* Hæc Poſſeuinus.

Anno 1364.

DOMINICVS LEO, ſiue Leonus Venetus. Accuratiſſimum Poſſeuinum miror *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 416. præteriuiſſe, quòd Leo

Fa-

Familiæ fuerit noſtræ. Subdidit tamen præter à me recenſita ſcripſiſſe Librũ, quem prænotauit.

Prima, & ſecunda Pars Solis Chriſtianorum.

De *Lumine ſupernaturalis maieſtatis, libros duos.*

De Sapientiali Theologia librum vnũ.

De Myſterio Dominicæ *Incarnationis.*

De Luce Sanctæ Crucis.

De Notitia viæ rectæ Dialogum.

De Gratia, & Nobilitate Naturæ humanæ Dialogum Moralem.

De Amore Dei.

De *Philoſophia Sacri Throni ſupernaturalis, volumen vnum.* Conſule Sanſouinum, allegatos à nobis, & alios.

Anno 1372.

THOMAS BRADVADINVS, alijs Branduadinus, nonnullis Brauardinus Anglus. Liber contra Pelagianos eſt *de Cauſa Dei* (alias de Cauſis Dei) & de virtute Dei, cauſa cauſarum. Prænotatur autem hic Liber ab alijs *Summa Doctoris profundi, Thomæ Brauardini*, & extat in Bibliotheca Vaticana ſcriptus an. 1411. itaque obſeruaui vnum dumtaxat eſſe librum contra Pelagianos, de Virtute Dei cauſa omnium cauſarum. Quare de Vnitate Dei corrige, & pone de Virtute Dei. Scripſit præterea

De Saluandorum præmio librum.

Præterea ſcripſit *De Sãctiſſima Trinitate.*

De Præſciẽtia, ſiue de Prædeſtinatione.

Librum de Placitis Theologiæ.

Librum Sermonum per Annum.

Librum, ſeu Commentarios Scientiarũ.

Librum de Principijs Geometricis.

Arithmeticam, quæ Pariſijs prodijt anno 1502. apud Dionyſium Roſæ.

Iuxta Volaterranum viuebat anno 1357. At Anglo Scriptori Catalogi Anglorum anno 1270.

De eo præter citatos, Antonius Poſſeuinus *in Appar. Sacro tom. 3. fol. 303.*

Anno 1373.

GVILELMVS SVDRE S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 622.* eum facit Lemouicenſem.

Anno 1375.

GERARDVS ELTEM, ſeu ELTEN. Scripſit etiam

Quæſtionũ diſputatarum librum vnũ.

Sermones, & Collationes libro vno.

Varia quoque Philoſophica.

Inſuper *Alia plura.*

Trithemius *de Scriptorib.* Antonius Poſſeuinus *in Appar. Sacro tom. 1. f. 543.*

Viuebat iuxta Trithemium anno 1475. At nobis hoc anno.

GOFFREDVS, vel GOCTIFRIDVS Inter Gallos reponendus eſt: Fuit enim Biternienſis. Ita notant Iepes *tom. 1. Chronici S. Benedicti ad ann.* 541. *fol. 146. col. 1. in Margine*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo Script. Ordinis m. s.*

Anno 1376.

DOMINICVS PANTALEONVS Florentinus. Scripſit *plures tractatus de Monte communi contra Magiſtrum Franciſcum de Emporio.*

Item tractatum ſuper Miſerere, qui prænotatur: *Diſcipulus ad Morales.*

De Forma conſecrationis ſanguinis Chriſti.

Omnia hæc Florentiæ in Bibliotheca Cœnobij Sanctæ Mariæ Nouæ ſiue (vt vulgo vocant) Nouellæ, cuius erat alumnus, aſſeruantur m. s.

In Antonio Poſſeuino *tom. 1. Appar. ſac. f.* 416. Delendus eſt *Franciſcani Ordinis*: Fuit enim Dominicanus: & reuera idemmet accuratiſſimus Scriptor hoc fatetur: ſubdit enim: *Quæ omnia in Bibliotheca Cœnobij Sanctæ Mariæ Nouellæ, cuius erat alumnus, Florentiæ extabant.* Hactenus Poſſeuinus. Ex quo elicitur *Franciſcani* appoſitum eſſe, incuria Impreſſoris. Firmiter teneo in Autographo Poſſeuini extare Dominicani. Quis ambiget tam accuratum, & eruditiſſimum virum in vna periodo tam contraria retuliſſe *Franciſcani*, & alumnum Conuentus Sanctæ Mariæ Nouellæ, quod eſt Ordinis Prædicatorum Cœnobium celeberrimum?

Obijt (vt dictum eſt) anno 1376. die 28. Auguſti. Ita Michael Pocciancius, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 416.*

Hoc tamen valdè miror eundem Antonium Poſſeuinum *in Appendice ad 1. tom. Apparatus Sacri fol. 726.* poſt initium imprudenter ſequutum noſtros Antonium Senenſem Luſitanum in Bibliotheca Ordinis fol. 68. Iacobum de Suzaro, Fernandem referre obitum huius ad annum 1262. Parcendum igitur cunctis. Homines ſumus, memoriæ labiliſſimæ.

Anno 1377.

IOANNES SCANDELANDVS. Alijs Schadlandt, Antonio Senenſi *in Bibl. Ordinis pag.* 154. & Antonio Poſſeuino *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 248. Scandellandus. Fuit Germanus, Colonienſis, vir doctiſſimus, Auguſtanenſis, & Wormatienſis Eccleſiarum Epiſcopus. Concinnauit.

Volumen de Trinitate.

Sermones plures in honorem Sanctorum.

Viuebat hoc anno. At Eiſingrenio, Antonio Poſſeuino vbi ſupra, & alijs anno 1365. & in hoc conuenimus.

Mendum tamen delendum in Poſſeuino: nam ibidem ante quatuor lineas error irrepſit Typographi: Delenda inquam erant ab illo, qui præerat typis verba: *Ioannes Scandellandus, Teutonicus, Ord. Prædicatorum*, cum nullum faciant ſenſum.

Anno 1379.

IACOBVS CINVS de Sancto Andrea. Antonio Poſſeuino *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 721. viuebat anno 1262. Mutuatus eſt hunc errorem Poſſeuinus è noſtris. Ita etiam non rectè Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol.* 112. & alij. At hoc non congruit eum tempore Vrbani VI. à quo renunciatus fuit Epiſcopus Termulanus. Vrbanus VI. ad Cathedram Petri aſcendit anno 1378. quam rexit vſque ad annum 1389. Præterea Cinus opus ſuum, ſcilicet Alphabetum ſuper Opera S. Iſidori nuncupauit Gregorio Papæ Vndecimo, qui ſedit in Vaticano ab anno 1370. vſque ad annum 1378. vt videre eſt in mea Chronologia.

Anno 1380.

S. CATHARINA SENENSIS. ▲ Ioannes Pinus, Toloſanus, Gallus vitam S. Catharinæ Senenſis 1505. in 4. Bononiæ publicauit eadem Sanctæ Vita (vt dictum eſt) extat in tomis Surij, & apud Iacobum Bergomenſem libro de Claris mulieribus. Miræus *de Scriptoribus Sæculi 16. c. 13.*

Scripſit hæc Virgo tam ſapidè, ac ſuauiter: quidmirum? fuerat enim lactata vberibus Matris Dei. Id memorat Ioannes Gauaſton *Opere de Sanctis Tertiarijs Ord. Præd. lib. 2. cap. 3. in fine*. Franciſcus Hyacinthus Choquetius *de viſcer. mater. cap. 5.* Ab eiſdem Virgineis vberibus Bernardus Clarauallenſis lacteus fuit. Chriſoſtomus aureus adhuc, & lacteus ab eiſdem. Idem contigit noſtro Sanctiſsimo Patriarchæ, Henrico noſtro Suſoni, Alano. De his conſule Beatum Alanum *p. 2. cap. 3.* Laurentium Surium *in Vita Beati Henrici Suſonis cap. 20.* Hyacinthum Choquetium *de viſcer. mater. cap. 5.* & alios.

Petrus à Valle clauſa impudentiſſimè in Diatriba quarta §. 59. auſus eſt calumniari Ioannem de Neapoli, & hanc Seraphicam Virginem circa viſionem beatam. Dicit Ioannem de Neapoli ablegaſſe à Chriſto intellectionem creatam: nam cenſet (imponit Petrus) Dominum noſtrum Res cognouiſſe per ſolam cognitionem diuinam, qui eſt error exploratus, & iiſdem refutandus argumentis, quibus ab Eccleſia exciſus eſt error Monothelitarum. Videſis Valentiam *3. p. d. 1.* Suarem *tom. 1. 3. p. d. 14. ſect. 1.* Leſsium *lib. 2. de Summo bono cap. 2.*

Dolendum verò eſt SanctamCatharinam Virginem Senenſem ab aliquo malè ſolido dominicano hauſiſſe eam reprobam Doctrinam, vt patet ex eius Orat. 7. Hæc Valleclauſa.

Reſpondeo breuiter negando Ioannem de Neapoli tenuiſſe illum errorem. Intererat Petri citare librum, in quo Ioannes hoc dixit, vel recenſere Scriptores hoc fatentes.

Adducit pro ſe Valentiam, Suarem, &

& Leſſium. At Suares, & Leſsius nec verbum de Ioanne Neapolitano. Valentia quidem impingit errorem hunc illi: ſed Valentiæ authoritas eſt etiam mendax. Oportebat hunc allegare librum, & locum. Leſsius pro ea opinione citat ſolum Hugonem à Sancto Victore. Suares præter illum adijcit Ioannem de Ripa Pariſienſē, nō Neapolitanum. Capreolus præter citatos Hugonem Victorinum, & Ioannem de Ripa, addidit Adamum quendam, huius opinionis ſectatorem, quæ tempore Gregorij Ariminenſis vigebat, cuius omnes aſſertores affert idem Ariminenſis; nec tamen Ioannis de Neapoli meminit.

Negatur quoque Sanctam Catharinam à Deo ſcientia Sanctorum illuminatam, lapſam in hunc errorem.

Neque in Oratione, quam citat, legitur error iſte. Octo tantùm capita reperiuntur in Methodo ſecunda in Oratione, & in nullo de præfato errore vel verbulum. In contextu autem Orationum, decima ſeptima, quam allegat Petrus, hæc tantùm habet verba Seraphicæ Virginis ad Patrē æternum directa. *Illuminas eos in Sapientia Filij tui*; ſicut & Diuus Paulus de Chriſto loquens dixit: *factus eſt nobis ſapientia*. Illuminat nos Pater in ſapientia Filij tamquam cauſa, non formali, ſed exemplari, effectiua, & meritoria illuminationis noſtræ. Numquam igitur Ioannes de Neapoli, vel S. Catharina Senenſis fuerunt hoc errore conſperſi. Franciſcus Bonæ Spei Carmelita *tract. 1. de Deo vno diſputat. 4. de Viſione dubio tertio* adducit Petrum Hurtado *3. p. diſput. 53. ſect. 3.* Peres *3. p. diſp. 21. ſect. 2.* Arriaga *3. p. diſput. 36. ſect. 1. num. 2.* docentes Animam Chriſti per ſcientiam increatam potuiſſe reddi formaliter ſcientem. His Franciſcus Bonæ Spei addit Theophilum Raynaudū *lib. de Chriſto ſect. 1. c. 6. n. 122.*

Ad pleniorem horum intelligentia recolendum in cognitione duo eſſe, actionem vitalem, & terminum eius, ſcilicet ſpeciem expreſſam. Quando Thomiſtæ dicunt Sanctos contueri Deum in Beatitudine non creata, ſed increata forma, aut ſpeculo, aut imagine, aut ſpecie, intelligunt non cognitionem increatam, ſed ſpeciem expreſſam. Nam cum nullus intellectus creatus (ſicut eſt intellectus humanus Chriſti) in viſione beata producat, vel poſsit producere terminum ſuæ cognitionis, ſeu ſpeciem expreſſam, Deus ipſe ſupplet per ſe ipſum vicem ſpeciei expreſſæ, ſicut & impreſſæ. Ceterum eſſentia cognitionis eſt creata, & noſtra vitalis noſtri intellectus ſuffultus lumine gloriæ. Aliquando hæc vocatur intellectio terminatiuè, non formaliter. Et quod philoſophati ſumus de intellectu creato abſolutè, dicendum eſt de intellectu Chriſti humano.

Anno 1382.

THOMAS FILE. Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 305.* Fyle. Si eiuſdem ſtirpis eſt cum nobiliſsima Altamuræ ſcribenda eſt *Phili*, vel *Phile*. At hæc ex magna Græcia venit Altamuram cum Principibus Tarentinis, Altamuranis, qui præter alia plurima beneficia vetuſsimū eius ſtemma ſydere gentilitio adauxere. Dominicus Sanctorius in Altamurana Hiſtoria m. s.

Idem Antonius Poſſeuinus eodem Tomo folio 309. recenſet Thomam Lyle Anglum eiuſdem Ordinis noſtri, qui ſcripſit

Conciones per totum Annum.

Scholaſticas item Conciones.

Subdit obijſſe anno 1360. & Thomam Fyle floruiſſe 1380. Ego autem arbitror hos duos nō eſſe diuerſos, ſed vnum dumtaxat.

Anno 1385.

DOMINICUS PETRI de Nardis. Initium Quadrageſimalis eſt; *Quoniam multorum Patrū mei Ordinis.*

Volumen ſermonum de Sanctis à Feſto Sancti Andreæ ſic incipit: *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit &c.*

Ex Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 416. poſt medium.*

Anno 1387.

BERNARDVS, alijs BERTRANDVS, Antonio Poſſeuino *in Ap-*

paratu ſacro tomo 1. fol. 229. & 230. & Trithemio *de Scriptoribus*, etiam Bertramus. Scripſit etiam:

In Libros quatuor Sententiarum. Ex eodem Poſſeuino.

Scripſit & alia plura.

Anno 1390.

GVILELMVS RAIOTTO Gallus. Antonio Poſſeuino *in Apparatu ſacro tom. 1. fol. 614.* Kayothus, ſiue de Kayotho.

HENRICVS FERRARIENSIS. *De quatuor Inſtinctis.* Corrige: *De quatuor Inſtinctibus*, ſeu *Tractatum de Quadruplici Inſtinctu*. Ita emendatè Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 107. Antonius Poſſeuinus *Tomo 2. Apparatus ſacri fol.* 15. *poſt med.*

BASCALVS ERFORDIENSIS Germanus. Iuxta Primam partem Monumenta Ordinis, Antonium Poſſeuinum *In Appendice ad Tomum primum Apparatus ſacri fol. 632. ante medium*, & alios viuebat anno 1420.

BARTHOLOMAEVS FERRARIENSIS. Eius concio de veritate Stigmatum Sanctæ Catharinæ Senenſis aſſeruatur m. s. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eucherium Bonettum Ord. Prædicat. Ita Antonius Poſſeuinus *Tom. 3. Apparatus ſacri in Appendice ad Bibl. fol.* 141.

Non benè à Miræo *de Scriptoribus ſæculi ſextidecimi c. 68. ponitur an.* 1555.

Vt annui ibi, ſex libri de Chriſti Ieſu abſcondito pro ſolemnitate Corporis eiuſdem Domini noſtri prohibiti ſunt, donec expurgentur. Vide Indicem librorum prohibitorum ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo, & ſub Clemente X. feliciſſimè nũc regnante.

Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis fol.* 43. eum facit patria Mutinenſem: ſed Fidei Cenſorem dumtaxat Ferrarienſem.

ROGERIVS DYMMOCH Anglus noſtris ſe ſociauit, vt erat ingenio acri, & vegeto, perbreui omnes exhauſit feliciter diſciplinas, his fretus, hæres ſecundum ſpiritum Patriarchæ noſtri Dominici, acriter in Hæreticos inſurrexit. Poſt plures aggreſſiones. Scripſit:

Contra Hæreſes libros duodecim.

Item librum Ordinariarum Quæſtionum.

Viuebat hoc anno 1390.

Recenſetur ab Antonio Poſſeuino *Tomo 3. Apparatus Sacri fol.* 158.

Anno 1392.

NICOLAVS EYMERICVS. Auenione, vbi morabatur Gregorius XI. conſtituitur ab eodem Summo Pontifice Capellanus. Pro varietate negotiorum, atque cauſſarum multa à prædicto Pontifice Maximo ſæpè obtinuit, Sanctæ Officio Inquiſitionis adminiſtrando neceſſaria.

Aegidius Bellamera *in c. ſacris de his, quæ vi, metuque cauſa fiunt*, teſtatur ab Eymerico noſtro ſcriptum fuiſſe tractatum de ſchiſmate, quo docebat, quot ſchiſmata varijs temporibus S. R. Eccleſiam vexauerint, quæ ingenuè fatetur idem Bellamera ex Eymerici libro ſumpſiſſe.

Antonius Poſſeuinus *Tomo 2. Apparatus ſacri folio 483. circa finem* migraſſe refert Nicolaum ex hac vita anno 1393.

In hoc celeberrimo volumine, ſcilicet Directorio Inquiſitorum regulas tradit, quibus Inquiſitores ad pernoſcendas, & euellendas hæreſes, ſecluſa omni perſonarum acceptione optimè inſtituantur.

Hoc vtiliſſimum Opus, licet per Amanuenſes (vt ea ferebant tempora) fuiſſet, ſuperſtite Auctore, euulgatum, ac demum anno 1503. Barcinone excuſum, omnia tamen exemplaria, ſic erant locis innumeris depravata, vt cum Gregorio XIII. Pontifice Maximo liber hic Romæ eſſet recudendus, Franciſcus Penna Theologus, & vtriuſque Iuriſconſultus amplius bis mille loca ſuæ reſtituit integritati, & ſcholijs perdoctis librum ipſum illuſtrauit.

Cum anno 1578. in Vrbe recuſus eſſet, Gregorius Tertiuſdecimus cauit diplomate, ne quid tanto labori adderetur, aut demeretur. Hac de cauſa factum eſt, vt perlectus à pluribus (ijs præcipuè, qui fidelium inuigilant gregi) occaſionem præberet, vt declarationes nouas dubitationum (vt ferè fit in adminiſtrandis iudicijs) quę-

recent

ſerent multi, alij item proponerent, quæ ad reddendum magis abſolutum hunc laborem facerent, vtque Commentaria vnicuique quæſtioni ſubnecterentur. Quod, reſumpto in manibus opera, factum eſt ab eodem Penna: ſed mutatis planè Scholijs in vberiores Commentarios, & res fuit ab eodem Gregorio Tertiodecimo Pontifice Maximo comprobata. Quamobrem demum anno 1587. prodijt Romæ ex Populi Romani officina.

Iam autem quod ad Eymerici opus attinet, ſciendum eſt, Codicem membranum in Plateis interioribus Vaticanæ Bibliothecæ repertum, in qua plurima erant eorum temporum, quæ proximè præceſſerant Eymericum, eodem penè ordine, & verborum ſerie concepta, quibus Eymericus in Directorio fuerat vſus, vt probabile ſit viſum olim fuiſſe ab Eymerico, eò magis, quòd coniectura non deeſt, eum librum, qui manet in Vaticano, Auenione Romam cum pleriſque alijs fuiſſe allatum.

Vt autem conſtet huius libri vtilitas, legenda eſt omninò eiuſdem Pennæ præfatio ad idem Directorium. Primùm in ea Penna paucis, ac prudenter aduerſus eos, qui de eo minus commodè loquuti ſunt, reſpondet. Deinde quid in toto opere continentur, manifeſtat. Mox tandem oſtendit & aliquid ad communiorem vſum omnium eruditorum ſpectare poſſe.

Diuiditur autem hoc opus (vt ibi dictum eſt) in tres partes.

In prima de ijs agitur, quæ ex fide ſunt eredenda, vt hæreſes innoteſcant: idque ex Summorum Pontificum, Conciliorum, & Canonum, atque Sanctorum Patrum Decretis; additis denique duodecim Quæſtionibus, quibus pleraque explicat ad fidem pertinentia ex Angelico Præceptore.

In ſecunda verò de ijs, quibus fides violari queat, vbi proponit primò Decreta, & pœnas aduerſus hæreticos, quæ in Iure Canonico ſub titulo de Hæreticis continentur. Deinde ex varijs eiuſdem Iuris titulis eodem conſilio affert Decretales: Mox Extrauagantes nonnullas, & litteras Apoſtolicas, quibus de hæretica prauitate coercenda diſſeritur. Adduntur tandem Iuris Interpretum Gloſſemata, quibus eadem de hæreticis decreta declarantur. Mox ex vetuſto Concilio Tarraconenſi fragmenta commemorantur, quibus agitur de multiplici hæreticorum genere, & vetuſtis pœnis, ac pœnitentijs eorundem. Inde adduntur Quæſtiones quinquaginta, & octo, quibus quid hæreſis, quid hæreticus, quid error ſit, declaratur.

Rurſus vſque ad Quæſtionem trigeſimam octauam multorum Philoſophorum, & omnium ferè hæreticorum tam veterum, quam recentiorum ſectæ, nomina, & errores recenſentur. Tandem à Quæſtione 38. vſque ad finem huius ſecundæ partis, ſingulari methodo de his omnibus ſigillatim tractatur, qui Inquiſitorum iuriſdictioni ſubijciuntur. Itaque de hæreticis, de blaſphemijs, de ſortilegijs, de inuocationibus dæmonum, de Apoſtaris, & de ceteris huius generis oratio inſtituitur.

In tertia & vltima parte docetur quid ab Inquiſitoribus in primis ſit agendum; nimirum, quanam ratione proceſſus initium ſit inſtituendum. Cum enim tribus modis (potiſſimùm in cauſis fidei) procedi poſſit; hoc eſt per Accuſationem, Denunciationem, & Inquiſitionem; de ſingulis verba facit. Deinde quomodo idem proceſſus ſit continuandus. Huic tractationi tredecim modi ſingulares annectuntur, quibus omnis cauſa hæreſeos in Sancto Inquiſitionis Officio abſolui poſſit. Poſtremò Quæſtiones CXXXI. proponuntur, quibus dirimitur omnis ferè difficultas ſpectans vel ad Iudices violatæ Religionis, vel ad eorum poteſtatem, & iuriſdictionem, ac priuilegia, ſeu prærogatiuas, vel ad ipſos Miniſtros Sancti Officij, vel ad Peritos, & Aduocatos, vel ad teſtes, vel ad reos, vel ad pœnas reorum.

Acceſſere Apoſtolicæ litteræ viginti ſeptem Romanorum Pontificum pro Officio Sanctæ Inquiſitionis ab Innocentio Pontifice Maximo vſque ad annum 1587. ſcriptæ, ſcilicet Pontificatus Sixti Quinti, quibus continetur

quid-

quidquid ad res Fidei tractandas, & ad dubios articulos diluendos, & ad Inquiſitorum iuriſdictionem attinet. Quatum vſum, & vtilitatem Penna ob oculos poſuit in Epiſtolà, qua Partem hanc, ſicut Directorium ipſum dicauit S. R. E. Cardinalibus Inquiſitoribus. Hæc omnia ex Antonio Poſſeuino *loco nuper allegato fol.* 484.

Innumera (præter iam dicta) compoſuit doctiſſimus Eymericus, quæ vndecim Tomis ſeruantur in Cœnobio Gerundenſi.

Defendendus eſt tandem Eymericus à Lulliſtis, vt à Luca Vvaddingo *in Annalibus*, *& in Bibliotheca Ordinis Minorum*, à Dermitio Thadæo *in Nitela Franciſcanorum*, à Nicolao Cauſino Societatis Ieſu *in Aula Sancta*, à Guillelmo Colleterio, & demum à Petro à Valle Clauſa, qui eum falsò accuſant fabricatæ Bullæ contra Lullum. De qua Quæſtione Conſule Abraham Bzouium *in Annalibus Eccleſiaſticis*, Franciſcum Pennam *in Notis ad Directorium Inquiſitorum Eymerici*, Marianam *lib.* 15. *cap.* 4. Miræum *de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 393. *ad annum* 1290. Ioannem Caſalas, & alios.

Auctores circa hunc Raymundum Lullum rixantur: quidam enim ſuſpectum de fide, multiſque implicatum erroribus, atque hiſtrionem, virumque perditæ memoriæ prædicant. De huius falſa doctrina legendus eſt Gerſon grauiſsimus, & religioſiſsimus Doctor in Alphabeto 16. littera D dicens: *Sic nuper actum eſt Pariſijs per Sacram Theologiæ facultatem aduerſus illos, qui doctrinam quandam Raymundi Lullij conabantur inducere, quæ licet ſit in multis altiſsima, & veriſſima; quia tamen in alijs diſcrepat à modo loquendi Doctorum Sacrorum, & à regulis doctrinalis ſuæ traditionis, & vſitata in ſcholis; ipſa edicto publico repudiata, prohibitaque eſt. Et Alphabeto* 19. *littera* K. *dicit editum fuiſſe ſuo tempore Librum contra doctrinam Raymundi Lullij.*

Ipſemet Vaſquez *in* 1. *parte diſput.* 133. quamuis, vt alijs contradicat, ipſum defendat ab hæreſi, nihilominus rigidiſsimè arguit illius ſtoliditates: nam cum omnes Sacri Doctores conueniant ante ſupernaturalem reuelationem, &c. Nullo pacto poſſe arcanum Myſterium Sanctiſsimæ Trinitatis demonſtrari. Lullus tuetur oppoſitum, & ex ſua naturali probatione non ſolū illud ſacratiſsimum, & abditiſsimum Sacramentum non euidenter demonſtrat, ſed ex ſua friuola ratione, ipſe Vaſquez colligit ad minus quinque perſonas. Quod & planè dictu horrendum.

Multi concludunt Lullum erraſſe in fide. Ita Bernardus Luthemburgenſis *libro aduerſus hæreſes ſub littera* R. Gabriel Prateolus *in Elenco hæreſum, verbo Raymundus Lullus*. Petrus Galiſardus *in Tabula*: Poſſem huius hominis leuitatem probare: ex ſua ſtultiſsima Chryſopæia, & ex alijs: at faciamus hæc miſſa. Quingentos errores ex Raymundi Lulij libris dudum decerpſerunt Gregorij XI. Pontificis authoritate, agente Aymerico Inquiſitore, qui notati fuerunt hæreſeos. Ex quibus centum in poſteriori parte Directorij Inquiſitorum Petrus Tarraconenſis Epiſcopus euulgauit.

Reſpondet Vaſquez 1. *par. diſp.* 133. *c.* 4. Lucas Vvaddingus *in Annalibus, & in Bibliotheca Ordinis Minorum*, Dermitius Thaddæus *in Nitela Franciſcanorum*, Nicolaus Cauſinus *in Aula Sancta*, Guillelmus Colletetius, & omnes Alchimiſtæ F. Nicolaum Eymericum 2. *p. Directorij q.* 26. confinxiſſe Diploma ſub nomine Gregorij XI. contra Raymundum Lullum.

Probant hoc dupliciter: quia Eymericus ſolitus eſt mentiri: *Idem enim conuincitur finxiſſe Bullam Clementis V. circa Sanguinis Chriſti controuerſiam* (*ſcilicet*) *in fauorem Ordinis Prædicatorum contra Minoritas. At hanc eſſe apertam Eymerici impoſturam, inde liquet, quòd Pius II. in Diplomate Anconæ dato, biduo ante mortem, teſtetur neminem ſuorum Prædeceſſorum quicquam in ea cauſa definiuiſſe.* Hæc à Valle Clauſa. Secundò quia hæc Bulla Gregorij XI. non reperitur intra Extrauagantes eiuſdem Pontificis.

His ſatisfecit Bzouius *Tomo* 14. *Annalium anno* 1372. cum ſuo Defenſore Iuſtiniano ad calcem eiuſdem Tomi.

Apo-

Apologiæ pro Lulli ſcriptis, damnatis à Nicolao Eymerico Ord. Præd. & Inquiſitore Generali totius Regni, iuſſu Gregorij XI. quod eiuſdem Bulla confirmatum eſt.

Nec mirum quòd præfata Bulla non reperiatur in Regiſtro Gregorij XI. cum perierint integra duo volumina, quibns continebantur litteræ Apoſtolicæ eius anni, puta Sexti Pontificatus eiuſdem, ſpectantes ad ſtatum communem Reipublicæ Chriſtianæ. Audiamus Odoricum Raynaldum Orat. Presbyt. *tomo 16. Annal. Anno 1372. num. 35.* qui poſt relatos Lulli errores, & eiuſdem condemnationem per Diploma illud Gregorij XI. ab Eymerico allatum ſic dicit: *Sed hæc Lulliſtæ confiċta ab Eymerico, vel ſubrepititium eſſe Diploma contendunt: at virum grauem egregiè de Religione Catholica meritum, nullius vtilitatis illecebra pellectum id facinus perfricta fronte auſum, vix credi poteſt, cum facillimè coargui mendacij potuiſſet.* Hæc Odoricus. An autem caſu, aut malitia perierint illa duo volumina Gregoriana, quæ complectebantur Expeditiones communes, & præcipuas anni ſexti, poſtquam Sedes Apoſtolica Auenione, vbi degebat Gregorius, Romam translata eſt, ignoratur. Conſentiunt tamen Aduerſarij, illa perijſſe: & Franciſcus Diagus *lib. 1. Prouinciæ Aragoniæ exp. 102. Archiuorum Regiorum Ciuitatis Barcinonenſis*, refert Epiſtolas Regis ad Pontificem, & Pontificis ad Regem de hac materia, vbi expreſſa, inquit, ſit mentio præfati reſcripti, ſeu Bullæ contra Lullum.

Illius autem Diplomatis eodem anno 6. emiſſi, certiſſima ſunt inditia, quod idem Gregorius alia duo Diplomata dedit anno 1. & 4. ſui Pontificatus, quæ de verbo, ad verbum refert ibi Bzouius, quibus claret Libros Raymundi Lulli fuiſſe erroneos, quos ad ſe mitti voluerit Pontifex, & diligentiſſimè examinari. Perlecti fuerunt à viginti Magiſtris in Sacra Theologia, cumque erroribus oppleti deprehenderentur, quid reſtabat aliud, quàm cenſura? illam tulit Gregorius anno 6. teſte Eymerico.

Poſt obitum Eymerici Bernardus Epiſcopus Inauditis Dominicanis protulit decretum contrarium.

Nihilominus ſub Paulo IV. qui rexit Eccleſiam ab anno 1555. vſque ad annum 1559. non obſtante ſententia dicti Bernardi Epiſcopi, accidit, vt in Indicem librorum prohibitorum conijcerentur vniuerſa Lulli opera, & pro notatis haberentur, vt adnotauit Caſalas. Ex quo apparet, quàm temerariè, ac procaciter inſimuletur Eymericus Bullam iſtam finxiſſe. Audiatur de Eymerico Sebaſtianus Salellus Societatis Ieſu *in primo volumine Prologom. 4. de Origine, & progreſſu Tribunalium Fidei num. 7.* vbi poſt aliquot Inquiſitores laudatos, ait: *In primis autem ſummis laudibus afficiendus D. F. P. Magiſter Nicolaus Eymericus Ordinis Prædicatorum, qui circa annum Domini 1358 ad Officium Generalis Fidei Inquiſitoris in Regnis Aragoniæ euectus eſt: ipſamque per quadraginta quatuor annos continuos, pro eximia eius doctrina Theologiæ ſimul, & Iuriſperitia, valdè laudabiliter, & fortiter contra Fidei hoſtes exercuit. Opus item edidit de hac materia, cui admodum congruè DIRECTORIVM INQVISITORVM nomen indidit; quo, non ſolùm vti face valdè accenſa; ſed etiam vti lucidiſſimo Sole dirigantur Miniſtri, atque Officiales S. Officij &c.*

Dicunt Franciſcani Raymundum Lullum obijſſe in ora Mauritaniæ lapidibus appetitum anno ætatis 80. die 26. Martij anno 1315. vnde poſtea delatus in Balearium primariam Inſulam Maioricam, vt Sanctus, & pro fide Martyr colitur ab incolis. Vitam eius, atque Apologiam ſcripſerunt Lucas Vuadinghus, ad annum 1315. à numero 10. Dermitius Thadæus in Spongia Bzouiana ad annum 1375. num. 15. & alij citati.

Vt purgem impactam Ordini meo calumniam, & liberem Eymericum, & Bzouium ab infamia, inuitus referam dicta extraniorum, & nihil apponam ex proprio. Balthaſar Vuerlinus ad Trithemium in Raymundo Lullo, aſſerit fuiſſe Eremitam. Conſentit Ma-

riana lib. 15. de rebus Hiſpan. cap. 4. Iodocus Coccius in Indice. Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Tomo 3. folio 65. Verbo Petrus Remundus (alijs Remundus pius) Eremita, qui viuebat anno 1311. At notandum eſt initio libri, qui Phantaſticus dictus, ſe vocari Remundum Lullum. Quamobrem lege, quæ in verbo Raymundus Lullus, de illo ſcripſimus. Hæc Poſſeuinus.

Camillus Bouillus Samarobrius indicat fuiſſe Eremitam vagum, & erroneum: Nicolaus Eymericus appellat mercatorem: Franciſcus Pegna, Laicum. Nulli vnquam Cœnobio, vel domui reperitur addictus; cum iuxta Boulum in Gallias; iuxta Huingerum, in Angliam. Iuxta illud, quod de ſeipſo Lullus ſcribit *in Præfatione Libri de Secretis naturæ, ſeu quinta eſſentiæ*; Romam ſe contulerit. Faceturque à ſe abſolutum eſſe Artem paruam anno 1307. Menſe Ianuarij Piſis in Monaſterio S. Dominici; nec propterea vmquam Dominicanus, ſed vagus Eremita, docens Artem conficiendi verum aurum pauper ſemper Alchimiſta, vt probat latè Apologogiſta Bzouij in Appendice ad tomum 15. aſſeritque reiectum à Summo Pontifice, & à Rege Galliæ Philippo, conqueſtum in Prologo Libri, cui titulus, ARBOR SCIENTIARVM, his verbis. *Deſolatus ſum, quoniam id, pro quo annis triginta laboraui, ad finem deducere non potuì. Item, quia libri mei modicum appretiantur. Et dico vobis quod plures me tenent pro fatuo, quod de huiuſmodi negotio me intromitto.*

Volumina eius talia erant, (inquit Mariana) *quæ vix, ac ne vix quidem expoliti doctrina homines aſſequantur legendo: vt præſtigia oculorum, & ludibria potius artium, quàm vera artes quibuſdam videantur.*

Inter Hæreticos verò (vt tetigimus) ponunt illum Bernardus Lucemburgenſis, Prateolus, Iodocus Coccius, & Iacobus Gualterius nuperrimus Societatis Scriptor Eruditus. *Anno* (inquit) *circiter 1260. in medium prodijt hic Hiſtrio, Raymundus Lullus, multos ſpargens libellos, ac dictitans Ieſum Chriſtum ſibi in forma Crucifixi apparuiſſe, ſeque ex eius ore doctrinam ſuam accepiſſe*: Eadem pene Genebrardus.

Huius errores zelo fidei ductus notauit, & confixit multos (ſua hoc intereat) Nicolaus Eymericus Generalis Inquiſitor in Aragoniæ Regnis, ipſeque Gregorius Vndecimus Diplomate ſuo (vt diximus) condemnauit.

Egerunt poſtea amici, ſequaces, & affines Lulli apud Pontifices, vt infirmaretur iudicium Eymerici, declarareturque fictitia, vel ſaltem ſurreptitia Decretalis illa Gregorij; qua ſe præfatus Inquiſitor tuebatur. Sed caſſo conatu, perſeueratque in primo vigore Decretum, & proceſſus Eymerici. Ceciderunt itaque cauſa ſua litigatores, qui latam iampridem ſententiam infirmare aggreſſi, nihil effecerunt, deſerueruntque Lulliſtæ cauſam Raymundi ſæpiùs, & inutiliter in Curia Romana tentatam, quod & confirmat poſt Eminentiſſimum S. R. E. Cardinalem Robertum Bellarminum Spondanus Anno 1372. num. 12. Licet enim dicat litem indeciſam: cecidiſſe tamen cauſa ſua probat Lulliſtas, qui impactam Lullo condemnationem ab Eymerico infringere, nec conuellere potuerunt.

Ad illud, quod ex Lulliſtis refert Philippus Labbe in diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tomo 2. verbo *Raymundus Lullus* folio 278. Lullum, & Martyrem, Doctoremque illuminatum deprædicari. *Obijſſe dicitur* (ait Labbe) *in ora Mauritaniæ lapidibus appetitus anno ætatis 80. die 26. Martij anni 1315. vnde poſtea delatus in Balearium primariam Inſulam Maioricam, vt Sanctus, & pro fide Martyr colitur ab incolis.* Et Lulliſta ille: *Raymundus Lullus, cuius memoria in benedictione eſt apud Baleares, Domino cooperante, & famam eius, vt referunt, confirmante frequentibus ſignis.*

Breuiter reſpondetur: Potuit melioris vitæ compendio, à vana mundi conuerſatione, & illicitis amoribus reſi-

reſiliens, iam quadragenarius (vt notat idem Spondanus Anno 1269. num. 10.) vel cum alijs octogenarius antiquos lapſus purgaſſe, & occiſus in Africa à Sarracenis, haberi pro Sancto, ac Martyre in Inſula Baleari Maiori, patria ſua. Verùm cum non inueniatur reuocaſſe errores, quos docuerat, quoſque Pontifex Maximus, & ſub eo Inquiſitor damnauerat, nutat de hoc iudicium; donec Sancta Romana Eccleſia Orthodoxa probarit populare votum.

Afferuntur ab Apologiſta Bzouiano plura exempla eorum, qui veluti Sancti, cæca populorum veneratione, nulloue Eccleſiæ Matris aſſenſu habiti, fuere poſtea Decreto cenſorio exhumati, & ambuſti, tamquam impij.

Ceterum circa ſanctitatem Lulli nihil pronuncio: Expecto iudicium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Pontificis Maximi votum, contentus euiciſſe inculpatam hac in re Eymerici, & mei Ordinis Patrum tutelam. Ait tamen Alexander Petauius *libro nono Rationarij Temporum RAIMVNDVS LVLLVS Maioricenſis circa annum 1290. in ea Inſula floruit ambigua fama.* Et per hæc patet ad omnia Vaſquez.

Circa illud, quod additur à Petro à Valle clauſa, & à Vuadingo Minorita in hac cauſa, parte, ac teſte Eymericum finxiſſe Bullam Clementis V. noto primùm Clementem V. fuiſſe Sedem Apoſtolicam moderatum ab anno 1305. vſque ad annum 1314. nam fuit electus Summus Pontifex anno 1305. die quinta Iunij, & obijt die vigeſima Aprilis anni 1314. Spondanus, & omnes cum illo Scriptores, tam Chronologi, quàm Scriptores Theologi conueniunt Diploma illud editum, ſiue verè, ſiue fictè anno 1352. Quomodo ergo potuit Eymericus fingere hanc Bullam emanaſſe (vt dicunt) à Clemente Quinto. qui (vt dictum eſt) obierat anno 1314. hoc eſt 48. annis ante editum præfatum Diploma?

Præterea Valle Clauſa pro Nicolao Roſellio ſubſtituit Nicolaum Eymericum. Ambo hi fuerunt Inquiſitores: ſed Roſellius antiquior, cui anno 1356. creato S. R. E. Cardinali ſucceſſit in Inquiſitione Eymericus. Omnes enim, Spondanus, Cipulus, Suares, Vaſquez, & alij aſſerunt directam fuiſſe Bullam eiuſmodi à Clemente VI. ad Nicolaum Roſellium Inquiſitorem, poſtea Cardinalem, non ad Nicolaum Eymericum, qui creatus eſt Generalis Inquiſitor anno 1356. Rexit Eccleſiam Clemens Sextus ab anno 1342. vſque ad annum 1352. nam electus fuit Summus Pontifex die ſeptima Maij anno 1342. & obijt die ſexta Decembris 1352.

In his igitur peccat primò Chronologus iſte peſſimus; quare impegit in falſitatem, iniuſtè Eymericum arguens impoſturæ. Argumentum ſuum laborat Anachroniſmo.

Vt diluam obiectionem, excludamus in primis partes, Prædicatores, & Minoritas. Conſtituamus Iudices Patres Societatis, & Supremum litis dirimendæ iudicium Suari, ac Vaſqueſio relaxemus. Audiamus quid de præſenti quæſtione protulerint grauiores Societatis Theologi. Vaſquez *Tertia parte diſput. 36. q. 5. art. 2.* vbi Titulum hunc capiti 4. præfixit. *Sanguinem Chriſti vnitum fuiſſe hypoſtaticè Verbo, non ſolum dum viueret, ſed etiam in triduo, à Sede Apoſtolica definitum eſt.*

Probat primùm ex verbis Clementis Sexti in Extrauagante, VNIGENITVS, de pænitentijs, & remiſſionibus.

Confirmat ex alia eiuſdem Pontificis Conſtitutione, de qua ſic ait: Prædictum ſenſum mihi maximè probabilem efficit definitio altera eiuſdem Clementis VI. miſſa ad Inquiſitorem F. Nicolaum Roſſelli Ordinis Prædicatorum, in Regno Catalauniæ, & eſt in 2. p. Directorij Inquiſitorum quæſt. 10. num. 1. qua deinde hæc ſententia maximè confirmatur.

Cum quidam Theologus Barcinone in publica concione ad Populum dixiſſet Sanguinem Chriſti effuſum in Paſſione fuiſſe à diuinitate ſeparatum; cum tamen corpus, & anima vnita manſiſſent Verbo; prædictus Inquiſitor eam doctrinam, vt hæreticam condemnauit; & de mandato eiuſ-

eiuſdem Clementis VI. per litteras Apoſtolicas libellum contra Theologum illum formauit, quem vidiſſe teſtatur Syluester Tractatu illo 5. quæſt. 31.

Eiuſdem damnationis meminit Ioannes Dominicus in ſuis Quæſtionibus Euangelicis, in die Paſchatis, atque de mandato eiuſdem Pontificis, idem Inquiſitor fecit, vt prædicta Propoſitio retractaretur in Eccleſia Cathedrali Barcinonenſi.

Neque obſtat quod Dominicus de Dominicis, qui paulò poſt tempore vixit, in libro de Sanguine Chriſti cap. 3. in fine ad vltimum argumentum dicat, Decretum hoc Clementis VI. authenticum non eſſe, neque ex probatis teſtimonijs conſtare. Habemus enim teſtimonium Syluestri, & Directorij Inquiſitorum, quod maioris momenti in hac re eſſe debet.

Sunt præterea alij, qui dicunt Pium II. ſub excommunicationis pœna præcepiſſe, ne quis alteram partem damnaret, aut notaret; donec ipſe Auctoritate Apoſtolica Controuerſiam definiret: Ex quo colligere contendunt, nullam præceſſiſſe damnationem prædictæ Propoſitionis factam à Clemente VI.

Hoc autem falſum eſſe teſtatur Syluester quæſt. illa 31. vbi etiam affirmat ſine dubio ante damnatam fuiſſe illam Propoſitionem per Clementem VI. atque prædictam condemnationem, & retractationem factam Barcinone per Inquiſitorem prædictum, approbatam fuiſſe ab eodem Pio II. Huc vſque Vaſquez *3. p. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 5. art. 4. ſect. 6.*

Huic aſſentitur Suarez, additque non eſſe tutum nunc in Fide ſententiam Barcinone reuocatam.

Spondanus qui ad annum 1372. factum Inquiſitoris Roſſellini, & Decretum Clementis leniter attigerat, remiſit Lectorem ad annum 1462. vbi reſtaurata eadem Quæſtione apud Brixiam à Iacobo Marchiano Ordinis Minorum, qui idem prædicauerat; quod Barcinone fuerat expunctum. Inquiſitor Fidei Dominicanus illicò Iacobo præcepit reuocare quæ dixerat, & interim (verba ſunt Spondani) contrarium per vnum ex ſuis prædicari fecit. Creſcente contentione res ad Apoſtolicam Sedem remiſſa eſt. Pius doctiſſimos vtriuſque Ordinis ad ſe euocat, & coram ſe, ac tota Curia Romana res per multos dies acri, ſed religioſo certamine agitata, dum media hyeme rigerent omnia gelu, in ſudorem reſoluebantur Antagoniſtarum corpora, tantus erat vincendi ardor. Denique poſt triduum (inquit idem Spondanus) cùm partes quæcumque voluiſſent, in medium produxiſſent, diſſoluto Auditorio, Pium cum Cardinalibus pleriſque diebus rem tractaſſe: maiorem partem ſententiam Prædicatorum approbaſſe, paucos cum Minoribus ſenſiſſe: Pium quoque in maiori parte fuiſſe; ſed non eſſe viſum eo tempore Decretum fieri declarationis, ne multitudo Minorum, cuius erat contra Turcas prædicatio neceſſaria, offenderetur; ac propterea in aliud tempus deciſionem referri placuiſſe. Quam tamen nunquam placuit plenè decidere: ſed biennio poſt, Anconæ, dum eſſet nauigaturus in Turcas, Calendis Auguſti an. 1464. die ante obitum decima quinta, Conſtitutionem edidit, qua ad pacem inter illos Ordines, & in vniuerſa Eccleſia ſuper hac Quæſtione conſeruandam ſtatuit, nulli Fratrum Prædicatorum, aut aliorum quorumcumque Ordinum, deinceps licere de ſupradicta dubietate diſputare, prædicare vel publicè, aut priuatè verbum facere, ſeu alijs ſuadere, quod hæreticum, vel peccatum eſſet tenere, vel credere Sacratiſſimum Chriſti ſanguinem triduo illo ab ipſa Diuinitate quomodolibet fuiſſe, vel non fuiſſe, diuiſum, vel ſeparatum, donec ſuper dubietate huiuſmodi, quid tenendum eſſet per ipſum, & Sedem Apoſtolicam definitum. Sic Spondanus, cui ſubſcribit Odoricus tom. 19. An. ad an. 1463. n. 103.

Ex hac relatione Spondani duo, quantum ad veritatem agitatam colligimus, primùm maiorem longè partem Cardinalium, & cum illis ipſum Pontificem, amplexos ſententiam Prædicatorum, ſecundò, quid decernendum foret, fuiſſe inter ipſos clarè agnitum, & declaratum; non fuiſſe autem expediens decretum declarationis

tionis conceptæ eo tempore promulgare, ne multitudo Minorum, quæ contra Turcas prædicabat, dum ſe cauſa cecidiſſe attenderet, deſponderet animo, aut non ita fortiter in exercitu Chriſti militaret. Dilata itaque in aliud tempus promulgatio, & incaleſcentibus bellis impedita, dum Pius Pontifex Anconæ nauigaturus in Turcas, ſeque repentino morbo correptum ſentiens (quem poſt quindecim dies mors eſt ſubſecuta) vt pacem ſeruaret inter hos Ordines ſilentium impoſuit Bulla ſua, donec ipſe ſanitati reſtitutus, aut ſucceſſor eius, conceptum mente decretum, ore, & ſcripto promeret. Nullatenus autem derogat hoc Diploma ijs, quæ Clemente Sexto, aut alijs Deceſſoribus ſuis de hac re fuerant conſtituta.

Ex hoc patet Petri mendacium, qui, vt Eymericum conuinceret confictæ Bullæ Clementis, aſſerit falsò Pium II. in præfato Diplomate Anconæ dato, non biduo, vt mentitur, ſed quindecim diebus ante obitum (vt notat Spondanus) teſtatum eſſe neminem ſuorum Prædeceſſorum quicquam in ea cauſa definiuiſſe: cum nec verbulum vllum de hoc in toto illo Diplomate, quod habetur in Bullario, & eſt Vndecima, & Vltima Conſtitutio Pij Secundi: ſicque Petrus à Valle clauſa crimen falſatæ Bullæ Pontificiæ, quod Eymerico viro Integerrimo, & grauiſſimo voluit impingere, ipſe admiſit.

ROBERTVS IORIVS, alijs Iuorius, Anglus, vir doctiſſimus, vt conſtat ex eius ſcriptis: edidit enim:

In Eccleſiaſticum.

Item Lecturam Scripturarum libro Vno.

Conciones ad Clerum.

Sermones ad Populum.

Commentarios in Iobum.

In Danielem.

In Matthæum.

In Lucam.

In Ioannem.

Hi vltimi quinque libri, ſcilicet, Commentariorum in Iobum, in Danielem, in Matthæum, in Lucam, & in Ioannem Bononiæ in noſtra Bibliotheca Prædicatorum aſſeruantur.

Floruit anno labente 1392. vt habet Index Iacobi Ordinis Seruorum; At Eiſingrenio anno 1306. At Antonius Poſſeuinus Tomo tertio Apparatus Sacri folio 150. putat mendum irrepſiſſe, ſi non ab Auctore, certè vel à Typographo, vel ab Amanuenſi.

Sixtus Senenſis, & alij noſtrates hunc vocant Rupertum, & recognoſcunt Dominicanum. Alioquin quo pacto plurima eius opera autographa extarent apud noſtros in Bibliotheca Bononienſi, caracteribus peruetuſtis exarata cum hac inſcriptione Fratris Ruperti Iorij Ordinis Prædicatorum Commentaria in Librum Iob. Fratris Ruperti Iorij Angli Ordinis Prædic. Commentaria in Danielem &c.

Petrus Lucius Carmelita apud Poſſeuinum, qui ſuorum Catalogum texuit, hæc habet. *Hunc Robertum Sixtus Senenſis vocat Rupertum, quem & facit Ordinis Prædicatorum, ſed errat, ait, ni ipſe errem.* At ex dictis patet cauſam ſtare pro nobis.

Anno 1394.

IOANNES VINCENTIVS de Monte Sono. Inſimulantur à Petro à Valle clauſa quædam Montis Soni propoſitiones multiplicis erroris *in Diatriba prima* §. 8. *& in Diatriba Sexta* §. 112. cui ſatis, ſuperque habuit dictum in earum Reflexionibus Caſalas.

Anno 1395.

BERNARDVS N. N. Hiſpanus ex Operibus, quæ ſcripſit, videtur conuenire cum illo recenſito anno 1263. col. 2. qui etiam ſcripſit tria quodlibeta. Quæſtiones de Spiritualibus Creaturis. Quæſtiones de Potentia Dei. Librum de Anima coniuncta, & ſeparata. Vel ſi duo ſunt, Opera vnius attributa ſunt etiam alteri.

APPENDIX AD CENTVRIAM TERTIAM.

Anno 1400.

IOANNES HERLOT Germanus, alijs Herold. Non ille Acropolita, qui in Romano Indice prohibitus eſt: ſed qui alio nomine Diſcipulus appellatur. Sermones eius de Tempore, de Sanctis, & Quadrageſimales editi fuerunt à Ioanne Koburger Norimbergæ anno 1514. Deinde Venetijs anno 1598. apud Hæredes Melchioris Seſſæ, vnà cum Promptuario Exemplorum.

Antonio Poſſeuino *Tomo 2. Apparatus Sacri folio 122.* & Antonio Senenſis *in Bibliotheca Ordinis fol.* 144. Ioannes Berolis. Non rectè dicunt vixiſſe anno 1470.

Magnus hic vir, demiſſione animi vix ſeipſum voluit prodere. Diſcipulum ſe appellauit. At totius Germaniæ, ac Ordinis clariſſimus fuit Præceptor. Plures voce, ac ſcriptis è diſcipulis eloquentes fecit Magiſtros, & idoneos Verbi Dei Concionatores. Ita Antonius Senenſis, & Poſſeuinus *locis ſupra citatis.*

PETRVS MAZZA Oſcenſis de Aragoniæ Prouincia, vir fuit eruditione præclarus. Scripſit *doctiſſimum Opus contra Arnaldum de Villa Noua.*

Hic Medicus celebris erat; cumque plura Opera euulgaſſet, incidit in multos errores, qui deinde Tarraconæ per noſtrum Ioannem de Lotgerio Inquiſitorem damnati fuerunt. Diagus *libro 2.* Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1400.

Anno 1402.

ANTONIVS PARVVS Bononienſis. Hi Sermones prodierunt Venetijs anno 1505. ſine nomine. Miræus *de Scriptoribus Saculi 16. cap.* 10.

IOANNES TOMEVS Marauitius, vel Tomcus Marnanitius. Edidit Vitas Principum Illyricorum, & Romæ 1632. edendas curauit. Idem euulgauit Regulam Sancti Columbani Abbatis ex M. S. Codice Bobienſi fideliter depromptam. Ita teſtatur Aubertus Miræus *de Scriptoribus Saculi 17. cap.* 214. Quare non rectè appoſitus eſt hoc anno 1402. cum iuxta Miræum pertineat ad Sæculum decimum ſeptimum.

Anno 1406.

HERMANVS ZITHARVS. Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro Tomo 2. folio 26. in calce.* Zitardus.

Anno 1410.

NICOLAVS BAIARDVS. Huius etiam meminerunt Marraccius *in Bibliotheca Mariana parte 2. folio* 159. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

REINARDVS de FRONTHONEN, Germanus. Dicti Sermones ſunt de Tempore, & de Sanctis. Viuebat dicto anno 1410. apud Confluentiam Rheni, & Moſellæ. Ita Antonius Poſſeuinus *Tomo 3. Apparatus Sacri folio* 124.

THOMAS PALMER, ſiue Palmerius, Anglus pietate ſumma floruit, & doctrina: Scripſit Fidei pugil, & Eccleſiæ Orthodoxæ defenſor.

De Vnione facienda librum.

Alterum de Veneratione Sanctorum.

Alium de honorandis ſacris Imaginibus.

Alium de Originali peccato.

Alium de Peregrinatione.

Alium de Indulgentijs.

Viuebat hoc anno 1410.

Eius meminit Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol.* 310.

Anno 1411.

IOANNES de GENVA Ligur. Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 184. in principio* aſſerit Catholicon confectum fuiſſe à Ioanne anno 1280. Deinde Venetijs ab Octauiano Scoto emiſſum fuit anno 1495. tandem à Petro Aegidio auctum, anno 1506. iterum excuſum fuit Lugduni. Cum anno 1673. in Quadrageſima Latertiæ ſub Materana Conciones haberem ad Populum, obtulit mihi hoc magnum Volumen in folio impreſſum caractere perantiquo, Reuerendus Dominus D. Ioannes Baptiſta Taccarelli Latertianus humanarum litterarum Profeſſor in patria, illudq; maxima mei animi voluptate perlegi, & admiratus ſum eruditionem, & copiam tanti viri.

Anno 1414.

BARTHOLOMEVS de BOLSENECH Germanus. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol. 182.* ſequutus Luſitanum, & alios in eundem errorem impegit pedem ponens Bolſenech floruiſſe anno 1312.

THOMAS FIRMANVS. De Origine pœnitentiæ S.P. Noſtri Dominici, Error eſt Typographi: hinc corrige: De Origine Ordinis Pœnitentiæ, ſeu de Pœnitentia &c. Oſtenduntur in hoc libro initium dicti Ordinis, quem dicunt de Pœnitentia &c. Summorum Pontificum Diplomata, necnon Approbationes. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 305.*

TANCREDVS TANCREDI. Ne fallaris eum Hyacintho de Parra, & alijs. Narrat enim Tancredum Tancredi Senenſem ſcripſiſſe geſta S. Catharinæ Senenſis, quæ obijt an. 1380. & inde ſubdit Tancredum obijſſe anno 1241. die 8. Septembris. Concludit tandem ſcripſiſſe Sermones de Beatiſs. Virg. Matre Dei, ac citat Fernandem *in Catalogo*, & Marracciuм *in Bibliot. Mariana*. Ne fallaris: duo fuere Tancredi, & ambo Senenſes: Senior, qui edidit Sermones de Sacratiſſima Virgine, denatus eſt anno 1241. Iunior, qui geſta recenſuit Sanctæ Catharinæ Senenſis, functus eſt vita hoc an. 1414. annis triginta quatuor ab obitu S. Catharinæ Seraphicæ.

CONCILIVM CONSTANSIENSE Generale. In hoc Concilio rebus ad electionē Pōtificis legitimi conſtitutis, cum eſſet procedendū ad eam, ſuperaddiderunt Cardinalibus, ex nobilioribus totius Orbis Chriſtiani nationibus, triginta viros dignitate, aut eruditione præcellentes: tres è noſtra Dominicana Familia Electores conſtituerunt, Fratrem Ioannem Dominici Cardinalem, de quo anno 1420. Dominicum Archiepiſcopum Toloſanum & Leonardum Statium Generalem Ordinis noſtri Præfectum, viros doctos prudentiſſimos, & pariter integerrimos. Ita Leander Albertus *lib. 3. fol. 79. pag. 2.* Caſtillus *1. part. lib. 3. cap. 67.* Fernandes, Ioannes Caſalas.

In eadem Sacra Synodo dantur Iudices Ioanni Hus Hæreſiarchæ quatuor Cardinales, quorum primus Ioannes Dominici Cardinalis ex Ordine noſtro aſſumptus, & duo Generales Magiſtri, Prædicatorum, ac Minorum. Ex Spondano anno 1418. *num.* 18.

Concilio abſoluto, cum mittendi eſſent Legati, ad inſtantiam Sigiſmundi Imperatoris, in Bohemiam, Poloniam, & Hungariam, vt ad fidem Huſſitas reducerent, mittitur Legatus Frater Ioannes Dominici Cardinalis Raguſinus. Ex S. Antonino *3. p. tit. 22. cap. 7.*

Anno 1415.

FRANCISCVS de RETHSA. Antiphonam, *Salue Regina*, canticum planè diuinum, cæleſti calamo dudum conſcripſit Hermannus Contractus Benedicti Ordinis lectiſſimus flos, quo Beatiſsimam Matrem Dei, ac benigniſsimam noſtram Patronam ad ſe attraxit è Cælis. Floruit Hermannus ſub Henrico Pio, eodem tempore cum Petro Damiano. Ortus eſt ex Varingenſium in Sueuia Comitum ſtirpe Vuolferadi, & Hilrudis Comitum filius. Ab ineunte ætate ſic omnibus membris eſt captus, vt cognomen Cōtractus acceperit, Monaſticæ vitæ in Monaſterio diuitis Augiæ, in quod

olim

[illegible] Commentis [illegible] rebantur, Ord. D. [illegible] cum [illegible] ingenio, [illegible] precibus, [illegible] Deo [illegible] [illegible] præter [illegible] Quod [illegible] [illegible] [illegible] Græcæ, Hebraicæ, [illegible]; vt [illegible] igitur, [illegible] fluit. [illegible] Oratione [illegible] à Christo [illegible] millesimum quinquagesimum [illegible], quo obijt [illegible] Calendas

[illegible] *de Musica* [illegible]
De Quadratura Circuli [illegible]
De [illegible]
De [illegible]
De [illegible]
De [illegible] *monachorum.*
De Conflictu Rethoromachia lib. 1.
De [illegible] *Sanctorum.*

Præter *Salue Regina* ſcripſit *Hymnos,* & *Proſas* [illegible], inter quas *Aue præclara* de Beatiſsima Virgine, quæ [illegible] Aſſumptione; & *Rex Omnipotens*, quæ dicebatur in Aſcenſione Domini, & Antiphona, *O glorioſum lumen* Hiſtoriam quoque, ſiue Officia Annunciationis Beatiſsimæ Mariæ Virginis, & S. Mariæ Magdalenæ, [illegible] Reſponſorium *Simon Barionis*, [illegible] ex Arabica in Latinam linguam Rhetoricam, & Poeticam Ariſtotelis.

[illegible] *de Diuinis Officijs lib.* 4. cap. [illegible] Antonius de Mochares *de Sacrificio Miſſæ tom.* 4. *cap.* 15. fuiſſe Authorem ipſius Aſtrolabij exiſtimatur.

[illegible] Demochares putat eodem loco compoſuiſſe Sequentiam de Spiritu Sancto, *Veni Sancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium; Veni Pater pauperum.*

Scripſerunt de eo Honorius Auguſtodunenſis *de Scriptoribus Eccleſiaſticis lib.* 4. *cap.* 13. Aubertus Miræus *in Scholys*, Marianus Scotus, Trithemius, qui eum benè Monachum Cœnobij S. Galli appellat, Auentinus, Balæus, Voſſius, Marraccius *in Bibl. Mariana*, Bellarminus *pag.* 279. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 2. *fol.* 25. & 26. Philippus Labbe *in Diſſertatione Hiſtoricâ de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Hyacinthus Coquetius *de viſcer. mater. cap.* 24.

Hermannus Contractus igitur compoſuit Antiphonam *Salue Regina*. At celebrem eam fecit ſuauiſsimus Mariæ Cliens Bernardus Clarauallenſis, quẽ cum aliquando Spira Imperij Senatu clara, Thaumaturgum coram cerneret, Clerique primores ad maioris Virginis Aedem eum inuitarent, quo ipſe vltrò, lubenſque ibat, concurrente maxima populi frequentia, in ipſo ingreſſu à toto Clero exceptus eſt: & cũ haud neſcirent iucundiſsimam illi voluptatem afferre, hanc Hermanni Antiphonam *Salue Regina*, illam altis vocibus decantarunt. Cui Bernardus flexis ter genibus, manantibus lacrymis ſuccinuit; *O clemens, ò pia, ò Dulcis Virgo Maria*. In cuius rei monumentũ hæc ipſa verba tribus iiſdem, quibus vir ſanctus genua fixerat locis, repoſuerunt. Eyſingrenius *in Chronico de Vrbe Spirenſi lib.* 12. Coquetius *de viſcer. Matern. cap.* 24. & alij.

Ex hoc in Ciſtercienſem Ordinem manauit florens huius orationis cultus, & frequentia; vti ſumere eſt ex Cæſario *lib.* 7. *cap.* 30. Cantipratano *lib.* 2. *de Apibus cap.* 29. §. 18.

Progreſſu tẽporis toto paſsim Chriſtiano Orbe floruit hæc in Deiparam pietas, & deuotio.

Sanctiſſimus parens (ſunt verba Coquetij *de viſcer. Mater. cap.* 24.) *& ad omnem pietatem Dux Dominicus, cum incredibilis eſſet eius in beatiſſimam Dei Genitricem amor, vt illam magis exquiſitis modis coleret, diuinioribus encomijs efferret, acceptioribus ſtudijs obſequeretur; nouo ſemper cæli fauore, ingenioſus, ſolers, dexterque fuit. Quocirca non ſat illi erat Pſalterium Angelicarum Salutationum ter quotidie, adiectis acerrimis ad cruoris vſque profluuium ſui corporis toti-*

eoſdem carnificinis, contentiſſima mente pariter, & voce percurrere. Verùm voluit inſuper, perſcripſitque ſuis Romana in Vrbe, vt ſub veſperum, matrem ſuam, matrem miſericordiæ, Orbis Reginam, Mariam Sanctiſſimam, vtpotè diuinitati proximum numen, per hymnum SALVE REGINA*, demiſsè, fixis humi genibus, conſalutarent. Ita quippe in Sanctæ Sabinæ virorum, & Sancti Sixti Virginum Cœnobijs, ipſe conſtituit: quod refert Theodoricus Apoldianus libro de eius vita 2. cap. 13. in hunc modum.* Per id Tempus Antiphona Salue Regina, in Cœnobio Fratrum, & Sororum Romæ flexis genibus ſine cantu dicebatur. Hæc Coquetius, & paulo poſt; *Porrò adeo creuit deinceps illius Orationis in Prædicatorum Ordine religio, frequentia, & amor ex multiplici præſertim applaudentis, & fauentis Mariæ Deiparæ argumento; vt mox optima ſanè lege in ritum, arctiſſimamque obſeruantiam abierit, quotidiè occidente Sole, Dei, noſtramque Matrem melliflua illa oratione ſalutandi, ſacroſancta religio. Hanc in Ordinem totum primus innexit Beatus Iordanus proximus à Beato Dominico Ordinis Moderator. Cuius iuſſu omninò firmatum eſt, & per Orbem diffuſum, quod Romana in Vrbe à Beato Dominico anteà conſtitutum diximus. Mox verò initio fuit, vt noſtri ſtatim à Completorio ad Beatiſſimæ Deiparentis aram conuenirent ibi ingeniculari Antiphonam illam; vel recitarent, vel concinerent. At haud multò poſteà ſanxere Patres, uti noſtri inchoata à Præcentore Antiphona, eam religiosè concinentes à Choro prodeant, atque in medium ſacræ ædis alueum, ſeu corpus, præeuntibus ceroferarijs procedãt, vt nimirum vna, eademque toto Orbe eiuſce partheni cultus ratio ſit, & modus; præſertim cum pro temporum varietate, non eodem vbi loco ſita ſit Virginis Matris ara; & maiorem, quam initio Fratrum copiam anguſtiora interdum Deiparæ Sacella, vbi externorum quoque hominum concurſus eſt, non benè admodum ferant.* Hactenus Coquetius.

Frater Hyacinthus à Laborante, Altamuras S. Th. Magiſter doctiſſimus & pijſſimus, Exprouincialis Prouinciæ noſtræ S. Thomæ, de quo *in tom. 2. anno* 1638. in Conuentu noſtro Originali S. Rocci propè Mœnia Altamuræ, vt erat addictiſsimus deuotioni Mariæ, introduxit, vt hæc Antiphona ſolemniùs cantaretur, & cantantibus fratribus, ſingùlis anni diebus (Hebdomada Sancta excepta) organum pulſaretur. Quæ deuotio vſq: ad hunc diem cum Populi magno concurſu, ac pietate laudabiliter perſeuerat.

De cauſa eiuſce cultus, de gratijs à Deipara noſtræ Religioni ob Antiphonam iſtam collatis, & reliquis legendi ſunt Theodoricus de Apoldia *in libro 2. de vita S. Dominici cap. 13.* Geraldus Lemouicenſis *par. 1. cap. 7.* Beatus Iordanus *in lib. de initijs Ord.* Plodius *de Progenie S. Dominici lib. 2. c. 45. & lib. 4. de viris illuſt. 2. edit. num.* 105. Michael Llot *lib. 2. cap.* 8. Ioannes Saragoza *lib. 3. cap.* 5. Leodienſes Annales *Anno* 1240. Malueda, & alij.

Franciſcus Retza, qui Viennæ Auſtriæ, præ omnibus, quas Danubius ſuſtinet, vrbibus, & ædificiorum ſplendore, & agri vbertate præſtantior eſt, natus pro incredibili, quo ardebat Sanctiſſimam Virginem Dei Matrem amore, ſtudio, pietate, inter plurima eam colendi officia, In Salue Regina (vt dictum eſt) tria ingentia volumina edidit.

De eo videndi ſunt præter citatos Leander Albertus *lib. 4. fol.* 150. Marraccius *de Religioſis Marianis cap. 6. & 1. par. Bibliotheca Mariana folio* 434. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

Anno 1416.

FRANCISCVS ROTA vir doctiſſimus, atque pius, in Academia Viennenſi Auſtriæ Prouerbia Salomonis publicè duodecim annorum curriculo interpretatus eſt fæliciſſimè. Scripſit:

In eadem Commentaria.

Edidit quoque: *Volumen ſat grande de vitijs, & virtutibus*, quod typos paſſum eſt Norimbergæ anno Domini 1478.

In Prouerbiorum item ſextum caput Digreſſionem ad Beatiſſimam Virginem Ma-

Matrem Dei, quam ſummoperè venerabatur.

Expoſuit poſtremò Antiphonam Salue Regina, gloſſamque partitus eſt in tres libros.

Florebat Anno nati Verbi 1416.

De eo Prima pars Monumentorum Ordinis, Leander Albertus *lib.* 4. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tomo* 1. *fol.* 506.

At hic non eſt alter à ſupradicto Franciſco Retza, vt patet ab Operibus editis.

FEDERICVS FREZZIVS. Cum Leandro Alberto *lib.*4. Plodio, Antonio Senenſi Luſitano *in Bibliotheca Ordinis folio* 78. & alijs errauit oculatiſſimus Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tom.* 1. *folio* 481. *circa medium.* Omnes hi corrigendi ſunt aſſerentes Federicum Epiſcopum Fulginatenſem vixiſſe anno milleſimo quingenteſimo quinto decimo. Nam Concilio Piſano anno 1409. Deinde Conſtantienſi anno 1414. interfuit.

Anno 1417.

MATTHAEVS GRABO, natione Saxo, vir doctiſſimus multa ſcripſit eruditiſſimè. Verùm cum quandam propoſitionem falſam teneret, reſipiſcens illam in Sacro Concilio Romanæ Eccleſiæ obedientiſſimus filius coram Sacris Patribus, Martino V. Pontifice humiliter retractauit. Quare impiè, & hoſtiliter ſatis a Petro à Valle Clauſa hæreticus dicitur. Nullus enim ſine pertinacia datur hæreticus. *Errare poſſum* (dicebat Auguſtinus) *non tamen ero hæreticus*. Ac ſi diceret: Non ero pertinax, ſed docilis, & obediens. Pauciſſimi ſunt ex Antiquis Scriptoribus, qui innata humanæ fragilitatis mobilitate, ac natiua caligine, in aliquem errorem non impegerint; vt latè oſtendit Sixtus Senenſis *Bibliotheca Sanctæ multis in locis*. Nec tamen propterea notantur hæreſi: quia & ſe, & ſcripta ſua Eccleſię iudicio corrigenda ſubijcere, parati reuocare, & eluere, quod illa reuocandum, aut eluendum indixerit. Poſſe errare, humanum eſt, corrigere errata, dum imperatur, Catholicum; Hæreticum autem errores obfirmatè tueri.

Anno 1418.

IOANNES CAPREOLVS. Non eſt inter Proletarios in noſtra Religione, ſed tenet gradum Senatorium. Eſt reuera Anima Sancti Thomæ, & Princeps Thomiſtarum. Hic in 4. diſt. 49. quæſt. 4. ad primum Scoti contra 2. concluſionem de viſione beatifica ita ſcribit: *Ad primum Scoti, contra ſecundam concluſionem dicitur; quod lumen gloriæ neceſſarium eſt ad hoc, quod intellectus creatus videat Deum per eſſentiam; & tale lumen diſtinctum ab actu viſionis, requiritur propter duo. Primò ad recipiendum non quidem ipſam viſionem, quæ eſt actus ſecundus; ſed ad recipiendum* Diuinam *eſſentiam per modum formæ intellectualis in intellectu poſſibili, quaſi diſpoſitio præuia ad actum primum. Secundò tale lumen requiritur ad elicendum actum viſionis*:

Dicit præterea ibidem ad tertium Aureoli contra eandem: *Ad tertium dicitur quod viſio beatifica, in quantum beatifica, à ſolo* Deo *eſt, & non ab intellectu agente, vel poſſibili: ſed nihil prohibet, quia alio modo ſit ab intellectu poſſibili, vt ſuperiùs dictum eſt.*

Petrus à Valle Clauſa *in Diatriba quarta* §. 60. non vt Theologus, vel Philoſophus; ſed vt Grammaticus purus, & Satyriſta Capreolum arguit dicens ipſum de viſione beatifica admodum præpoſterè philoſophari diſtinguentem in actu viſionis ſubſtantiam actus prodeuntem ab intellectu, & formam additiam, (ratione cuius ſolius eſt beatitudo) à Deo ſolo efficienter cauſatam. Quo abſurdo philoſophandi modo, viſio prout beans formaliter hominem, non eſſet quid vitale: & ſubſtantia intellectionis Deum attingentis, non eſſet quid ſupernaturale. Meſſem ergo in his paucis Capreoli dictis colligere liceret, ſi vacaret. Videſis Suarem *tract.* 2. *l.* 2. & Vaſquez 1. *part. diſput.*47.

Alios Capreoli huius tranſultus, circa Prædeſtinationem, & Gratiam, exhibebit Index vniuerſalis ad libros Domi-

Dominicanorum. Hæc obijcit à Valle Clauſa.

Duplicis lapſus reum facit Capreolum *ad primam Scoti, & ad 3. Aureoli*. In primo loco diſtinguentem in actu viſionis beatæ, ſubſtantiam actus prodeuntem ab intellectu, & formam additiam (ratione cuius ſolius eſt Beatitudo) à Deo ſolo efficienter cauſatam. Ex hoc primo deducit conſequutiuè,& ſtatuit illum viſionis actum,quo formaliter beatur homo, non eſſe quid vitale; ſubſtantiamque intellectionis Deum attingentis, non ingredi ſphæram ſupernaturalis Ordinis.

Reſpondetur, formam illam additiam ad viſionem eſſe ipſum lumen gloriæ diſponens intellectum ad ſuſcipiendum Deum, prout exercet vicem ſpeciei impreſſæ; &, vt loquuntur, eſt principium quo, elicitiuum viſionis. Quid in hac Capreoli doctrina præpoſterum, aut abſonum? Hæc eſt doctrina communis Theologorum.

Nec eſt aliquis,qui de hoc dubitarit, præter Begardos obſoletos, qui dixerunt poſſe intellectum noſtrum proprijs viribus in patria Deum cõſpicere.

Veniamus nunc ad alterum locum, ſcilicet ad 3. Aureoli. Ibi Capreolus habet: *Ad 3. dicendum, quòd viſio in quantum beatifica à ſolo Deo eſt,& non ab intellectu agente, vel poſſibili: ſed nihil prohibet quin alio modo ſit ab intellectu poſſibili, vt ſuperius dictum eſt.*

Ex quibus verbis Petrus hanc ſubinfert conſequentiam: ergo ſecundum Capreolum,Viſio, vt formaliter beans hominem non eſt quid vitale. Et ſubſtantia intellectionis Deum attingentis non eſt quid ſupernaturale.

Reſpondeo primò ſenſum Capreoli eſſe, quod viſio beatifica eſt à ſolo lumine gloriæ, tamquam à principio eleuante intellectum ad eliciendam viſionem, quatenus ſupernaturalis eſt: Intellectus enim ex ſe non habet ad viſionem (ficut neque ad aliquem alium actum ſupernaturalem) niſi potentiam radicalem, & (vt dicimus ſcholaſticè) obedientialem. Numquam autem Capreolus ſuſpicatus eſt illam viſionem, prout beatifica eſt, ita eſſe à lumine, vt non fit ab intellectu eleuato per lumen.

Alter autem modus, quo viſio eſt ab intellectu, eſt vitalitas ipſius,& hoc modo eſt etiam à lumine: quia ſicut lumen intellectui confert ſupernaturalizari, ſic viciſſim ipſum lumen ab intellectu nanciſcitur poſſe prodire in actum vitalem. Ideo acutiſſimè, Capreolus protulit viſionem(inquantum beatifica eſt) à ſolo Deo eleuante, gloriæ lumine intellectum, prouenire & (inquantum vitalis eſt)à ſolo intellectu operante per lumen gloriæ, tamquam per principium quo proximum, participans modum vitaliter concurrendi, procedere.

Demus tamen Petro, & ſit ſecunda reſponſio, Capreolum diſtinxiſſe in actu viſionis ſubſtantiam actus, ſcilicet vitalem rationem egreſsionis ab intellectu, & modum actus, ſcilicet ſupernaturalitatem, quæ conuenit ei, quatenus eſt circa obiectum excedens vires naturæ, & dixiſſet, viſionem (vt vitalis) eſſe à ſolo intellectu, & nullo pacto à lumine gloriæ, cum hoc ſit habitus ab extrinſeco intellectui infuſus, & non ab eius intrinſeco profluens, & vice verſa (quatenus ſupernaturalis) prouenire à ſolo lumine gloriæ, quod eſt ſupernaturalis participatio diuini luminis, non autem ab intellectu qui eſt potentia ordinis naturalis, & inferioris: Dixiſſet fortaſſe Capreolus id quod nullus alius antea cogitaſſet? Nonne hæc eſt Sententia Scoti? Nonne hâc tuentur Scotiſtæ,& plures Soc. contra noſtros? Conſequentias Petri non deriderent Scotiſtæ? Dicerent enim: viſionem quatenus attingit Deũ eſſe vitalem, & addunt: ſubſtantiam viſionis eſſe ſupernaturalem: ſed tamen quatenus vitalis, eſſe à ſolo intellectu; & quatenus beatifica; & ſupernaturalis,à ſolo lumine eſſe.

Meritò igitur noſtrum Auguſtiſsimum Principem, doctiſſimum Profeſſorem,& egregium doctrinæ S.Thomæ defenſorem appellat Spondanus *anno 1143. num.*

Anno 1419.

SANCTVS VINCENTIVS FERRERIVS. Anno 1412. præcipuam

Hebræorum Synagogam Salmantinam ingreſſus, dum ad preces conueniſſent, Crucifixum manu geſtãs, magno animi zelo in eorum peruicaciam inuectus eſt; eoque loquente, dum miraculoſæ cruces albæ ſuper pallia virorum, & linteamina fœminarum apparuerunt, Miraculo attoniti, Deoque interiùs operante, emolliti vniuerſi, qui aderant, omnis ſexus Iudæi baptiſmo ablui petiere à Beato viro. Ita mutata eſt ex tunc Synagoga in Templum, quod dicitur *Vera Crucis*, vbi nunc eſt Collegium Religioſorum Ordinis noſtræ Dominæ de Mercede. Ita teſtantur Diana *lib.* 19. *cap.* 8. Diagus *libro* 2. *cap.* 64. *de Epiſcopis Carthagin.* Spond. *anno* 1412. *nu.* 8. & plures alij.

Cum Petrus de Luna dictus Benedictus XII. natura ceruicoſus prætenſo Pontificatui nollet renunciare, Sanctus Vincentius Ferrerius, cui Deus oſtenderat neceſſariam trium abdicationem, vt Quarti electio pacifica, antiquum reſtitueret Eccleſiæ decus, cum non poſſet Benedictum inflectere ad ea, quæ pacis, & religionis erant, Regem Aragonum Ferdinandum admonet, vt ſe ſubtraheret ab illius obedientia. Ipſe verò publicè docuit & Apoſtolico ſpiritu prædicauit illi à nemine obediendũ. Præterea Conuentu Epiſcoporum, & Theologorum cum Rege apud Morellam habito (in quo Didacus Zamorenſis pariter noſtri Ordinis Regius Confeſſarius affuit) ſtrenuam operam dedit in Regnis Caſtellano, Aragonenſi, & Legionenſi, vt Benedicto recuſanti cedere iuri ſuo, negarent obedientiam. Et ita concluſum fuit. Conſule Gerſonem, Antonium Luſitanum *in Chronico anno* 1415. plures apud Fernandũ, & alios.

In eodem Conſtantienſi Concilio Patres non conuenientes circa quaſdam difficultates, ad eundem Sanctum, qui tunc in Burgundia prædicabat Legatum miſerunt Cardinalem tit. S. Angeli Petrum Annibaldum, vt quid ipſe circa eas ſentiret, patefacere dignaretur. Extant etiam Epiſtolæ Cardinalis Petri de Alliaco, necnon Ioannis Gerſonis Cancellarij Pariſienſis ad Sanctum, quibus Beatiſſimo Viro ſummas referunt gratias pro tot laboribus in bonum Eccleſiæ exantlatis, ac pro denegata Benedicto Antipapæ obedientia. Vidi eundem Ioannem Gerſonem *Par.* 2. *Tract.* 22. Diagum *lib.* 2. *cap.* 67.

Eius Tractatus de vita ſpirituali Hiſpanicè ſemel à Franciſco Ximenes Cardinali emiſſus fuit; deinceps autem Valentiæ editus, qui & Venetijs prodierat anno 1500.

Primum caput eſt de Paupertate. Secundum de Taciturnitate. Tertium de Obedientia.

Tractatus conſolatorius in fidei nutationibus ſeruabatur antiquis caracteribus, partim in membrana, partim in papyro conſcriptus apud Carthuſianos Scalæ Dei Tarraconenſis Diœceſeos.

Epiſtola ad Benedictum XII. Papam, ſiue potius Antipapam, inuenta fuit in domo Carthuſienſium Vallis Chriſti, Epiſcopatus Segobricenſis, quam Andræas Martini Carthuſianus, olim Beati Vincentij diſcipulus exſcripſit. Et ex ea quidem contra refractarios huius ſæculi hæreticos conijcere poſſumus; quanta veneratione indubitatos Petri Apoſtoli ſucceſſores reuereri debeamus, cum hic Sanctus, & perdoctus Pater, dubio alioqni Pontifici Benedicto, ita ſe morigerum exhibuerit, & tam apertè omnia ſua facta, dicta, & ſcripta ſubiecerit.

Epiſtola ad Ioannem de Podio Nucis noſtri Ordinis Generalem, manu propria ipſius B. Vincentij ſcripta, maxima veneratione retinetur Catanæ in ſacratio Cœnobij S. Mariæ Magnæ. Quare illud authenticum reperiatur Catanæ, ea ratio fuit. Nam Conſtantiæ Ioannes à Podio Nucis; relicta Generali Ordinis præfectura, quam annis multis ſub Benedicti XII. obedientia ſanctè geſſerat, à Martino Papa V. in Confeſſarium fuit aſſumptus, & Epiſcopus Catanenſis creatus, & vltimam Orationem in Synodo habuit, vt diximus an. 1414. & videre eſt in poſtrema eius ſeſſione. Hic igitur huius epiſtolæ, tamquam pretioſæ gemmæ hæredem reliquit domum Catanæ non abſque ſingulari Dei prouidentia. Nam ex varijs antiquitatis monu-

monumentis conſtabat, B. Vincentium, quinque, & viginti Iudæorum millia, & octo millia Agarenorum ad fidem Catholicam pertraxiſſe: Ignorabamus eum tamen, etiam in hæreticis conuertendis Eccleſiam Dei iuuiſſe, donec Epiſtola iſta comparuit.

Fragmentum Epiſtolæ ad Ioannem Gerſonem habetur in prima parte Operum ipſius Gerſonis, Tractatu trigeſimo ſecundo, litrera E.

Epiſtolæ duæ ad Infantem Martinum Petri Quarti Aragonum Regis filium, tunc Ducem Segobricenſem, deinde verò Regem, habebantur autographæ apud Vincentium Iuſtinianum Antiſtitem, ſcriptæ idiomate Lemouicenſi. Lingua ſiquidem Lemouicenſis à tempore Regis Iacobi primi (qui in Aquitania, vbi olim hoc vtebantur idiomate, educatus fuit) vſque ad noſtram ferè ætatem in Regno Valentino in vſu fuit: ſed iam obſoleuit, & vix etiam à ciuibus Aragonenſibus intelligitur; ac ideò placuit (inquit idem Iuſtinianus Antiſtites) eas in Latinam linguam transferre, ſeruata quoad fieri potuit Auctoris ſtyli proprietate, ac ſimplicitate. Quamobrem interdũ cogimur phraſibus Hiſpanicis vti, & quidem, quamuis familiares ſint, & parum eruditionis contineant; nolui eas omittere, ne, quidquam in hoc etiam genere prætermiſſum à nobis fuiſſe, aliquis conqueratur; maximè cum antiquam Principum, Regumque ſimplicitatem referant; & ex eis duo, quæ ad mores ſpectant documenta eliciantur, vnum ſcilicet ad votum paupertatis, alterum ad ius regium, quod Amortizationem vocant pertinens, vt ſuo loco adnotabimus.

Epiſtolam ad Ferdinandum primum Aragoniæ Regem, olim Caſtellæ Infantem miſit ad nos Catholici Regis noſtri Philippi Secundi Concionator Ferdinandus Caſtillo, qui primam Dominicanæ Centuriam annis proximis euulgauit. Hæc Vincentius Iuſtinianus Antiſtius, cuius verba poſteà exſcripſerunt Anton. Poſſeuin. *tom.3. Appar. f.351. & 353.* & alij, quos conſule.

Anno ſalutis 1418. è regno Valentiæ in Caſtellam proficiſcenti. plurimi pró more comites erant, promiſcui ſexus homines. Hos cum aliquando aduerteret in montis cliuo fame, itinerisque labore fatiſcere, animos addidit, transmiſſo monte illo reperturos tabernam meritoriam, ibique omnes commodè reficiendos promiſit. Transcurſo monte tabernam offendunt, adeunt, optimè, lautiſſimeque epulantur, & viribus reſumptis, iter perhilariter proſequuntur. Illa ex multitudine vnus erat, cui prodigiorum, quæ à viro Dei patrari audiebat, exigua inerat fides; hunc S. Vincentius (vt in Deo fiduciam haberet in poſterum) vt ad prænominatum hoſpitium redeat, ſuumque pileum, quem eo loci oblitus neglexerat, ad ſe referat, deprecatur. Pergit ille, & tabernæ nec veſtigium quidem inuenit: pileum dũtaxat viri Dei ex arbore pendentem reperit: quo deprehendit tabernam reuera inibi non fuiſſe vllam: ſed magno prodigio cælitus excitatam fuiſſe, eoſque Angelorum miniſterio, & Vincentij merito per miraculum exceptos, cœleſtibus dapibus, potuque famem, ſitimque extinxiſſe. Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus *3. p. Hiſtoriarum Ordinis lib.2.cap.21.* Coquetius *de viſcer. matern. cap.8.*

Cerberiæ Cataloniæ Oppido Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus, Ferrerio dormienti nocte quadam è cœlo delapſus adſtitit: Eidem pauperi ſtrato incumbens cum illo, à ſomno Vincentium excitat, & multa cum eo habuit colloquia de diuinis. Coquetius *de Viſcer. Matern. cap.9.*

Innumera tanti viri elogia faciã miſſa, vno abſoluam, videlicet in eius concionibus duo nunquam non fuiſſe prodigia: Vnum quòd Valentino (ipſi vernaculo) ſermone vbiuis vtebatur, & nihilominus ab omnibus Gallis, Italis, Britonibus, Anglis, Mauris, Belgis probè percipiebatur. Alterum: quod eorum, qui eius concionibus aderant, remotiores æquè, ac propinquiores perorantis verba non abſque ingente eorum ſtupore, audierint, comprehenderintque. Reliqua vide apud Petrũ Ranzanum *in eius vita*, Surium, Plodium, Ioannem Lopez Epiſcopum Mono-

Monopolitanum 3. *par. lib.* 2. *cap.* 17. Coquetium *de Viſcer. Matern.* & alios.

LAVRENTIVS de VBALDINIS. Et hic etiam confecit Capiſtrum Iudæorum, ſicut Raymundus Martini, de quo anno 1283. Laurus Quirinus, nobilis Venetus etiam librum compegit, cui titulus: *Caſtigationes Iudæorum.* Lege Franciſcum Sanſouinum, Antonium Poſſeuinum *Tomo* 2. *Apparatus Sacri folio* 334. & alios.

Anno 1420.

BEATVS IOANNES DOMINICI Florentinus. Ita viuido fuit ingenio, vt Diuus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, qui fuit diſcipulus ipſius, teſtatus ſit *in Part. hiſtor.* 3. *tit.* 23. *cap.* 1: eum in nulla ſcientia, velut alterum Auguſtinum Doctorem adhibuiſſe. Lege Antonium Poſſeuinum *tomo* 2. *Apparatus ſacri fol.* 167. *&* 168.

IOANNES ZINIDOLVS Placentinus. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis fol.* 127. & ex eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro to.* 2. *fol.* 89. *poſt init.* & alij hunc appellant (& puto quod meliùs) Iacobum.

Sermones, quos ſcripſit ſunt: *Principij, & Principia.*

Anno 1421.

IOANNES FONTANA. Sermones Diſcipuli non ſunt huius Ioannis, (vt viſum eſt Antonio Poſſeuino *tom.* 2. *Appar. ſacri fol.* 178.) ſed Ioannis Herolt Germani, de quo nos an. 1400.

Anno 1422.

IOANNES LOPEZ. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 153. nuncupat Lupium. Fuit patria Salmanticenſis, vir grauis, & eruditus, Sacræ Theologiæ Magiſter. Præter vitam S. Vincentij Ferrerij, cuius fuit contemporaneus, Edidit:

Compendium Sanctiſſimi Roſarij.

Antonius Senenſis vbi ſupra, Plodius, Antonius Poſſeuinus *tomo* 2. *Apparatus ſacri fol.* 212. *prope fin.*

Anno 1423.

THOMAS THOMASINVS Venetus. Antonius Poſſeuinus *tomo* 3. *Apparatus ſacri fol.* 312. diminutè enumerat Infulas Thomaſini dicens, *Epiſcopus primò Feltri, deinde Vrbini.* Nam fuit (vt diximus) etiam Epiſcopus alibi. Errat quoque cum ſubdit, vixiſſe anno 1523. niſi ſit Tyographi mendum, vel Franciſci Sanſouini. Cum enim ordinatus fuerit Epiſcopus à Greg. XII. anno 1410. deinde à Martino V. translatus ad alias infulas fuerit, incredibile eſt floruiſſe anno 1523.

Anno 1424.

NICOLAVS IAQVERIVS Flander. Edidit alterum librum titulo prænotatum: *Flagellum Hæreticorum Faſcinariorum.* Typis datus eſt Francofurti anno 1581. per Ioannem Mintzembergij Carmelitam. Ex præfato libro conſtat Iaquerium Inquiſitorem fuiſſe.

Eius etiam meminit Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Script. Ord. m. s.*

Anno 1425.

LEONARDVS STATIVS de DATIS Florentinus. Sermones huius aſſeruantur m. s. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eucherium Bonettum Dominicanum. Ita Antonius Poſseuinus *Tom.* 3. *Appar. ſacri in Appendice ad Bibliot. folio* 141.

Anno 1429.

SANCIVS A PORTA, Hiſpanus Cæſaraugustanus. Pio affectui dicti Sancij à Porta erga Deiparam mimicè illudit Petrus à Valle Clauſa *in Diatriba quinta* §. 85. dicens: *Sancius à Porta Cyriacus, cum vbique altè, & latè ineptit, tum nominatim orationem Latinam linguis vernaculis, vt capum ſectilis lardi turundulis confingens, tum magnificè ſermone totius operis vltimo, qui eſt de Annunciatione habito coram Summo Pontifice, propter quem ſermonem, gloriatur ſe factum Magiſtrum Sacri Palatij. Eſt autem ſermo, ineptiſſimis ab initio ad finem conceptibus fartum. Nam vt monſtraret in verbo AVE contineri tres Perſonas Auguſtiſſimæ Trinitatis, ait ſecundam litteram verbi illius hoc eſt V denotare ſecundam Perſonam, cuius nomen Verbum ſimiliter inchoatur ab V.*

Qua

Quæ littera eſt etiam nota numeralis, ſignans quinariam. Quo ipſe inſinuat quinque Chriſti plagas.

E autem, quia eſt vltima litera verbi AVE, ſignat Spiritum Sanctum, qui eſt poſtrema Trinitatis Perſona.

Pari ſubtilitate, ac lepore, paulo poſt in voce DOMINVS, quam protulit Gabriel, dicens Beatæ Virgini, DOMINVS TECVM, profundè ſcrutatus hic ſemini-verbius, inuenit ſeptem Eccleſiæ Chriſtianæ Sacramenta, conſequenter ad titulum illum GRATIA PLENA immediatè præmiſſum. Ad quod allegat ſuum Sodalem Holcothum. Ait ergo iſta pars DOMINVS TECVM, ſequitur ex parte immediatè præcedenti; GRATIA PLENA: ergo DOMINVS TECVM, & è conuerſo. Probo conſequentiam. Dicit ipſe (Gabriel) Nam tota plenitudo fontis gratiarum, per ſeptem Sacramentorum flumina, in ſeptem litteris, quæ continentur in hoc termino, DOMINVS, clariſſimè adaptantur. Prima littera D: in quo dimiſſio peccatorum; ecce Pœnitentia. Secunda O. in quo Ordo Clericorum: Ecce Sacramentum Ordinis. Tertia M. in quo Matrimonium coniugatorum: Ecce Matrimonium. Quarta I. in quo Initium Chriſtianorum; Ecce Baptiſmus. Quinta A. nexus Confirmatorum: Ecce Sacramentum Confirmationis, in quo ligantur. Sexta V. Vnctio extremorum: Ecce Sacramentum Vnctionis: Septima S. Sanctum Sanctorum; Ecce Euchariſtia.) Si quis meditatò vellet ineptum agere, non poſſet aptiùs, quàm iſte fecit, ineptire, præſertim collato ſtudio cum Sodali Cyriaco, & abortiones cerebri vtrinſque ipſorum attribuendo Gabrieli Archangelo. Et propter has gerras, ait factum fuiſſe Magiſtrum Sacri Palatij. Hæc à Valle clauſa.

℞. Vtinam his abſtinuiſſet Sanctius, quem in hac parte nec tueor, nec damno. Immiſcere aliquod verbum vernaculum Latino idiomati abſonum eſt, ſed aliquando, vt aliquod clarius explicetur, multum addit venuſtatis orationi, ſi parcè fiat etiam in ſtylo ducto, & eleuato. At Sanctius phraſi Apoſtolica loquebatur, & ſcholaſticè, non oratoriè, ita ſæculum illud ferebat. Quod in Sancto Vincentio Ferrerio obſeruamus, in D. Bernardino Senenſi, & ceteris eius æui. Obſeruaui apud Clariſſimos huius ſæculi Oratores Orationi Etruſcæ quandoque verba Hiſpanica immiſcere, & Gallica.

Deinde pia meditatione raptus in laudes Deiparæ Sanctius, latentia ſub eiuſmodi Salutatione Myſteria reſerauit, oſtenditque relatas eſſe omnes primæ dictionis *Aue* litteras ad tres Perſonas Diuinas; & ſubſequenti Verbo *Dominus* Myſtica indagatione venatus eſt ſeptem Sacramenta Eccleſiæ. Quod crimen eſt hoc? Reuera grauitatem ſuggeſtus ſacri hæ proluſiones non redolent: poſſunt tamen aliquo modo ex incaleſcente pietatis affectu excuſari; qui non rarò limites, dum incaleſcit, excedit. Cum animus noſter in exceſſum mentis prorumpit, tunc non tam verba penſanda ſunt, quàm affectus, qui ſub cortice latet verborum. Hæc, quæ Summus Pontifex coram ſe de ſuggeſtu ſacro pronunciata probauit viua voce, & inſigni dono Magiſterij Sacri Palatij cohoneſtauit, Petrus ſubſannat, ac ineptiarum adſcribit futilitati.

Tritum eſt apud omnes, vel mediocris litterarum viros Græcas litteras, Latinas, Hiſpanas &c. de ſe vacuas eſſe, ſed omnem ſignificandi vim ab inſtitutione humana deſumpſiſſe. Lege Ariſtotelis Gloſſatores de Interpretatione. Significant enim ad placitum. Secus eſt de Lingua Hebraica, cuius priuilegium eſt, veluti Matricis omnium, ex innata Maieſtate, aut veriùs, ex impreſſione, ſeu inſtitutione diuina, proprios, & latentes circumferre ſenſus, qui eminent, & agnoſcuntur à S. Hieronymo *in Comment. ad Threnos Ieremiæ*, *in Epiſtola ad Paulam Vrbicam*, *& in principio Inſtitutionum Linguæ Hebraicæ Card. Bellar.*

Deinde ſciendum Nomen Deiparæ *Maria* Hebraicum eſſe, & è cælo delatum, ſicut nomen Filij, *Ieſu*. Ita putarunt Idiota *libro de Contemplatione Virginis cap. 6.* Bernardus *homil.* . . . . . *ſuper Miſſus eſt*, Anſelmus *de Conceptu Virginis*.

Hinc oritur multa in ſingulis eius nominis apicibus latere myſteria. Ita agno-

agnouerunt Pelbartus *in Stellario*, Bernardus de Buſto *in Mariali*, Sanctus Antoninus 4. *part. tit.* 15. *cap.* 21. §. 9. Rutilius Benzonus *Comment. ſuper Magnificat. l.* 2. *cap.* 22. *dubio* 9. *& alij.*

Hoc pariter cum proportione dicendum de ijſdem vocabulis, ſi in quamlibet linguam tranferantur. Licet enim ab Hebræo in Latinum idioma tranſierint. Idem dicimus de alijs Saeris Textibus, veluti ſunt Verba Salutationis Angelicæ, Orationis Dominicæ, & ſimilium. Quamuis enim in translatis in linguam Latinam, vel Italicam &c. non inſit tanta energia, quæ inerat Hebræis apicibus, relinquitur tamen pietati fidelium, in æquiualentibus terminis, æquiualentes, ſi non eoſdem, aut certè nouos ſenſus ſcrutari, religioſo conatu; & maximè in Verbis Salutationis Angelicæ, vt fecit Sanctius, qui hac via ſuum erga Deiparam, & Salutationem Angelicam teſtatus eſt cultum, & affectum. Quidni cum & in laudes Magnatum, & amicorum, dum promunt Oratores, amplam ſoleant decerpere Elogiorum materiam ex litteris Capitalibus, Numeralibus, Chronicis, Anagrammaticis, & ex vario earum contextu? Quam religioſi affectus fæcundam prolem, *Myſteria Encomica* vocat Marſilius Ficinus poſt Platonicos; Scriptores Catholici ijs ſæpè vſi ſunt ante noſtrum ſæculum. Auguſtinus ipſe *Tract.* 17. *in Ioannem* incluſa agnoſcit in Quadragenario numero multa miranda.

Hæc myſteria poſt Bereorium Benedictinum in Reductorio, & Bernardum de Buſto Minoritam, ſeduliùs indagauit Blaſius Viegas Societatis Scriptor *in Comment. Apocalypſis cap.* 12. *com.* 12. *ſect.* 1. & ait hoc nomen Sacratiſſimæ Virginis, *Maria*, eſſe tetagrammaton, ideſt quadriliterum, ſimile Sanctiſſimo nomini Diuino Ieſouah. Sic enim inquit: *Illud ex quatuor* litteris conſtat, nimirum Iod, Hè, Vau, He. Ita ex quatuor litteris hoc componitur, ſcilicet, Mem, Res, Iod, Mem. Hebraicè enim nomen Virginis eſt *Mariam*: Sic enim expreſſum legimus nomen Mariæ ſororis Moyſis Exodi 15. vbi ſeptuaginta tranſtulerunt *Mariam*. Hinc factum, vt Sacratiſſimi huius nominis, & Salutationis Angelicæ omnes litteras, & apices, multi excuſſerint cum Sancio à Porta; fuerintque conati reconditos ſenſus pia meditatione extrahere; ſicuti teſte Cornelio à Lapide, in illa mutatione nominis Abram in Abraham, he interiectum, & addititium, myſteria multa obuoluit, doctis, & deuotis meditationibus reſeranda.

Indicauit præterea Sanctius per primas litreras huius vocabuli *Dominus* ſignari ſeptem Sacramenta. Pererius S. Ieſu notauit per litteram He additum nomini *Abram*, vt fieret Abraham ſignari quintum millenarium annorum mundi, ex quo Meſſias natus eſt de Abraham, & de Sabra. Pariter Hebræi Lipomanus, D. Hieronymus, & alij à Cornelio à Lapide relati dicunt litteram He, quæ addita fuerat Abram, vt fieret Abraham, additam etiam Sarai, vt fieret Sarah, ſua geminatione, quæ eſt præcipua in nomine diuino *Iehouah*, oſtendere Deum ab ipſis duobus Abrahamo, & Sara fore naſciturum Bernardus: Aue, Eua.

Poſtremò reuerenter ſuſcipiamus, & millies repetentes pronunciemus hoc pulcherrimo Entimemate. Maria, es gratia plena: ergo Dominus tecum. Et vice verſa: Maria, Dominus tecum: ergo es gratia plena.

Anno 1434.

BEATVS PETRVS IEREMIAE Siculus. Vocatus ab Eugenio IV. Summo Pontifice interfuit ſumma cum laude Sacro Concilio Florentino. Obijt anno 1452. die 2. Martij, alijs verò die 3. eiuſdem Menſis. Ita in Martyrologijs Ferrari, Aloyſij Nouarini, P. Octauij Caietani Siculi, Plodij de Viris Illuſtr. & Fr. Dominici Mariæ Marcheſij in Diario dicta die. Malè Poſſeuinus ait ex Fazello obijſſe anno 1444.

Vitam eius lege apud Bzouium, Ioannem Lopez Epiſcopum Monopolitanum, Ioannem Baptiſtam de Franchis, & Spinulam, ac Marchel. *in Diar.*

Beatus Thomas Caffarinus, ſiue Anto-

Antonij. Liber de Veritate Stigmatum Sanctæ Catharinæ Senenſis, Tertij Ord. Præd. M. S. conſeruatur in Bibliotheca Rhegienſi in Lombardia apud Fr. Eucherium Bonettum Ordinis noſtri. Antonius Poſſeuinus *Tomo 3. Apparatus Sacri in Appendice ad Bibliothecas folio* 141.

Obijt Venetijs hoc anno 1434. die 12. Februarij. At Seraphinus Razzius, Antonius Poſſeuinus *Tomo 3. Apparatus Sacri folio* 295. & alij ponunt anno 1430. die 20. Decembris. At ſtandum eſt relationi Faſtorum Senenſium.

Eius Vitam collegit Marcheſius, & appinxit diei 12. Februarij, qua reliquit mortalitatem.

Anno 1437.

LEONARDVS VTINENSIS. Ibi de Voine: corrige de Vdine; Ciuitate ſub Veneta ditione.

Alter Leonardus Micenſis, qui ponitur anno 1444. alijs Bellunenſis, non eſt diuerſus à Leonardo Vtinenſi. Errauerunt illi ponentes Micenſem pro Vtinenſe. Nec opera integrè recenſuerunt. Et non ſolum ego; ſed etiam accuratiſſimus Auctor Antonius Poſſeuinus impegit in errorem replicans in ſequenti folio, quod eſt numero 342. ac dicens: *Leonardus Vticenſis, Ordinis Prædicatorum ſcripſit Tractatum ad locos communes, qui Vlmæ in Sueuia prodijt à Typographia Ioannis Zeiner anno* 1478. *Librum item de Legibus per Quadrageſimam: Alios duos Sermonum de Tempore, ac de Sanctis, qui Lugduni fuerunt excuſi anno* 1495. *apud Ioannem Trechſelium*. Hæc ille.

De hoc loquuntur Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca pagina* 165. & 166. Antonius Poſſeuinus *Tomo* 2. *Apparatus Sacri folio* 341.

Anno 1438.

IOANNES RHAGVSAEVS Dalmata. Non ſolum ſcriptis Huſſitarum hæreſim oppugnauit: ſed ſimul vitam eorum varijs contaminatam ſpurcitijs deſcripſit. Antonius Poſſeuinus *Tomo* 2. *Apparatus Sacri folio* 243.

Legat Lector huius Orationem in Baſileenſi Concilio habitam, in qua per octo dies in eadem Synodo reſpondit ad articulũ Bohemorum de Communione ſub vtraque ſpecie propoſitum à Ioanne Rochyzana Huſſita; quæ Oratio publicata fuit deinde ab Henrico Caniſio *in Tertio Tomo Antiquæ Lectionis*.

Legat præterea Carlerij Decani Cameracenſis Orationem, qua in eadem Synodo Oecumenica reſpondit per quatuor dies ad Articulum Secundum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis, quos propoſuit Nicolaus Taborita.

Item Diſputationem Capituli Eccleſiæ Pragenſis cum Rockzana, & Huſſiticis controuerſijs habitam per dies quinque anno 1465. coram Gytzicone Rege Bohemiæ.

Conſulat tandem Orationem Ioannis Palomar, apud Henricum Caniſium *Tomo quarto Antiquæ lectionis*. Ex lectione prædictorum intelliget, quàm firmis fundamentis cauſa Catholicæ fidei etiam in primis ſeſſionibus, quæ ſub obedientia Summi Pontificis emanarunt, fuit defenſa.

Anno 1440.

BERNARDVS de LVXEMBVRGO. Ridet hunc Petrus à Valle clauſa *in Diatriba quinta* §. 86. quòd duxiſſet Vvlpem à Volando, ſic inquit, *F. Bernardus de Luxemburgo Ord. Prædicat. confecit Catalogum Hæreticorum: ſed adeo ineptè, & cum tot hallucinationibus craſſis, vt ſæpiſſimè ludibrium debeat Alphonſo de Caſtro: qui frequentiſſimè in eius ſupinitates concitatur, & Miſſellum ſtimulat ad piè recitandam Orationem pro ignorantijs, qua apud Abacuchum legitur. Eſt verò præter cætera inſignis Ethimologicus, vt cum in Prologo Libri, ait VVLPES, dicitur à VOLANDO. Eſt peritiſſimus Chronologia, vt cum ait, Antropomorphitas cepiſſe anno Domini* 549. *ſub Berengario Imperatore. Et tandem ſubdit Theophilum Alexandrinum, & Caſſianum ſcripſiſſe contra eos. Arnaldiſtas quoque fatetur ſe neſcire quinam fuerint, & tamen de Arnaldo multa ſubiecit. Nam, quod Gaiani-*

ianitas putat eſſe Gabaonitas, ſtultum eſt & nimis pingue.

Præter hæc, obijcit etiam ex eodem Alphonſo de Caſtro quod Catalogo Hæreticorum inſcripſerit Præpoſitum, Porrectanum Catholicos, & ex Mahometanis Auicennam, & Auerroem.

Vtrique ſatis, ſuperque fecerunt, quamplurimi ex noſtris Theologis multa eruditione ornati nos autem dicimus breuiter, & ad primam illa vulpis Ethymologia à volante pede habetur apud Calepinum ſatis accuratum Authorem, & deſumpta eſt à Varrone omnium Latinorum doctiſſimo: qui eſt inter Latinos (teſte Auguſtino *lib. de Ciuitate*) vt apud Græcos Homerus. *Vulpes* dicitur quaſi Volipes, ſeu pes volans. Licet enim velociora illa reperiantur animalia, vti lepuſculi, cerui; vulpi tamen continuò libratus, continuò pendulus, numquam in ſolo quieſcit, numquam figit greſſum: In quo, inquit Lucemburgenſis doctiſſimè, figura eſt Hæreticorum, quorum pedes irrequieti, & veloces ſunt inſtar nubium volantium ad effundendam inſaniam ſuã in alios, & ſic dicuntur ſydera errantia ſecundum Sanctum Thadæum. Itaque vulpes à volando, ſeu ab auis agilitate pendula.

Secunda obiectio contra errorem Chronologiæ eſt hæc. Anthropomorphitæ cæperunt anno 549. quo pacto igitur ſcripſerunt contra eos Theophilus Alexandrinus, qui vixit anno 385. & Caſsianus, qui vixit anno 406.

Secundo obijciunt Anthropomorphitas cæpiſſe anno 549. & tamen conſtat ex Nicephoro, Baronio, & Prateolo infra referendis eos cæpiſſe anno 395.

Tertio ortos aſſerit ſub Berengario Imperatore, cum tamen nullus extiterit huius nominis Imperator.

Vt reſpondeam obiectionibus ſuppono hic errorem Typographi, qui inuertit numeros: nam numeri ſtabant è contrario 945. & ſic eorum argumẽtum magis vrgeret.

His ſtantibus dico Alphonſum è Caſtro, & eius aſſeclam imperitiſſimos eſſe Chronologiæ. S. Auguſtinus excuſat Tertullianum primum fuiſſe parentem Authropomorphitarum, quicquid reclamet Alphonſus à Caſtro. Nicephorus *lib.* 11. *Hiſtor. cap.* 14. & Baronius faciunt huius hæreſis Authorẽ Audæum, cuius tamen hæreſis inquit Nicephorus, incæpit ſub Siricio Papa, & Theodoſio ſeniore anno 395.

Primus igitur huius hæreſis ſtatus aſſignatur in Syria eodem Audæo Authore ſub Siricio Pontifice, & Theodoſio ſeniore imperante, quando impugnata fuit à Theophilo Alexandrino. Theophilum impugnaſſe hanc hæreſim præter alios narrat Gennadius *de Scriptoribus Eccleſiaſt. c.* 33.

Secundus eius ſtatus fuit paulò poſt nempe anno 402. Ita Nicephorus *lib.* 13. *cap.* 10: Mortuo Theodoſio, & Imperantibus Filijs Honorio, & Arcadio, Anaſtaſio Summo Pontifice, quæ in Syria ante nata erat quæſtio, & hæreſis, in Aegypto rurſus mota eſt, & recruduit. Cui blaſphemiæ inter multos Caſſianus præcipuè obſtitit, & tandem ſopita eſt, & ſepulta.

Tertius ſtatus. Anno 954. recruduit poſtremò in Paduana Prouincia ſub Berengario Imperatore, aut potius Tyranno, quem Otho legitimus Cæſar ſuperauit. Et hæc hæreſis ſtatim fuit extincta zelo Bracherij Epiſcopi Veronenſis, & Comprouincialium Antiſtitum. Ita Prateolus.

Duplicem itaque ortum error iſte agnouit vnum in Syria, & in Aegypto conterminũ anno 395. alterum in Italia, & prouincia Paduana anno 954. De hoc tantùm loquitur Scriptor doctiſſimus, & ſubindicans alterum inducit Theophilum, & Caſſianum ſcribentes in eam Hæreſim exortam in Oriente ab Audæo. Iniuſtè igitur Alphonſus de Caſtro Bernardum eruditiſſimum damnat ignorantiæ, & eum non ſcriptorem vocat, ſed indigeſtum ex multis Centonibus malè conſutis Collectorem.

Reuixit hæc hæreſis in Occidente ſub Agapeto II. qui Pontificatum tenebat anno 954. Aſcendit enim ad cathedram anno 946. & obijt 955. die 27. Decembris. Berengario Rege Italiæ, Imperijque tyranno.

Antro-

Antropomorphitæ Deum humana figura fingebant, illique attribuebant membra. Ita refert Gennadus *vbi ſup.*

Damnandus eſt Alphonſus de Caſtro fœdo anachroniſmo, cum dicat hanc hæreſim incepiſſe ſub Damaſo Papa. Damaſus enim obijt die 11. Decembris 384. ita in mea Chronologia ex Authoribus probatiſsimis, vel iuxtà Baronium anno 385. At hæreſis habuit ortum anno 395. ergo ſub Siricio Papa. Et ita referunt Baronius, & Parteolus ex Nicephoro. Ergo decem, vel vndecim annis ab obitu Damaſi Papæ. Repetam tibi eadem verba tua. *Hac coactus ſum digito oſtendere partim amore veritatis allectus, partim calore iracundiæ, cum videam quoſdam adeò futiles, & profuſos in pronunciando, & in ſcribendo, vt quidquid legerint apud quēcumque, nulla facta rerum indagine, ſtatim tranſcribant, & coram tota multitudine magna cum fiducia pronuncient, ſatis ſibi eſſe putantes, quod apud alium quempiam legerint.* Hæc verba Alphōſi aduerſus eundem Alphonſum.

Ad aliam. Dicit ſe neſcire Arnaldiſtas, & tamen Arnaldum agnoſcit dicens ſuſpenſum, & combuſtum fuiſſe, at cum poſt ſe diſcipulos reliquerit nullos, iure ſubinngit ignorare Arnaldiſtas.

Nec Alphonſus à Caſtro, nec Petrus à Valle clauſa perceperunt ſensū Bernardi. Non loquitur de Gabaonitis, qui ad partes Ioſuè deflexerunt: ſed de Gabaonitis, vel Gaianitis ſic appellatis à Gaio, qui temporibus Iuſtiniani Imperatoris princip is fuit. Corruptum vocabulum à plebe referens: Aliis Gabaonitæ, alijs Gaianitæ, ſicut Manichei corruptè à popularibus dicebantur Manechini.

Vltima obiectio eſt quòd Catalogo hæreticorum inſcripſerit Præpoſitum, & Porrectanum Catholicos. Et ex Mahometanis Auicennam, & Auerroem.

Quo ad Præpoſitum, & Porrectanūm attinet, certum eſt hos malè de Trinitate ſenſiſſe, & in Concilio Rhemenſi, agente Diuo Bernardo, eorum damnatum errorem, ipſoſque reſipuiſſe.

Quod Auerroem, & Auicennam etiam repoſuerit, quid mirum? Licuit S. Hieronymo Scriptoribus Eccleſiaſticis accenſere Philonem *cap.* 11. *de Scriptoribus Eccleſ.* & Ioſephum, Iudæos *ibidem cap.* 13. quod de Chriſto hic honorificè, ille de Chriſtianorum Alexandriæ in Aegypto ſancta conuerſatione ſcripſerit. Quid mirum à Bernardo annumeratos Auicennam, & Auerroem inter hæreticos, qui impiè de Trinitate ſenſerunt, aliaque fidei myſteria impugnarunt. Vide 1. *p. Melchiſedech pag.* 14.

Anno 1441.

GVIDO GALLVS. Scripſit etiam Sermones de Tempore. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 603.

Sermones eius de Tempore, & de Sanctis ſeruantur M. S. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Eucherium Bonettum Ord. Prædicat. Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus Sacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

IOANNES FRANCOFORDIENSIS, ſeu è FRANCOFVRTO. Hæc Scholaſtica explanatio in Iobum extabat Lugduni in noſtra Bibliotheca, antequam Caluiniani, qui eam ciuitatem per fraudem cæperunt, omnes Bibliothecas Familiarū Religioſarū, aut cōbuſerūt, aut cū pretioſis quibuſq; ſuarū ædium ornamentis ſunt depopulati. Refert Poſſeuinus vixiſſe anno 1500. At ſtandum eſt authoritati Antonii Senenſis Luſitani *in Bibl. Ord. pag.* 141. & Primæ Partis Monum. Ordinis, ac aliorum ponentium floruiſſe hoc annò.

Anno 1444.

LEONARDVS MICENSIS. Corrige *Vtinenſis*. Hic idem eſt cū Leonardo Bellunenſi, & Vtinenſi, de quo anno 1437. quare delendum totum hoc paragraphum. Lege Antoniū Senenſem *in Bibl. fol.* 165. *&* 166.

THOMAS ex Familia Trentaquatrinorum, ex Conuentu Bononienſi, vir tùm à multis alijs animi dotibus, tùm etiam à facundia, & gratia in proponendo Dei verbo maximè ab Hiſtoricis commendatur. Cum per totam Italiam clarus eſſet, & celeberrimus

Bononia Neapolim ab Alphonſo Seniore Aragoniæ Rege, vt Quadrageſimali tempore conciones ibi haberet, accerſitus eſt. Suo munere maxima cum laude perfunctus, ab eodem Rege quingentos aureos in ſubſidium Bibliothecæ, Bononiæ nouiter conſtruendæ recepit.

Obijt hoc anno 1444.

Eius meminit Antonius Senenſis in *Chronico Ord. fol. 237. & 238.*

Poſteris reliquit plures conciones.

Anno 1448.

BARTHOLOMAEVS MVTINENSIS. Error irrepſit: nam modo vocatur Mutinenſis, modo Ferrarienſis. Fuit patria Mutinenſis; ſed Inquiſitor Ferrarienſis: vnus eſt igitur cum illo poſito anno 1390. vt colligitur ex operibus editis. Deceptus fuit ab Antonio Senenſi, qui in ſua Bibl. fol. 42. ponit Bartholomæum Ferrarienſem anno 1390. deinde folio ſequenti 43. ponit Bartholomæum de Mutina anno 1448.

Anno 1456.

IACOBVS BRVXELLENSIS. Alijs de Anglia. Cum D. Thomas in Summa tantùm citet ſua loca dicendo, vt ſupra dictum eſt, vel vt dicetur; Iacobus expreſsit Articulos, & quæſtiones, & margini addidit. Quas citationes deinde integriores Antonius Senenſis emiſit.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 73.*

IAIMVS, ſiue IACOBVS de Sancto Ioanne Hiſpanus, Cœnobij Cæſarauguſtani peregrinatus eſt per Italiam. Reliquit *ſermonum volumina*. Texuit Hiſtoriam Nauigationis S. Raymundi. Barcinone circa hunc annum 1456.

Edidit alia plura.

Vincentius Blaſcus Lanuza *tom. 2. Hiſtoriæ Aragoniæ lib. 5. cap. 39.*

De eo Diagus *lib. 2. Hiſtoriæ Aragoniæ cap. 17. fol. 125.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom. 1. fol. 470. colum. 1. in calce.*

Anno 1459.

SANTONINVS CIVIS, & Archiepiſcopus Florentinus. Huius opera annotationibus illuſtrauit Petrus Maturus Aruernus Gallus Soc. Ieſu, quæ Philippus Tingius Typographus recudit. Quæ deinde Veneti etiā typis ſuis dederunt.

Chronicon in tres diſtribuitur partes, quarum prima continet res geſtas ab ipſo mundi exordio vſque ad Sylueſtrum Pont. Max. ſecunda à S. Sylueſtro vſque ad Innocentium IV. hoc eſt ad annum Domini 1313. Tertia ab Innocentio IV. vſque ad Pium II. hoc eſt ad annum 1459.

Scopus operis eſt, vt ex ijs, quæ narrantur in hiſtorijs, homines diſcant in Mundo rectè verſari, ac proinde ſperantes à Domino beatitudinem, hanc denique conſequantur. Ita Auctor ipſe in proœmio.

Collectum eſt opus (vt ipſemet Antoninus fatetur) è Moyſi, & reliquis veteris, & noui Teſtamenti Auctoribus.

E geſtis, & dictis ſummorum Pontificum, quæ Gratianus exceperat.

Ex alijs Patribus.

Ex Euſebij Cæſarienſis Hiſtoria Eccleſiaſtica, quam Ruffinus è Græco in Latinum conuertit, & ex duobus Ruffini libris eidem adiectis:

Ex Euſebij Chronico à Hieronymo conuerſo in Latinum, & è ſupplemento eiuſdem Hieronymi vſque ad tempus ſuum.

E Paulo Oroſio.

Ex Auguſtino de Ciuitate Dei, cum declamatione Thomæ Anglici.

E Ioſephi libris Antiquitatum Iudaicarum.

E Gregorij Magni dialogis.

E Suetonio, & alijs veteribus Hiſtoricis.

Ex Helinando in compilatione hiſtoriarum.

Ex Petro Comeſtore in hiſtoria ſcholaſtica.

Ex noſtro Vincentio in Speculo Hiſtoriali.

Ex Ioanne Columna etiam dominicano, & ex alijs, qui exactam Chrono-

nographiam, & veriores hiſtorias ita accuratè non delibauerant. Hinc ſi aliquando impegit, excuſandus eſt. Non enim habuit Chronographos, vel ſcriptores Eccleſiaſticos abſolutos, quos modò nos habemus, vt ſunt Genebrardus, Onuphrius, Baronius, & huiuſmodi.

CIRCA SVMMAM.

Hæc diuiditur in quatuor partes, & agitur.

IN PRIMA PARTE.

De Animæ genere, ac nobilitate.

De eius infuſione in corpus.

De eius potentijs, quæ extrinſecùs operantur.

De Intellectu, & voluntate.

De Paſſionibus Animæ.

De *Cauſis peccati.*

De *Peccato, & nocumento eius.*

De Septemplici genere legum.

Initium eſt.

Quam magnificata ſunt opera tua, Domine.

IN SECVNDA.

De Septem vitijs in ſpecie, deque ramis eorum, ac inprimis de ſuperbia.

De Simonia.

De Reſtitutionibus.

De Iuramento, & periurio:

De *Voto, & tranſgreſſione voti.*

De Infidelitate, atque eius generibus.

Incipit.

Confregiſti capita Draconis.

IN TERTIA.

De Officio cuiuſcumque hominis, cuiuſcunque extiterit conditionis.

De Omni arte, atque vſu viuendi, quod opus prænotauit,

De Statibus hominum.

De Cenſuris, & excommunicatione.

De Septem Eccleſiæ Sacramentis.

Incipit:

Aſtitit Regina.

IN QVARTA.

De Septem virtutibus Cardinalibus & Theologicis.

De Gratia Spiritus Sancti in genere.

De Septem eius ampliſſimis donis.

His adiecit quadraginta ſex ſermones in laudem Beatiſſimæ Virginis.

Incipit;

Benedictionem dabit legiſlator.

In primũ caput Lucæ conſlauit de Annunciatione, de Salutatione Angelica, de Cantico Mariæ vaſtæ prolixitatis volumen ſcholaſtica methodo, & ſtylo diſpoſitum, quod poſteà vltimæ parti ſuæ Summæ adtexuit.

Hæc ex Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro*, ex Sixto Senenſi, ex Michaele Pocciancio, & alijs loco proprio recenſitis.

Anno 1460.

IACOBVS de THESSALONIA. In Libro de moribus hominum, deque Officijs nobilium, ac popularium ingenioſè argumentum è Scachorum, ſiue latrunculorum ludo deſumpſit. Quo autem anno floruerit nec Antonius Senẽſis Luſitanus *in Bibl. fol.* 127. nec Antonius Poſſeuinus *tom. 2. fol. 86.* nec alij retulere.

Anno 1461.

B ^ IOANNES Neapolitanus. Hunc eundem eſſe cum illo, quem anno 1406. recenſui puto. Ducor his argumentis: quia eadem nacti ſunt cuncta, nomen, patriam, beatitudinis titulum, librum, & oratoriam de Sancta Catharina Senenſi.

Anno 1465.

HENRICVS KALTYSEN Germanus. Alijs Kaltycen. Scripſit etiam Librum Sermonũ per Quadrageſimam. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol.* 18.

IACOBVS AEGIDII Hiſpanus, Aragonenſis, Magiſter in Theologia eruditiſſimus, ingenij, eloquentiæ, doctrinæque ſplendore illuſtris. Fuit Prouincialis Aragonenſis. Ab Alphonſo Aragoniæ Rege, cognomento Magnanimo, cui erat in paucis charus, Florentiam' inſtante Concilio mittitur. Ibi doctrinæ ſuæ Eugenio IV. Summo Pontifici, Patribuſque affluentem copiam fecit. Poſtea à Nicolao V. Põtifice Maximo Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter anno 1452. fuit renunciatus. Ex mandato Caliſti III. Pontificis Summi ann. 1456. *Officiũ de Transfiguratione Domini, quo nunc Eccleſia vtitur, concinnauit.*

Item librum de Sanguine Chriſti.

Præterea mandante eodem Summo Pontifice *Librum ſcripſit de veritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis*.

Vitam cum morte commutauit circa annum Domini 1465. ſub Paulo II.

De eo Prima Pars Monumentorum Ordinis, Antonius Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 127. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 69. Alphonſus Fernandes *in Concertatione Præd:* Mea Chronologia ad annum 1456. Seraphinus Ractius, Ambroſius Gozzeus, Fontana *in Theatro part.* 2. *cap.* 5. *num.* 33. Olmeda *in Vita Martialis Auribelli Magiſtri Ordinis*, Lucarinus M. S. Plod ius *part.* 2. *lib.* 3. Marraccius *in Bibl. Mariana p.* 1.

Calixtus III. Pontifex Maximus ob inſignem victoriam, quam Chriſtiani reportauerunt de Turcis in Hungaria die 6. Auguſti anno 1456. Feſtum Transfigurationis inſtituit. In prælio illo interfecti fuere à noſtris ſub Duce Ioanne Hunniade XL. millia Turcarũ, Mahumetes eorum Imperator vulnus accepit in oculo, ex magnatibus dictæ gentis inter ceteros ceciderunt Baſſeus Aſiaticus, & kurkutoam. Lege Iouium, Bonfinium decade 3. *lib.* 8. Dubrauium *lib.* 29.

RAPHAEL de PRONASIO. Antonio Poſſeuino *in Apparatu Sacro tom.* 3. Prouaſius, ſiue è Prouaſio. Extare autem alios tractatus (præter illum de Conceptione, & de proprio non habendo) in Conuentu Genuenſi noſtri Ordinis fatentur Antonius Senenſis, & Poſſeuinus.

THOMAS HIBERNVS. Neſcio an hic, vel quidam alius Thomas Hibernus ſcripſerit doctiſsima Commentaria ſuper Sacram Scripturam, quæ habebantur Romæ in Bibliotheca propè S. Marcum, charactere ſatis antiquo impreſſa in folio. Cum poſt dicm iuiſſem ea empturus, inueni cum maximo meo mærore illa vendita fuiſſe ante paucas horas.

Anno 1466.

BARTHOLOMAEVS GAPVTVS Florentinus. Eius ſcripta recenſet S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus 3. *p. hiſtoriæ tit.* 22. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro* hunc appellat Dominicum: Subdit Pſalmum quinquageſimum magna cũ laude expoſuiſſe coram Rege Bohemiæ. Refert quoque humanis ceſsiſſe Florentiæ die 20. Iulij anno Domini 1446. Quod falſum eſt: nam an. 1449. à Nicolao V. translatus eſt ad Eccleſiã Coronenſem in Græcia, cui per aliquos præfuit annos. Deinde Florentiam ſe recepit, vbi etiam dies plurimos ſuperuixit. Fortaſſe fuit error Typographi, qui pro 1466. excudit 1446.

IOANNES BREHALLVS. Ioannes Brichallus Ordinis Prædicatorum, & Conuentus Ebroicenſis recenſetur ab Antonio Poſſeuino *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 124. quem dicit ſcripſiſſe *Tractatum de Auctoritate Confeſſiones audiendi conceſſa Religioſis*.

CONSTANTINVS Fabrianenſis. Non Conſtantius, vt ibi mendosè. Fabrianenſis, vel Fabrienſis. Vitas illas delineauit, quod Chronicon Ordinis vocant. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 353. *poſt medium*.

Anno 1468.

IOANNES de TVRRE CREMATA. Scripſit etiam

Florem Theologiæ Ordine Alphabetico, qui habetur Altiſiodori in Gallia in folio:

Commentarium ad Decretum Florentini Concilij de Sacramentis, & de vnione Græcorum. Expoſitionem Regulæ Diuæ Birgittæ, atque opus magnũ conſcriptũ contrà ſtatuta nõ nullarum Eccleſiarum, quæ eos arcebant, qui ex Hebræis nati Chriſto nomina dederant. Extant M. S. Valliſoleti in Cœnobio Ordinis noſtri. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri folio* 262.

Opuſculum de Nuptijs ſpiritualibus animæ, & tractatus de Aqua benedicta M.S. conſeruantur in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Fr. Eucherium Bonettum Ord. Præd. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 3. *Apparatus Sacri in Appendice ad Bibl. fol.* 141.

Philippus Labbè *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis to.* 1. *verbo*

verbo Ioannes de Turrecremata fol.616. In noſtra Bibliotheca (inquit)*duo exemplaria habemus longè vetuſtiora abſque loco, & anno editionis in ipſis Artis Typographicæ incunabulis excuſa* . Hæc Labbè .

Anno 1438. miſſus fuit ab Eugenio IV. in Germaniam cum Albergo Cardinale, Ioanne Archiepiſcopo Tarentino, & alijs, pro componenda pace inter Pontificem, & Baſileenſes . Eratque iam tunc Magiſter S. Palatij . Anno 1439. ex parte Eugenij IV. præfuit Conuentui Bituricenſi, vt notat Spõdanus .

Alphonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, ſtupor mundi, & cuiuſuis ſcibilis ſcientiſſimus diſcuſſor , qui præ multitudine doctiſſimorum voluminũ, vt ſol in orbe refulget, cum iunior eſſet,euulgauit aliquas propoſitiones ſuſpectas. Rem Spondanus ſic narrat anno 1443. *num.* 10. *Senis, dum eſſet Eugenius Pontifex,Alphonſus Toſtatus Hiſpanus Madrigale in Macceis ortus , poſteàque Epiſcopus Abulenſis , ſcriptorum mole , cognitione antiquitatis, memoria prodigioſa , multiplici omnium ſcientiarum , & artium eruditione , ad miraculum clarus,ſermonis tamen elegantia minor , quam vt cum quouis antiquorum conferri poſſit : de quo meritò ſcriptum ſit (à Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis*) *Hic ſtupor eſt Mundi , qui ſcibile diſcutit omne.*

Et quod magis eſt mirandum , tanta ſcripſit breuiſſimo tempore,cum non vixerìt , niſi an. 40. *quem & interfuiſſe tradunt Concilio Baſileenſi, ibique cum Ioanne Capreolo Toloſano Ordinis S. Dominici doctiſſimo Profeſſore , & doctrinæ Sancti Thomæ egregio defenſore , diſſeruiſſe. Hic igitur tunc iunior, necdum Epiſcopus Senis exiſtens quando Eugenius aderat , Theſes vnam,& viginti ex intima Theologia depromptas , diſputandas cum propoſuiſſet , in ijs locis aliquot offendiſſe , Eugenius edito Diplomate notauit : impugnauitq; dicato Opere Ioannes de Turrecremata Doctiſſimus ille Cardinalis Hiſpanus ex Ordine Dominicanorum , de quo ſæpè ſuperiùs facta eſt mentio . Contra quæ reſpondens Toſtatus, Commentario , cui Defenſorio nomen fecit , in Pontificum etiam authoritatem inuectus , iniuriuſque præ ſtudio tuendi ſua, apparuit. Quæ verò accuſabantur, hæ Propoſitiones fuere . Primò : quòd aſſereret , etſi nullum peccatum cuiuſcumque conditionis, & pro quocumque ſtatu irremiſſibile ſit ; à pœna tamen , aut à culpa Deum non abſoluere , nec aliquem Sacerdotem abſoluere poſſe . Deinde quod diceret Chriſtum non eſſe mortuum die* 25. *Martij,vt communis eſt ſententia, ſed die* 3. *Aprilis anno ætatis ſuæ* 33. *inchoato.* De *quibus obtulit ipſe ſchedulam , vt vocat , ipſi Summo Pontifici, quæ extat in fine primæ partis ſui defenſorij : qua quidem ſubijcit ſe determinationi Eccleſiæ & Pontificis , ſed cum non obtinuit , quod petijt (ea eſt fragilitas etiam præſtantiorum ingeniorum, vt cum eorum placitis reſiſtitur , animi offenſionem facilè concipiant) non potuit adeò genio imperare, vt non acerbiùs rem in Contradictores egerit* . Huc vſque Spondanus .

Placuit hæc ex hiſtorico graui exſcribere, vt obmuteſcat Petrus à Valle clauſa , qui falsò criminatur Dominicanos dicens nos ex liuore, vel odio inſimulauiſſe variorum errorum Toſtatum, qui tunc temporis cauſa viſus eſt cadere . At de hoc non ſolum noſtri Authores , ſed etiam exteri plurimi luculenter.

Fuit Abulenſis cum Dominicanis amicitia coniunctus . Refert Andreas Schotus Soc. Ieſu *in Bibl.Hiſpanica,* & Aubertus Miræus *in Bibl. Eccleſiaſtica* Toſtatum in Concilio Baſileenſi fuiſſe maximè delectatum familiaritate Ioannis Capreoli Monachi (vt Scriptoris illius verbis vtar) doctiſſimi . Veritas eſt concluſiones Toſtati à Summo Pontifice damnatas fuiſſe ante impugnationes Cardinalis Turrecrematæ . Nec contrarium apud Toſtatum in ſuo Defenſorio legitur .

Huic à Concilio Baſileẽſi adhuc Oecumenico , commiſſum eſt Reuelationum S. Birgittæ examen . Librauit eas doctiſſimus , & ſapientiſſimus tunc Concilij Theologus , poſt Cardinalis, non populari , aut adulante trutina , ſed æquo , ſeueriorique examine, nec minori erga Sanctam affectu.Tulit tandem ſuum de ijs iudicium , cui adeò

de-

detulit ſacra Synodus, vt eo referente, approbarit eas,vt claret ex præfixa eiuſdem Cardinalis præfatis Reuelationibus Relatione.

Arſenius Belga Leodienſis, Monacus S. Pauli Romæ, Abbas Sanctæ Mariæ (vt dicunt) de Florentia ſcripſit Epiſtolam ad Ioannem de Turrecremata Cardinalem anno 1442. pro commendatione Regulæ Sancti Benedicti, quæ excuſa, & præfixa eſt commentarijs in Regulam ab eodem Turrecremata.

Anno 1470.

GABRIEL BARLETTA, Apulus. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1. fol.521. Gabriel Barleta, Neapolitani Regni Apulus, Ordinis autem Dominicani, Theologus, & concionator vtilis, cum floreret anno 1270. ſermones ad Quadrageſimam tom. 1. Ad tempora verò Aduentus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & dies Sanctorum Feſtos, altero ſpectantibus reliquit. Qui cum ſæpè in lucem prodiſſent, recuſi ſunt Venetijs anno* 1471. Hæc ille.

Rectè Auctor iſte grauiſsimus Gabrielem concionatorem vtilem appellauit. Vtilitati enim, & profectui auditorum ſemper adlaborabat.

Quare ſummoperè miror Petrum à Valle Clauſa Barletam impudoratæ blaſphemiæ arguere: Tractans enim Gabriel (inquit) quomodò Samaritanam potuerit cognoſcere, quod Chriſtus eſſet Iudæus (dixit enim, QVOMODO TV IVDAEVS CVM SIS? reſpondet, Samaritanam cognouiſſe Chriſtum eſſe Iudæum, videndo eum eſſe circumciſum. Super hæc ſatis inuerecundè obloquitur à Valle Clauſa; à quibus puto reuerentiæ, honeſtatiſque cauſa à eſſe ſuperſedendum. Vt meum Comprouincialem blaſphema vindicem à calumnia, adduco verba modeſtiſſimi, & pijſſimi Eccleſiaſtici. Sic ille de Samaritana Chriſtum alloquente. *Dixit ei mulier: Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſſcis, cum ſim mulier Samaritana? Quomodo cognouit ipſum eſſe Samaritanum? Reſpondeo, quòd triplici de cauſa. Prima ad habitum, quem portabat. Num. 16. Loquere filijs Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias per quatuor angulos palliorum. Hunc habitum Chriſtus habebat. Secunda ratio, quia Nazaræus, in cuius capite nouaculum non aſcendit; quia Nazaræi non poterant eſſe de alio populo, niſi Iudaico, vnde agnouit. Tertia ratio ad Circumciſionem; nullus alius populus erat circumciſus.* Hæc Gabriel. Non dicit ergo Barleta, vt peruersè imponit ei à Valle Clauſa: Samaritanam cognouiſſe Chriſtum eſſe Iudæum, videndo eum eſſe circumciſum. Hoc modo blaſphemia eſſet. Reſecatis verbis Petri impudoratis, dico ex allata ſincerè Barletæ ſententia apertè conſtare iuxtà mentem huius modeſtiſſimi concionatoris, Samaritanam agnouiſſe Chriſtum eſſe Iudæum, ſuffragante quantum ad duo indicia, ſcilicet veſtis fimbriatæ, & capillitij, oculorum miniſterio, ex his duobus, quæ innituntur teſtificatione oculorum, illatione mentis, non beneficio oculorum,collegit eſſe Iudæum. Vidit igitur oculis veſtem fimbriatam, aſpexit ſine tonſura capillos, & ex his intulit eſſe circumciſum. Itaque non oculo, ſed illatione mentis.

Etſi poſsem innumera huius mentalis illationis exempla ex Diuina Scriptura adducere, ne tamen in re tam aperta Lectorem fruſtrà fatigem, apertiſſimum vnum adduco *ex 1. Reg. 17. num. 26.* Dauid pugnaturus cum Goliath, vt vidit gigantem è caſtris Philiſtæorum egreſsum minaci vultu, ac audaci voce vltimam perniciem intentantem exercitui Iſraelitico, qui ex aduerſo, & coram ſtabat paratus ad pugnam; dixit confiſus in Domino, ad viros, qui ſtabant ſecum: *Quis enim eſt hic Philiſtæus incircumciſus, qui exprobauit acies Dei viuentis?* Quod & bis repetiuit. At in quo nouit Dauid Goliathem eſse incircumciſum? An aſpectu oculi? Nequaquam: Erat enim Gigas tectus vndequaque veſte. & armis, vt etiam Scriptura notat, *Loricà ſquammata induebatur 1. Reg. 17.* Ne qua nuditas probroſa poſset eminere, & videri. In quo ergo, & ex quo agnouit eſse incircumciſum? Ex conſequenti; & per conſequentiam; non oculo, ſed mente. Ex eo enim quod

vidit

vidit eum è caſtris Philiſtinorum prodeuntem, vt manum conferret cum Iudæis, veſte, & armis Philiſtinorum indutum, intulit apud ſe, quod foris protulit. Optimum enthimema. Eſt Philiſtinus: ergo eſt incircumciſus. Stabat conſequentia: Non enim circumcidebantur Philiſtini. Pari argumento Samaritana, quæ oculo dignoſcebat, ex habitu, & capillis intonſis Chriſti, ipſum eſſe Iudæum iudicauit, & mente intulit eſſe circumciſum. quia ſoli Iudęi circumcidebantur. Quam ob rem tantùm dixit Barleta, *Tertia ratio ad circumciſionem*; vt oſtenderet opus iſtud fuiſſe rationis, non viſus corporei. Dum per viam incedimus, mulierem agnoſcimus obuiam. Sed ex veſtibus, crinibus, &c. Peſſimè igitur à Valle Clauſa falſauit calumniaturus Barlettæ ſententiam exſcribendo: Reſpondet Samaritanam cognouiſſe Chriſtum eſſe Iudæum, videndo eum eſſe circumciſum. Vbi fraudulento ſilentio præteriuit duas priores illius rationes, vt ex tertia ſolitariè cōſiderata, facilliùs præſtrueret viam calumniæ. Cum enim ex præcedentibus eſſet deducta conſequutio, nullo impellente, ruit ipſa proprio pondere, ſubtractis ſibi, quibus ſtabat fundamentis. Dupliciter itaque falſauit verba Barlettæ; primò eradens quæ ille dixit: ſecundò proferens, quæ non protulit. Dixit Barletta tantùm: Tertia ratio ad circumciſionem. Petrus tacet *Tertia ratio*, & addit de ſuo: videndo eum eſſe circumciſum.

Prætereà cognouit ad circumciſionem, quæ erat populi Iudaici, quaſi character; ſicut ille, qui Chriſtianorum animis ſignaculū Baptiſmi imprimitur: Et licet vterque diuerſis cauſis ſit occultus, circumciſionis pro honeſtate baptiſmi, ratione ſubiecti, ſcilicet animæ, cui ineſt, ſpiritualis, inaſpectabilis, tamen vterque aliquo ſigno fit manifeſtus, apud Iudæos, & Chriſtianos, ſicut Turcarum circumciſio cydare alba. Hæc eſt genuina mens Barlettæ. At à Valle Clauſa vt criminetur Barlettam, profert, quæ pudor præcipit nobis tacere. Ita ferè omnes noſtri.

Tandem ſic obijcit contrà eundem: *Cum tractat, quarè Spiritus Sanctus Christo iam per decem dies in cælum ſubuecto, diſtulit deſcendere, & exoluere promiſſum Christi? cauſam enim refert F. Barlette Cyriacus, in diſſenſionem ortam inter Patrem, & Spiritum Sanctum, eò quod iſte procraſtinaret, & differret deſcenſum, veritus tractari, ſicut Christū conſpicabatur tractatum; tametſi tandem (vt ait F. Barlette) Spiritus Sanctus ſtatuit deſcendere alia forma, quàm humana, ne malè haberetur, ſicut Christo ſub humana forma contigerat. Itaque aſſumpſit formam ſpiritūs vehementis, & ignis, vt indemnis, ac tutus veniret.*

Hæc effutit Petrus à Valle Clauſa in Gabrielem Barlettam, tanti nominis Concionatorem, tantoque cum fructu verbum Dei diſſeminantem, vt adhuc vigeat ad perpetuum tanti viri decus, commune in Italia proloquium: *Neſcit prædicare, qui neſcit Barlettare.*

Mirabili arte à Barletta in illa Myſtica Concertatione inter Patrem, & Spiritum Sanctum, notari tantùm, & configi induratam, & beneficijs inſoleſcentem hominum prauitatem, qui interfecto Dei Filio, nondùm plenè exſaturatis in Deūm odijs, Spiritum eius eſſent inſecuturi, ſi inpaſſibili forma, ſicut Filius, appareret in terris. Quid ibi ridiculi? Quid ibi ſannis proſequendum? Quid enim non erat paſſurus Dei Spiritus à Iudæis, occiſo Filio, ſi in forma paſſibili adueniſſet? Huc vſque de Gabriele Barletta, quem ille in eius Præfatione ſcribens ad Thomam de Vio S.R.E. meritiſſimum Cardinalem, virum diuino ingenio appellauit.

THOMAS TOLETANVS. Scripſit etiam:

Super Sermones Geminiani Indicem.

Alium Indicem in Librum de Ludo Scachorum cuiuſdam Patris Ordinis noſtri:

Præter Indicem ſuper Nicolaum de Lyra ſcripſit alium ſuper Tractatum eiuſdem de Differentia Bibliorum Latinorum.

Alium, qui incipit: Vidi Scalam.

Tractatus Innocentij Papæ eſt in Septem Pſalmos Pænitentiales. Quare de-

re de-

re-dele: *Scripſit ſuper ſeptem Pſalmos, & appone, correxit, & typis dedit tractatum Innocentij Papæ ſuper ſeptem Pſalmos*. Edidit alium:

Indicem ad Summam Alberti Brixienſis de Officio Sacerdotis.

Alium ad Librum prænotatum, Exempla Sacræ Scripturæ ad omnem materiam prædicabilem.

Hæc omnia ipſe refert ſe ſcripſiſſe in Tractatu, quem Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ord. pag.* 251. refert ſe vidiſſe Toleti in Bibliotheca Conuentus S. Petri Martyris coniunctum cum Summa Alberti Brixienſis.

Hæc eadem Antonius Poſſeuinus exſcripſit *tomo* 3. *Apparatus ſacri folio* 314. *circa med.* è Luſitano nuper laudato.

CONRADVS ASTENSIS. Adde, Conradus Mondonus Aſtenſis, de cuius Operibus lege Fernandez, & Franciſcum Auguſtinum *in Chronico Eccleſiaſticò Pedemontano folio* 334.

THADAEVS VRBEVETANVS. Commentarium hoc extabat M. S. in Cænobio D. Dominici Venetijs. Ita Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 232. & Antonius Poſſeuinus *Tomo* 3. *Apparatus ſacri fol.* 269.

Anno 1472.

PETRVS NIGER Germanus. Edidit quoque Librum ad Epiſcopũ Ratiſponenſem contra Iudæos:

De Conditionibus veri Meſſiæ.

Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tomo* 3.

Anno 1474.

BEATVS ALANVS de RVPE. Poſt ſeptennem cum grauiſſimis tentationum conflictationibus, cum Dæmonum ſpectris, & verberibus luctam, Regina cœli, Deipara eum ſacratiſſimis ſuis vberibus aliquando admouit. Virginei lactis fontes pleno ore, affatimque ebibit ſuauiter. *Cum enim* (ita rem narrat Coquerius *de Viſcer. Matern. cap.* 5.) *ab hoſte nulla ei quies toto illo tempore eſſet, ſemper tamen illi in corde eſſet, ſemper in ore Maria Deipara, vnica in quibuſuis animorum procellis Cynoſura: illa eiuſce certaminis, nec tamen abſque ſecreta ope, diu ſpectatrix, affulſit tandem, & quietis portum non ſolum ſereniore ſui fauoris radio Alano oſtendit; ſed & manu in illum induxit. Viſa illi conſpicuè eſt amantiſſima mater, ac primùm quidem poſt tot, tantoſque illius gemitus, ſæpiuſque profuſas vbertim lacrymas, ſua vbera cæleſti lacte grauida ei ſugenda præbuit Tum poſt duriſſimum conflictum, continuumque toto ſeptennio agonem, victori geminas coronas dedit, Roſarij vnã, annuli ex ſuis crinibus propria manu contexti alteram: quibus ſanè, quæ Orbis colit Regum diademata, longè ſunt inferiora.* Hactenus Coquetus. Lege Plodium, & alios.

Plures Ordinis Noſtri Patrona, & Mater, Deipara clementiſſima dignata eſt hoc fauore.

Imprimis cum Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus aduerſus Albigenſium hæreſim acerrimè depugnaret, aliquando in proximam Toloſatibus ſyluam ſe recepit, ibique Auguſtiſſimæ cœlorum Reginæ (cui ſingulare eſt maledicti ſerpentis caput proterere, omnemque hæreſim interimere, atque extinguere) opem, præſidiumque ardentibus ſuſpirijs, multo lacrymarum imbre, triduana inedia, diriſque corporis caſtigationibus, carne ſentibus propèmodum lacerata, varièque excarnificata, impenſiùs eſt deprecatus. Adfuit tandem conſpicabilis benigna Mater, iacentem ſemianimemque erexit, atque in virgineos acceptum amplexus ſuo oſculo diſſuauiauit, caſtiſſimis vberibus appreſſit, largoque materni ſui lactis hauſtu refecit. Quod ex ipſiuſmet Virginis reuelatione refert Beatus Alanus *p.* 2. *cap.* 3.

Henricum Suſonem clariſſimum noſtri Ordinis, Germaniæque lumen pari munere à Beatiſſima Matre Deipara donatum olim fuiſſet ſcribit Laurentius Surius, *eius Vita cap.* 20.

Inter præclara cœli munera, quibus lectiſſima Virgo Catharina Senenſis, eximia omnium virtutum gloria toto Orbe celeberrima enituit, paſta eſt ab Angelorum Regina proprio lacte. Ita Ioannes Gauaſton *Opere de Sanctis*

ctis Tertiarÿs Ord. Prædic. lib. 2. cap. 3. in fine. Quidam eum vocant Albanum; nonnulli Alarium. Trithemius inquit obiiſſe in peruigilio Aſſumptionis B. Virginis. Antonius Poſſeuinus *Tomo 1. Apparatus Sacri* ponit defunctum in Cœnobio ſuo Zuollenſi anno 1464. Luſitanus *in Bibliotheca folio 2.* ait clarui ſſe anno 1472. Nos verò diximus obiiſſe hoc anno 1474. Sixto IV. Pontifice Maximo, & Federico III. Imperatore.

Anno 1476.

MICHAEL FRANCISCI Inſulenſis. Marraccius 2. *parte fol.* 142. recenſet Michaelem de Inſulis Belgam: deinde folio 145. ponit alterum Michaelem de Inſulis Germanum. Idem facit Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis folio* 176. vbi primò ponit Michaelem de Inſula Picardum, cui attribuit.

Poſtillam ſuper Cantica Canticorum.

Item Poſtillam ſuper Danielem.

Et habetur in Conuentu noſtro DD. Ioannis, & Pauli. Venetijs, & ſtatim reponit alterum Michaelem de Inſulis, quem ait ſcripſiſſe:

De veritate Confraternitatis Roſarÿ Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Librum per modum Quæſtionum Quodlibetalium, qui Coloniæ fuit excuſus anno 1476.

Et multa alia.

Aſtipulantur prædictis Fernandes in Concertatione Prædicatorum, Antonius Poſſeuinus *Tomo 2. Apparatus Sacri folio* 443. *paulò poſt initium* primò ponens Michaelem de Inſula Morinum, ſeu Picardum, & illicò Michaelem de Inſulis.

At pace horum mihi videtur eſſe vnus, & idem, qui ſcripſit omnia hæc: Arridet ſententiæ meæ Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.*

Anno 1480.

GVILELMVS BETHVS Anglus. Alijs ſcribitur hoc nomen Gulielmus; quem rectiùs putant Germani nonnulli, Guilhelmus eſſe ſcribendum, Germanum ſapit: quare Germani per digamma Aeolicum pronunciant Vuilhelmus; alij verò ſcribunt Hilermus; ſiue item Guilermus. Bellicum creditur à quibuſdam eſſe nomen, quo Galeæ nomenclatura continèatur: quemadmodum apud noſtrates, Galeatius, & aliud vetus Germanicum nomen, *Brennus.* Nos propter communiorem conſuetudinem Gulielmus ſcribemus. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro Tomo primo folio* 605. At ego Guilelmus. Alij Wilelmus.

Viuebat hic Bethus iuxta Poſſeuinum, *vbi ſupra folio* 608. *anno* 1498.

FRANCISCVS NERITONENSIS. Rectè Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro Tomo primo folio* 502. *poſt medium* notat inclaruiſſe anno 1490. ſic inquit: *Franciſcus Neritonenſis, qua Ciuitas eſt in Tractu Hidruntino Apuliæ iuncto, Ordinis Prædicatorum Patauÿ Profeſſor Metaphyſices publicus, ſcripſit quidem Quæſtiones in Metaphyſicam, quæ complanant viam ad Theologiam.* Claruit anno MCDXC. Hæc Poſſeuinus.

Cum igitur inclaruerit, teſte Antonio Poſſeuino cum alijs, anno 1490. minimè licebit ambigere Præceptorem fuiſſe Thomæ de Vio Caietani S.R.E. Celeberrimi Cardinalis.

Anno 1481.

STEPHANVS PRIMVS, Caietanus. In Antonio Poſſeuino *Tomo 3. Apparatus Sacri folio* 250. apponatur, *Dominicanus.*

IACOBVS SPRENGER. His tribus libris abundè continentur concurrentia ad maleficia maleficiorum effectus, remedia aduerſus maleficia, & modus procedendi, ac puniendi maleficos. Hic liber illuſtratus fuit à P. F. Raphaele Maffæo, de quo anno 1579. & impreſſus Venetijs anno dicto 1579.

Anno 1483.

DOMINICVS IOANNIS Florentinus. Meminit huius cum laude maxima Poſſeuinus *in Apparatu Sacro*, dicens: *Edidit heroico, & quidem grandiloquo carmine Hiſtoriam Florentinam, ad multa millia verſuum,*

quam Florentino Magiſtratui inſcripſit. *Vitam quoque Beatiſſimæ Virginis Carmine heroico, cuius initium eſt*;

Inclyta diuina præconia promere matris &c.

IOANNES COMVS. Hyacinthus de Parra in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S. eum facit Nouimontanum; & ſubdit claruiſſe anno 1512. in noſtro Cœnobio Baſileenſe, feciſſeque Latina Philoſophiam S. Gregorij Niſſeni, & multa Opuſcula Chryſoſtomi; vt conſtat ex Proœmio, quod Operi Niſſeni præfixit. Verùm eum inter Italos adnumerauit Fernandes. Ceterùm ex Proœmio eius ad Summam Exemplorum conſtat fuiſſe Teutonem.

FELIX FABRI Germanus, Conuentus Vlmenſis æquè magnus Theologus, & Hiſtoricus. Scripſit:

Peregrinationis ſuæ Hieroſolymitanæ Librum.

Præterea *Hiſtoriam Sueuicam*.

Viuebat hoc anno 1483.

Vindicatus eſt à noſtraribus de probris Spondani *Tomo Peregrinat. ad annum* 1273.

Anno 1484.

HIERONYMVS FOROLIVIENSIS. Eius ſcripta in Cœnobio Noſtri Ordinis Foroliuij extant. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro Tomo* 2. *folio* 30. *circa medium*.

BAPTISTA de IVDICIBVS. Scripſit Dialogum de Religione: Ex Miræo. At puto eundem eſſe cum illo ſuper Euangelia de duobus Diſcipulis. Non rectè idem Miræus Baptiſtam collocat *inter Scriptores Sæculi* 16. *cap.* 105.

Anno 1485.

MICHAEL à FVRNO. Primus. Collationes de Sanctis habentur M.S. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Eucherium Bonettum Ord. Prædicatorum. Ex Poſſeuino *Tomo* 3. *Appar. Sacri in Append. Bibliothecarum fol.* 141.

THOMAS MATTHAEI de SARDIS Florentinus. Perperàm Antonius Poſſeuinus *Tomo* 3. *Apparatus Sacri folio* 309. *circa medium* hunc Seruitam fuiſſe credit: At conuincitur verbis ſuis: ſubdit enim: carmine ſcripſit ſub nomine Animæ Peregrinæ ad Magiſtratus, & Conſiliarios Reipublicæ Florentinæ, opus in tres libros diſtinctum. Extat Archetypus in Biblioth. S. Mariæ Nouellæ Florentiæ, vbi & ipſe obijt anno 1517. die 27. Octobris, & in Aede illa humatus. Conuentus S. M. Nouellæ eſt Ord. Præd.

Anno 1486.

NICOLAVS à BRIACHO. Antonio Poſſeuino *Tom.* 2. *Apparatus Sacri folio* 480. à Briatho.

BARTHOLOMAEVS SIBILLA. Impreſſum eſt Venetijs, anno 1575. ibidem 1582. apud Ioannem Berrranum, varijs cum additionibus Raphaelis Maffæi Veneti Ordinis Seruorum.

Iuxta relationem Antonij Poſſeuini *in Apparatu Sacro* viuebat anno Domini 1534. Prodijt idem opus Lugduni anno 1521. apud Iacobum Myt. Citat eum Martinus Delrius aduerſus imagines Magorum fictitias *lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *Diſquiſitionem Magicarum*, & laudat.

Duo opponit Petrus à Valle clauſa *Diatriba* 3. §. 50. noſtris, & quòd exagitauerint reuelationes S. Birgittæ, & quòd Bartholomæus Sybilla non modò S. Birgittæ, ſed etiam S. Catharinæ Senenſis reuelationes ad purè humanas cogitationes reuocarit. Iis ex ſuo Henrico Haſſo argumentis adhibitis, *Decade* 7. *Peregr. quæſt. cap.* 3. *ad* 6. quibus omnium planè Sanctarum Mulierum Reuelationes, depreciandas eſſe, apertè habeatur, Inanitatem earum ratiunculaꝛum exſufflant Corduba *lib.* 1. *quæſt.* 44. Vaſquez 3. *Parad.* 17. *cap.* 6. & Martinus Delrio *lib* 4. *Magic. Diſquiſ. cap.* 1. *quæſt.* 3. *ſect.* 4. *Ego non barc* (ſubiungit) *contentus intendiſſe digitum in hanc Cyriacorum de Sanctis mulieribus oblocutionem*.

Ad primam vt reſpondeam, referam oportet Ioanni à Turrecrematæ, qui fuit S. R. E Cardinalis à Concilio Baſilienſi adhuc Oecumenico,

co, commiſſum fuiſſe Reuelationum S. Birgittæ examen. Librauit eas doctiſſimus, ac ſapientiſſimus tunc Concilij Theologus, poſt Cardinalis, & approbauit. Plurimi (vt ipſemet Turrecremata refert) in eaſdem conclamarunt, ipſeque Cardinalis Baronius anno 604. num. 60. ſic inueniatur de ijſdem effatus, eo quod dicta Diua *lib.4. cap. 15.* aſſerat precibus D. Gregorij Papæ animam Traiani Imperatoris infidelis ab inferis liberatam, & in ſublimem ſtatum ſublatam. *Veneror quidem (vt par eſt) Sanctas ipſas (Birgittam, & Matildem) ac colo: ſed de Reuelationibus ipſis factis, vel potius ipſis adſcriptis, ea dumtaxat recipio, quæ Eccleſia recipit, quam ſcimus non potuiſſe iſta probare, quæ ſunt adeò inter ſe pugnantia.*

Tradidit altiſſimam regulam magnus ille Theologus, atque Sanctus Archiepiſcopus Florentinus 1. *parte Summæ tit. 8. cap. 2.* ſic inquiens: *ſi dicis aliquos Sanctos habuiſſe reuelationem de huiuſmodi, vt Sancta Birgitta, ſciendum quòd aliæ Sanctæ, quæ claruerunt miraculis, vt B. Catharina de Senis, habuerunt reuelationem de contrario. Et cum etiam veri Prophetæ aliquando putent ſe ex reuelatione Spiritus Sancti aliqua habere, quæ ex ſe dicunt, non eſt inconueniens dicere, quod tales reuelationes non fuerunt à Deo, ſed ſomnia humana. Exemplum in Nathan Propheta loquente ad Dauid 2. Reg. qui credebat ſibi Spiritu Prophetiæ reſpondiſſe Dauid, & tamen non ſic erat, vt poſtea patuit.* Ita Diuus Antoninus.

Larrea 2. *parte ſuarum deciſionum* obſeruat apud Sanctam Birgittam, & Maltidem quædam nondum dubia, ſed etiam falſa, Samſonis ſalutem incertam, quam Apoſtolus ad Hebræos 11. compertam teſtatur, & Traiani animam precibus Sancti Gregorij pœnis æternis exemptam, quod vix vlli Catholicorum credunt probabile, & quaſi fabulam refutant Cano, & Soto.

Si citauetis Damaſceni auctoritatem, & Angelici Præceptoris; dico à S. Doctore rem non probari, ſed in gratiam Damaſceni, cui erat addictiſſimus, ſe abſtinuiſſe ab aperta cenſura illius aſſerti; eoque gratis conceſſo, docuiſſe, qua ratione, ſalua pœnarum Inferni æternitate, explicari poſſit.

D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 171. *art.* 5. regulam tradit, ad quam exigenda ſit interpretatio eorum, quæ circumferuntur reuelationibus Sanctorum tradita. Bifariam enim diuina ait excipi: Primò allocutione Dei expreſſa, qua dignatus eſt Prophetas; eoſque docuit fide diuina credenda; & huiuſmodi ſunt Prophetiæ Iſaiæ, Ieremiæ &c. Vel occulto quodam ſenſu, & inſtinctu vix ipſis, qui diuina patiuntur, comperto. Et huius poſtremi Ordinis reuelationes magis incertæ ſunt, nec illis adhærendum, niſi quatenus alijs fide certis conueniunt, & confirmantur. Atque hoc ſecundo loco reponimus Diuæ Catharinæ, Birgittæ, & huiuſmodi reuelationes, quæ interdum ex præiudicatis opinionibus proficiſcuntur. Quare liberum cuique eſt illis aſſentiri.

Franciſcano cuidam, nomine Laurerio, hærenti, & anxio de quibuſdam difficultatibus Theologicis, aſpectabilem ſe præbuit Diuus Franciſcus, & monuit, vt Sanctum Thomam conſuleret, & ſequeretur. Ita Baſilius Auguſtinianus *in Apologia Academiæ Salmaticenſis* refert ex Ioanne à Ieſu Maria Carmelita excalceato libro de arte vitæ ſpiritualis. Hoc nihil habet alienum à vero; nec mirum à Sancto commendatum Sanctum Doctorem fuiſſe filijs ſuis, quem Chriſtus, & Summi Pontifices ſummopere laudauerunt. Et nihilominus Alua, & alij ex Vvadhingo in hanc reuelationem acriter inuexerunt.

Reclamauit Bartholomæus Sybilla cum Baronio *Anno allegato 604. num. 62. Abeant igitur: nam commenta. Sileant prorſus inanes fabulæ, ſepeliantúrque æterno ſilentio.* Sed viri pijſſimi loquuntur de reuelationibus improbatis, vel non approbatis ab Eccleſia; & non de illo primo, vel ſecundo reuelationum genere. Eccleſia lapis eſt lydius, ad quem quæcumque huiuſmodi non fuerint exagitata, primo flatu deſpuantur. Sunt mulieres vt

plurimum, corde deuotæ, ſed natura debiles: Verùm putant, quodcumque illis pium videtur. Et vt imaginatione multùm pollent, non ita iudicio: quamobrem illuſionibus, & deceptui eas peruias probat experientia. Nulla vmquam extitit hæreſis, quæ mulierem non habuerit matrem, aut adminiſtram. A prima muliere inſufflata à ſerpente proceſſit verbum exſtructorium noſtræ mortis.

Pro tyrunculis ergo diſtingue triplex genus Reuelationis. Primi generis eſt reuelatio Prophetis, ſemper, & vndique vera; cuiuſmodi diximus cum Diuo Thoma 2. 2. *loco nuper laudato* eſſe in Prophetis, in Debora, & Anna Propheti ſſa, de quibus dictum eſt: *Filij, & filiæ meæ prophetabunt.* Secundi generis eſt reuelatio pia, & nulla ſuperſtitionis labe reſperſa; ſed non infallibilis; vt in Birgitta, Matilde, Catharina Senenſi, SS. Clara, Tereſia, Monacha. Tertia denique eſt reuelatio falſa, & ſpuria, ex omni parte reprobanda, qualis in Priſca, Maximilla, & Philumene, quæ fabellis ſuis magnum illum Tertullianum erroribus inuoluit Montani. Et de his loquutus eſt Sybillanus.

IOANNES E TVRRE Venetus cōmendatur à morum vrbanitate, a litteris, à rectitudine vitæ. Cumque animi tot dotibus in ſua præfulgeret Prouincia, nihil eo erat humilius. Scripſit:

In octo libres Phyſicorum.

Ita Sanſouinus *lib. 3. Venetiarum circa annum* 1486. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.*

Anno 1488.

PETRVS KYRSLACKEN, ob indolis excellentiam in Ordinem à noſtris fuit adſcitus. In Religione doctior, & magis pius euaſit. Deuotione, & ardore, quibus ferebatur in Dominum Cruci affixum, affectuoſiſſimè ſcripſit:

De Domini Paſſione.

Viuebat hoc anno 1488. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tomo 3. fol. 58. poſt med.*

Anno 1489.

FRANCISCVS COLVMNA Venetus. De eo ſic Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tomo 1: folio 494. Scripſiſſe quidem materno ſermone volumen eruditum, litterarium, & varium dicitur*. Conſule Leandrum *l. 4.*

Anno 1490.

GVILIELMVS HAMERVS Noneſij ad Rhenum in Diœceſi Colonienſi natus eſt. Vixit in Cœnobio noſtro Cramandenſi, quod ſitum eſt in Sueuia. Eius Commentaria in Geneſim excuſa fuerunt Dilingæ apud Sebaldum Mayer anno 1564. Ab Antonio Poſſeuino *in prima Appendice ad Tomum 1. Apparatus Sacri* Humerius dicitur. Etſi Commentaria eius in Geneſim prodierint dicto anno, nihilominus ipſe attinet ad hunc annum. De quo Miræus *de Scriptoribus Sæculi 16. cap. 82. non rectè.*

MARCVS PETRI SVCCHIELLVS. Hæc duo volumina aſſeruantur M.S. Florentiæ in Bibliotheca S. Marci. Alterum incipit: *Ductus eſt Ieſus in deſertum*. Alterum: *Paradiſus terreſtris*.

Viuebat hoc anno 1490.

Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 386. circa medium.*

PHILIPPVS BROMIERDVS, clarus Theologus, & orator ſcripſit.

Sermones per annum.

De Prædicabilibus item.

Viuebat anno labente 1490. Ita Antonius Poſſeuinus *in tom. 3. Apparatus Sacri fol. 77. ſub initium.*

Thomas de Torquemada, latinè de Turrecremata, patria Abulenſis, ex domo Salmantina, titulo Præſentatus, Lector caſuum conſcientiæ in Conuentu S. Thomæ Matritenſi, tandem in Hiſpania Hæreticæ prauitatis Inquiſitor Generalis, & Catholicorum Regum confeſſarius, vir fuit multæ eruditionis, & apud catholicos Reges tantæ authoritatis, vt (Hiſtorijs atteſtantibus) cauſa fuerit præcipua expulſionis Iudæorum à Regnis Hiſpaniæ.

Directorium quoddam pro Inquiſitoribus, qui Sancti Officij munus exeque-

querentur vtiliſsimum. Luſitanus *in Bibl.* & Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 312. & 313.*

Emanuel quoque Rex Luſitanus in gratiam Regum catholicorum Hiſpaniæ Ferdinandi Aragonenſis,& Iſabellæ, necnon ob exhortationes, & ſuaſum P. Fratris Georgij Bagati ſui confeſſarij nouum promulgauit edictum in Mauros, & Iudæos,vt è ſuo abſcederent Regno. Spondanus *anno 1496. num.* 4. Lefeburè, Fernandes, & alij.

Cum doctiſsimus, atque pauperrimus eſſet, Magiſterium in Sacra Theologia, & Archiepiſcopatum Hiſpalenſem pectore recuſauit infracto.

Supra ſex millia hæreticorum cremauit igne. Circa centum millia per ſalutares pœnitentias reconciliauit Eccleſiæ Orthodoxæ.

Iam longæuus compoſuit lingua Hiſpana.

Camino de la vida eterna repartido en dos jornadas. Salmanticæ apud Didacum à Cuſſio 1650. in folio.

Obijt anno 1498. Abulæ 18. Kalendas Octobris.

Poſt longum tempus, aperto eius ſepulchro, odor quidam admirabilis emanauit.

Eius meminerunt Luſitanus *in Bibl. Ord. fol. 251. & 232.* Antonius Poſſeuinus *vbi ſupra*, Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 2. fol. 254. colum. 2.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. m. s.* Spondanus *loco citato*. Lefeburè, Fernandes *inter Scriptores Ordinis*.

Anno 1491.

SIMON de BERTIS Florentinus. Diuerſorium incipit: *Hic liber eſt ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei*. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri fol. 221.*

Anno 1492.

PETRVS RANZANVS, Siculus Panormitanus. Ipſe etiam Ioannes Sambucus aſſerit orationes ipſius Ranzani haud editas aſſeruari apud ſe in ſua Bibliotheca. Ita Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 3. fol. 64. ſub finem*.

Anno 1494.

AQVINAS SVEVVS. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 1.* hæc habet: Aquinas, Ord. Præd. quoniam præter quædam Mathematica neſcitur, an quidquam de rebus ſacris ſcripſerit, hic vix habere poteſt locum. At pace Poſſeuini præter librum de Proprietate numerorum, & alia mathematica, ſcripſit Sermones de Tempore, ac de Sanctis, variaſque Epiſtolas, &c.

IOANNES PICVS, Mirandulæ, & Concordiæ Princeps, ob corporis,& animi venuſtatem Phænix appellatus obijt Florentiæ,& Bibliothecam ſuam Ordini noſtro legauit. Ita Molanus in *m. s. Bibliotheca Sacra*, & Miræus *in Auctario cap. 491.* Vir ingenio, & doctrina (pro ætate) maximus: Vixit enim annos ſolum triginta tres. Quid, ſi hoc ingenium alijs triginta annis excoli potuiſſet? Omninò enim nihil ei defuit, niſi maturitas. Sic Bellarminus in Catalogo, & Miræus, vbi ſupra.

Varia ſcripſit, quæ edita fuerunt Argentorati, & Baſileæ in folio annis 1573. & 1601. in officina Henricpetriana, hoc ordine:

Heptaplus, id eſt, de Dei Creatoris ſex dierum opere libri ſeptem, ad caput primum Geneſeos.

Concluſiones nongenta, Romæ publicè ad diſputandum propoſitæ, cum annos dumtaxat 24. natus eſſet, præcipuos Theologiæ locos, & pleraque, in quibus Philoſophorũ omnis labor, & ſtudium cernitur, continentes.

Apologia aduerſus eos, qui aliquot eius propoſitiones Theologicas carpebant.

De ente & vno opus, in quo plurimi loci in Moyſe, Platone, & Ariſtotele explicantur.

De Hominis dignitate.

Regulæ XII. ſiue præcepta ad Chriſtianæ vitæ inſtitutionem, & ſpiritualis pugnæ arma XII. quibus adiutus homo poſſit vincere mundum,& tentationes.

Commentarius in Pſalmum XV. Conſerua me Domine, &c.

De Chriſti regno, & vanitate huius mundi.

In

In Ordinationem Dominicalem Expoſitio.

Epiſtolarum aurearum & familiarium liber vnus, in quibus eminent, quæ primò loco ponuntur ad Franciſcum nepotem ſcriptæ.

In Apologiam diſputationum libri XII.

In Platonis Conuiuium libri tres.

Elegia ad Florentiam, in laudem Hieronymi Beniuenij, &c.

Ioannes Franciſcus ex Fratre Galeotto nepos in eius vita refert Patruū ante obitum togam induiſſe Dominicanam. Quare à noſtro Hyacintho de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis m. s.* refertur in Scriptores noſtræ Religionis.

Anno 1495.

GASPAR FAGOL, Ilerdenſis, doctrina, pietate, ac eruditione conſpicuus, vt audaciam Iudæorū, ac Mahumetanorum compeſceret, Librum euulgauit,

Contra Iudaeos, & ſectam Mahumetanam.

Præterea *Librum alterum de Articulis Catholicæ Fidei, & Sacramentis Eccleſiæ.*

Diagus, Plodius, & alij.

Anno 1496.

HENRICVS INSTITORIS Germanus. Malleus Maleficarum prodijt Norimbergæ 1496.

Edidit etiam *Librum aduerſus quoſdam dicentes Euchariſtiam adorandam eſſe ſub conditione.*

Alterum *Tractatum aduerſus dicentes ad quamlibet mutationem ſpecierum ſacramentalium ceſſare nouitatem Sacramenti.*

Viuebat hoc anno 1496.

Huius præter allegatos meminerunt Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibl. Ordinis pag.* 106. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol.* 18.

De Sauonarola videantur Petrus Malpæus Belga in Palma Fidei Ordinis Prædicatorum, & alij. Donec corrigātur ſunt etiā prohibiti hi ſermones.

Sermo XII. in illud Exodi: Reſpondens Moyſes, ait &c.

Concio Tertia in Octaua Epiphaniæ incipiens: *Ecce gladius Domini &c.*

Liber inſcriptus *Dialogo della Verità.*

Exhortatio habita ad Populum incipiens: Hauendoſi à fare.

Item in concionibus per totum annum Concio ſeptima ſuper Ruth, cuius initium eſt. Il lùmine naturale della ragione &c.

APPENDIX
AD CENTVRIAM QVARTAM.

Anno 1500.

ALBERTVS CASTELLANVS Venetus, Scripſit etiam. *De Virtutibus Moralibus.*

Ita Franciſcus Ians. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *folio* 30. *circa medium*, qui ponit floruiſſe anno 1501.

BENEDICVS PAVLI. Liber Carminum de ſua Conuerſione ad Deum, eſt Italicus,

Item Italicus eſt de laudibus Hieronymi Sauonarolæ, cui nomen fecit *Cedrus Libani*, & incipit:

Vdite, ò cieli il mio parlare &c.

Libri tres prænotati Fons vitæ incipiunt; *Fons vitæ apud ſe Domine.*

Chronicon incipit: *Sicut ex diuerſis Chronicis.*

Plura etiam cecinit Carmina *de Virtutibus. De Donis.*

De Beatitudinibus. Quæ collecta in vnum inſcripſit *Faſciculus myrrhæ.*

Horum omnium Opuſculorum Archetypus *in Bibliotheca Gaddiana Florentiæ aſſeruatur.* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 1. *fol.* 220. *in medio.*

AMBROSIVS TAEGIVS Mediolanenſis. Accuratè etiam ſcripſit Vitam Beatæ Columbæ puriſſimis moribus Virginis noſtri Ordinis Monialis, quæ miraculorum gloria Peruſij floruit. De qua Conſule Martyrologium Antiquũ Dominicanum, Lopez 4. *part. hiſtoria pag.* 86. Gauaſton *cap.* 59. *pag.* 282. Plodium, Razium, Coquetium *de Viſcer. matern.* pluribus in locis, & Elogia noſtra in Religione Liliata.

MAGDALIVS IACOBI. Linea 12. Adamum Bopardum, alijs Bagardum.

Anno 1501.

NICOLAVS GERMANVS. Hunc Teutonicum vixiſſe (dicit Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 496.) coniunctiſſimè cum Nicolao Arcilech etiam Teutonico, Patria Friburgenſi anno 1355. Cui lubentiſſimè aſſentior; maximè cum Antonius Senenſis Luſitanus tempus, quo vixerit, non recenſeat.

Anno 1502.

N. N. GERMANVS, fortaſſe Colonienſis hoc an. contraxit ex Summa Magna, & diffuſa Sancti Raymundi de Pennaforti Breuem ſũmulam, quæ incipit hoc verſu hexametro.

Summula de Summa Raymundi prodijt iſta.

Et Coloniæ curauit excudi eodem an. 1502. Ita Philippus Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verbo Raymundus.*

Ioannes Nannius, ſiue Annius. Hunc fuiſſe deceptum affirmant Volateranus *lib.* 14. *Antropol. Canus* 11. *de locis Theol. cap.* 6. Poſſeuinus *Bibliotheca Selecta lib.* 16. *ſect.* 4. *cap.* 1. Antonius Auguſtinus *dialogo vndecimo Antiq.* Pineda *l.* 7. *de Salom. cap.* 15. *num.* 4. Miræus *de Scriptoribus Sæculi* 16. *cap.* 90. Ioannes Goropius Becanus *in Originibus Antuerpianis*, Benedictus Pererius *ad Danielem*, Ioannes Mariana *lib.* 1. *cap.* 7. *Annalium Hiſpaniæ*, Ludouicus Viues, & luculentiſſimè *in Orbis Hiſtoria M.S.* Fr. Dominicus Marzucchi Vigilienſis Apulus S. Theol. Magiſter, & Prouinciæ noſtræ S. Thomæ Ordinis Prædicatorum bis Exprouincialis digniſſimus. Item Gaſpar Varreſius Luſitanus, cuius cenſuram Luſitanicam Andreas Schottus Latina ciuitate donauit, & Bibliothecæ Hiſpanienſi Francofurti 1608. editæ inſeruit. Latinam verò Cenſuram, quæ diuerſa eſt à Luſitanica, ipſemet Varrerius primùm Romæ publicauit, eamque ſuis typis Cimmeliani in Germania expreſſerunt

Ce-

Ceterum nullus, quod ſciam, ante Petrum à Valle Clauſa religioſiſſimum Virum falſarij nomine ſuſpectum habuit:

Sixtus Senenſis acerrimi indicij cẽſor Annium vocat Theologum eximiũ, hiſtoriarum omnium, quotquot ſint, vel fuerint, exactiſſima congnitione celeberrimum, antiquarium præſtantiſsimum, & vetuſtiſsimum omnium rerum indagatorem, & inuentorem, admirabilem, cuius in Beroſum Babylonium, Metaſthenem Perſam, Mathenonem Aegyptium, alioſque multos antiquiſsimæ vetuſtatis hiſtoricos, accurata commendant Commentaria, & in plures Scripturæ libros, vnde agnoſcas Annium perfectam ſcientiarum Encyclopædiam habuiſſe. Hæc è Sixto Senenſi.

Fateor Annium virum eruditiſsimũ Poſteriores ſe decepiſſe, nam Ioannes Driedo, Nauclerus, Valerius, Anſelmus, Ioannes Lucidus, Michael Medina, Sixtus Senenſis, & alij ignorantes Annium fuiſſe deceptum, & ipſi decepti ſunt. Suppoſititijs enim Auctoribus pleroſque decepit Originum Italicæ, Galliæ, & Hiſpaniæ Scriptores, vt (præter iam recenſitos) Ioannem Tarapham, Florianum Ocampiũ, Antonium Benterum, Antonium Nebriſſenſem, Hieronymum Romanum, Auguſtinum Eugubinum, & alios.

Verùm ipſe Annius deceptus ab Anterioribus fuit. *Nec mirum* (dicunt docti) *quod Beroſum Metaſthenem, ac Philonem Biblicum commentitios emiſerit, putans veras, Malæ fidei laruatos Authores, bona fide, ſed inaccurato examine, prælo commiſit, noua Editione cudendos; vnde non falſationis, ſed incuriæ arguendus. Quanta autem immineat difficultas, tutum ſe præſtandi à ſimili prolapſione, probant exempla eorum, quos adduximus eſſe deceptos.* Quam ſit difficile Scriptores legitimos à ſpurijs ſecernere, comprobat decretum Gelaſij Papæ, qui ſui Pontificatus anno tertio, Domini verò 494. Romanum Concilium ſeptuaginta Epiſcoporum Romæ coegit ad fidem illibatè cuſtodiendam, vbi & libros Canonicos, & legitimos diſcreuit ab apocryphis. Lucubrationes enim ferè innumeras, partim ſuppoſititias, partim apocryphas multi ex antiquis Patribus pro genuinis, habuerant.

Anno 1503.

IOANNES CAROLVS, ſeu CAROLI Florentinus. Scripſit (vt dixi ibi) vitas &c. Beati Ionnis Salernitani, qui fuit ſocius S. P.N. Dominici, Beati Aldobrandini Caualcantis, Epiſcopi Vrbeuetani anno 1272. creati, qui cum eſſet Vicarius Papæ anno 1272. Moniales Monaſterij in Campo Martio conceſſerunt Ordini noſtro Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam, & ipſe Aldobrandinus conceſsionem auctoritate Apoſtolica confirmauit. Obijt anno 1279. Pridie Kalendas *Sept.* Simonis Saltarelli, Archiepiſcopi Piſani de quo anno 1342. col. 1. & ſequent. Anno 1332. prædicat bellum contra Hoſtes Eccleſiæ anno 1335. Ludouicus Bauarus eum perſequitur. Vghellus. Angeli Acciaioli Archiepiſcopi Florentini, qui an. 1238. Epiſcopus Aquilanus creatur. Anno 1342. Florentinus anno 1348. Orator Reg. Neapolitani. Anno 1355. Abbas, & Epiſcopus Caſsinenſis.

Volumen Orationum, ſeu Concionum incipit: *Propoſueram quædam.*

Tractatus ſuper Pſalmos pænitentiales ad Bernardum Godium.

Tractatus de ſenectute incipit: *Marcum Tullium Ciceronem.*

Videſis Antonium Poſſeuinum *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 130. in calce, qui dicit obijſſe anno 1505. & puto in Fontana irrepſiſſe mendum ex incuria Impreſſoris, qui poſuit 1550. pro 1505.

Ex Relatione Cœnobij Florentini S. Mariæ Nouellæ nuper mihi tranſmiſſa.

Opera ferè omnia eruditiſsima eius M. S. reperiuntur in illa Bibliotheca.

BEATVS ALDOBRANDINVS Caualcante Epiſcopus.

Ex eadem Relatione in eadem Bibliotheca reperiuntur M. S. dicti.

Sermones Beati Aldrobandini Caualcantis Epiſcopi Vrbeuetani.

Alijs de Caualcantibus.

THEOPHILVS PATAVINVS, vir

vir doctus, inſignis præcipuè pietate edidit.

Compendium omnium Operum Hieronymi Sauonarolæ Ordinis Prædicatorum. Aſſeruatur M. S. in Bibliotheca Rhegienſi in Gallia Ciſalpina apud Eucherium Bonettum Dominicanum.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus Sacri in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141.

Anno 1504.

VINCENTIVS GIACCANVS Glugienſis. Item multo labore Tabulam Bergomenſis ornauit, & accreuit. Ita teſtatur ipſe in Frontiſpicio, & in Proœmio editionis Lugdunenſis 1539.

Conſule de eo Fernandem, Hyacinthum de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M. S.* qui eum confundit cum Vincentio Giachari etiam Glugienſi, de quo anno 1537.

Anno 1506.

VINCENTIVS BANDELLVS de Caſtro Nouo. *Expoſuit etiam Conſtitutiones Sanctimonialium Noſtri Ordinis.*

Præter hæc Regulam, & Priuilegia Fratrum, & Sororum.

De Pœnitentia Ordinis S. Dominici.

Adiecit Inſtructionem Officialiū Fratrum Ordinis noſtri.

Item Formularium Electionum, & Cōfirmationum Priorum.

Modum denique celebrandi Generalia, & Prouincialia Capitula, quæ Lugduni edita ſunt apud Ludouicum Martinum anno 1515. Antonius Poſſeuinus *tom. 3. Appar. Sacri f. 349. in fine.*

ANTONIVS GENEBRADA, Barcinonenſis, Sacra Theologia, & politiori litteratura peritus, è Latino tranſtulit in Caſtellæ ſermonem El Boetio de Conſolacion, ò Vergel de Conſolacion. Hiſpali apud Ioannem Varela 1511.

Huius meminerunt Bibliotheca Hiſpana Nicolai *parte prima folio* 95. *column.* 2. circa medium, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptor. Ord. M. S.*

Eundem laborem ſubijt noſter Albertus de Aguajo, de quo anno 1530.

Anno 1511.

FOlio 230. *col.* 1. *linea* 45. *Eſſe in faciem.* Corrige. *Ecce in faciem.*

Ibidem col. 2. *linea* 31. *Nemius.* Corrige; *Nerius.*

Anno 1513.

MATTHAEVS BANDELLVS. Cum varias Orationes varijs de argumentis ſcripſiſſet, eam præcipuè laudant, quam pro gratiarum actione ad Senatum, Populumque Firmanum habuit. Extabat in eius Ciuitatis Archiuo. Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 417.

MICHAEL SARAVETIVS. Petra Santa Oppidum eſt in Etruria. Romæ in Gymnaſio Sapientiæ publicè quoque profeſſus eſt Metaphyſicen.

Quæſtio de Analogia Entis.

De Vniuerſalibus,

De Primis, & Secundis Intentionibus prodierunt Romæ anno 1515. & Peruſiæ anno 1516.

Tractatus de Inſolubilibus;

De Cauſalitate Primi Principij;

De Principio Indiuiduationis;

De Subiecto Philoſophiæ viderunt lucem Romæ 1517. Viuebat anno 1512.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 446. *circa medium.*

CYPRIANVS BENEDICTVS. Quatuor Tractatus citat Bellarminus, quos Iulio II. & Leoni X. Romanis Pontificibus dicauit an. 1512. & 1513. & Romæ fuerunt impreſſi. Simlerus in Epitome Bibliothecæ Geſneri apud Philippum Labbe *in Diſſertatione Hiſtorica de Scriptoribus Eccleſiaſticis addit Tractatum de non mutando Paſchate,* & vocat eum Cyprianū Venetum cum V. more Hiſpanico confundente V. cū B.

Anno 1514.

FELIX FABRI Vlmenſis Germanus. Hic iam poſitus erat in hoc loco, quare ſuperfluè reponitur in Appendice 1483. ob id expungendus ex altera ſedium.

GVILELMVS GALLICVS. An hic ſit alter ab illo recenſito an: 1248. *col.* 1. anceps eſt, maximè cum Poſſeuinus non exprimat quo hic claruerit an.

Ioannes Maria Cangianus, Tuſcus, Congregationis Sancti Marci Florentinæ, Sauonarolæ diſcipulus, Leoni Decimo in paucis charus fuit. Litteris, & candore floruit vitæ. Ob quæ merita ab eodem Summo Pontifice Congregationis Vallis Vmbroſæ Generalis Abbas, vt Monachos illos in priſtinum regularis obſeruantiæ nitorem reuocaret, inſtitutus eſt.

Geſta prædicti Pontificis Maximi carminibus elegantiſſimè panxit, quæ & eidem Leoni circa hunc annū 1514. qui Pontificatus ſui erat ſecundus, dicauit.

Anno 1515.

IOANNES REYNARDVS, Gallus, Conuentus Dienſis (quæ Ciuitas eſt in Delphinatu in Gallia. Emicuit litteris, & morum integritate. Deſtinauit Bibliothecæ.

Sermones Quadrageſimales.

Præterea *de Peregrinatione humani Generis librum*, qui paſſus eſt prelum Lugduni apud Simonem Vincentium anno 1515.

Ex Antonio Poſſeuino *tom.2. Apparatus Sacri fol.* 244.

Anno 1516.

IOANNES PALIZ, natione Germanus, magna eloquentia fretus, & litteris,in procuranda animarum ſalute maximè inſudauit.

Libros duos Sermonum, quos dixerat è ſuggeſtu,impreſſit. Alterum Latinum Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo: Alterum Germanicum Ioanni, & Friderico Saxonię Electoribus cōſecrauit. Hos anno 1516. Lipſiæ Martinus Lanſberg excudit. Eos autem prænotauit.

Cæli Fodinam. Cum enim aliquando demoratus eſſet in Oppido Sneberge, quod Montem niuis appellant, vbi ſunt fodinæ, inde eius Scriptionis, & Inſcriptionis accepit occaſionem.

Ita Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol.* 234. & 235.

IACOBVS MARTIANVS Italus, Vir prius, prudentia, & religione illuſtris. Scripſit:

Vitam Beatæ noſtræ Luciæ Narnienſis, Ferrariæ 1516.

De eo Ferrerius *in notis* 17. *Kalend. Decembris*, & Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Script. Ord. m. s.*

Hæc Virgo Ferrariæ à S. Patriarcha Dominico, cælis delapſo habitum noſtrum accepit. Coquetius *de Viſcer. Matern. cap.* 7. Ferrariæ eius corpus editiore loco conditum eſt, habuiſſe impreſſa Chriſti ſtigmata; tradunt ThomasBozius *de ſignis Eccleſiæ lib.*15. *ſigno* 59. Coquetius *vbi ſupra cap.* 18. Profluente ex eis ſanguine exanimis à puero Ieſu, & D. Virg. refouetur ibidem, & alia plura lege apud noſtros.

Anno 1517.

DIDACVS DE ASTVDILLO Hiſpanus. Fortè ex Oppido, quod eſt Diæceſis Palentinæ. Iniit Ordinem noſtrum in Diui Pauli Pinciæ Vrbis Conuentu. Scripſit etiam:

Super duos libros de Generatione.

Huius Opera ſunt edita, quædam verò vſque ad hunc diem inedita in Bibliotheca Gregoriani Collegij eiuſdem Vrbis, cuius ſtudijs præfuit, aſſeruantur.

Videmat typis *Liber de modo intelligendi Sacram Scripturam.*

Super Euangelium Diui Matthæi.

Et Super Diui Pauli Epiſtolas ad Romanos, & ad Hebræos Commentaria.

Præter citatos loquuntur de eo Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tomo* 1. *fol.* 206. Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ord. fol.* 128. *verbo Iacobus de Aſtudillo* Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro tomo* 2. *folio* 52. *ſub initium eodem verbo Iacobus de Aſtudillo.*

Alter Didacus de Aſtudillo ponitur à Bibliotheca Hiſpana vbi ſupra, & dubitat an ſit diuerſus à primo. Hic vel idem, vel alter compoſuit:

Introduccion de la Sabiduria; ex Ludouici Viuis latino libello, necnon ex Plutarcho.

Tratado de como ſe a de refrenar la ira.

Tratado como ſe an de auer los Caſados.

THOMAS SARDIS. Hic non eſt diuerſus à Thoma Matthæi de Sardis Florentino, de quo anno 1485.

An-

Anno 1518.

CONRADVS KOELINVS. Confutatio, ſeu Euerſio Epithalamij 1527. differt ab Opere contra Lutheri nuptias libris quatuor 1530. Tubingę.

Obijt anno 1536. Ita Miræus *de Scriptoribus Sæculi XVI. cap. 45.*

ANTONIVS A PENNA, Librum Epiſtolarum Sanctæ Catharinæ prænotauit:

Las Epiſtolas, y oraciones de la Bien auenturada Virgen Santa Catalina de Sena del Orden de Predicadores. Compluti apud Arnaldum Guilielmum Brocar 1512. in folio.

La vita de la miſma Santa Bienauenturada, y de otras Santas Virgines de la Orden de Santo Domingo. Salmanticæ apud Petrum Laſſo anno 1588. in 8.

Dedit præterea primus foras Ricoldi eiuſdem Ordinis noſtri Theologi:

Librum contra Legem Saracenorum, quem (verba ipſius Antonij ſunt) *de ſub modio eduxit*, arteque impreſſoria communicauit.

Loquuti ſumus de Ricoldo an. 1306.

Edidit etiam: *Vida de Soror Iuana de Orbieto, y de Soror Margarita del Caſtello.* Medinæ Campi apud Franciſcum del Canto 1569. in folio. Comprehenditur iam in ſuperius commemorata Catharinæ, & aliarum vita. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tomo 1. fol. 117. col. 1. & 2.*

Beata Margarita de Caſtello, cuius feſtum celebratur ex diplomate Clementis Decimi Pontificis Maximi regnantis in tota noſtra Sacra Religione, cæca à natiuitate reijcitur à parentibus. Theologiæ, ſacramque litterarum tantam peritiam diuinitus eſt adepta, vt præſtantes Theologos redegerit in ſtuporem. De hac plurima lege apud Ioannem Gauaſton, Caſtillum, Coquetium *de Viſcer. Matern.* Breuiarium Dominicanum, & alios noſtros.

Anno 1519.

SANCTVS MARMOCHIVS. Corrige *Sanctes Marmochinus.*

Dialogus de Tempore incipit: *Quid eſt menſura?* Tractans de Feſtis Mobilibus, quidque ſint ipſa Mobilia patefacit. Poſſeuinus *tom. 3. Apparatus ſacri in Appendice folio 387.*

LVDOVICVS de VIVALDIS. Alijs Ioannes Ludouicus Viualdus. In libro, quem Reale Opus inſcripſit, extant etiam *Epiſtola de repellendis triſtitiæ cauſis.*

Epiſtola ad Vladiſlaum Bohemiæ, atque Hungariæ Regem.

Liber de laudibus trium Liliorum; quę ſunt Gallorum Regum inſignia.

De Magnificentia Regis Salomonis. Tractat hic num Salomon *ſaluus ſit, vel damnatus?*

Liber de Cauſa Contritionis, prodijt Lugduni apud Stephanum Gueynardum 1512. & alibi pluries.

Eius etiam meminerunt Antonius Poſſeuinus *tomo 2. Apparatus ſacri folio 213. circa med.* Fontana *in Monument. Dominicanis anno 1519.* & alij.

Anno 1520.

MARCVS VVEIDAS, de quo anno 1570, Ioannes Licheuez, & Ioannes à Numburg in tota Saxonia Magiſtri clariſſimi, necnon Concionatores famoſi in Lutherum, & Lutheranas ſuas hæreſes diffundentes; infracto pectore cùm verbo inſurrexerunt, tum ſcripto.

IOANNES DIETEMBERGIVS. Iuxta Miræum *de Scriptoribus ſaculi 16.* à natali diœceſis Moguntinæ Vico ſic dictus, diu tamen Francofurti noſtris ſacras litteras tradidit, vbi iampridem nuncupauerat ſacra vota. Scripſit præter allata:

De Diuortio.

Contra eundem Lutherum de Votorum Monaſticorum emiſſione.

E viuis exceſſit Moguntiæ 1534. in noſtri Ordinis Aedis medio choro humatus. Miræus *de Script. ſaculi 16. c. 41.*

Hæreticæ prauitatis fuit Inquiſitor apud Rheni, & Moſellę Confluentiam.

Poſtilla, quam ſuper Euangelia totius anni ſcripſit vberem, & Germanicam, anno Domini 1583. Coloniæ prodijt. Edidit etiam:

Librum de Præceptorum, & Conſiliorum diſcrimine.

Ex vulgata editione vtrumque Teſtamentum in Germanicam linguam conuertit, ne quis in laqueos verſionum hæreticarum impingeret.

Sacrificium ſacratiſſimum propugnando contra Lutheranos edidit librum, quem inſcripſit *Phimoſtomon*, ſiue *Confutatorium Scripturariorum* (ita enim appellabat Lutheranos) *& frenum Lutheranorum*, Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom. 2. fol.* 167.

ZANOBIVS ACCIAIOLVS Florentinus. *Contra Heroclem*. Corrige; *Hieroclem*.

FELIX ETRVSCVS Pratenſis. Prodijt Pſalterium Venetijs, deinde in Germania. Franciſcus Titelmannus in Expoſitione Pſalmorum frequenter hanc verſionem citat.

Tranſtulit quoque *librum Iobi*.

Obijt Centenarius die quinto Nouembris anno 1559.

Fallitur Poſſeuinus *tom. 1. Apparatus Sacri* referens hunc Auguſtinianum fuiſſe.

Anno 1521.

ISIDORVS de ISOLANIS, vel Iſolanus. *Libros quatuor dictos de Mundi* æternitate contra Auerroiſtas edidit Papiæ anno 1513.

Summam quadripartitam de Donis S. Ioſephi; Adriano Sexto Pont. Maximo inſcriptam edidit Papiæ an. 1522, apud Iacobum Paucidrarium.

Anno 1523.

SYLVESTER MAZVLENSIS, Prierias. Inſimulatur figmenti circa liberationem Comitis Prouinciæ à captiuitate, qua apud Aragonios detinebatur, factam interuentu Beatæ Mariæ Magdalenæ. Narrat Prierius in Roſa Aurea *tract.* 2. Sermone in Feriam V. Octauæ Paſchatis. Hæc eſt, hiſtoria breuiter. Carolus nauali pugna cum Rege Aragonum congreſſus ſub annum 1279. vincente Aragonio, captiuus Barcinonem ductus eſt, & duro carceri mancipatus, eumque indubitatam mortem opperiretur, monitus eſt à F. Guillelmo de Tonais Ordinis noſtri, qui ei erat à ſacris confeſſionbus, vt Beatam Magdalenam, quæ in Prouincia Salyum ipſi Carolo ſubdita prædicauerat, & in ſpecu ad S. Maximinum trigenariæ pænitentiæ ſolitaria perfuncta labore obierat, in Patronam aſſumeret, eique cauſam ſuam, & libertatem commendaret. Dictum factum. Et ecce pridie feſti B. Magdalenæ, apparens Carolo per noctem, Beata, vt ſe ſequeretur admonuit; cumque aliquantulum progreſſus Carolus ſibi videretur, audiuit de eo ſciſcitantem ductricem ſuam, vbi eum ſe eſſe crederet: Illo reſpondente, intra muros Barcinonenſes. Falleris (inquit) nam non niſi vna Leuca abes Narbone; & ſupra triginta leucas iam emenſus, calcas Terram tibi ſubiectam. Reſpondente Carolo, & quid pro tanto beneficio poſſet referre; reſpondit Sancta. Latent in S. Maximini ora, reliquiæ meæ. Tu eas honorificè colloca, & Fratribus meis Ordinis Prædicatorum Religioſis acetuandas committe, aſſignato cenſu annuo pro centum Fratribus, vt ſemper ibi vigeat ſtudiũ Generale. Sic fata Magdalena diſparuit. Et Carolus eo ipſo loco Crucem figi iuſſit, cui hodieque nomen eſt CRVX DE LEVCA: moxque ſuper Gabellas Nicienſis Ciuitatis, & alias, præſcriptum annuũ cenſum Fratribus Sanmaximitanis conſtituit, & duodecim Cœnobia noſtri Ordinis in Neapolitano Regno erexit.

Multi de Carolo per Magdalenam liberato narrationem, & tranſlationem Caroli adeo ſubitam, & commendationem Fratrum, ac pinguis redditus præſcriptam à Magdalena aſſignationem negant. Carolum autem ad ſuos inita pace cum Aragonio, liberum remeaſſe abſque miraculo, vt exploratum habent.

Nihilominus Sylueſter anno 1497. dum deuotionis cauſa ſacras D. Magdalenæ reliquias veneraturus ad S. Maximinum acceſſiſſet, ſibi hoc narratum refert, & fatetur Chronicam ſe huius Hiſtoriæ reperiſſe. *Carolus Rex Siciliæ ſecundus, & Comes Prouinciæ &c.* Totumque miraculum, vt vulgò narratur, deſcribit ex illa Chronica (verbum eſt Sylueſtri) quæ adhuc aſſeruatur in Archiuis S. Maximini manu-

ſuſcripta, & incipit; *Mirabilis Deus*.

Hæc retulit Syluester, & eius Relatio eſt veriſſima. Quod nondum confirmat Chronicon allegatum, ſed præter rationes, & Authores pro miraculo militantes, præualet populorum pius, communiſque conſenſus. Quid dicam de duodecim Conuentibus ædificatis, qui præualent mille Hiſtoricis? Primum Cœnobium conſtructum fuit Brunduſij iuxta plateam principem ſub titulo Sanctæ Mariæ Magdalenæ in cuius porta maiori *Carolo II. Andegauenſi extat: hoc Cenobium &c.* Ad ſimilem formam elaboratum eſt templum Sipontinum ſub eodem titulo S. Mariæ Magdalenæ, & cum eadem inſcriptione, Item Barolitanum, at hoc deinde ſub eodem titulo eiuſdem Sanctæ bellorum cauſa foris translatum fuit in Vrbem iuxta plateam cum eiſdem gratijs, redditibus, ac priuilegijs Hæc de Prouincia mea, in qua aſſeruantur præfatæ Relationes, in reliquo ambitu Regni erecta fuerunt nouem alij Conuentus eandem ob cauſam. In ſingulis ferè allegatas conſeruamus Relationes, quibus præſtanda eſt maior fides, quàm mille, & amplius Hiſtoricis, qui ſæpius primum ſequentes hallucinati decipiuntur ab vno, Epitaphia, lapides, inſtrumenta quis inficiabitur præualere Scriptoribus, exceptis tamen diuinis? Remitto Petrum à Valle Clauſa ad P. Ribadeneiram Societatis Ieſu ſcriptorem ſatis cordatum, qui vitam Sanctiſſimæ Pœnitentis attexens, vbi hanc Hiſtoriam de liberatione miraculoſa attingit, iiſdem planè circumſtantijs inuolutum, veluti veram, ac certam amplectitur. Hæc veritas in eandem mentem attraxit nuperum Cauſſinum ſodalem Societatis ſcriptorem elegantiſſimum, & maturum. Reſtat igitur illibata hiſtorica fides Syluestri, qui fuit grauiſſimus vir Magiſter Sacri Palatij, Author Summæ Syluestrinæ, Conflati &c. & primus, qui ex Italia pro Sancta Romana Eccleſia ſcripſit aduerſus Lutherum.

Primus ſcripſiſſe aduerſus Lutherum dicitur ab Onuphrio Panuinio in Chronico Eccleſiaſtico, ab Antonio Poſſeuino *tom. 3. Apparatus Sacri fol.* 219. & ab alijs. Liber autem ipſius prænotatur,

Errata, & Argumenta Lutheri detecta, & repulſa. Eum dicauit Leoni X. Pontifici Max. editusque fuit in Vrbe anno 1520.

Præter Commentaria ſuper 4. libros Sententiarum, redegit etiam quatuor Capreoli libros, in Compendium, idque emiſit in lucem. Item ſcripſit ad quatuor eiuſdem Capreoli libros, Additiones, quibus præcipuè docet quid de vnaquaque concluſione alij ſenſerint. Ita refert Poſſeuinus.

Dictus Libellus Exorciſmorum prodijt Bononiæ an. 1573. apud Simonem Rubeum, ſiue Roſſium.

Summa de peccatis &c. recognita iterum prodijt Antuerpiæ anno 1580. & 1583. Venetijs apud Alexandrum Gryphium an. 1584.

Liber de immolatione Agni Paſchalis excuſus fuit Mediolani anno 1509.

Aurea Roſa eſt volumen ſermonum è roſis, & floribus Patrum, atque Doctorum concinnatum, primùm excuſſum eſt Venetijs 1524. apud Melchiorem Seſſam. Deinde ibidem an. 1569. apud Iacobum Sanſouinum & (vt diximus) alibi pluries.

Præter hos ſermones, ſcripſit (vt tactum eſt ibi tres alios libros ſermonũ, ſcilicet,

Librum quæſtionum ſexaginta nouem ad Euangelia Dominicalia totius anni.

Alterum quæſtionum, ſiue caſuum impertinentium num. 65.

Sermones de Sanctis, & dicti quatuor libri ſimul prolati ſunt Bononiæ anno 1503.

Opus de Strigibus, & de Dœmonum mirandis, Romæ primùm apud Antonium Blandum anno 1521.

Conflatum, in quo octennium (vt ipſe teſtatur) inſumpſit in duo volumina partitum vidi: Antonius Poſſeuinus in quatuor.

La Somma per li Confeſſori. Muta: *Il Sommario per confeſſarſi*.

IOANNES Cagnatius, Ligur, Tabienſis. Hæc familia illinc deuenit ſub Octauio Farneſio Duce Parmenſi, Placentiæ, &c. ac Principe Altamurano, Margaritaque Auſtriaca Coniuge Altamu-

ſamuram, vbi nunc clarent D. Marcus Aurelius, & Canonicus Lucas Cagnatij vtriuſque iuris periti. Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 251. Quam Summam item nonnulli non leuiter docti SVMMAM SVMMARVM nominant.* Hæc ille.

Anno 1525.

NICOLAVS è FINALI. Oppido propè Mutinam. Eius, & Monilij meminit Antonius Poſſeuinus *tom. 2 Apparatus Sacri fol.* 485. Sed Ordinem Prædicatorum haud expreſſit.

IOANNES HVRTADO de Mendoza, Salmanticæ profeſſus, vir Apoſtolicus, & doctiſſimus, inſignibus prærogatiuis ornatus, reuerentia, & obſequio in doctrinam noſtri Angelici Præceptoris illectus ſcripſit:

Commentaria Marginalia in Primam Secundæ illius.

Item *Hiſpanicè Hiſtoria de la Santiſſima Imagen de N. S. de Atboca.* Matriti 1604 in 8.

De eo Scripſerunt Fernandus del Caſtillo *tom. 2. Hiſtor. Ord. lib. 2. à cap.* 22. Zepeda *in Hiſtoria S. Mariæ de Atboca cap. 23 & 24.* Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part. 1. fol. 544. col. 1.* Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Dominicanis M. S.*

Anno 1527.

IACOBVS HOCHSTRATVS. Oprimè Antonius Poſſeuinus *tom. 2. Apparatus Sacri fol. 77.* poſt medium habet. *Iacobus Hocſtratus (Antonio Senenſi Hocſtratanus) Colonienſis, Ord. Prædicatorum, & olim Conuentus Colonienſis Prior, ſcripſit contra octo Lutheranorum blaſphemias.*

De Fide, atque Operibus.

De Purgatorio.

Librum de libertate Chriſtiana contra Lutherum.

Margaritam Philoſophiæ moralis.

Apologiam ad Cabalæ deſtructionem contra Ioannem Reuclinum.

Librum contra ſacerdotes concubinarios.

Alia multa contra Hæreticos. Quorum pleraque Coloniæ prodierunt anno 1525, quo tempore ex hac vita deceſſit. Hæc Poſſeuinus. At memoria (vt hominum eſt). excidit folio 206. ſub initium, vbi eum Ioannem appellat, ac ſubdit: *eum vixiſſe ann. 1515. & Apologiã pro Sacerdotibus, & ad Cabalæ deſtructionem edidiſſe*, vt ſcribitur in Catalogis. nihilominus profitetur ei, & Patriæ illius, & loci, atque Typographi, ac librorum eius qualitatem ignotam eſſe.

VINCENTIVS MAYNARDVS. Vita S. Antonini prodijt Lutetiæ anno 1526. & a Surio edita fuit.

Miræus *de Scriptoribus Sæculi 16. cap.* 45. ponit eum Clementis Septimi iuſſu ſcripſiſſe hanc vitam, quam (vt diximus) Surius edidit. Addit prætereà eum viuere deſijſſe Romæ anno 1537. At error eſt præli.

Anno 1528.

FRANCISCVS de SYLVESTRIS Ferrarienſis. Impetitur Auctor hic glorioſus circa ſpecies Sacramentales: Hic inter Theologos acutiſſimus ad 4. contra gentes *cap. 66.* hæc habet: *Dicendum quòd ſicut in ipſa conſecratione ſubſtantia Panis in corpus Chriſti miraculosè conuertitur, ita miraculosè accidentibus confertur quod ſubſiſtant, quod eſt proprium ſubſtantiæ, & conſequenter quod omnia poſſint facere, & pati, quæ ſubſtantia poſſet, ſi adeſſet, & hoc ſine nouo miraculo.*

Sic Aduerſarij contra eum. Ferrarienſis tenet, quando ex ſpeciebus ſacramentalibus putrefactis generantur vermes, manere quantitatem ſpecierum cum ſola ſubſtantiali forma vermis adueniente, nullam autem ibi materiam primam reperiri; atque adeo exiſtimat vermes illos differre ſpecie à ceteris vermibus. Quod ſe habere putat ex D. Thoma ibi, *& ex 3. part. quæſt. 77. art. 5. & in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 2.*

Verùm doctrina Ferrarienſis hæc eſt: ſicut forma vermis poterat educi de materia, poterit & ibi educi de quantitate, quæ ex vi primi miraculi ſubit vicem materiæ.

Maxima gaudet probabilitate hæc Ferrarienſis opinio, habetque nõ leue fun-

fundamentum in verbis ipſius Diuî Thomæ.

Anno 1530.

BERNARDVS LVCEMBVRGENSIS. Miræo *de Scriptoribus Sæculi 16. cap.* 43. Luxemburgius, noſtrorum ſtudijs Louanij diu præfuit. Demum Prior, ac Profeſſor Coloniæ 1535. Obijt.

Anno 1534.

THOMAS de VIO Caietanus S.R.E. Cardinalis. Temerariè inſurrexerunt in catholicum, & longè pium Doctorem Alphonſus de Caſtro, & hunc ſequutus Gabriel Prateolus locum ei dando inter Hæreticos. Hanc dumtaxat purgationem allatrantium mordacitati opponam, videlicet teſtimonium doctiſſimi, & religioſiſſimi Poſſeuini, quod ibi adduximus, & Roberti Bellarmini S.R.E. Cardinalis memoria venerabiliſſimi *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis* ad annũ 1500. ſic ſcribentis: *Thomas de Vio, Patria Caietanus, vir fuit ſummo ingenio, nec minoris pietatis.*

Anno 1537.

NICOLAVS SCHOMBERG. S.R.E. Cardinalis. E Miſnia, quare corrige ex Sueuis Miſnenſibus, &c.

VINCENTIVS GIACHARI. linea 42. vbi habetur anno 1564. corrige anno 1504.

Anno 1540.

IACOBVS HONGRE, ſeu cognomento Hungarus, Gallus natione, qua lingua edidit primum prænominatum Volumen, quo continentur *quatuor Homiliæ de Sacris Imaginibus*. Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau, anno 1564.

Præterea in eadem Ciuitate anno 1563. emiſerat è prælo Aegidij Corrozeti Orationem habitam ibidem in celeberrimo funere Franciſci Guiſij Ducis, qui lethali vulnere ab hæreticis vulneratus non ita multò poſt ſanctè obijt. Antonius Poſſeuinus *tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 77.

Anno 1541.

LEONARDVS RAGVSAEVS. Fuit Prouinciæ Dalmatiæ. Antonius Senenſis *in Bibliotheca fol.* 165. Antonius Poſſeuinus *in Apparatu Sacro tom.* 2. *fol.* 341. *& alij.*

Anno 1542.

ANTONIVS à FONSECA Luſitanus. Patria Oliſſiponenſis. Cũ eſſet celeberrimus Cathedraticus, & in Conimbricenſi gymnaſio, plauſu maximo regeret cathedram, vt erat æquè clarus in Oratoria, in Curiam à Ioanne Rege III. Luſitaniæ accerſitus, ab eo conſtitutus fuit Regius Prædicator.

Annotationes in Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Commentaria ſuper Pentateuchum cum eiuſdem Cardinalis Vita editæ fuere Pariſijs apud Ioannem Paruum 1539.

Scripſit præterea in Ioſue Commentaria fuſiora.

In Quatuor libros Regum.

In Paralipomenon.

Præter ibi recenſitos, eius meminerunt Souſa *in Hiſtoria Ordinis Prædic. Regni Portugalliæ part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 38. Lopez *in Hiſtoria Ordinis Hiſpan. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 9. *& part.* 4. *lib.* 3. *cap.* 3. Bibliotheca Hiſpana Nicolai *part.* 1. *fol.* 93. *colum.* 2. *circa finem*, Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis M.S.* Miræus *de Scriptoribus Sæculi* 16. *cap.* 49.

Anno 1544.

CONCILIVM Tridentinum Generale, ac Oecumenicum hoc anno (vt dictum eſt) indicitur Theologis ibi exiſtentibus ex Ordine Prædicatorum addendi ſunt infraſcripti.

Ioannes de Vtino Foroiulienſis. Ita Abbas Michael Iuſtinianus in Sacroſancti Concilij Indice primo fol. 350. in principio.

Dominicus de Sancta Cruce.

Petrus de Caſtro Segouienſis Theologus interfuit huic Sacro Concilio cũ Dominico Soto. Deinde fuit Epiſcopus in Patria ſua. Ita refert Ioãnes Parochus *in Hiſtoria Segouienſi*, & Abbas

bas Iuſtinianus *in Concilio Tridentino Indice 1. fol.* 349. De hoc tamen Fontana *in Theatro Dominicano verbum nullum.*

Georgius à S. Iacobo Portugallenſis miſſus fuit à Ioanne III. Rege Portugalliæ anno 1545. ad Synodum Tridentinam (vt diximus) cum Hieronymo Oleaſtro eiuſdem nationis, & cum Gaſpare Regio. Habuit orationem, ſiue concionem anno 1547. ad Patres Tridentinos, & Actis eiuſdem Concilij fuit inſerta. Miræus *de Scriptoribus Saculi 16. cap. 59. ſic dicens: Oleaſtro ſi non æqualis, certè non multò inferior. Fuit Georgius à S. Iacobo, itidem Dominicanus Oliſſiponenſis, quod teſtatur Oratio, ſeu Concio ab ipſo 1547. ad Patres Tridentinos habita, & Actis eiuſdem Concilij inſerta.* Hæc Miræus.

Reinerius Ceulus Piſanus, Maiorenſis Epiſcopus.

Angelus Paſchalis, Dalmata, Epiſcopus Morulenſis creatus à Paulo Tertio 3. Martij 1537. cuius pluries meminit Pallauicinus. Fuit Theologus inſignis, charus Carolo V. Imperatori. Ita referunt Fontana, & Abbas Iuſtinianus *in Concilij Indice 2. fol.* 358. *circa medium.* Obijt Neapoli ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Catharinæ de Formello.

Thomas de Caieta, Inquiſitor poſtea Melitenſis 1563. Ita Fontana, & Abbas Michael Iuſtinianus *in Concilij Indice Secundo fol. 363. ſub finem.*

Ludouicus Mediolanenſis. De quo Abbas Iuſtinianus.

Reinaldus Mediolanenſis. Ex eodem.

Thomas Beccarellus, Bononienſis, qui apud alios dicitur Thomas Maria, ibidemque Fidei Cenſor 1543. ac bis Regens. Fontana, & Abbas Iuſtinianus *in Sacri Concilij Indice 2. fol. 363. in fine.*

Aurelius de Prielio. Abbas Iuſtinianus *ibidem fol. 364. in principio.*

Hieronymus Oleaſter, de quo ibi & anno 1563. Receſſit à Ciuitate Bononieſi 1549. Laudatur cumulatiſſimè à Pallauicino, à Fernandez, à Iuſtiniano in Concilio vbi ſupra pag. 364.

Gaſpar à Regibus, Portugalenſis, miſſus à ſuo Rege Ioanne III. ad Concilium. Deinde renunciatus fuit Epiſcopus Calamacenſis, & ſuffraganeus Henrici Cardinalis Infantis Portugalliæ Archiepiſcopi Elborenſis 17. Nouembris 1555. Ita Fontana *in Theatro* & Iuſtinianus *in Concilij Indice 2. fol.* 364. Efflauit animam anno 1577.

Iacobus Naclantus Florentinus, de quo ibi anno 1544. inter Epiſcopos *num.* 2. & 1569. quo die 24. Aprilis exceſſit è viuis.

Iuſtinianus ibidem:

Ioannes Valerius Flander miſſus fuit ad Concilium à Maria Regina Vngariæ ex Gymnaſio Louanienſi.

Ambroſius Pelargius, eximius concionator, de quo ibi anno 1544. inter Theologos *num.* 15. & anno 1548. Obijt Treueris 1557. ſepultus eſt apud noſtros. Laudatur ab Alphonſo Fernandes *in Concer. Præd.* ab Abbate Iuſtiniano *in Concilij Indice 3. fol.* 380. & ab alijs, quos recenſuimus eo loci.

Reginaldus Genuenſis, Prior Sancti Laurentij ibi.

Aloyſius Suppa de Catania, de quo ibi inter Theologos *num.* 34. Fuit Thomiſta acerrimus. Obijt 3. Kalendas Octobris (vt dictum eſt) 1569. Laudatur à Pallauicino, à Iuſtiniano vbi ſupra pag. 381. & 382.

Bernardinus de Colloredo Foroiulienſis, familiaris Epiſcopi Cenerenſis, de cuius nobili familia ſcribit Galeatius Gualdus Prioratus. Vide Iuſtinianum in Concilij Indice tertio pag. 382.

Didacus de Chiaues, Hiſpanus, Socius Melchioris Cani. Iuſtinianus *in Sacri Concilij Indice Tertio fol.* 382.

Deſiderius Veronenſis, Concionator Conuentus S. Laurentij *Tridentini.* Idem ibidem.

Petrus Paulus Ianarinus Aretinus, familiaris Epiſcopi Catanienſis. Fuit Prior Prouincialis Romanus, deinde Magiſter Sacri Palatij Apoſtolici à Iulio III. anno 1553. electus, de quo ibi anno 1564. commendant eum Iuſtinianus Ibidem, & alij ibi laudati.

Iulius Paueſius, de quo ibi. Olim fuit Commiſſarius S. Officij an. 1559. die Sancti Matthiæ 24. Februarij in exequijs Caroli V. Imperatoris cum in-

interuentu Proregis, Officialium, & Baronum Regni celebrauit in Metropolitana Neapoli, vt Vicarius Generalis Miſſam ſolemnem. Iuſtinianus ibidem *Indice* 4. *fol.* 395.

Thomas Caſellius, de quo ibi anno 1544. inter Epiſcopos *n.* 1. A Capacio, & Inſtiniano *in Concilij Indice* 4. *pag.* 403. Summus Theologus dictus eſt.

Bartholomæus de Martyribus. De hoc diximus ibi inter Archiepiſcopos an. 1544. *num.* 3. & anno 1590. Huius doctrina ſumma, & vitæ maxima claritas celebrantur à Ludouico Mugnoz Matritenſi, à noſtris Ludouico Granatenſi, Ludouico Souſa, Dominico Marcheſio *in Diario*, & ab exteris, præſertim à Pallauicino, Iuſtiniano *in Concilij Indice* 4. *fol.* 395. *circa medium*.

Leonardus de Marinis, de quo dictum eſt ibi anno 1544. inter Archiepiſcopos *num.* 5. & anno 1573. Adde: Anno 1509. natus eſt Chij. Fuit Viſitator Apoſtolicus per Italiam: Maximam cum Sancto Franciſco Borgia inijt amicitiam. Ita teſtantur litteræ ad eum datæ, quæ fuere in Societatis Hiſtoria regiſtratæ, illarumque meminit Iuſtinianus *in Concilij Indice* 4. *fol.* 397. *in fine*.

Antonius Iuſtinianus, de quo ibidem anno 1544. inter Archiepiſcopos *num.* 6. Cuius cum laude meminerunt Plodius, Fernandes, Grauina, Fontana *in Theatro*, Vghellus *in Italia Sacra*, Iuſtinianus ibidem pag. 398.

Thomas Stella, Venetus, de quo ibi anno 1544. inter Epiſcopos *num.* 3. & anno 1566. Creatus fuit Epiſcopus Salpenſis die 9. Martij anni 1544. Deinde anno 1547. die 15. Martij tranſlatus fuit ad Eccleſiam Lauellenſem. Iuſtinianus dicit die 28. Aprilis anno 1550. die 5. Martij promotus fuit ad Eccleſiam Iuſtinopolitanam. Laudatur à Pallauicino, à Maſſarello, à Michaele Iuſtiniano ibidem p. 403. & 404

Albertus Diuimius de Gliricis de Catharo, Epiſcopus Veglen. 1550. 19. Martij *Th. p. ac preſb.* olim Modruſien. 26. Iulij 1549. teſtibus Fontana, & Iuſtiniano. At Fontana Eccleſiæ Veglen. haud meminit in Theatro, & in Monumentis ad ann. 1548.

Hic Græcos circa calicis vſum tutatus eſt in Concilio, vt teſtatur Pallauicinus, & Iuſtinianus Indice 4. Concilij folio 409.

TIMOTHEVS IVSTINIANVS. Adde: In ſuæ Cathedralis occupatione per Turcas, pro ſeruanda ſacratiſſima Hoſtia ab eorum probris immuni, humiliter ſupplex ſe in victimam obtulit eis. Ita referunt Thuanus, Spondanus; Abbas Iuſtinianus, & alij.

MARCVS LAVRVS. Adde. In locum Maſſarelli infirmi à ſecretis fuit Concilio. Iuſtinianus *in Concilij Indice* 4. *fol.* 418.

Angelus Maſſarellus, Septempedanus, Epiſcopus Theleſinus vnus ex tribus ſecretarijs Iulij III. & ſecret. Concilij Tridentini à principio vſque in finem, acta ſtylo facundo, ac nobili ſcripſit, quæ ſeruantur in Archiuo Pontificio, & in Bibliotheca Barberina Romæ.

HIERONYMVS Michael Nichiſola. Adde: Benefactor Xenodochij Incurabilium Neapoli, & S. Catharinæ à Formello. Etenim Hoſpitalem hæredem inſtituit, & Cœnobio S. Catharinæ prædictæ ſuam Bibliothecam legauit. Elegit ſepulturam (vt legitur in ſuo teſtamento, quod in dicto Xenodochio aſſeruatur) in atrio ſuæ Eccleſiæ Theanenſis ante portam cum iſta inſcriptione.

PECCATOR CVM SIT,
NON SEPELIATVR
IN LOCO, VBI CORPVS
D. N. IESV CHRISTI
CONFICITVR, ET ADORATVR.

Ex Abb. Iuſtiniano *in Concilij Indice* 4. *fol.* 420.

ANTONIVS HAVETTVS. Adde: Fuit Mariæ Hungariæ Reginæ, Belgij adminiſtratricis à ſacris confeſſionibus. Iuſtinianus *in Indice* 4. *Concilij fol.* 425.

HIERONYMVS TRIVISANVS. Vt dictum eſt, Theologus fuit inſignis, declamatorque ætatis ſuæ celebris, & eloquentiæ preſſioris, eximiè laudatur

à Cardinali Auguſtino Valerio, ab Hiſtoricis Venetis, à Scriptoribus Ord. noſtri, & à Iuſtiniano *in 4. Indice Concilij Tridentini fol.* 429. *circa finem.*

IOANNES COLOSVARIVS. Præter ibi dicta, fuit etiam Abbas monaſterij Colloſmoneſtre Ord. S. Benedicti Strigonienſis diœceſis, venit Orator Prælatorum, & Cleri Hungariæ ad Concilium, de quo tractant Pallauicinus, Iuſtinianus *in 4. Indice Concilij fol.* 433. & alij.

EVGENIVS OHAIRT, alijs Chairt Hibernus. Adde: vir doctus, inſignis Eccleſiaſtes, laudatur ab ibi dictis, à Fernadez, à Iuſtiniano vbi ſuprà folio 434, ſed abſque expreſſione loci, & temporis ſui obitus.

HIERONYMVS VIELMVS. Adde: Laudatur à multis; ſed præcipuè ab Vghello, à Cæſare Alexio in Elogijs Peruſinorum, inter quos illum adnumerat, à Iuſtiniano vbi ſupra folio 436.

Pro Tyronibus adnotandum in hoc Sacro Concilio quatuor factas fuiſſe apertiones. Quidam affuerunt primæ, quidam ſecundæ, nonnulli harum vtrique; aliqui tertiæ, vel quartæ; multi etiam omnibus.

PETRVS de SOTO. Præter ibi dicta, & anno 1563. Adde: A Summo Pontifice ad Concilium miſſus fuit. Ibi obijt menſe Aprili 1563. laudatur à multis, & maximè à Cardinali Othone de Truchſes Auguſtæ, ab Hoſio, Grauina, Nicolao Antonio *in Bibliot. Hiſpana tom.* 2. à Pallauicino, à Iuſtiniano vbi ſupra fol. 445.

CAMILLVS CAMPEGIVS Papienſis. Adde: Propter vitæ integritatem, & doctrinam valdè charus Beato Pio Quinto Summo Pontifici extitit. Refert Cardinalis Antonius Carafa in actis Conſiſtorialibus hanc neceſſitudinem his verbis: Præter viri eruditionem, & integritatem ob loci vicinitatem huic Eccleſiæ eum præfeciſſe declarauit, cum & illi, & Eccleſiæ (Nepeſinæ, ac Sutrinæ) commodè inſeruire poſſet.

Oratio, quam habuit in Concilio fuit de mundi fallacijs, atque ruina. Dominica prima Aduentus 1562. Iuſtinianus vbi ſupra pag. 443.

IOANNES GALLO Hiſpanus Burgenſis, de quo anno 1577. Adde: Habuit orationem de S. Thomæ Aquinatis 7. Martij 1563. quam doctiſſimã, atque elegantiſſimam, ingentemque ſalutaris doctrinæ, & vtilioris pietatis theſaurum vocat Bozola, illamque Martino Mendoza Cordubenſi, Epiſcopo Dertuſenſi dicauit. Iuſtinianus vbi ſupra pag. 445.

BARTHOLOMAEVS SPINA. Adde: Fuit Theologus Sacri Concilij. Dudum Prouincialis Calabriæ. Obijt Romæ anno 1546. de quo nos eodem anno Abbas Iuſtinianus in 19. Indice Concilij, & alij ibi citati.

ALBERTVS de CATHARO Theologus fuit Sacri Concilij. Erat de domo Diuena de Gliricis Epiſc. Veglen. 4. 1. Mirificè laudatur à Pallauicino, & à Iuſtiniano *in Concilij Indice* 19. de quo nuper.

Dominicus Romanus, Lector Sacræ Theologiæ etiam vnus ex quinque Theologis fuit Sacri Concilij. Hi enim fuerunt. Franciſcus Romæus Aretinus Magiſtri noſtri Ordinis Generalis. Bartholomæus Spina Piſanus, Magiſter Sacri Palatij. Albertus de Catharo, Ioannes Iacobus Barba Neapolitanus, Papæ Sacriſta Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, deinde Epiſcopus Aprutinus, & hic Dominicus Romanus, Omnes Dominicani, præter quartum, Ioannem Iacobum. Pallauicinus autem aſſerit Dominicum fuiſſe Eremitanum S. Auguſtini. At refragantur Fernandez, Fontana, & alij.

Fuit Dominicus eruditiſſimus vir, & Theologus celeberrimus, ac lector in Gymnaſio Sapientiæ Romæ. De his Theologis Sacræ Synodi conſule Pallauicinum, & Iuſtinianum *Indice* 19. *Concilij.*

Defuncto Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro, ſufficitur ei Petrus Martyr Brixienſis vir calamo, cathedra, & concione clariſſimus.

PETRVS FERNANDEZ, Hiſpanus in ſocium P. Magiſtri Fratris Ioannis Gallo. Deinde (teſte Alphonſo Fernandez) Prouinciæ Hiſpaniæ mode-

deratus eſt Præfecturam. Iuſtinianus loco citato.

TOBIAS etiam pro Satisburgenſi Archiep. ſicut & Felicianus Ninguarda venit ad Sacrum Concilium Procurator. Ita Pallauicinus, & Iuſtinianus loco laudato pag. 447.

SERAPHINVS de CABALLIS, Brixienſis, Prouincialis Terræ Sanctæ cum noſtro Generali F. Vincentio Iuſtiniano. Deinde 1571. obijt in Hiſpania 1578. die 21. Nouembris. Pietate, doctrina, & rerum geſtarum vtilitate conſpicuus. Habuit Orationem in Synodo Dominica prima Aduentus 1562. de Chriſto Iudice lætis animis expectando. Vide anno 1578. *col.* 2.

Reliqua in ſequentibus proſequemur.

Anno 1545.

HOC anno, Dominica Tertia Aduentus, quæ Idibus Decembris emerſit, inchoatum fuit Concilium Tridentinum. Dominica Prima Aduentus orauerat Dominicus Soto, illuc à Carolo V. miſſus. Erat ei celeberrimus hic Theologus à confeſſionibus ſacris. Spondanus *num.* 17. Fernandez Fontana, & alij.

Hoc Concilium anno 1536. erat Mantuæ celebrandum. Ob legitima impedita deinde anno 1538. ineundũ erat Vicentiæ. Impedimentis ſuperuenientibus nouis, & inde fuit translatum. Poſt multa anno 1544. translatum fuit Tridentum. Cupiebat Paulus III. vt Sacroſancta Synodus inchoaretur ſequentis anni 1545. idibus Martij, quo die Dominica quarta Quadrageſimæ incidit, quæ nuncupatur *Lætare*, ac ſi indictus Sacer Conuentus maximæ Orbi Chriſtiano futurus eſſet lætitiæ. At propter impedimenta nonnulla non fuit, niſi ſub finem anni labentis ſacra Synodus (vt dictum eſt) inchoata, videlicet Dominica tertia Aduentus, quam appellamus *Gaudete*, Spondanus anno 1544. *num.* 16.

Anno 1546.

CYPRIANVS ROMANVS, in Romana Sapientia primarius Theologiæ Profeſſor cum alijs anno 1543. conſtituitur à Paulo III. Summo Pontifice, vt examinaret propoſitiones Lutheri hæreticas. Inter hos fuerunt alij Theologi præſtantiſſimi, videlicet noſter Bartholomæus Spina Magiſter Sacri Palatij, Apoſtolicus Sacriſta Ordinis Eremitani Sancti Auguſtini, & alij duo ex noſtris. Pallauicinus *in HiſtoriaConcilij*, Fõtana *in Monumentis Dominicanis ad annum* 1543.

Inſudabant pro tuenda catholica fide cõtra Lutheranas incurſiones verbo, & ſcripto in Polonia Dominicus Malaconius, & Paulus Sarbinius Poſnanien. Generalis Inquiſitor, de quibus Lopez Epiſc. Monopolitanus *part.* 5. Bzouius *cap.* 8. Fontana, & alij.

Hoc anno 1546: Fontana *in Monumentis Dominicanis* die 18. Februarij Impij Lutheri obitum ponit. Nos illum poſuimus anno præcedenti. Cum enim in cœna mero incaluiſſet, atque cum Catharina de Borne Apoſtata Moniali ſua ſolita concubina recumberet, ſequenti mane inuentus eſt infeliciſſimè mortuus repentinò. Ex concubina prædicta tres habuit ſpurios.

De Scriptoribus Ordinis noſtri, qui calamum in eum ſtrinxerunt, alibi.

Anno 1547.

CAROLVS LAINE CARNVTENSIS, eximius Pariſienſis S. Theologiæ Magiſter, atque inuictiſſimus hæreticorum ore, & calamo impugnator in Cœnobio Poſſiacenſi feliciter in Domino mortalitatem expleuit. Plurima poſt ſe litterarum reliquit poſteris Monumenta, quæ vſque modo lucem non aſpexerunt.

Eius cum laude meminerunt Lefeborè, Fontana *in Monum. Dominicanis ad hunc annum*, & alij.

Sacrum Tridentinum Concilium ob graſſantem luem Bononiam tranſlatum eſt, vbi Seſſio nona habita eſt in Eccleſia Sancti Petronij die Iouis 21 Aprilis. Sebaſtianus Lecauella Archiepiſcopus Naxienſis miſſã cantauit, & promulgauit Decretum. Ambroſius Catharinus Epiſcopus Minorenſis orationem habuit coram Patribus. Spondanus *num.* 4. & 5. & Fontana *in MonumentisOrd. ad hunc annũ.*

Anno 1552.

FRANCISCVS Romæus Caſtilionenſis. Eualgarus Liber, qui dictus eſt Interim, Caroli V. Imperatoris, tamquam præiudicialis catholicæ Fidei, fuit à Pontifice Maximo improbatus. Noſter Magiſter Generalis F. Franciſcus Romæus acuens ſtylum peregregiè ſcripſit in eum. Sacro Concilio, dum celebrabatur Bononiæ, interfuit; atque in eo viri ſibi nomen doctiſſimi comparauit. Spondanus *ad annum* 1548. *num.* 7. Fontana *in Monumentis Dominicanis eodem anno*, Pallauicinus *tom.* 1. Iuſtinianus *in* 19. *Indice Concilij*. Quem Hæretici *Interim* vocant, eſt Liber, qui etiam nuncupatur ConfeſſioAuguſtana,& iſteLiber complectitur ſex Capitula. Maximoperè quoque confeſsio Auguſtana diſplicuit Petro à Soro. Lege Fernandez, & Fontanam *in Monumentis Dominicanis anno* 1548.

Fuit Romæus ſeuerus in delinquẽtes, quos iuxta Conſtitutionũ tenorem puniebat. Religioſæ paupertatis ſectator vigilantiſsimus,quam vt promoueret, grauiter caſtigabat tranſgreſſores. Ea propter timebatur valdè in Ordine: at à Fratribus vitæ regularis aſſeclis vnicè amabatur. Plodius, Fontana, & alij.

Conſpiciens Romæus tot Archiepiſcopos, Præſules, & Ordinis noſtri Theologos in Concilio Tridentino pro dulcedine ſpiritus exultando cum iuſto Simeone dicebat: *Nunc dimittis Domine, ſeruum tuum in pace.*

Anno 1555.

BARTHOLOMAEVS CASAVS. Factus Epiſcopus, vt Populis illis conſuleret, venit ex Indijs in Hiſpaniam, ex qua deinde ſecum tulit ad gentem illam Domino lucrandam hos Miſsionarios Apoſtolicos ex noſtra Religione,FF. Thomam Caſillas,Thomam de Turre, Iacobum de Magdalena, Dominicum de Ara, Dominicum de Vico, Dominicum de Azona,Georgium Legionenſem, Thomam de Sancto Ioanne, Hieronymum de Sancto Vincentio Nunguez, Iordanum de Piamonte, Petrum Caluum, Iacobum Heynandez, Hieronymum de Cita, Rodriquum Gallum, Martinum de Fonte, Dominicum de Sancto Petro, Auguſtinum de la Hinoioſa,Albertum de Vilalba, Albertum de Villa Sancta, Albertum Truenum, Ambroſium de Villareo, Andream Aluarez, Chriſtophorum de Pardaue, Dionyſium Vertabillo, Iacobum de Magda, Franciſcum Queſade, Franciſcum de Pigua, Philippum de Caſtillo, Ioannem Cabrera, Ioannem Guerrero, Ludouicum de Quenca,Michaelem de Ferias, Michaelem Duarte, Petrũ de Regibus Petrũ de la Vega Placentinum, Vincentiũ Ferreriũ Valentinum, Albertũ de Portillo, Balthaſarem de Regibus, Dominicum de Goiola,Iacobũ Calderonem. Ioannem Cauion, Petrum de Cruce, Albertum de Cruce, Ioannem Diaz, & Petrum Mertin. Cum eo hi numero quadraginta ſex Pridie Idus Februarij ſumma cum animi exultatione nauigium conſcenderunt. Lefeburè, Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1544.

Anno 1557.

STEPHANVS VSVSMARIS Genuenſis, ex Prouincia Lombardiæ, in patria Inquiſitor, deinde Procurator Generalis, vir integritate,prudentia, atque doctrina illuſtris anno 1553. eligitur Magiſter Ordinis Generalis, numero quadrageſimus ſextus. Religionem rexit cum laude. Facto ceſsit hoc anno 1557. Quinto Nonas Maij. Edidit:

Bullarium Religionis cum Indicibus, & marginalibus notis.

Item Chronicon Breue Generalium, virorumque illuſtrium Ordinis.

De eo Chronicon Ordinis Conſtitutionibus noſtris appenſum in editione Barcinonenſi à *fol.* 80. Fontana *in Theatro* 2. *part. cap.* 5. *de Procuratoribus Ordinis num.* 36. *&* 3. *part. cap.* 3. *tit.* 47. Hyacinthus de Parra *in Catalogo de Scriptoribus Ord. M. S.*

Anno 1560.

THOMAS FAZELLVS Siculus. Scripſit etiam conciones.

DO-

DOMINICVS SOTO. Edidit quoque Epiſtolam de Officij Paſtoralis periculoſa cura. Hæc Epiſtola laudatur à Ioanne Henrico Hottingero *in Bibliothecario lib. 3. cap. 6. pag.* 454.

Magnus ille Couarruuias *lib. 3. Variarum cap.* 13. Sotum appellat vnicum ingenuarum artium columen; totius Hiſpaniæ conſenſu ceteris doctrina, & ſtudio præſtantem.

Commentaria tamen eius in Epiſtolam ad Romanos quibuſdam non ſatis arrident. Conſule Couarruuiam *vbi ſupra*, Alphonſum Garſiam Matamorum *in Apologetico de Academijs, & doctis Hiſpaniæ viris* Bibliothecam Hiſpanam Nicolai *tom. 2. fol.* 290. *colum. 1. in principio.*

Anno 1561.

PETRVS SPECCHIO, Gallus, Sacræ Theologiæ Magiſter facundia, & doctrina ornatus, & in primis Fidei zelo, ſcripſit.

Plures libellos contra Caluini deliramenta.

Cum hic doctiſsimus, atque pijſsimus doctor in publicis prædicationibus proferret quotidie varia in Caluinum; inter Caluiniſtas, & noſtros magna orta eſt diſceptatio. In Gallia apud Villam de Hamur inter hæreticos, & noſtrates ſolemnis indicta eſt diſputatio. Conuenerunt partes in locum. Stabat à catholicis Petrus: tutabatur hæreticos Lirciera, illucque ex vtraque parte promiſcui ſexus, atque Religionis valdè copioſa concurrerat multitudo. Punctus diſcutiendus hic erat: de Virginitate puriſsima Matris Dei, ac Domini Redemptoris. Has negabant Hæretici. Antequam Specchius deſcenderet in arenam committens Virgini cauſam ſuam alta voce hac Antiphona illam interpellauit: *Sub tuum præſidium confugimus Sancta Dei Genitrix, noſtras deprecationes &c. Dignare me Laudare te, Virgo ſacrata*, & aſtantes Eccleſiaſtici, & Catholici reſponderunt: *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos*. Tanto ſpiritus ardore iſta pronunciarunt, vt confuſione perfuſus hæreticus, & pauore corruerit ſtatim in terram, & amittens vitam repenie, fœtorem ſpirauerit intollerabilem ex cadauere. Hæc eſt illa pulcherrima, quæ progreditur *terribilis, vt caſtrorum acies ordinata*. Hæc eſt illa Virago, quæ cunctas hæreſes interimit. Iure Virginitatem ſuam, quam vertebat in dubium impius, repentino interitu à blaſphemia, inuiolata, intacta, puriſsima vindicauit. Hoc facto perterriti quidam ex caluiniſtis aufugerunt, multi verò ad Eccleſiam Catholicam renunciantes hæreſibus redîere. Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus *part.* 5. Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1557.

Anno 1562.

IOANNES BVNDERIVS, Gandauenſis. Liber hic eſt compendium concertationis huius ſæculi ſapientum, at Theologorum ſuper erroribus moderni temporis, quo omnes errores Lutheri, & ſequacium ventilantur, diſcutiuntur, & optimè impugnantur, ex inconuulſa Sacrorum Conciliorum authoritate, Sacræ Scripturæ fonte; nec non ex vetuſtiſsimis ſcientia, & ſanctitate clariſsimis Eccleſiæ Doctoribus, videlicet Dionyſio Areopagita, Ignatio, Policarpo, Irenæo, Cypriano, Chryſoſtomo, Baſilio, Hilario, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, alijſque, quos in progreſſu Operis adducit. Opus quidem inter cetera contra Lutherum, & Caluinum euulgata neruoſum.

Anno 1563.

PETRVS à SOTO. Otho de Truxes S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus Auguſt. cum Academiam Dilingę labentem catholicam fidem ſtabiliturus, inſtituere decreuiſſet, primariam Theologiæ cathedram noſtro Petro de Soto, vt hæreſim illic graſſantem extirparet, obtulit. Ita Cardinalis Hoſius de hac re: *Frater Petrus de Soto ſcholæ noſtræ Dilingæ primarius Moderator vitæ ſanctitate celebris fuit, &c.*

Clemens Bigot Gallus, vir animi inuicti, catholicæ Fidei vindex acerrimus, pius, doctus, facundiaque illo æuo clariſſimus ſcriptis, & prædicatione

ne

ne inſurrexit in Lutheranos, Caluiniſtas, & Hugonottos, quorum hæreſibus Gallia labefactata, miſerè elanguebat. Scripſit plura pro Fide.

De eo ſcripſerunt Lefebure, Fontana *in Mon. Dom. anno* 1264.

Ioannes Guiencourt Gallus, Gentianus Picard, Petrus Rogis, & P. Morales Viennenſis, Theologia, candore vitæ, ac obſeruantia celebres, tamquam Machabæi inuicti in hæreticos inſurgentes, manus conſeruerunt quotidie cum Lutheranis, acriter dimicabant in Caluiniſtas, & inibant diutina certamina cum Hugonottis, & alijs.

Summis laudibus efferuntur à Lefeburè, à Fontana *in Mon. Dom. anno* 1564.

Anno 1564.

AEGIDIVS FVSCARARIVS. Anno 1559. in lucem prodijt primum volumen Indicis librorum prohibitorum maximo cum catholicæ fidei incremento. Huius Auctor præcipuus fuit Aegidius Fuſcararius Sac. Palatij Magiſter. Fontana *in Monumentis Dominicanis an.* 1559. Lucarinus in Indice Expurgatorio, & Spondanus ad annum 1557.*num.*5. in Concilio Tridentino recognoſcebat ſermones in Sacra Synodo habendos. Spondanus an. 1562. *num.* 2.

PETRVS CANV, Gallus, vir inclytus, & doctiſſimus, de mandato Magiſtri Ordinis Generalis Vincentij Iuſtiniani inter alios præſtantiſsimos noſtros Fratres Fidei aſſumpſit negotium, & contra Lutheranos, Caluiniſtas, Hugonottos, alioſque hæreticos calamo, diſputationibus aſsiduis, ſacriſque prædicationibus quotidie inſurgebat. Hac via Catholici in Orthodoxæ Fidei puritate continebantur. Varias protulit Apologias pro Fide.

Lefeburè, Fontana *in Monumentis Domin. anno* 1564.

Anno 1565.

IOANNES OCHOA. Idem eſt cū Ioanne Ocham, de quo nuperrimè hoc anno.

Anno 1566.

RENATVS l'Eſculreir, Gallus, in humanis, & diuinis litteris verſatiſsimus, & longè clarior moribus, his fretus.

Ardentiſsimè inſurrexit in Lutheranos, Caluiniſtas, Hugonottos. Varios libellos contra hæreſes euulgauit.

Commemorationem eius laudabiliter leges apud Lefeburè.

Anno 1567.

MARTINVS NACON Gallus, litteris: & vita probatus, Fidei amplexus negotium, contraque Lutheranos, necnon alios ſimilis farinæ inſurgens eis aſsiduè obſtitit.

Plura in eos Opuſcula dedit foras, meminit huius Lefeburè.

Anno 1569.

PETRVS GODEBILLE, Gallus, vir vndequaque illuſtris.maximè tamen Fidei ardore ſuccenſus. Vt leo impauidus in hæreſes, quibus Gallia premebatur, inſurrexit. Diſputabat & prædicabat quotidie aduerſus eorum errores.

Plura in eorum hæreſes euulgauit.

Eius meminerunt cum laude Lefeburè,& Fontana *in Monumen. Domin.*

Anno 1570.

ROCLEVS MAMEROT Gallus. Hic, quem recenſuerunt ſub hoc nomine Lefeburè, ac Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1564. valdè dubito, ne ſit *Rochus Mimerolinus*, de quo cum Poſſeuino an. 1575. Fuit Hæreſum acerrimus expugnator, & in eas varia ſcripſit.

FELIX PLACIVS Colonienſis. Edidit.

Inſtructionem Chriſtianam.

HVMBERTVS Locatus, Epiſcopus, Balneoregienſis, Commiſſarius Sancti Officij, edidit Librum, cui titulus.

Iudiciale Hæreticorum, Romæ 1570. in 4. Secunda editione apud Bladium.

Anno 1571.

CYPRIANVS CRACOVIENSIS Polonus. Adde: Ochini, Lu-

Lutheri, Melanthonis, Roretoadami, Caluini, & Bezæ ſerpentibus erroribus per Poloniam, in eos lingua, & calamo præ alijs noſtris Cyprianus Cracouienſis, Leonardus Baccalaureus, Gregorius, & Melchior Fidei cenſor,& in Fide catholicos obfirmantes inſurrexerunt. Ita referunt Staniſlaus Hoſius Cardinalis, Archiepiſcopus Gneſnenſis, Nicolaus Dzierzouius Archiepiſcopus Gneſnenſis prædicti Cardinalis Anteceſſor, Philippus Padnieuius, Franciſcus Craſinius, Petrus Moſcouius Epiſcopi Cracouienſis. Bzouius de Prouincia Polona *cap.* 8. Fontana *in Monumentis Dominicanis an.* 1558.

Anno 1573.

THOMAS MANRIQVEZ. Adnotauit errores in Alexandro Tartagino, dicto de Imola, inquinato annotationibus Caroli Molinæi damnatæ memoriæ; quas pro vtilitate iureperitorum hic cenſuimus apponendas: in editione Lugdunenſi an. 1556.

Ex Libro Primo.

Tollantur Epiſtolę Caroli Molinæi quatuor folijs contentæ. Ibi, *Liber Primus Conſiliorum* &c. tolle hæc. *Opera Caroli Molinæi Iureconſulti Pariſienſis, cum eiuſdem C. M. annotationibus analyticis:*

Conſ. 4. *fol.* 9. *col.* 2. *ver. iuramenti*, ad medium, tollantur duo verba, *veritas vt.*

Conſ. 8. *fol.* 11. *col.* 2. *ver. fuerunt*, tollatur integra additio, à dicto verbo, *fuerunt*, vſque ad litteras C. M.

Conſ. eodem, fol. eodem, col. 3. *ver. correcta*, tollatur tota additio, ab eodem verb. vſque ad illud, *exemptos fuiſſe* C. M.

Conſ. 27. *fol.* 28. *col.* 3. *ver. producto*, tolle quattuor lineas, *à ver. & malè*, vſque ad illud, *ſeruamus*.

Concil. eodem fol. 29. *col.* 2. *ver. ſalutis*, tolle duodecim lineas, *à ver. vbi iuſtè*, vſque ad illas literas C. M. Ibidem *in ver. tertio ratione à ver. ſed omnes*, vſque ad litteras C. M. tolle vndecim lineas. Ibidem paulo inferius *ver. actus*, tolle quinque lineas:

Ibid. col. 3. *quatuor lineas, à ver. valebit*, vſque ad illud *num.* 3.

Conſ. 42. *fol.* 40. *col.* 2. *ver. iuramentum*, tolle quinque lineas ab eodem ver. vſque ad illud, *num.* 4.

Conſ. eod. fol. 41. *col.* 2. *ver. aliàs*, tolle ſeptem lineas ab eodem ver. vſque ad illud, §. LXXVI.

Conſ. 59. *fol.* 54. *col.* 2. *ver. inſtrumento*, tolle 25. lineas, ab eod. ver. vſque ad illud, conſi. C. M.

Conſ. & fol. eiſdem col. 3. *ver. non valet*, tolle omnes additiones ſequentes ab eodem ver. *non valet*, vſque ad illud, *qua ad eum ſpectant*. C. M. ſcilicet lineas 32.

Conſ. 79. *fol.* 68. *col.* 3. *ver. forum*, tolle lineas 24. ab eodem verbo, vſque ad illud, LXXV. C. M.

Conſ. 85. *fol.* 33. *col.* 2. *ver. ipſo iure*, tolle ſeptem lineas, *à ver. ſed eſt falſum*, vſque ad illud, C. M.

Conſ. 97. *fol.* 82. *ver. nec etiam*, dele quatuor lineas, *à ver. ſed errant*, vſque ad illud, C. M.

Conſ. 125. *fol.* 104. *col.* 2. *ver. ſeruandum*, tolle ſeptem lineas ab eodem ver. vſque ad illud, *conſi.* C. M.

Ex Libro Secundo.

Tollatur Epiſtola Molinæi, & ibi, *Liber Secundus* &c. tollantur decem lineæ, *à ver. Opera Caroli* vſque ad illud, *accommodatis:*

Conſ. 1. *fol.* 2. *col.* 3. *ver. diſpenſari*, tolle ſex lineas à ver. *ſed tunc*, vſque ad illud, *mendacis*. C. M.

Ibidem ver. ſpectas, tolle tres lineas. *Ibidem ver. non peccat*, in fine, tolle illa verba, *ſecus in Diuinis, & quoad Deum.*

Conſ. 3. *fol.* 4. *col.* 2. *ver. tollit*, aufer quinque lineas *à ver. ſed ſunt ineptia*, vſque ad illud, C. M.

Conſ. 11. *fol.* 12. *col.* 3. *ver. iuramento*, tolle illa verba in fine, *verum eſt vt etiam.*

Conſ. 12. *fol.* 3. *ver. factum*, tolle ſeptem lineas.

Conſ. 37. *fol.* 28. *col.* 2. *ver. Paulus*, tolle quinque lineas, vſque ad illud, C. M.

Conſ.

Conſ. 38. *fol. eod. col.* 4. tollatur tota Epitome incipiens, *Si mulier*, vſque ad illud, C. M.

Conſ. 65. *fol.* 46. *col.* 3. *ver. laicum*, tolle illud, *ſed hoc friuolum eſt*.

Conſ. 91. *fol.* 63. *col.* 3. *ver. ſaperet*, tolle quatuor lineas.

Conſ. 119. *fol.* 83. *col.* 2. *ver. vſurarum*, tolle 13. lineas ab eodem verbo vſque ad illud, C. M.

Conſ. 121. *fol.* 84. *col.* 3. *ver. contrariam*, tolle 24. lineas, *à verſ. quod mihi videtur*, vſque ad illud, *ſuperſtitio*. C. M.

Conſ. eod. in fi. fol. 85. *col.* 2. *ver. religione*, tolle 18. lineas ab eod. ver. vſque ad C. M. *Ibidem ver. capacem*, dele tres lineas.

Conſ. 139 *fol.* 97. *col.* 2. *ver. vſufructus*, tollantur quinque lineæ. *Ibidem col.* 3. *ver. valere*, tolle ſex lineas.

Conſ. 157. *fol.* 110. *col.* 2. *ver. validatur*, tolle tres lineas *Ibid. col.* 3. *ver. Iuramenti*, item tres lineas, & paulò infra *ver. Iuramentum*, ſeptem lineas, *à ver. ſed dicendum*, vſque ad C. M.

Conſ. 163. *fol.* 113. *col.* 3. *ver. pium*, tolle tres lineas ab eod. ver. vſque ad illud, *vbi dixi*.

Conſ. 178. *fol.* 123. *col.* 3. *ver. valet*, tolle vndecim lineas ab eod. ver. vſque ad C. M.

Conſ. 205. *fol.* 144. *col.* 3. *ver. iuratum* tolle 19. lin. ab eodem ver. vſque ad C. M.

Conſ. 209. *fol.* 147. *col.* 2. *ver. per ea* tolle 15. lin. ab eodem ver. vſque ad illud, *gl. fin. Ibid. col.* 3. ver. Epiſcopi 13. lin. ab eodem verbo, vſque ad illud, Sempronius. C. M.

Conſ. 221. *fol.* 156. *col.* 2. deleantur omnes additiones à verbo *excludit*, vſque ad illud, vt ſæpè dixi, ſcilicet 15. lineæ. *Ibid. col.* 3. ver. habilitatio, deleantur vndecim lineæ vltimæ, *à ver. quam limitationem*, vſque ad illud, pub. C. M.

Ex Libro Tertio.

Tollitur Præfatio, & ibi, *Liber Tertius*, tollantur octo lineæ *à ver. Opera Caroli*, vſque ad illud, *Margini accomodatis*.

Conſ. 1. *fol.* 3. *col.* 2. *ver. non valet*; tollantur tres lineæ.

Conſ. 4. *fol.* 6. *col.* 2. *ver. probet*, tres lineæ.

Conſ. 6. *fol.* 7. *col.* 3. *ver. profanis*, in medio, auferantur hæc omnia, *Hodie non curamus de his formis*.

Conſ. 9. *fol.* 11. *col.* 2. *ver. prælatura*, auferantur quinque lineæ *à ver. ſed hoc non obſeruatur*. vſque ad illud, *ſolemnitatem*.

Conſ. 13. *fol.* 14. *col.* 2. *ver. concludo*, in medio, corrigatur, *ver. Sectam* & mutetur *in Religionem*, vt conſtet ſenſus.

Conſ. 17. *fol.* 18. *col.* 3. *ver. medio*, in prima linea auferuntur *hæc, quæ habuit ortum ab errore Canoniſtarum*.

Conſ. 20. *fol.* 20. *col.* 2. *ver. obſtet*, tollantur tres lineæ.

Conſ. 21. *fol.* 21. *col.* 3. *ver. alio*, quinque lineæ à ver. *ad ineptias*, vſque ad illud, C. M.

Conſ. 29. *fol.* 27. *col.* 2. *ver. reliquiſſe*, in fine, tollantur duæ lineæ *à ver. quod faciunt*, vſque ad illud, *exultauit*.

Conſ. 38. *fol.* 34. *col.* 3. *à ver. Deum*, omnia, quæ ſequuntur vſque ad illud, dixi. C. M.

Conſ. 63. *fol.* 46. *col.* 3. *à ver. competentem*, vſque ad illud, *Præfa. glo.*

Conſ. 80. *fol.* 58. *col.* 2. *ver. tempus*, tollantur decem lineæ, ab eodem ver. vſque ad illud, IIII. C. M.

Conſ. 81. *fol.* 60. *col.* 2. *ver. iuramento*, tollantur ſex lineæ, vſque ad illud, *num.* 13.

Ex Libro Quarto.

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Quartus*, tollantur octo lineæ à ver. *Opera Caroli*, vſque ad illud, *accommodatis*.

Conſ. 6. *fol.* 6. *col.* 2. *duplex*, tollantur lineæ 20. à verb. *Sed poſtea*, vſque ad illud, *auxilium* C. M.

Conſ. 17. *fol.* 13. *col.* 3. *verb. Eccleſiæ*, decem lineæ ab eo verbo vſque ad illud, gl. VII.

Conſ. 55. *fol.* 38. *col.* 2. *verb. non poſſunt*, tollantur decem lineæ *à ver. quod notat*, vſque ad illud, *fundamentum incluſiuè*, & relinquatur additio ſic, *ver.*

non

non poſſunt, *c. ſi ſacerdos*, & reliqua, quæ ibi ſequuntur.

Conſ. 56. *fol.* 39. *col.* 2. *ver. veritas*, deleantur lineæ 28. *à ver. videat otioſus*, vſque ad finem additionis, ſcilicet Ioan. XIV.

Conſ. eodem fol. 39. *col.* 3. dele hæc verba, quia contra ius Diuinum.

Conſ. 60. *fol.* 42. *col.* 2. deleantur omnes additiones à principio vſque ad finem per totam col. ſcilicet lineæ 55.

Conſ. 74. *fol.* 49. *col.* 3. *ver. habitu*, dele hæc, *prolixè*, *& ſuperſtitiosè diſtinguat*. C. M.

Conſ. eod. fol. 50. *col.* 3. *ver.* potuit, dele quatuor lineas *à ver. ſed veritas*, vſque ad illud, *teneat*.

In Themate conſ. 81. *fol.* 56. *col.* 2. *ver. peiora*, deleantur quatuor lineæ ab eodem ver. vſque ad illud, *recentem*.

Conſ. 96. *fol.* 63. *col.* 2. *ver. commodatarius*, decem lineæ *à ver. ſed poſteaquam*, vſque ad illud, *titulo haberi*.

Conſ. 100. *fol.* 65. *col.* 2. *ver. his tamen*, in medio, tolle hæc, *quoniam tales ſecundum Apoſtolicum* 1. *Timoth.* 6. *viatico contenti eſſe debent*.

Conſ. 105. *fol.* 66. *col.* 3. *ver. per ea*, tollantur omnes additiones à principio, vſque ad finem, per totam col. ſcilicet lin. 22.

Conſ. 112. *fol.* 70. *col.* 3. *ver. Ferraria*, tolle 14. lineas à ver. *ſed falſum eſt*, vſque ad C. M.

Conſ. 119. *fol.* 75. *col.* 2. *ver. iuris*, dele lineas 28. à ver. *ſed more* vſque ad illud, C. M. *Ibid. col.* 3. *à ver. triū* dele à principio vſque ad illud, C.M.

Conſ. 121. *fol.* 76. *col.* 2. *ver. dominium*, tolle quatuor lineas.

Conſ. 125. *fol.* 81. *col.* 3. *ver. ſicut*, tolle octo lineas, ab eod. ver. vſque ad C. M.

Conſ. 126. *fol.* 82: *col.* 3. *ver. non peccat*, tolle 14. lineas ab eod. ver. vſque ad C. M.

Ex Libro Quinto.

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Quintus*, ſex lineæ *à verſ. Opera Caroli*, vſque ad illud, *accomodatis*.

Conſ. 1. *fol.* 3. *col.* 2. *à ver. conſtantiæ*, auferantur lineæ 24. vſque ad illud, *ſubſcribere*. C. M.

Conſ. 3. *fol.* 6. *col.* 2. *ver. integrum*, lin. 15. ab eodem ver. vſque ad illud, §. LXVIII.

Conſ. 5. *fol.* 7. *col.* 2. *ver. Canonico*, quatuor lineæ ab eodem verſ. vſque ad illud, *num.* 72.

Conſ. 24. *fol.* 24. *col.* 3. *ver. Sylueſtro*, tollantur lineæ 42. à principio vſque ad illud, *negat* C. M.

Conſ. 52. *fol.* 44. *col.* 3. *ver. Italica*, tolle ſex lineas.

Conſ. 69. *fol.* 50. *col.* 3. *ver. præſumuntur*, aufer duas lineas vltimas.

Conſ. 72. *fol.* 56. *col.* 3. *ver. reſpondit*, tolle lineas octo à ver. *licet Alex.* vſque ad C. M.

Conſ. 80. *fol.* 62. *col.* 2. *ver. arbitrator*, dele ſex vltimas lineas à ver. *quod non abs re*.

Conſ. eodem fol. 63: *col.* 2. *ver. iuramentum*, dele tres lineas, vſque ad illud, *conſ.* 28.

Conſ. 92. *fol.* 73. *col.* 2. *ver. præſentata*, tollatur tota additio, quæ occupat integram columnam, & videtur facta in odium prouiſionum Rom. Pontificis. Scilicet ab eodem ver. vſque ad illud, *texere videatur* C. M.

Conſ. 102. *fol.* 77. *col.* 3. *ver. inciſum*, in fine, tollantur octo lineæ à verbo, *& etiam limitatio*, vſque ad C. M.

Conſ. 121. *fol.* 88. *col.* 3. *vee. concludit*, tolle nouem lineas à ver. *Lauren.* vſque ad C. M.

Conſ. 131. *fol.* 93. *col.* 3. *ver. commune*, tolle ſex lineas à ver. *Phil. Melancht.* vſque ad illud, *& benè*.

Conſ. 133. *fol.* 96, *col.* 2. *ver. renunciare*, tolle quinque lineas à ver. *ſed eſt falſum*, vſque ad illud, *contractus*.

Conſ. 180. *fol.* 128. *col.* 2. *var. iurauerit*, aufer lin. 49. ab eodem ver. vſque ad illud, §. CXXII. C. M. & ibidem, ſequente additione, ver. *tempore*, tolle ſeptem lineas à ver. vſque ad illud, *hominibus*, &c. C. M.

Conſ. 187: *fol.* 132. *col.* 3. *ver. leges*, aufer lineas 15. ab eodem ver. vſque ad illud, *hominibus* &c. C. M.

Ex Libro Sexto.

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Sextus*, ſeptem lineæ à ver. *Opera Caroli*, vſque ad illud, *accommodatis*.

Conſ. 6. fol. 4. col. 3. ver. Senenſes, tollatur tota additio, vſque ad illud, *innexiſſe*, C. M. & ibidem ver. *infideles*, tollantur hæc, *exceptis paucis Theologaſtris adulatoribus Papæ*.

Conſ. 8. fol. 6. col. 2. ver. vſurarum, tollantur vltimæ vndecim lineæ à ver. videtur Alex.

Conſ. 13. fol. 10: col. 2: ver. Iuramentum, quinque lineæ.

Conſ. 54. fol. 23. col. 3. ver. venditoris, auferatur tota additio, ferè per integram columnam, vſque ad illud, C. *de vſuris* C. M. quia hic in materia vſurarum ſpecialiter fuit hæreticus.

Conſ. 78. fol. 31. col.... ver. Italica, tollantur octo lineæ vltimæ, à ver: *vnicum remedium*. vſque ad C. M.

Conſ. 83. fol. 34. col. 2. ver. iuramento, tres Lineæ.

Conſ. 87. fol. 36: col. 2. ver. ludo, auferantur 72. lineæ, ab eodem ver. vſque ad illud, *prout deficit* C.M.

Conſ. 93. fol. 42. col. 3. verbo differentia, in medio tollantur quinque lineæ à verbo *præfata differentia*, vſque, ad illud, *vt tenet*. Ibidem verb. *Eccleſia*, tollatur tota additio ab eodem verbo vſque ad illud, *atheos eſſe*. C. M.

Conſilio 152. fol. 73. col. 3. verbo Iuramento, tollantur tres lineæ.

Conſ. 160. fol. 78. col. 3. ver. ſynodalis, ſeptem lineæ.

Conſ. 185. fol. 94. col. 3. verb. Iuramentum, tolle hæc, *ſed non eſt verum. nec practicatur*. Car. Mol.

Conſ. 206. fol. 111. col. 3. verb. diſtributio, tolle lineas 34. à verbo *& ad hoc poſſunt*, vſque ad illud, *poteſt* Carol. Mol.

Conſ. 209. fol. 114. col. 2. verb. pænam, tolle hæc, *vbi contrarium tenuit* C. M.

Conſ. 219. fol. 122. col. 2. verbo longo in fine, tolle ſex lineas, à verbis *ſed in locis*, vſque ad illud, conſilia C. M.

Conſilio 233. fol. 131. col. 3: verb. blaſphemare, tolle lineas 24. à verbo, *verbi gratia*, vſque ad illud, noſtris. Carol. Mol.

Conſil. 239. fol. 136. col. 2. verb. Epiſcopum, deleatur tota additio, vſque ad illud, *col.* 4. Carol. Mol.

Ex Libro Septimo.

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi *Liber Septimus*, ſex lineæ, à ver. *Opera Caroli*, vſque ad illud, *accommodatis*.

Conſilio 13. fol. 10. col. 3. verb. pecuniaria, tollatur tota additio magna, vſque ad illud, Carol. Mol.

Conſ. 29. fol. 21. col. 3. verbo in rem, tollantur ſeptem lineæ.

Conſ. 51. fol. 34. col. 3. verb. Sigiſmundus; dele hæc, *cui Pontifices inhibibant*.

Conſ. 63. fol. 43. col. 2. verbo imo, tollantur tres lineæ.

Conſ. 89. fol. 56. col. 3. verb. iuramentum, 15. lineæ ab eodem verbo, vſque ad illud ſuſtineri. Car. Mol.

Conſ. 100. fol. 62. col. 3. verb. fructibus, quinque lineæ vltimæ à verb. *Philip. Melancht.*

Conſ. 101. fol. 63. col. 2. verb. Dei, quindecim lineæ, à verb. *atqui non eſt hominis*, vſque ad illud, *ſuper omnes Eccleſias*, quod eſt in verb. *liberam*, in fine decem lineæ à verb. *quæ ſunt falſa*, vſque ad illud, *iuſta cauſa*, Caroli Mol.

Conſ. 116. fol. 73: col. 2. verbo ſuffraganeus, tolle lineas 41. ab eodem verbo vſque ad illud, *beneficium*, Carol. Mol.

Conſ. 119. fol. 74. col. 3. verb. iuramentum quatuor lineas, vſque ad Carol. Mol. Ibidem verb. *Iuramentum*, nouem lineas à verb. *ſed ego dico* vſque ad Carol. Mol.

Conſ. 130. fol. 83. col. 2. verbo promiſit, dele omnes additiones, quæ ſequuntur per totam eandem columnam & ſequentem, vſque ad illud, *manifeſtari incipit* Carol. Mol.

Conſ. 145. fol. 91. col. 2. à verbo corporali, tollatur tota additio, quæ occupat integram columnam vſque ad

illud

illud, *immunitas*. Carolus Molinæus.

Conſ. 146. *fol.* 92. *col.* 2. *verb. voluiſſe*, tolle 14. lineas à verbo *ſed veritas*, vſque ad illud, *practicamus* Carol. Mol.

Conſ. 149. *fol.* 94. *col.* 3. *verbo etiam*, tolle 16. lineas, ab eodem verbo vſque ad illud, *num.* 1. Carolus Molinæus.

Conſ. 150. *fol.* 95. *col.* 3. *verb. valet*, octo lineas à verbo *Alex.* vſque ad Carol. Mol.

Conſ. 180. *fol.* 114. *col.* 2. *verb. noſtrum*, 24. lineas ab eodem verb. vſque ad illud, *depoſitum*. Carol. Molinæi.

Conſ. 210. *fol.* 130. *col.* 2. *verb. licita*, tolle ſex lineas ab eodem verbo vſque ad illud, *vſur*. Carol. Mol.

Conſ. 213. *fol.* 131. *col.* 2. *verb. abſolutio*, & verbo *validitas*, tolle 28. lineas, vſque ad illud, *ius dicere* Carol. Molinæus.

Anno 1575.

MANTIVS de CORPORE Chriſti. Hoc anno 1575. feliciter diem clauſit extremum idibus Iulij. In quodam oppido propè Villam nouam Sancti Mantij Diæceſis Palentinæ natus eſt. Amplexatus eſt Dominicanam Religionem Salmanticæ. Triginta, & amplius annos Compluti, & Salmanticæ functus eſt Regentis officio peregregiè. Inter tot ſcholaſtica exercitia leges noſtras ad præſcriptum ſeruans, reddebat vota, quæ labia ſua diſtinxerant. In eo deſideria ſancta prorumpebant ſtatim in opera. Felicior fuit in docendis ijs, qui deinceps ſcriptis ſuis poſteros erudirent, quàm in euulgandis operibus ſuis. Dictauit (vt diximus ibi) ſed non euulgauit.

In Summam Theologiæ Diui Thomæ doctiſſima Scholia.

Item *Obſcuram explanationem Card. Thomæ Caietani, cuius ſcholam acerrimè defenſabat, reddidit ſuis interpretationibus perujam, & apertam.*

De eo (præter ibi citatos) Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 2. *fol.* 66. *colum.* 1.

Anno 1576.

BARTHOLOMAEVS CARRANZA. Petulanter Petrus de Valle clauſa hæreſis expoſtulauit Carranzam. Fateor quidem denunciatum fuiſſe; at ſola delatio non eſt conuictio criminis. Erat hic magnus Fidei propugnator, & pro tuenda Eccleſia, & eius iuribus, sēper ſtrenuè inſudauerat. Regnantibus in Anglia Philippo Auſtriaco, & Maria eius coniuge, ſumma, qua apud ipſos auctoritate pollebat, ſimultates circa receptionem Legati ſedis Apoſtolicæ ortas, pacauit; laborauitque indefeſſe, vt Regnum Anglicanum in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia permaneret. Hæreticorum fuit flagellum; Thomam Crammerum Archiepiſcopum Canthuarienſem, Oxoniæ iuſſit effodi, atque comburi; ſicut & oſſa vxoris Petri Martyris Hæreſiarchæ. Lopez *p.* 5. & Fontana *in Monumentis Dominicanis anno* 1553. *vſque ad* 1556. Archiepiſcopus Toletanus deinde creatus fuit. Tandem citatus à Romano Pontifice, Romæ obedire paratus comparuit, & ſemper præ ſe tulit Eccleſiæ filium humilem, & fidelem. Conſulantur Fernandes, Epiſcopus Monopolitanus Centuria 4. & alij.

Audiamus de eo Cardinalem Pallauicinum è Societate Ieſu aſſumptum, qui 2. Parte Hiſtoriæ Concilij Tridentini Italicè ſcriptæ *lib.* 14. *cap.* 11. ſic ait: *Quantum ad Carranzam, de quo tacere voluit Suauius, dicendum, quod per plures annos, cauſa eius fuit ventilata apud Inquiſitionem Hiſpanicam: dein apud Romā ſub Pio V. & Gregorio XIII. non eſt inuentum fundamentum eum abſolutè condemnandi, ſed ſolùm adigendi, vt fateretur grauem dediſſe anſam malè de eo ſuſpicandi. Poſt quæ, liber à carcere, non ſolum inimaminatæ fidei, ſed etiam ſingularis deuotionis ſigna dedit.* Hucuſque Pallauicinus. Carranza igitur purgatus eſt à calumnia.

Anno 1577.

IOANNES GALLO, Burgenſis. Vt dictum eſt, orauit in Concilio

cilio Oecumenico Tridentino de Angelico noſtro Doctore. Sicut enim de Sancto Hieronymo, ita & de Sancto Thoma in illa ſacroſancta Synodo habita fuit oratio, quæ extat in Libro de Orationibus habitis in illo ſacro Cætu, impreſſo Louanij 1567. *Vix quiſquam enarrare ſufficeret* (inquit Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 6. Mar. tij) *quot vir ſanctiſſimus, atque doctiſſimus Theologorum præconijs celebretur: quantumque illius illibatæ doctrinæ à SS. PP. in ſacroſancto Concilio Tridentino fuerit acclamatum.*

Ex ijs obmuteſcet mordacitas Petri a Valle Clauſa contra Hieronymum Vielmũ Epiſcopum Argolienſem tract. pro ſcriptis S. Thomæ.

Anno 1578.

IACOBVS FOVRRÉ. Eius meminerunt Lefeburè, Fontana *in Monumentis Dominicanis an.* 1564. *& alij.*

Anno 1582.

HIERONYMVS VIELMVS Epiſcopus Argolienſis. Iuremeritò ſummis laudibus extulit Diuum Thomam, cuius doctrinam maximi fecit Concilium Florentinum, in quo ex quatuor à ſummo Pontifice, & Patribus electis ad diſputandum contra Græcos de Proceſſione Spiritus Sancti duo fuerunt Dominicani, diſcipuli Sãcti Thomæ, ſcilicet Epiſcopus Corofenſis, ſeu Corenſis, & Ioannes de Monte Nigro Prouincialis Lombardiæ; de quibus Spondanus an. 1439. *num.* 2. 3. *&* 4. Thomas Clericus Regularis Congregationis Patrum Theatinorum in Libro, cui titulus, *Vinea Chriſti*, ſeu *Politica Eccleſiaſtica pag.* 78. *editione Lugdunenſi* 1647. ſic loquitur *Angelicus Doctor D. Thomas Theologicam diſciplinam, mirabili ordine, nobiliorique methodo, ſaniori Doctrina feliciſſimè illuſtrauit, & quam Exegeticam à Patribus accepit, miro ingenio, ac felicitate, Scholaſticam poſteris tradidit. Obſtupuere ad hanc Angelicam Doctrinam in Concilio Florentino Græci Præſules, admirati Latinos tanta eruditione excultos, tanta ſacrarum litterarum præſtantia, & argumentorum ſubtilitate præpollere: ſciſcitati à quonam fonte tam puræ doctrinæ latices hauſiſſent? vbi compertum habuere, ab Aquino ſacras defluxiſſe ſapientiæ vndas, ad ſe deriuare tentant ſapientiæ fontem. Itaque Patres Græci, vt Latinam diſciplinam in Græciam traducerent*, D. *Thomæ Summam Latino idiomate compoſitam in Græcum traduxere.*

Poſſeuinus, qui à Geznero in ſua Bibliotheca accepit, ait in Apparatu Sacro *tom.* 1. *fol.* 387. verbo Demetrius Cydonius: *Demetrius Cydonius, ſeu Cydonas, Theſſalonicenſis, vir doctus æquè, ac Sanctus, Græca, Latinaque facundia præditus, ex patria decedens Mediolanum venit, vbi litteris Latinis, & Theologiæ operam dedit. Sancti Aquinatis libros in Græcum ſermonem vertit, quæ verſio hodieque in Bibliotheca Vaticana cernitur &c. Obijt annis abhinc ferè ducentis.* Quod & confirmat Verbo *Thomas Aquinas.*

Anno 1584.

ANTONIVS VIMANARENSIS. Vndecim, aut circiter annos Louanij docuit apud Belgas. Anno 1575. venit in Vrbem. Eruditus ille alius noſter Pater, à quo diutum ſe fuiſſe fatetur ingenuè, in labore illo ingenti marginalium adnotationum in Summam Theologiæ Angelici Præceptoris, fuit Bruxullenſis.

Scripſit *etiam de Euictione Religioſorum vniuerſa, quæ ad abſolutam Religionis formam ſpectant, exactiſſimè comprehendens.* Louanij 1571. in 12.

Opuſculum Beati Humberti de Eruditione Religioſorum, ſeu de tribus votis correxit ad exemplarium M. S. fidei, & Patrum teſtimonijs, quæ in illo citantur ad marginem illuſtrauit, ediditque Louanij apud Rutgerum Velpium 1576. in 16.

Librum alium Theologicum, Anonymũ; nam de eius inſcriptione adhuc deliberabat anceps.

Edidit duas conciones, quas adnexuit Homilijs Henrici Luſitaniæ Sereniſſimi Infantis, & Opuſculo Beati Humberti, vt iuſtum eſſet volumen, & publicauit Louanij 1575.

An-

Anno 1590.

STEPHANVS LVCINIANVS. Alterum Stephanum Lucinianum etiam Regum Cypriorum ſanguine prognatum ponunt Abrahamus Bzouius *in Annalibus Eccleſiaſticis anno* 1283. *num.* 15. Fontana *in Monumentis Dominicanis part.* 1. *cap.* 2. *fol.* 18. & alij. Hic Inſulam Cypriam doctrina, & ſanctitate illuſtrauit. Cum alijs ſocijs ſuis Catholicam fidem ſcriptis, & prædicatione ſummoperè in regionibus illis mirificè propagauit. Obijt Nonagenarius anno 1283. Opera dicti Stephani, & ſociorum eius in Inſula Cypri Conuentus ad numerum Quadraginta ſex peruenerunt. Bzouius *in Annalibus an,* 1223. *num.* 25.

Anno 1591.

MELCHIOR MOSTICENSIS Polonus. Anno 1559. ſub Paulo IV. cum Brentius, & alij Germaniæ Hæretici obtuliſſent Sigiſmundo Primo Regi Polonię blaſphemas Schedulas ad ſubſcribendum, & ſordidante hæreſi infectas, velletque Rex deceptus ſubſcribere, ipſiſque diſſeminandi, ac prædicandi in Regno doctrinam ſuam, licentiam concedere; Melchior Generalis in Polonia Inquiſitor ſubingreſſus, dum hæc fierent, intrepida, & Apoſtolica libertate, porrectum iam Regi calamum de manu excuſſit, ſchedas hæreticorum diſcerpſit, eoſque coram Rege, viua voce, ac tonante ſpiritu confudit, atque hæreſi, ne per Poloniam ſerperet, Fidei Athleta inuictus, viam præcluſit, & conſtanter eiuſdem hæreſis ſeminatores repulit in Germaniam. Ita teſtantur Michouius *Diſcurſu* 311. *num.* 30. Fernandez *in Concertatione Præd.*

Quidam ponunt hunc fato functum 6. Kalendas Sepetembris 1590. Ita Bzouius *cap.* 10. At aliter conſtat ex Epitaphio.

Epiſtola ad Ochinum ſic incipit: *Ad Patrem Bernardinum Ochinum Senenſem Eccleſiæ Matris, & Religionis Deſertorem Pater Melchior Moſticenſis, Sacræ Theologiæ Magiſter Ordinis Prædicatorum. Quid tibi in mentem venit (ò Bernardine?) Quis te Dæmonij malus, velut olim reprobum Iſraelitieum Regem arripuit Spiritus? Pater mi, Pater, currus Iſrael, & auriga eius. Quem in ſpiritu, & virtute Eliæ aſcendentem paulò ante mirabamur in cælum, Quomodo cum curribus, & equitibus Pharaonis deſcendentem dolemus in Infernum? Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; vinum tuum mixtum eſt aqua? O inſenſate ſenex, qui te faſcinauit, vt ad aliud te conuertens Euangelium, quod non ab vberibus matris tuæ ſuxiſti, vt alium tibi configeres Chriſtum, quem à Catholica Eccleſia non didiciſti?* &c. Bzouius *cap.* 10. Plodius.

Anno 1594.

FLORENTINVS PVTEANVS, Cœnobij Antuerpienſis, vir doctiſſimus perindè ac pius, toto vitæ ſuæ decurſu poſt ſcientiarum curſum emenſum verbo, & calamo in hæreticos decertauit. Erat eorum hoſtis acerrimus: Ea propter ab eis ſuſtulit plura. Hoc anno feliciter abiuit ad meliores.

Pro fide catholica ſcripſit plurima in Hæreticos.

Eius meminerunt Lopez *p.*5. & alii.

Ioannes Maliacenſis 1277. iterum ponitur 1290. Igitur hic §. *eſt delendus.*

Anno 1599.

BARTHOLOMAEVS RIMBERTINVS. Hic iam poſitus fuerat anno 1514. quare hinc abigatur.

Explicit Appendix Primi Tomi Bibliothecæ.

ADRIANVS SZAHAOVVSTKI Polonus, fuit Philoſophus præſtantiſſimus, & Theologus. Erat Sigiſmūdo I. à ſacris cōfeſſionibus an. 1531. die 17. Aprilis à Clemente VII. creatus eſt Præſul Ennenſis, & Poſnanienſis ſuffraganeus. Plura doctiſſimè ſcripſit.

Obijt anno 1539. eius meminerunt Bzouius *de Rebus geſtis in Polonia Ord. Præd. c.* 1. *Regeſt. Cancellar. Apoſt.* Fontana, & alij.

D.O.M.

D. O. M.

Perenni bonorum omnium Fonti.
Mariæ Dulciſſimæ, Miſericordiæ Matri,
Intactæ, inuiolatæ, caſtiſſimæ,
Verbi hominis humili Genitrici,
Auguſtiſſimæ Orbis Reginæ,
Pertuto Peccatorum Refugio,
Prædicatorum lectiſſimæ Protectrici,
DOMINICO GVSMANO,
Deiparæ à ſecretis,
Orbis Prædicatori, Athlanti
Prædicatorum Patri, ac Duci
Cælitibus omnibus,
Quorum nomina his tabulis nos adſcripſimus
Noſtræ Voluminis Primi Bibliothecæ
Ad Maiorem Gloriam.

FINIS.

IN-

INDEX.

NOMINVM SCRIPTORVM,

Qui in hoc primo Bibliothecæ Volumine recenſentur.

ABrahamus Valdenſium Cantuarienſis. Anno 1299.
Accoldus Florentinus. Anno 1321. col. 1.
ADAMVS:
Adamus Braduadinus Cantuarienſis Anglus. 1390. col. 2.
Adamus Colonienſis Germanus. 1355. col. 2.
Adamus Ferrarius Gallus Aurelianenſis. 1383. col. 1.
ADRIANVS.
Adrianus Polonus Epiſcopus Ennenſis. 1599.
Adrianus Valenticus Venetus. 1572. col. 2.
ÆGIDIVS.
Ægidius Bononienſis, alter Lombardus. 1584. col. 2.
Ægidius Fuſcaratius Bononienſis, Epiſcopus Mutinenſis. 1564. col. 2. & ſeq.
Ægidius de Liſciuijs. 1276. col. 1. & in Appendice.
Ægidius Marcheſiaſus. 1563. col. 2.
Ægidius Topiarius 1579. col. 1. & 2.
Aitonus, ſiue Haitonus Armenus. 1307. col. 1.
Beatus Alanus de Rupe Batauus. 1474. col. 1. & ſeq. & in Append.
ALBERTVS.
Albertus de Aguayo Hiſpanus. 1530. col. 2.
Albertus Bellunenſis, ſiue Vtinenſis. 1499. col. 2.
Albertus Caſtellanus Venetus. 1500. col. 1. & 2. & in Appendice.
Albertus Laudenſis Lombardus. 1326. col. 2.
Beatus Albertus Magnus Germanus. 1280. col. 2. & ſeq.
Beatus Albertus Manduegarius Brixienſis Italus. 1314. col. 2. & ſeq. & in Append.
Albertus Porliſienſis Polonus. 1500. col. 2.
Albertus de Saxonia. 1330. col. 2.
Albertus de Venetijs 1546. col. 1.
ALDOBRANDINVS.
Aldobrandinus Ferrarienſis. 1471. col. 1. & 2.
Beatus Aldobrandinus Paparonus. 1289. col. 2.
Aldobrandinus de Toſcanota Italus. 1313. col. 1.
Beatus Aldobrandinus Canalcante Epiſcopus Vrbeuetanus. 1503. in Appendice.
ALEXIVS.
Alexius Filiuccius Senenſis Italus. 1571. col. 1.
Alexius Garzia Prouinciæ Nouæ Hiſpaniæ. 1593. col. 2.
Alexander Bononienſis. 1482. col. 2.
Alexander de Franciſcis Hebræus, Epiſcopus. 1597. col. 1. & 2.
Aloyſius Faria Vlyſiponenſis. 1599. col. 2. & ſequen.
ALPHONSVS.
Alphonſus de Abendaño Hiſpanus. 1596. col. 1.
Alphonſus de la Anunçiada Hiſpanus. 1575. col. 2.
Alphonſus Bonihomius Hiſpanus. 1338. col. 2.
Alphonſus Cabrera Hiſpanus Cordubenſis 1598. col. 1. & 2.
Alphonſus Chacón Hiſpanus Beacienſis, vide ſequentem 1599.
Alphonſus Ciacconius Hiſpanus Beacienſis. 1599. col. 1. & ſequenr.
Alphonſus de Eſpinoſa Hiſpanus. 1584. col. 1.
Alphonſus de Herrera Hiſpanus. 1550. col. 2.
Alphonſus Horoxquis, vide Didacus. 1570. col. 1. & 2.
Alphonſus de Luna Hiſpanus de Villalpando. 1596. col. 2.
Alphonſus de Madrigal Hiſpanus. 1589. col. 2.
Alphonſus de Marco Auerſanus. 1595. col. 1. & 2.
Alphonſus Martinez Hiſpanus Bæticus. 1559. col. 1.
Alphonſus Muñoz Hiſpanus. 1560. col. 2.
Alphonſus Munhocius Hiſpanus. 1560. col. 1.
Alphonſus Munhoſius Hiſpanus. 1560. col. 1. & 2.
Alphonſus Riccius. 1513. col. 2.
Alphonſus Venero Hiſpanus Burgenſis. 1560. col. 2. & ſeq.
Aluarus Carducenſis Gallus. 1514. col. 1.
Amadeus Meigretius Lugdunenſis Gallus. 1334. col. 2. & ſequent.
Amadeus Macech, vide Amadeus Meigretius. 1334. col. 2. & ſeq.
AMBROSIVS.
Ambroſius Coriolanus. 1485. col. 2.
Ambroſius Germanus. 1516. col. 2.
Ambroſius Pelargus, Niddanus. 1517. col. 2. 1548. col. 2.

Ambro-

Ambroſius Poſſitus Senenſis, aliàs Catharinus Archiepiſc. 1553. col. 2. & ſeq.
Ambroſius Salazar Hiſpanus. 1560. col. 1.
Ambroſius Saluius de Balneolo Epiſcopus 1577. col. 2. & ſequent.
S. Ambroſius Senenſis Etruſcus. 1285. col. 2. & ſeq.
Beatus Ambroſius Soncinas Conuerſus, Italus. 1500. col. 2.
Ambroſius Stuc. 1546. col. 1.
Ambroſius Taegius Mediolanenſis Italus. 1500. col. 1.
A N D R E A S.
Andreas Alcherus de Materno Brixienſis, 1574. col. 2.
Andreas de Bocagnis, ſeu de Franchis Piſtorienſis Epiſcopus. 1400. col. 2. & ſequent.
Andreas Boncirus Germanus. 1335. col. 1
Andreas de Fabris. 1534. col. 2.
Andreas de Flores Hiſpanus Bæticus. 1550. col. 1. & 2.
Andreas Gallus. 1298. col. 2.
Andreas Gianezzus, vel Iannettus Salodienſis Italus. 1575. col. 2.
Andreas Græcus Archiepiſcopus Coloſſenſis. 1438. col. 1.
Andreas à Modoetia Lombardus. 1227.
Andreas de Moguer Hiſpanus. 1570. col. 1.
Andreas Piſanus Italus. 1508. col. 2.
Andreas Piſtorienſis Italus Epiſcopus. 1313. col. 1. & 2.
Andreas Portullaga Brixienſis Italus. 1507. col. 1.
Andreas de Reſende Hiſpanus Luſitanus. 1573. col. 1. & ſeq.
Andreas Turrianus Mediolanenſis. 1377. col. 1.
Andreatius Camerinenſis Picenus. 1314. col. 2.
A N G E L V S.
Angelus Barenſis Apulus Epiſcopus. 1407. col. 1.
Angelus Bettinus Florentinus. 1550. col. 1. & 2.
Angelus Bononienſis Epiſcopus Florentinus. 1417. col. 2.
Angelus Calepius Cyprus. 1594. col. 2. & ſequent.
Angelus Nigri Vitembergenſis, vide Angelus Nigro. 1293. col. 2. & ſeq.
Angelus Ignanninus Altamuranus. 1543. col. 1.
Angelus Martini Raguſinus. 1530. col. 2.
Angelus de Monte Ilcino. 1590. col. 1.
Angelus Nigro, ſeu Nigronius Viterbienſis. 1293. col. 2. & ſeq.
Angelus Pientinus Corſinianenſis Etruſcus. 1576. col. 1. & 2.
Beatus Angelus Pottaſole Peruſinus, Epiſcopus Groſſeten. 1334. col. 2.
Angelus Senenſis Etruſcus. 1560. col. 1.
Angelus de Seſto Ligur. 1580. col. 1.
Angelus Tranenſis Apulus Inquiſitor Generalis Regni Neapoli. 1295. col. 2.
Annales Colmerienſes Ord. Prædic. 1300. col. 2. in Append.
A N O N Y M V S.
Anonymus. 1513. col. 2.
Anonymus. 1513. colum. 2.
Anonymus N. 1403. col. 2. & ſeq.
Anonymus N. 1303. col. 2.
Anonymus Hiſpanus Matritenſis. 1303. col. 2.
Anonymus Hiſpalenſis. 1525. col. 2.
Anonymus Hiſpanus Caſtellanus. 1541. col. 1.
Anonymus Hiſpanus Luſitanus. 1303. col. 1.
Anonymus Hiſpanus Toletanus.
Anonymus. 1545. col. 1.
Anonymus Conuentus Salmantini. 1548. col. 1.
Anonymus Valentinus Hiſpanus. 1526. col. 1.
Anonymus Hiſpalenſis. 1599. col. 1. & 2.
Anſelmus Genuenſis Ligur. 1279. col. 1.
A N T O N I V S.
Antonius de Auila Hiſpanus. 1591. col. 1.
Antonius de Azario Parmenſis. 1404. col. 1.
Antonius Beccari Ferrarienſis. 1516. col. 1.
Antonius Brixienſis Primus Italus. 1492. col. 2.
Antonius Brixienſis Secundus Italus. 1530. col. 2.
Antonius de Carlenis Neapolitanus. 1460. col. 2. vide Antonius Neapolitanus.
Antonius è Collemontio Etruſcus. 1570. col. 1.
Antonius de Eſpinòſa Hiſpanus. 1552. col. 2.
Antonius Ferrarienſis Epiſcopus. 1516.
Antonius de Fonſeca Hiſpanus Luſitanus. 1542. col. 1.
Antonius de Four Aurelianenſis Epiſcopus Maſſilien. 1508. col. 2. & ſeq.
Antonius Genebràda Hiſpanus Barcinonenſis. Append. 1511.
Antonius Giſlandius à Chiauen. Italus; 1489. col. 1.
Antonius Hauet Atrebas Epiſcopus Namurcenſis. 1578. col. 2.
Antonius Iuſtinianus Chienſis Epiſc. 1571. col. 2. & ſequent.
Antonius Maccus Fauentinus Italus. 1446. col. 2.
Antonius Mallet Gallus. 1389. col. 1.
Antonius Marrapha Martinenſis Apulus. 1549. col. 1.
Antonius Nauarro Hiſpanus. 1596. col. 2. & ſequent.
Antonius de Nazario Vercellenſis Pedemontanus. 1262. col. 1. & 2.
Antonius Neapolitanus, Archiepiſcopus Amalphitanus. 1460. col. 2. Vide Antonius de Carlenis.
Antonius de Ormaza Hiſpanus. 1594. col. 2.
Antonius Paraboſcus Italus. 1590. col. 2.

Antonius Parmenſis Lombardus. 1314. col. 1.
Antonius Paruus Bononienſis Italus. 1402. col. 2.
Antonius de la Penna Hiſpanus Epiſcopus. 1518. col. 2. & in Appendice.
Antonius de los Reyes Hiſpanus. 1597. col. 2.
Antonius de Sancto Dominico Hiſp. Conimbricenſis. 1579. col. 1.
Antonius Seneſis Epiſcopus Lunenſis. 1363. col. 1.
Antonius Senenſis Luſitanus Vimanarenſis. 1584. col. 2. & ſequent.
Antonius Spennatus Altamuranus. 1577. col. 2.
Antonius de Souſa Hiſp. Luſitanus Epiſcopus Viſenſis 1594. col. 1.
Antonius Stabili à S. Angelo à Faſanelli. 1583. col. 2.
Antonius de Vio Caietanus. 1528. col. 2.
Antonius Vimarenſis vide Antonius Senenſis 1584.

ANTONINVS.

Antoninus Bononienſis. 1410. col. 2.
Antoninus de Camerota Aprutinus Italus. 1589. col. 1. & 2.
S. Antoninus Florentinus Archiep. Italus. 1459. col. 1. & ſeq. in Append.
Antoninus Stabili à S. Angelo à Faſanella Ital. vide Antonius. 1583.
Aquinas Sueuus. 1594. col. 2. & in Appendice.

ARCHANGELVS.

Archangelus Blancus Cardinalis Lombardus. 1580. col. 2. & ſeq.
Archangelus Gozzeus Raguſinus Epiſcop. 1596. col. 1.
Archangelus Maria Viadana. 1570. col. 1.
Ardengus Papienſis. 1562. col. 1.

ARMANDVS.

Armandus de Bellouiſu Barcinonenſis Hiſp. 1340. col. 2.
Armandus de Bellouiſu Bononienſis. 1296. col. 1. & 2. & in Append.
~~Armandus de Bellouiſu Hiſpanus Barcinonenſis. 1530. col. 1.~~

ARNOLDVS.

Arnoldus Badetus Francus. 1536. col. 1.
Arnoldus de Sigarra. 1283.
Athanaſius Nellus Viterbienſis. 1580. col. 1.

AVGVSTINVS.

Auguſtinus de Ibarreta Hiſpalenſis. Alijs de Sbarnta. 1584. col. 2.
Auguſtinus Iuſtinianus Genuenſis. 1536. col. 1. & ſequent.
Auguſtinus Marciagninus Florentinus. 1596. col. 2. & ſequent.
Auguſtinus Nallius Epiſcopus Raguſinus. 1527. col. 2.
Auguſtinus de Sbarroia Hiſpanus Cordubenſis. 1554. col. 1. & 2.
Auguſtinus Salutius Bæticus. 1596. col. 1. & 2.
Aurelius Coſimus Senenſis. 1590. col. 1. & ſequent.

AYMERICVS.

Beatus Aymericus Gilianus Placentinus. 1327. col. 2. & ſeq. & in Append.
Aymericus Meigretius. 1296. col. 1.

BALTHASAR.

Balthaſar Antuerpienſis Brabantinus. 1577. col. 1. & 2.
Balthaſar Ayale Hiſpanus. 1538. col. 2.
Balthaſar Mendel Bohemus. 1521. col. 2.
Balthaſar de Sancto Ioanne Hiſp. Luſitanus. 1492. col. 2.
Balthaſar Sorio Hiſpanus Aragonenſis Valentinus. 1557. col. 2.
Balthaſar Vuerlinus Germanus Colmarienſis. 1545. col. 1.

BAPTISTA.

Baptiſta Fabrianenſis Picenus. 1458. col. 2. & ſequent.
Baptiſta de Iudicibus, Finarienſis, Epiſcopus. 1484. col. 2.

BARNABAS.

Barnabas Vercellenſis Pedemontanus. 1331. col. 2. & in Appendice.
Barnabas de Xea Hiſpanus. 1594. col. 1.

BARTHOLOMÆVS.

Bartholomæus Angelis, vel de Angelo. 1584. col. 1. & 2.
Bartholomæus Barenſis Epiſc. 1327. col. 2.
Bartholomæus Bolſenech Germanus. 1414. col. 1. & 2. & in Append.
Beatus Bartholomæus de Bragantijs Vicentinus. 1268. col. 1. & 2. & ſequent.
Bartholomæus Carranza de Miranda Hiſpanus Archiep. Toletanus. 1576. col. 1. & ſequent. in Append.
Bartholomæus de las Caſas Hiſpanus. 1515. col. 1. & ſequent.
Bartholomæus Dominici Senenſis Epiſcopus. 1417. col. 2.
Bartholomæus Epiſcopus Torſellanus Diſcipulus S. Thomæ. 1276. col. 1.
Bartholomæus Ferrarienſis I. 1343. col. 1.
Bartholomæus Ferrarienſis II. 1390. col. 2.
Bartholomæus Ferreira Hiſpanus.
Bartholomæus Florentinus Epiſcopus Coronenſis. 1410. col. 2.
Bartholomæus Fumus Villaurenſis, Placentinus. 1567. col. 2.
Bartholomæus Gauianus Bononienſis. vide Bonbologninus. 1331. col. 2.
Bartholomæus Hiſpanus. 1265. col. 1.
Bartholomæus Lapatius Florentinus. 1466. col. 1. & ſeq. & in Append.
Bartholomæus de Martyribus Hiſp. Luſitanus. 1590. col. 2. & ſequent.
Bartholomæus Manzolus Bononienſis. 1516. col. 2.
Bartholomæus Medina Hiſpanus. 1581. col. 1. & 2.
Bartholomæus Miranda Cordubenſis. 1597. col. 2. & ſequent.

Bartholomæus Montuccius Senenſis. 1410. col. 2.
Bartholomæus Mortarius. 1507. col. 1.
Bartholomæus Mutinenſis Lombardus. 1448. col. 2. & ſeq. & in Append.
Bartholomæus N. N. 1486. col. 2.
B. Bartholomæus Paruus Bononienſis, Archiep. Vaxkiouanen. 1333. col. 1. & ſequent.
Bartholomæus Paruus Bononienſis. 1315. col. 1.
Bartholomæus Rimbertinus. 1514. col. 1. & 1599. col. 2.
Bartholomæus de Riparia, Toloſanus, Gallus, Epiſcopus. 1514. col. 1.
Bartholomæus à Sancto Concordio Piſanus, 1347. col. 1.
Bartholomæus Senenſis. 1463. col. 2.
Bartholomæus Sibylla Monopolitanus Apulus. 1486. col. 1. & in Appendice.
Bartholomæus Spina Piſanus. 1546. col. 2. & ſequent. & in Append. 1544.
Bartholomæus Tridentinus Germanus, 1225. col.
Bartholomæus Turonenſis Gallus, Appendix.
Bartholomæus de Vega Hiſpanus. 1585. col. 2. & ſequent.
Beatus Bartholomæus Vicentinus Italus, vide B. Bartholomæus de Bragantijs, 1268. col.
Balcalcus de Enfordia Germanus. 1390. col. 2. & ſequent.
Baſilius Piſanus. 1563. col. 2.
BENEDICTVS.
Benedictus de Aſſignano, Comenſis. 1339. col. 2. & ſequent.
Benedictus Crinigrandus Aragonenſis Hiſpanus. 1316. col. 2. & in Append.
Benedictus Fernandez Hiſpanus. 1568. col. 1. & 2.
Benedictus Marabotti Pedemontanus à Monte regio. 1565. col. 2.
Benedictus Pauli Florentinus. 1500. col. 2. & ſequent. & in Append.
Benedictus Sentinus Cameracenſis Polonus. 1426. col. 1.
Benedictus Soncinas. 1487. col. 2.
Benedictus Tamacedus Peruſinus Etruſcus, 1261. col. 1.
Benedictus Veronenſis, vide Laurentius. 1420. col. 1. & 1418. col.
Benedictus Vndecimus, vide Nicolaus Boc, caſinus. 1304. col. 1. & ſequent.
Benedictus Vrbeuetanus. 1262. col. 2.
Berardus Lombardus. 1321. col. 2.
BERNARDVS.
Bernardus ab Alburquerque Hiſp. 1579. col. 2.
Bernardus Arnoldus Toloſanus. 1324. col. 1.
Bernardus de Buſto Mediolanenſis. 1498. col. 1. & 2.
Bernardus de Cagnolo Vercellenſis Generalis in Append. 1331.
Bernardus de Caſtro S, Vincentij. 1305. col. 1. & 2.
Bernardus Claramontenſis Epiſcopus. 1295. col. 1.
Bernardus Comenſis Lombardus. 1566. col. 1. & 2.
Bernardus de Franconen Gallus. 1292. col. 1. & in Appendice.
Bernardus Gheraldi Raguſæus. 1513. col. 2.
Bernardus Guido Lemouicenſis Epiſcopus. 1331. col. 2. & ſeq. & in Append.
Bernardus Lutzemburgenſis I. Germanus, 1440. col. 1. & 2.
Bernardus Lucemburgenſis II. Germanus. 1530. col. 2.
Bernardus de Nieua Hiſpanus Segouienſis. 1556. col. 2. & ſequent.
Bernardus N. Hiſpanus. 1263. col. 2. 1395. col. 1. & 2. & in Appendice.
Bernardus de Lugo, vide Tomo 2.
Bernardus N. Lombardus. 1291. col. 1. & in Append.
Bernardus Parentinus Toloſanus. 1340. col. 2.
Bernardus Paxillus. . . . .
Bernardus Teuto Epiſc. vide Bertramus Epiſc. 1387. col. 1. & 2.
Bernardus de Trillia Gallus. 1295. col. 1. & ſequent.
BERNARDINVS.
Bernardinus Buſcus Mediolanenſis, vide Bernardus. 1498. col. 1. & 2.
Bernardinus de Lugo, aliàs Bernardus de Lugo, vide Tomo 2.
Bernerius N. Allobrox. 1314. col. 1.
BERTOLDVS.
Bertoldus à Maisbergh. 1355. col. 2.
Bertoldus alter. 1577. col. 1.
Bertramus, vide Bernardus Teuto Epiſcopus. 1387. col. 1. & 2.
Bertrandus de Trilla Gallus Nemancenſis, 1296. col. 2.
BLASIVS.
Blaſius Raguſinus. 1481. col. 1. & 2.
Boetius Dacus. 1345. col. 2.
Bolus Sabaudi Camberiacenſis. 1569. col. 2. & ſequent.
Bombologninus Gauianus Bononienſis. 1331. col. 2.
BONAVENTVRA.
Bonauentura Meuanienſis. . . . .
Bonauentura Paruus Bononienſis. 1318. col. 2.
B. Bonauentura Ptolomæus Senenſis. 1348. col. 2. & ſequent. & in Append.
Bonifacius Cremonenſis Lombardus. 1350. col. 2. & ſequent.
Bonioannes Meſtanenſis. 1343. col. 2.
Bonus-homo Brito. 1263. col. 1. & 2.
Bornaſius Siculus. 1344. col. 2.

Borromæus Baſacomatrius. 1316. col. 2.
Bouerus Hibernenſis. 1316. col. 2.
B. Brocardus Argentinenſis Alemanus. 1238. col. 1. & 2. & in Append.
Bromiardus....
Camillus Campegius Papienſis Epiſcopus. 1517. col. 2. 1544. & 1569. col. 2.
Carolus Lainé Carnutenſis in Appendice. 1547.
CATHARINA.
S. Catharina Benincaſia Senenſis. 1380. col. 2. & ſequent.
Catharina Riccia Florentina. 1599. col. 2. & ſequent.
Cherubinus Florentinus Etruſcus. 1588. col. 1.
Cherubinus Cyprius Famauguſtanus. 1560. col. 1. in fine.
CHRISTOPHORVS.
Chriſtophorus Galuez Hiſpanus Ilerdenſis. 1482. col. 1. & 2.
Chriſtophorus Molhuſenſis Anglus. 1350. col. 1.
CHRYSOSTOMVS.
Chyſoſtomus Caſalenſis. 1525. col. 1.
Chryſoſtomus Iauellus Canapitius Pedemontanus. 1350. col. 1. & 2.
Mater Clara Gambacurta Piſana. 1350. col. 2.
B. Clarus Sextus Bononienſis Lombardus. 1219.
CLAVDIVS.
Claudius à Rora Lugdunenſis. 1519. col. 2. & ſequent.
Claudius Spineus. 1568. col. 2.
CLEMENS.
Clemens Aranens Raguſinus. 1517. col. 1. & 1547. col. 2.
Clemens Bigot Gallus. 1563.
Clemens Giffonellus Atripaldenſis Picentinus. 1593. col. 1. & 2.
Concilium Generale Lugdunenſe primum. 1245.
Concilium Generale Lugdunenſe II. 1274
Concilium Viennenſe. 1312.
Concilium Piſanum. 1409.
Concilium Conſtantienſe. 1414.
Concilium Baſileenſe. 1431.
Concilium Ferrarienſe. 1438.
Concilium Florentinum. 1439.
Conciliabulum Piſanum. 1511.
Concilium Lateranenſe V. 1511.
Concilium Tridentinum. 1544.
CONRADVS.
Conradus Aſculanus. 1314. col. 2.
Conradus Aſtenſis. 1470. col. 2. & ſeq. & in Append.
Conradus Germanus....
Conradus N.N. 1321. col. 1.
Conradus N. 1556. col. 2.
Conradus Halberſtatenſis Germanus. 1290. col. 1. & 2. & in Append.
Conradus Koelnus Vlmenſis. 1518. in Append.
Conradus Ruffus Eſterlogenſis Germanus 1319. col. 2.
Conradus Sittardus....
Conradus Teuto. 1290. col 2.
Conradus ſub nomine Peregrini. 1290. in Append.
CONSTANTINVS.
Conſtantinus Aſculanus Picenus. 1348. col. 2.
Conſtantinus Fabrianenſis Picenus. 1466. col. 1. & 2. & in Append.
Conſtantinus Medices Vrbeuetanus Epiſcop. Oropiti. 1265. col. 2.
Conſtantinopolis in Tracia. 1250. & in App.
Cordiale de Quatuor Nouiſſimis Ordinis Præd. 1541. col. 2.
Cornelius Snekis, vel Snecanis Friſius. 1531. col. 2.
Coſmas Roſellius. 1548. col. 2.
CYPRIANVS.
Cyprianus Benetus Aragonius. 1513. col. 1. & 2. & in Append.
Cyprianus Polonus Epiſcopus Motonenſis. 1571. col. 1. & in Append.
Cyprianus Romanus. 1546. in Append.
Damaſcenius Cyprius Famauguſtanus. 1560. col. 1. in fine.
DAMIANVS.
Damianus de Artufél Hiſpanus. 1572. col. 1.
Damianus Craſſus à Ripoli. 1515. col. 1. & 2.
Damianus Diaz. 1570. col. 2.
Damianus à Ligno Brabantinus. 1578. col. 2.
Damianus Roſcius Bononienſis. 1581. col. 2. & ſequent.
Daniel Vicentinus. 1499. col. 2.
Demetrius Richardi. 1515. col. 2.
Deſiderius Anichinus Veronenſis. 1580. col. 1.
DIDACVS.
Didacus Aſtudillo Hiſpanus 1517. col. 2. & ſequent. & in Append.
Didacus de Carranza Hiſpanus. 1526. col. 1.
Didacus Deza Hiſpanus Taurinenſis. 1523. col. 2. & ſequent.
Didacus Durán Mexicanus. 1575. col. 1. & 2.
Didacus de Herozio Hiſpanus, vide Alphonſis. 1570. col. 1. & 2.
Didacus de Lauſania Gallus. 1292. col. 2. & ſequent.
Didacus de Lemos Luſitanus. 1524. col. 2. & ſequent.
Didacus Maſius Valentinus Hiſpanus. 1592. col. 2.
Didacus de Moralibus Luſitanus. 1570. col. 2.
Didacus de Oxéa Stellenſis Hiſpanus. 1584. col. 1. & 2.

Didacus del Roſario Luſitanus . 1573. col. 2. & ſequent.
Didacus de Sancta Maria Mexicanus. 1579. col.1. & 2.
Didacus de Victoria Hiſpauus. 1539.col.1.
Didacus Ximenes Arias Alcantarenſis Hiſpanus . 1570. col.2. & ſequent.
Didacus Ximenes Hiſpanus . 1560. col.1.

D I O N Y S I V S.

Dionyſius de Aſſiſio . 1580. col.2.
Dionyſius de Becci à S. Geminiano Etruſcus . 1289. col.1.
Dionyſius Ocillus . 1504. col.2. & ſequent.

D O M I N I C V S.

Dominicus de Ara Americus . 1572. col.2.
Dominicus de Arteàga Hiſpanus . 1572. col.2.
Dominicus Ayanus. 1348. col. 2. & ſequent.
Dominicus Balthanaſius Hiſpanus . 1560. col. 1. & 2.
Dominicus à Braida . 1570. col.1.
Dominicus Buchius Dalmata Catherenſis . 1530. col.2.
Dominicus Bugella Pedemontanus , Italus. 1500. col.2.
Dominicus Caleca Hiſpanus . 1566. col. 2.
Dominicus Caſtanedolo Brixienſis . 1550. col.2.
Dominicus de Catalonia Hiſpanus . 1314. col.1. & in Append.
Dominicus Cattalca de Vico Brixienſis . 1565. col.1.
Dominicus de Celàra Hiſpanus , vide Dom. Celeca . 1566. col.2.
Dominicus Flandrenſis. 1477. col. 2. & ſequent.
Dominicus Grenier Gallns Epiſcop. 1347. col.1.
S, Dominicus Guſman Patriarchà Hiſpanus . 1221. col.2. & ſeq. in Append.
Dominicus Io: Florentinus . 1483. col. 2. & ſequent.
Dominicus de Lagne Epiſcopus Sauonenſis . 1386. col.2. & ſequent.
Dominicus Leo, vel Leonus Venetus. 1364. col.2. & in Append.
Dominicus de Mendoza Hiſpanus . 1565. col.2. & ſequent.
Dominicus à Monte Luporum Italus. 1243. col.2.
Dominicus de Mortario Hiſpanus. 1532. col.2. & ſequent.
Dominicus de Nièna. 1594. col.2.
Dominicus Pantaleonus Florentinus. 1376. col.2. & ſequent.
Dominicus de Paz Luſitanus. 1580. col.1.
Dominicus Petri de Nardis . 1385. col.2.
Dominicus Piſanus Etruſcus . 1348. col. 2.
Dominicus de Sancta Maria Gerecienſis Mexicanus . Vide Didacus . 1579. col.1. & 2.
Dominicus à S.Thoma Archiep. 1571. col.2.
Dominicus Sergent Gallus . 1566. col.2.
Dominicns Sinarra , vel Sinazza Fabrianenſis . 1314. col. 1.
Dominicns de Soto Segouienſis . 1560. col. 2. & ſeqnent. & in Append.
Dominicus Steleopardi de Afragola . 1386. col.1.
Dominicus Toloſanus. 1314. col. 2.
Dominicus Topiarius: Vide Ægidius. 1579. col. 1. & 2.
Dominicus de Valtanàs Mexia. 1560. col.1. & 2.
Dominicus à Vico Piſanus. 1394. col. 1.
Dominicus de Vico Vbetenſis, Americanus. 1555. col. 2.

D V R A N D V S.

Durandus Iunior Gallus. 1331. col. 2.
Durandus à S. Poreiano Epiſcopus . 1333. col. 1. & ſequent. & in Appendice.
Durandus Senior. 1334. col. 2.
Durandellus , aliàs Nicolaus Mendenſis . 1324. col. 1.
EChardus N. Germanus, ſiue Eccardus. 1309. col. 1.
Elias Toloſanus Gallus . 1388. col.1.

E M A N V E L.

Emannel de Cruce Luſitanus. 1592. col.1.
Emanuel , ſiue Manuel Caleca .
Emanuel Mediolanenſis Lombardus. 1262. col. 2.

E V S T A C H I V S.

Euſtachius Locatellus Bononienſis . 1575. col. 1. & 2.
Euſtachius de Piſis Etruſcus . ...
Euſtachius Sichenius , Riuius Brabantus . 1538. col. 1.
Eymericns Placentinus . Vide Aymericus Gilianus Placen. 1372. col. 2. & in App.
FEdericus Frezzius Fulgiuaten. Epiſcopns . 1416. col.1.
Federicus Venetus. 1348. col. 2.
Federicus Ninguarda Morbinenſis Epiſcopus. 1517. col.2. 1595. col. 1. & ſeq.

F E L I X.

Felix de Caſtro Franco Bononienſis. 1571. col. 1. & 2.
Felix Fabri Vlmenſis Germanus. 1514. col. 2. & in Appendice 1483.
Felix Plazzius Italus de Colorno. 1570. col. 2.
Felix Pratenſis Etruſcus. 1520. col. 1. & in Appendice .

F E R D I N A N D V S.

Ferdinandus Caſtillus Hiſpanus Granatenſis. 1593. col. 2. & ſeq.
Ferdinandus de Nauàs Hiſpanus . 1578. col. 2.
Ferdinandus de Pineda Hiſpanus. col. 2. & ſequent.
Ferdinandus à S. Maria Luſitanus . 1551. col. 1. & 2.
Ferdinandus de Táuora Luſitanus Epiſcopus. 1574. col. 1.

Flo-

Florentius Puteanus Antuerpienſis. 1594. in Appendice.

FRANCISCVS.

Franciſcus à Beluno Forlanus. 1375. columna 2.
Franciſcus Bobadilla Hiſpanus. 1589. columna 1.
Franciſcus de Cepèda Hiſpanus. 1560. col. 1. & 2.
Franciſcus Columna Venetus. 1489. col. 1. & 2.
Franciſcus Cordubenſis Hiſpanus. 1520. col. 2.
Franciſcus Dorta Luſitanus. 1570. col. 1.
Franciſcus Fontana Comenſis. 1595. col. 1.
Franciſcus Forerius Vlyſiponenſis Luſitanus 1576. col. 1. & ſequent.
Franciſcus Galuanus Mediolanenſis. 1262. col. 2.
Franciſcus Garzia Hiſp. Valentinus. 1563. col. 1.
Franciſcus Gerardus Moſanus, Germanus. 1588. col. 1. & 2.
Franciſcus Grauanus Genuenſis. 1312. col. 2. & in Appendice.
Franciſcus à Ieſu Luſitanus. 1558. col. 2.
Franciſcus Mexia, vel Meſſias. 1560. col. 2.
Franciſcus Neritonenſis Salentinus. 1480. col. 2. & ſequent.
Franciſcus Pius Gallus, ſiue de la Pie Pictauienſis. 1591. col. 2.
Franciſcus à Prato Etruſcus. 1577. col. 1. & 2.
Franciſcus de Rechſa Germanus. 1415. col. 2. & ſequent.
Franciſcus Romeus Caſtilionen. Aretinus Italus. 1552. col. 2. & ſeq.
Franciſcus Rota in Appendice 1416.
Franciſcus de S. Crux Hiſpanus. 1591. col. 2.
Franciſcus de S. Ioſepho Hiſpanus. 1563. col. 1. & 2.
Franciſcus Sylueſtrius Ferrarienſis. 1528. col. 1. & 2. & in Appendice.
Franciſcus Thomæ Florentinus. 1514. col. 1.
Franciſcus de Victoria Hiſpanus. 1546. col. 1. & ſequent.

GABRIEL.

Gabriel Barcinonenſis. 1482. col. 2.
Gabriel Bareletus Aquinas, alijs Stephanus. 1486. col. 2. & ſeq.
Gabriel Barolitanus Apulus. 1470. col. 1. & in Appendice.
Gabriel à Sauigliano. 1570. col. 1.
Gaillardus de Petra. 1514. col. 2.
Galganus Senenſis Epiſcopus Maſſenſis. 1348. col. 2. & ſeq.
Galterus Iorgius Anglus Archiepiſc. 1316.
Galterus, ſiue Gualterus Cardinalis. 1305.
Galuanus Flamma Mediolanenſis. 1340. col. 2. & ſeq.

GASPAR.

Gaſpar Adamus Archiep. Antibarienſis. 1279. col. 2.
Gaſpar Bugatus Mediolanenſis. 1597. col. 1. & 2.
Gaſpar de Cruce Luſitanus. 1569. col. 2.
Gaſpar Fagol Ilerdenſis. 1495. col. 2. in Appendice.
Gaſpar Peruſinus. 1513. col. 1.
Gaſpar Stephaneſcus Aragonenſis Hiſpanus. 1516. col. 2.
Geltrudis Rinfeldenſis Germana virgo. 1266. col. 2.

GEORGIVS.

Georgius, ſiue Gerardus Adæ. 1279. col. 2.
Georgius Arrarius Alexandrinus Lombardus. 1318. col. 2. & in Appendice.
Georgius de Aguàyo Hiſpanus. in fine Indicis.
Georgius Buſti Vercellenſis. 1596. col. 1. & 2.
Georgius a Caſcano Mediolanenſis. 1262. col. 2.
Georgius Mediolanenſis. 1515. col. 2.
Georgius de Peyra, ſeu Gregorius. 1301. col. 1. & 2.
Georgius Rauegnatinus, vel Rauennatinus. 1520. col. 1.
Georgius de S. Iacobo Vlyſiponenſis Epiſcopus. 1545. col. 2. vide Append. 1544.

GERARDVS.

Gerardus Colonienſis Germanus. 1314. col. 1. & 2. & in Appendice.
Gerardus Domarus Lemouicenſis Gallus, in Appendice. 1345.
Gerardus Eltem Germanus. 1375. col. 1.
Gerardus de Frachero Gallus Lemouicenſis. 1267. col. 2. & ſequent.
Gerardus de Hancinis, ſiue de Aucinnis. 1301. col. 1. & in Append.
Gerardus Leodienſis Germanus. 1270. col. 2.
Geardus Mindenſis. 1276. col. 2. & in Appendice.
Gerardus de Monte Colonienſis. 1540. col. 1.
Gerardus, Moſanus Germanus. 1580. col. 2.
Gerardus Renerius anno 1471. col. 1.
Gerardus de S. Laurentio Colonienſis Germanus. 1315. col. 1.
Gerardus à Sileto. 1261. col. 1.
Gerardus Vullichius Germanus. 1314. col. 1. & in Appendice.
Giſbertus Alexandrinus Italus. 1289. col. 2.
Godofridus Germanus à Mierle. 1570. columna 2.
Goffredus, vel Gottifredus N. N. 1375. col. 2.
Gombaldus de Vligia Hiſpanus Aragonenſis, alijs de Vlagia. 1421. col. 2.
Goſuninus Henricus Belga. 1514. col. 2.
Gratiadeus Aſculanus Picenus. 1314. col. 1. & in Appendice.
Græci noſtri Patres. 1250. col. 2. & in App.

GREGORIVS.

Gregorius Britannicus. 1495. col. 2.
Gregorius Buccarellus. 1446. col. 2.

Gre-

Gregorius Garzia Hiſpanus è Cozar. 1595. col. 1.
Gregorius Maldonatus Hiſpanus. 1576. col. 2.
Gregorins Notalius Rhaguſinus. 1540. col. 2. & 1517. col. 1.
Gregorius Primaticius Senenſis. 1578. col. 2. & ſeq.
Gregorius Rhaguſæus. 1580. col. 1. & 2.
Gregorius Viennenſis in Auſtria. 1491. col. 2. & ſeq.
Griffinus Cambrius. 1515. col. 2. & ſeq.
Gualfridus de Bello-loco. 1276. col. 1.

GVALTERIVS.

Gualterius Grauius Ruyſius Brabantus, 1534. col. 2.
Gualterius Iorgius Anglus, vide Galterius Archiep. 1316. col. 1. & 2.
Gualterius Vvinktemburnus Cardinalis, vide Galterius. 1305. col. 1. & 2.
Guarinus. 1333. col. 1.

GVIDO.

Guido de Cenodro Italus. 1299. col. 1. & in Appendice.
Guido Ebroicenſis Gallus. 1314. col. 2. & ſeqnent.
Guido Epiſcopus in Corſica. 1482. col. 2.
Guido Flonochetus Narbonenſis Gallus. in fine Indicis.
Guido Gallus ignotus patria. 1441. col. 2.
Guido de Guenecijs Bononienſis. 1314. col. 1.
Gnido de Pileo Ferrarienſis Epiſc. 1314. col. 2. & in Appendice.
Guido Toloſanns.
Gnido de Turre Gallus Epiſcopus. 1250. col. 2.
Guido Virmanus de Auinio. 1375. col. 2.

GVILELMVS.

Guilelmus de Altono Anglus, ſiue de Alcona. 1278. col. 2.
Guilelmus Antecanenſis Gallus Epiſc.
Guilelmus Arâiotto Gallus, ſiue Raiotho, vel Raiorto. 1390. col. 1. & 2.
Guilelmns Bethes Anglns. 1480. col. 2. & in Appendice.
Guilelmus Bonderinenſis Anglus. 1269. col. 1.
Guilelmus Carnificius Gandenſis. 1548. col. 2.
Guilelmus Carnotenſis Gallus. 1276.
Guilelmus Celdolenſis 1295. col. 1.
Guilelmus Conneus, vel Gannacus Gallus. 1312. col. 2. & in Appendice.
Guilelmus Cordubenſis Hiſpan. 1271. col. 1.
Guilelmus Corinthius Græcus. 1303. col. 1.
Guilelmus Durantes Gallus Narbonenſis Epiſcopus. 1296. col. 1. & ſeq. & in Appendiee.
Guilelmus Gallicus Epiſcopus Antecanenſis. 1248. col. 1.
Guilelmus Gallicus, 1514. col. 2. & in Appendiee.
Guilelmus Gauanthus Gallus Archiepiſc. 1348. col. 1. & 2.
Guilelmus Hamerus Nouefianenſis Germanus. 1490. col. 2.
Guilelmus Hothan Anglus. vide de Odone.
Guilelmns Iordanus I. Anglus. 1230. col. 1. & in Appendice.
Guilelmus Iordanus II. Anglus. 1370. col. 1. & 2.
Guilelmus Kimgeſamenſis, vel Ringjeshameuſis Anglus. 1262. Vide 1239. co. 2. & 1261. col. 1.
Gnlelmns Mansfeldius Anglus Cardinalis. 1304. col. 1. & in Append.
Guilelmus de Meſſebel Anglus. 1295. col. 2. & in Appendice.
Guilelmus de Melitona Pariſienſis. 1296. col. 2. & in Appendice.
Guilelmus N. N. 1321. col. 2.
Guilelmus N. N. 1295. col. 2.
Guilelmus de Odone Anglus Archiepiſcopus. 1298. col. 2. & ſeq. & in Append.
Guilelmus Papicus Gallus. 1520. colum. 1. & 2.
Guilelmus Pariſienſis in Appendice. 1312.
Guilelmus Pariſienſis Inquiſitor. 1312. col. & ſequent.
Guilelmus Paruus, gallicè Petit. 1517. c. 2.
Guilelmus à Peira Viennenſis. 1492. col. 2.
Guilelmus Pepinus Ebroicenſis Gallus. 1527. col. 2. & ſequent.
Gnilelmns Petri de Baiona Cardinalis Toloſanus Gallus. 1336. col. 2. & ſeq.
Guilelmus Peyranta, ſiue Peraldus Gallus Epiſc. Lugdunenſis. 1256. col. 1. & 2. & in Appendice.
Guilelmus Raiotto, vide Guilelmus Aiarotto. 1390. col. 1. & 2.
Guilelmus Rhedonenſis Gallus. 1367. col. 2. & ſeq.
Guilelmus Rimgiſchinenſis Anglus. 1239. col. 2. & 1261. col. 1. & 1262. col. 2.
Guilelmus Romanus. 1254. col. 2.
Guillelmus Rotthuel. 1360. in Appendice.
Guilelmus Somerius. 1589. col. 1. & in Appendice. 1360.
Guilelmus Sudrè Epiſc. Cardinalis Gallus. 1373. col. 1. & 2.
Guilelmns Suthampton Gallus. 1340. columm. 1.
Guilelmus de Tocco Beneuentanus. 1321. col. 1. & 2.
Guillelmus Tonnais Neapolitanus. 1284. col. 1. & 2.
Guilelmus de Tornaco Belga. 1292. col. 1. & 2.
Guilelmus Tripolitanus. 1297. col. 2. & in Appendice.
Gnilelmus à Verida Colonienſis. 1309. col. 1.
Guillardus de Petra. 1514. col. 2. & ſeq.

HAitonus, vel Aironus. 1507. col. 1.
Hannibaldus Romanus Cardinalis: 1272. col. 1. & 2.

Hen-

HENRICVS.
Henricus de Almeida. 1595. col. 1. & ſeq.
Henricus Ariminenſis. 1314. col. 1.
Beatus Henricus Brabantinus. 1286. in Appendice.
Henricus Cerui Germanus. 1352. col. 2.
Henricus Eſſerbune in Appendice. 1280.
Henricus Ferrarienſis. 1290. col. 2.
Henricus de Firmaria. 1599. col. 2.
Henricus de Francouar Germanus. 1390. col. 2.
Henricus Germanus Archiepiſc. Cæſarienſis. 1365. col. 2.
Henricus Hachemburgenſis Germanus. 1430. col. 1.
Henricus Hazer. 1352. col. 2.
Henricus de Heruodia, alijs de Herfordia Germanus. 1355. col. 1. & 2.
Henricus Hunnorum Germanus. 1352. col. 2.
Henricus Inſtiroris Germanus. 1496. col. 2.
Henricus Kalkyſen Confluentinus, 1465. col. 1. & 2. & in Appendice.
Henricus Lubecenſis. 1514. col. 1.
Henricus N. N. Germanus. 1358. col. 2.
Henricus Perri. 1355. col. 1.
Henricus de Plano Aſtenſis Pedemontanus. 1422. col. 2.
Henricus de S. Hieronymo Luſitanus. 1562. col. 2.
B. Henricus Suſo Sueuus. 1299. col. 1. & ſequent. & in Append.
Henricus Taborienſis. 1562. col. 2. & ſeq.
Henricus Teuto Alberti Magni diſcipulus Epiſcopus. 1290. col. 2.
HERMANNVS.
Hermannus ab Auguſta Germanus. 1356. col. 1.
Hermannus, ſiue Hermandus Mindenſis Teuto. 1277. col. 2.
Hermannus Triuiſanus, ſeu Taruiſinus. 1406. col. 2.
Hermannus Zitharus Colonienſis Germanus. 1406. col. 2. & in Appendice.
Herueus Natalis Brito. 1323. col. 2. & ſeq. & in Appendice.
HIERONYMVS.
Hieronymus Albertuccius Burſellus Bononienſis. 1489. col. 1.
Hieronymus de Alcozer Hiſpanus. 1514. col. 2.
Hieronymus Armenini Fauentinus. 1535. col. 1.
Hieronymus Auguſtus Gallus. 1574. col. 1. & 2.
Hieronymus Balbus Venetus. 1532. col. 1.
Hieronymus Bermudez Hiſp. Epiſcopus. 1580. col. 2. & ſeq.
Hieronymus Braueterius Brixienſis, ſiue Grauaterius. 1573. col. 1.
Hieronymus Celentanus à S. Seuerino.
Hieronymus Corrigia Luſitanus. 1570. col. 1.
Hieronymus Fazellus Siculus. 1575. col. 1.
Hieronymus de Ferrarijs Fantonus Vigleuanenſis Italus. 1583. col. 1.
Hieronymus de Fornarijs Papienſis, Epiſcopus Bellicaſtrenſis. 1542. col. 2.
Hieronymus Foroliuienſis. 1484. column. 1. & 2.
Hieronymus Gratianus.
Hieronymus de Hippolyto Monopolitanus Archiepiſc. 1517. col. 2. 1528. col. 2. & ſeq.
Hieronymus Ioannis Florentinus. 1454. col. 1.
Hieronymus Mugnoz de Teuar Hiſp. 1555. col. 1.
Hieronymus Olcaſter Luſitanus. 1563. col. 2. & ſeq.
Hieronymus Panormitanus Siculus. 1570. col. 1. & 2.
Hieronymus Peciana Vercellenſis Pedemontanus. 1508. col. 2.
Hieronymus de Peraza Hiſpanus Luſitanus Epiſc. 1577. col. 2. & ſeq.
Hieronymus Pinerius Luſitanus Ep. 1578. col. 1. & 2.
Hieronymus Quirinus. 1529. col. 1.
Hieronymus Sauonarola. 1498. col. 2. & ſeq. & in Append.
Hieronymus Taix Catalanus Ilerdenſis. 1540. col. 2.
Hieronymus Teutonicus. 1585. col. 1.
Hieronymus Triuiſanus Venetus Epiſcopus. 1562.
Hieronymus Vielmus Venetus Epiſcopus. 1582. col. 2.
Hieronymus Volta Mantuanus. 1533. columna 1.
Hippolytus Ciora Venetus. 1555. col. 1.
HVGO.
Hugo Argentinenſis. 1279. col. 1.
Hugo Bilomius Gallus, Aluernenſis, vel Seguin Cardinalis. 1298. col. 1. & 2.
Hugo Charenſis de S. Theodorico Burgundus Cardinalis. 1262. col. 1. & 2. et in Appendice folio 433.
Hugo de Dictonia, vel Ductonia Anglus. 1340. col. 1. & 2.
Hugo Pratenſis in Etruria. 1313. col. 2. & in Appendice.
Hugolinus Camerinenſis Marchianus. 1384. col. 1. & 2.
Hugolinus Camerinenſis Marchianus. 1500. col. 1.
HVMBERTVS.
Humbertus Cordeiro Hiſpanus. 1514. col. 2.
Humbertus Florentinus Epiſcopus Piſtorien. 1333. col. 1.
Humbertus Locatus Placentinus Epiſcopus Balneoregienſis. 1570.
Beatus Humbertus de Romanis Burgundus. 1274. col. 2. & ſeq.
Humbricus, ſeu Vmbricus N. 1533. col. 1.
Hyacinthus Eſquiuel Cantaber. 1591. col. 2.

IACO-

IACOBVS.

Iacobus de Aſtudillo Hiſpanus. Vide Didacus. 1517.
Iacobus Ægidius Hiſpanus in Appen. 1465.
Iacobus de Aquamalorum de Regno Neapolitano. 1445. col. 1.
Iacobus Aquinas Neapolitanus. 1280. col. 1.
Iacobus Arigonus Archiepiſcopus. 1414. col. 2. & ſequent.
Iacobus Beneuentanus in Regno Neapolitano 1350. col. 1.
Iacobus Brixienſis, 1482. col. 2.
Iacobus à Bydgoska Polonus. 1478. col. 1.
Iacobus Bruxellenſis, ſeu de Angia. 1456. col. 2.
Iacobus Scalza. 1263. col. 2.
Iacobus Canſaras Genuenſis. 1473. col. 1.
Iacobus Carapreſius Lucerinus Apulus. 1546. col. 2.
Iacobus Caſtelbonus Peruſinus Epiſcopus. 1286. col. 1.
Iacobus Catalanus. 1460. col. 1.
Iacobus Cinus de S. Andrea Collenſis Epiſcopus. 1379 col. 1. & 2.
Iacobus Columna Romanus. 1341. col. 1.
Ioannes Coſſus Norimbergenſis Germanus. 1483. col. 1.
Iacobus Cozoli, ſiue de Cezolis. 1291. col. 1.
Iacobus Ferrarius, ſiue Ferrari. 1545. col. 1. & 2. & in Append.
Iacobus Ferrain Tripolitanus. 1545. col. 1. & 2. & in Append.
Iacobus Fourre. 1578. col. 2. & ſeq.
Iacobus de Hongre, ſiue Hungarus, Gallus. 1540. col. 1. & in Append.
Iacobus Hollandus. 1499. col. 1. & 2.
Iacobus Hoeſtratanus Brabantinus. 1527. col. 1. & ſequent.
Iacobus Iroſque Hiſpanus Aragonenſis. 1533. col. 1.
Iacobus de Lauſania Gallus, 1334. col. 1. & 2. & in Appendice.
Iacobus Marceniſius. 1570. col. 1.
Iacobus Martianus in Appendice 1516.
Beatus Iacobus Meuanienſis. 1301. col. 2.
Iacobus Minutulus Neapolitanus. 1527. col. 2.
Iacobus Naclantes Florentinus Epiſcopus. 1517. col. 2. & 1569. col. 1.
Iacobus de Oſana Epiſcopus. 1314. in Appendice.
Iacobus Paſſauante Florentinus. 1357. fol. 1. & in Appendice.
Iacobus Peruſinus Vmbrenſis. 1262. col. 2.
Iacobus Peruſinus Vmbrenſis Epiſcopus. 1407. col. 1.
Iacobus Petrarum. 1530. col. 1.
Iacobus Romanus. 1406. col. 2. & ſeq.
Iacobus Scalza Vrbeuetanus. 1263. col. 2.
Iacobus Sprengerius. 1481. col. 2.
Iacobus de Suſato Colonienſis. 1420. col. 2. & ſequent.
Iacobus de Teſſalonia. 1460. col. 2. & in App.
Iacobus Viterbienſis Archiepiſcopus Tarentinus. 1273. col. 2. & ſeq.
B. Iacobus de Voragine Genuenſis Ligur. 1290. col. 2. & ſeq. & in Append.
Iacobus Zlnidolus Placentinus. 1420.
Iacobus de Zuzaro. 1354. col. 1.
Iaimus de Sancto Ioanne. 1579. col. 2.
Iaimus de S. Ioanne Hiſpan. in Appendice. 1456.
Iconectus N.N. 1303. col. 1.
Ignatius Danti Peruſinus. 1586. col. 2. & ſequent.
Innocentius V, Papa, vide Petrus de Tarantaſia. 1276. col. 1. & ſeq.
Ioachimus Turrianus Venetus Gen. Ord. Præd. Mag. 1500. col. 1. & 2.

IOANNES.

Beatus Ioannes Agnus Belga. 1396. in Appendice.
Ioannes Ambroſius Barbauara Mediolanenſis. 1585. col. 1.
Ioannes Angelus Bononienſis Lombardus. 1333. colum. 2. & ſeq.
Ioannes Anglus. 1483. col. 1.
Ioannes Aquilanus è Samnio 1460. col. 1. & 2.
Ioannes Balbus Genuenſis Ligur 1280. col. 2. & ſequent.
Ioannes Baldus 1303. col. 1.
Ioannes Baptiſta Conradus Peruſinus 1598 col. 2. & ſequent.
Ioannes Baptiſta Lancius Rhegienſis 1598. col. 1. & 2.
Ioannes Baptiſta Theatinus in Samnio 1507. col. 2.
Ioannes Barbetta Sichienſis Cretenſis 1481. col. 1.
Ioannes Baſileenſis Germanus Epiſcopus 1489. col. col. 1.
Ioannes Benedicti Gallus 1548. col. 1.
Ioannes Bibia Bononienſis Lombardus 1452. col. 2.
Ioannes Bothleſam Epiſcopus Roffenſis in Appendice 1338.
Ioannes Barbantinus 1566. col. 1. & 2.
Ioannes Bregenſis Polonus Sileſius Epiſcopus Culmenſis 1374. col. 2.
Ioannes Brehallus 1466. col. 1. in Appendice.
Ioannes Breslaer 1548. col. 1.
Ioannes Bromiardus Anglus 1290.
Ioannes Bromiardus 1290.
Ioannes Bru de la Madalena 1591. col. 1. & 2.
Ioannes Bunderius Gandauenſis 1517. col. 2. 1562. col. 1. & 2.
Ioannes Cagnazzo Tabienſis Ligur 1523. col. 1. & in Appendice.
Ioannes à Caluiſano Brixienſis 1491. col. 1.
Ioannes de Cambico 1293. col. 1.
Ioannes Capreoli Toloſanus 1418. col. 1. & ſequent. & in Appendice.
Ioannes Caroli Florentinus 1503. col. 2. & in Appendice.

Ioan-

Ioannes de Caſa noua Cardinalis 1436. col. 1. & 2.
Ioannes de Caſtilla Hiſpanus 1234. col. 1.
Ioannes Chachengda Friburgenſis Germanus 1335. col. 2.
Ioannes Charon Germanus 1567. col. 1.
Ioannes Chriſtophori Mendenſis Anglus 1240. col. 1. & in Appendice.
Ioannes Chryſoſtomus de Balneolo 1547. col. 1. & 2.
Ioannes Clereus, vel Clerec Nortmannus Mag. Gen Ordinis 1507. col. 1.
Ven. P. Ioannes de Cobos. 1592. colum. 1. & 2.
Ioannes Colonienſis 1572. in Appendice.
Ioannes Columna Romanus 1276. col. 1. & 2.
Ioannes Conus Norimbergenſis Germanus 1483. col. 1.
Ioannes à Cruce Hiſpanus 1556. col. 2. & ſeq.
Ioannes Dietembergius Germanus 1520. col. 2.
B. Ioannes Dominici Florentinus Cardinalis 1420. col. 1. & ſeq. & in Append.
Ioannes Dumæus, Belga Gandauenſis 1571. col. 2. & ſeq.
Ioannes Ecdeberg Germanus 1547. col. 1.
Ioannes Entenius Belga Neehlinienſis 1566. col. 1. 2. & ſeq.
Ioannes Eſeuria.
Ioannes de Eſtrada Hiſpanus. 1579. colum. 1.
Ioannes Faber Heilbrunenſis 1550. col. 2. & ſequent.
Ioannes Fauentinus in Flaminia 1453. col. 1.
Ioannes Ferrarienſis 1512. col. 1.
Ioannes Flaehenbergh Polonus 1438. col. 1.
Ioannes Fontana Placentinus Lombardus 1421. col. 1. & 2. & in Appen.
Ioannes Franciſcus Beatis Venetus 1570. col. 2.
Ioannnes Francofordienſis Germanus 1441. col. 2.
Ioannes Friburgenſis Germanus Epiſcopus 1314. col. 1. & 2. & in Append.
Ioannes Fribitoris 1321. col. 2. & ſeq.
Ioannes Gactus Meſſanenſis Siculus Epiſcopus 1484. col. 2. & ſeq.
Ioannes Gallo Burgenſis 1577. col. 2.
Ioannes Garganus Pedemontanus Salutienſis 1590. col. 2.
Ioannes Genuenſis. 1411. col. 1.
Ioannes Gorinus de Sancto Germano, ſiue de S. Geminiano 1244.
Ioannes Granatenſis Hiſpanus 1580. col. 2.
Ioannes Gniencourt Gallus 1563. in Append.
Ioannes Gutierez 1597. col. 2. & ſeq.
Ioannes Gutierrez Bæticus 1593. col. 1.
Ioannes Harlei Anglus 1514. col. 1.
Ioannes Herduch Germanus 1263. col. 2.
Ioannes Herlot, aliàs Diſcipulus Germanus 1400. col. 2. & in Append.
Ioannes Hibernus lege Thomas 1469.
Ioannes Hurtado de Mendoza 1525. in Appendice.
Ioannes Iunior 1481. col. 1.
Ioannes Lampugnanus Mediolanenſis 1262. col. 2.
Ioannes Leonis Romanus Epiſcopus Larinenſis 1456. col. 1. & 2.
Ioannes Lopez, vel Lupius Salmarieenſis 1422. col. 1. & in Append.
Ioannes Ludouicus de Viualdis de Montereali Pedemontanus 1519. col. 1. & 2.
Ioannes à Ludegna Matritenſis 1564. col. 2.
Ioannes Madeira, Luſitanus 1595. col 2.
Ioannes Maliacenſis 1277. col. 2. & 1290. col. 1.
Ioannes Marcus Vicentinus Venetiarum 1449 col. 1.
Ioannes Maria Capalla Salutienſis Pedemontanus. 1567. col. 1. & 2.
Ioannes Maria Cuniigianus Tuſcus in Appendice. 1514.
Ioannes Maria Solarius Genuenſis. 1595. col. 1.
Ioannes Maria de Toloſanis Florentinus. 1555. col. 1. & 2.
Ioannes Maria de Valle Neapolitanus. 1492. col. 1.
Ioannes Menſiagus Saxo. 1527. col. 2.
Beatus Ioannes Micon, ſeu Miconius Hiſpanus. 1555. col. 1. & 2.
Ioannes Millenſis Germanus Epiſcopus 1500 col. 1.
Ioannes de Mileto Epiſcopus Cephaludenſis 1491. col. 1.
Ioannes de Monte Hiſpanus Socius Sanctiſſimi Patriarchæ. 1226.
Ioannes de Monte Nigro Italus. 1436. col. 2. & ſeq.
Ioannes Morlandinus Gallus, Lemouicenſis S. R. E. Cardinalis 1358.
Ioannes de Moueta Germanus. 1457. col. 2. & ſeq.
Ioannes Nannius Viterbienſis. 1502. col. 2. & in Appendice.
B. Ioannes Neapolitanus. 1406. col. 1.
B. Ioannes Neapolitanus. 1461. col. 2. & ſequent. & in Appendice.
Ioannes Nider Sueuus. 1435. col. 1. & 2.
Ioannes Ocham. 1565. col. 1. vide Ioannes de Ochoa Hiſpan.
Ioannes de Ochoa Hiſpanus. 1565 vide, Ioannes Ocham.
Ioannes de Oppreno Mediolanenſis. 1262. col. 2.
Ioannes de Ortega Hiſpanus. 1567. col. 2.
Ioannes de Palentia Hiſpanus. 1579. col. 2.
Ioannes Paliz Germanus in Append. 1516.
Ioannes Pariſienſis II. Gallus. 1293. col. 1.
Ioannes Pariſienſis III. Gallus. 1325. col. 1 & 2.

Ioannes Parmenſis Lombardus. 1452. col. 2.
Ioannes de la Penna Hiſpalenſis. 1560. col. 1.
Ioannes Paſſelius Tilenſis in Gelria. 1517. col. 1. & 1547. col. 2.
Ioannes de Petraza Hiſpanus Epiſcopus Canarienſis. 1530. col. 1.
Ioannes Picardi Luxemburgenſis Epiſcopus Ratisbonenſis. 1320. col. 1.
Ioannes Piſtorienſis Primus. 1295. col. 1.
Ioannes Piſtorienſis ſecundus. 1442. col. 2. & ſeq.
Ioannes Piſtorienſis. 1493. col. 1.
Ioannes Placentius Derthonenſis Lombardus. 1547. col. 2. & ſeq.
Ioannes de Podio Nucis. 1417. col. 1.
Ioannes Pumeus Belga. 1588. col. 1.
Ioannes Pungilaſinus Pariſinus Gallus. 1295. col. 1. & in Append.
Ioannes à Raſia Italus in Append. 1360.
Ioannes Regot Gallus. 1599. col. 1.
Ioannes Reynardus Dienſis, Gallus in Appendice. 1515.
Ioannes Rhaguſæus Dalmata. 1438.
Ioannes Robles Hiſpanus. 1554. col. 2.
Ioannes Romanus. 1262. col. 1. vide Io: Columna 1276. col. 1. & 2.
Ioannes Romberth Colonienſis Germanus. 1314. col. 1.
Ioannes Rufus in Append. 1290.
Ioannes Ruſtim, ſiue Ruſtin Germanus. 1311. col. 2.
Ioannes Salodienſis Italus. 1570. col. 1. & 2.
Ioannes de S. Ægidio. 1238. col. 2.
Ioannes de S. Geminiano. Vide Ioannes Lorinus 1244. col. 2. in Append.
Ioannes de S. Miniate Etruſcus. 1547. col. 1.
Ioannes Scandellanus Teuto de Colmis, vel Schadlandt Epiſcopus. 1377. col. 1. & 2. & in Append.
Ioannes Segouienſis Hiſpanus. 1594. col. 1. & 2.
B. Ioannes Sernigatij Teutonicus Vueſlphalus Epiſ. & General. 1253. col. 1. & 2.
Ioannes Sicola Neapolitanus. 1323. col. 1. & ſeq. & in Append.
Ioannes Slotanus Geffenſis. 1555. col. 2. & ſequent.
Ioannes de Soardis Pariſienſis. 1277. col. 2. & ſeq.
Ioannes Semeca Teutonicus Epiſcopus Baſnenſis. 1599. col. 11.
Ioannes Somereton Anglus, Nordouicenſis. 1555. col. 1.
Ioannes Sprengerus Germanus. 1481. col. 2.
Ioannes Sternageſtem Germanus. 1465. col. 2. & ſeq.
Ioannes Stockea Suaberienſis. 1370. col. 2.
Ioannes Suilkilfrans Germanus. 1355. col. 2.
Ioannes de Tambaco Argentinenſis Germanus. 1360. col. 2. & ſeq.
Ioannes Taulerus Colonienſis Germanus. 1351. col. 2. & ſeq.
Ioannes Tetzelius Germanus. 1517. col. 1.
Ioannes Tomeus Maranitius, ſiue Marnauitius Epiſcopus. 1402. col. 2. & in Appendice.
Ioannes à Torto collo. 1300. colum. 2. & ſeq.
Ioannes Tricaſius Mantuanus. 1526. col. 2. & ſeq.
Ioannes de Turre cremata Hiſpanus S. R. E. Cardinalis. 1468. col. 2. & ſeq. & in Appendice:
Ioannes è Turre, Venetus in Append. 1486.
Ioannes Vercellenſis Pedemontanus. 1280. col. 1.
Ioannes de Verdiaco. 1255. col. 1.
Ioannes Viguerius Granatenſis Hiſpanus 1545. col. 2. & ſequent.
Ioannes Villagarcia. 1570. col. 1. & 2.
Ioannes Vincentius Aſturicenſis Hiſpanus. 1593. col. 2. & ſequent.
Ioannes Vincentius de Monte Sono. 1394. col. 1. & in Append.
Ioannes Viterbienſis. 1266. col. 2.
Ioannes Vldaticus Baſileenſis Germanus. 1576. col. 1.
Ioannes de Vrdunna. 1588. col. 2.
Ioannes Vriburgenſis Germanus. 1277. vide Io: Friburgenſis. 1314.
Ioannes Vuildeshemenſis Teuto. 1241. col. 1.
Ioannes Zinedolus Placentinus Lombardus. 1420. col. 1.
Beatus Iordanus Piſanus Etruſcus. 1311. col. 1. & 2. & in Append.
Beatus Iordanus Saxo. 1236. col. 1.

IOSEPHVS.

Ioſephus Bonauentura Pons Hiſpanus 1577. col. 2.
Ioſephus Luquian Hiſpanus. 1594. col. 2. & ſequent.
Ioſephus Texèira Luſitanus. 1590. col. 1.
Iſidorus de Iſolanis Mediolanenſis. 1521. col. 1. & 2. & in Appendice.
Iſnardus Tacconus Papienſis Epiſcopus. 1319. col. 2. & ſequent.

IVLIANVS.

Iulianus Freſnoau Gallus. 1588. col. 2.
Iulianus Garges Hiſpanus Celtiber Epiſcopus. 1542. col. 1. & 2.
Iulius Hyſcopius Ceſennas. 1588. col. 1.
Iulius, alijs Tullius. 1470. col. 2.
Iuſtinus N.N. 1242. col. 2. & in Append.
Iuſtinus N. N. 1556. col. 2.
LAmbertus Primaticcius Bononienſis Lombardus. 1315. col. 2. & ſeq.
Beatus Latinus Frangipanis Romanus S. R. E. Cardinalis. 1294. col. 1. & ſeq. & in Append.

LAVRENTIVS.

Laurentius Brancofordius Placentinus Lõbardus. 1422. col. 2.
Laurentius Geruaſius Gallus. 1263. colum. 1.

Lau-

Laurentius Valdinus, ſeu de Vbaldinis Florentinus. 1419. col. 2. & in Append.
Laurentius Veronenſis. 1418. Vide Benedictus Veronenſis. 1420. col. 1.
Leander Albertus Bononienſis. 1550. col. 2.

LEONARDVS.

Leonardus Bellunenſis Italus. 1444. vide Leonardus de Vdine. 1437.
Leonardus Chienſis, Archiepiſcopus ibidem. 1462. col. 1. & 2.
Leonardus Manſuetus Peruſinus. 1479. col. 1. & 2.
Leonardus Marinus Chienſis, Archiepiſcopus Lancianen. 1573. col. 1. & 2.
Leonardus Micenſis. 1444. col. 1.
Leonardus Piſtorienſis. 1280. col. 2.
Leonardus Raguſæus. 1541. col. 2. & in Append.
Leonardus Statius Florentinus. 1425. col. 1. & 2. & in Append.
Leonardus de Vdine, ſeu Vtinenſis Venetiarum. 1437. col. 2. & ſeq. & in App.
Loguinus Bernenſis. 1431. col. 1.

LVCAS.

Lucas Leopolta Polonus. 1575. col. 2.
Lucas Mannellus Florentinus, Epiſcopus. 1363. col. 1. & in Append.
Laurentia Strotia Florentina. 1580. col. 1. & 2.
Ludolphus Saxo Dominicanus, deinde Carthuſianus. 1334. col. 1. 2. & in Appendice.

LVDOVICVS.

Ludouicus de Bollo. 1554. col. 2.
Ludouicus Campagna Veronenſis. 1508. col. 2.
Ludouicus Ferrarienſis. 1497. col. 1.
Ludouicus Granatenſis Hiſpanus. 1589. col. 2. & ſequent.
Ludouicus Lopez Hiſpanus. 1595. col. 1. & 2.
Ludouicus de Luere Brixienſis. 1572. col 1. & 2.
Ludouicus Michaelius Venetus. 1509. col. 1.
Ludouicus Prelormitanus. 1570. col. 2. & ſequent.
Ludouicus Rengino Mexicanus. 1591. col. 2. & ſequent.
Ludouicus de Torres Hiſpanus. 1590. columna 2.
Ludouicus de Touar Hiſpanus Palentinus. 1508. col. 2.
Ludouicus Valle Soletanus Hiſpanus. 1280. col. 2.
Ludouicus de Vinaldis Pedemontanus Epiſcopus. 1519. col. 1. & in Append.
Lugdunenſe Concilium I. 1245.
Lugdunenſe Concilium II. 1274.
Lupus Barientos Epiſcopus. 1466. col. 2.
Lutholphus Germanus. 1512. col. 2.
MAgdalius Iacobi Gandauenſis. 1500. col. 1.
Malachias N.N. 1308. col. 1.
Mantius de Corpore Chriſti Hiſpanus Palentinus. 1575. col. 2.
Marcheſinus Monopolitanus Apulus. 1343. col. 1.

MARCVS.

Marcus Arighettus. 1479. col. 2.
Marcus Cattaneus Genuenſis Archiepiſcopus. 1545. col. 2.
Marcus Langella Neapolitanus. 1598. col. 1.
Marcus Laureus Calaber Epiſcopus. 1544. col. 1. inter Epiſc. num. 7. & 1571. col. 1.
Marcus Petri Succhiellus Florentinus. 1490. col. 2.
Marcus Plagenſis de Caſtro Maris. 1569. col. 1. & 2.
Marcus Rongionus Piſanus Archiepiſcopus. 1347. col. 2.
Marcus à Vueida, ſeu Vveidas. 1570. col. 2.

MARIA.

Maria Baptiſta Hiſpana Luſitana. 1581. col. 2.
Beata Maria Veneta. 1399. col. 2.
Marianus Bitontinus Apulus. 1455. col. 2.
Martha à Roſa Monialis Bononienſis. 1510. col. 1. & 2.
Martialis Auribellus Gallus Narbonenſis. 1473. col. 2. & ſequent.

MARTINVS.

Martinus Bitontinus Apulus. 1353. col. 1.
Martinus de Fabris. 1534. col. 2.
Martinus Franciſci. 1486. col. 1.
Martinus de Ledeſma Hiſpanus. 1574. col. 2. & ſequent.
Martinus Leures Germanus inferior. 1485. col. 2. & ſequent.
Martinus Nacon Gallus. 1567. in Appendice.
Martinus Porè Epiſc. Atrabatenſis. 1414. col. 1. & 2.
Martinus Strempus Cartulanus Polonus. 1279. col. 1. & ſequent.

MATTHÆVS.

Matthæus Bandellus à Caſtro Nouo. 1513. col. 2. & ſequent. & in Append.
Matthæus Ebroicenſis Gallus Norman. 1298. col. 2. & ſequent. & in Append.
Matthæus Grabo, Saxo. 1417. in Appendice.
Matthæus de Gritis Mediolanenſis. 1262. col. 1.
Matthæus Marinettus Viterbien. 1499. col. 2. & ſequent.
Matthæus N. Patriarcha Conſtantinopolitanus. 1426. col. 1. & ſequent.
Matthæus Ortiſius Hiſpanus. 1485. col. 1.
Matthæus Ory Gallus. 1517. col. 2. 1556. col. 1. & 2.
Matthæus Vrſinus Romanus S. R. E. Cardinalis. 1341. col. 1. & in Append.

MATTHIAS.

Matthias Inonus Aquarius. 1591. col. 2. & ſequent.

Matthias de Pace Hiſpanus. 1486. col. 1.

MAVRITIVS.

Mauritius N. N. 1277. col. 2. & in Appendice.

Mauritius de Villa probatâ. 1512. col. 2.

Maurus Arrighettus Florentinus. 1570. col. 2.

Maximinus Salernitanus. 1403. col. 1.

MELCHIOR.

Melchior Cano Epiſcopus. 1554. col. 1. & ſequent.

Melchior Moſticenſis Polonus. 1591. col. 1. & ſequent. & in Append.

Melchior Puteus Hiſp. Aragonenſis. 1560. col. 2.

Melchior Varacenſis Polonus. 1590. col. 2. & ſequent.

MICHAEL.

Michael Cretenſis Epiſcopus. 1491. col. 1.

Michael de Fraga Hiſpanus Valentinus. 1594. col. 1.

Michael Franciſci Inſulenſis Gallo-Flander. 1476. col. 2. & in Append.

Michael à Furno Primus Gallus. 1485. col 1.

Michael de Inſula Picardus. 1486. col. 2.

Michael de Ribera Hiſp. Malacitanus. 1575. col. 1.

Michael Sarauetius à Petra Sancta Ligur. 1513. col. 1.

Michael de Veho, ſiue Vehe Germanus. 1554. col. 1. & 2.

B. Monera Cremonenſis Lombardus. 1222. col. 2. & ſequent. & in Append.

Munio Generalis Hiſp. Zamorrenſis. 1300. col. 1. & 2.

N. N. Archiepiſcopus Amalphitanus. 1485. col. 1.

Narciſſus Camos Hiſpanus. 1594. col. 2.

N. Romanus Epiſcopus Interramnenſis. 1482. col. 2.

N. Recollectorium edidit. 1499. col. 1.

NICOLAVS.

Nicolaus Alexandrinus Lombardus. 1433. col. 1.

Nicolaus Alexi Peruſinus. 1585. col. 2.

Nicolaus de Anapijs, vel Anapus Gallus. 1288. col. 1. & ſequent.

Nicolaus de Anciuis Patriarcha. 1290. col. 2.

Nicolaus Aſculanus Picenus. 1342. col. 1. & in Append.

Nicolaus Auguſta Venetus Epiſcopus. 1485. col. 2.

Nicolaus Bagnatorius Brixienſis. 1522. col. 1.

Nicolaus Baiardus, vel Byartus Anglus. 1410. col. 2. & in Append.

Nicolaus Boccaſinus Taruiſinus Papa. 1304. col. 1. & ſequent.

Nicolaus à Briacho. 1486. col. 1. & 2.

Nicolaus Burgurdio. 1432. col. 1.

Nicolaus Burglauienſis in Dacia. 1491. col. 1.

Nicolaus à Claraſco Pedemontanus....

Nicolaus Columbus Peruſinus. 1530. col. 1. & 2.

Nicolaus à Cruce Venetus. 1357. col. 1. & 2.

Nicolaus Cuſa Germanus Cardinalis. 1464. col. 2.

Nicolaus Diaz Hiſpanus Luſitanus. 1595. col. 2.

Nicolaus Eymericus Hiſp. Catalanus. 1392. col. 1. & ſequent. & in Append.

Nicolaus Farinula Gallus Cardinalis. 1323. col. 2.

Nicolaus de Finali Mutinenſis. 1525. col. 2. & in Appendice.

B. Nicolaus Fortiguerra Senenſis. 1270. col 2. & ſequent.

Nicolaus Gallus Regius Confeſſarius. 1296. col. 1.

Nicolaus Germanus. 1501. col. 1.

Nicolaus de Goram Gallus. 1296. col. 2. & ſequent. & in Appendice.

Nicolaus Harcilech Germanus Friburgenſis. 1359. col. 1.

Nicolaus Iaquerius Flander. 1424. col. 2. & in Appendice.

Nicolaus de Marianis Mantuanus Lombar. 1315. col. 1.

Nicolaus Martini de Albertinis Cardinalis Pratenſis. 1321. col. 1. & 2.

Nicolaus Mendenſis dictus Durandellus. 1324. col. 1.

Nicolaus Mirabilis Coluſuarienſis. 1493. col. 2.

Nicolaus Moſchinus Caracciolus Neapolitanus S.R.E. Card. 1388. col. 2.

Nicolaus N. Italus. 1303. in Appendice.

Nicolaus Odonienſis Epiſcopus. 1491.

Nicolaus de Ripis Epiſcopus Varnatenſis. 1491. col. 1.

Nicolaus Roſellius Aragonenſis Cardinalis. 1362. col. 2. & ſequent.

Nicolaus de S. Martino Epiſc. Recanatenſis. 1368. col. 2. & 1599. in Append.

Nicolaus Schomberg Sueuus Cardinalis. 1537. col. 2. & ſequent. & in Append.

Nicolaus Stratta Taurinenſis Italus. 1565. col. 2.

Nicolaus à Traietto Brabantinus. 1334. col. 1.

Nicolaus Treneth Anglus. 1361. col. 1. & 2 & in Appendice.

Nicolaus Troianus Apulus Pſeudomagiſter Ordinis. 1393. col. 1. & 2.

Nicolaus Valliſoletanus Pſeudogeneralis. 1397. col. 2.

Nicolutius Aſculanus Picenus. 1329. col. 1. & 2.

N. N. 1499. col. 1.

Oddo Gallus. 1296. col. 1.

Odoardus Viſcomiti Senenſis. 1289. col. 2.

Oliuerius Brito. 1296. col. 2. & in Append.

Oli-

Oliuerius de Cuilly Gallus. 1599. col. 2. & ſequent.
Oliuerius Germanus. 1292. col. 2.
PAganus Bergomenſis Lombardus 1335. col. 1. & 2.
Paſchalis de Fonte pudico, ſeu de la Fuen ſanta. 1512. col. 1. & 2.
Paſchalis, vel Paſchaſius Hiſpanus. 1458. col. 1.
Patritius, ſiue Pariſius Tricaſius. 1526. col. 1.
Paulus Bononienſis. 1470. col. 1.
Paulus Chriſtianus. 1263. col. 1.
Paulus Guaſtaferri Peruſinus. 1274. col. 2.
B. Paulus Hungarus. 1224. col. 1. & in Appendice.
Paulus de Leone Hiſpanus. 1528. col. 2.
Paulus Manna Cremonenſis. 1545. col. 1.
Paulus de Moneſia Ligur Epiſc. 1499. col. 2. & ſeq.
Paulus de Pilaſtris Florentinus. 1313. col. 2. & ſeq. & in Appendice.
Paulus Romanus. 1406. col. 2.
Paulus Ronadus Brixien. 1576. col. 1.
Paulus Soncinas. 1494. col. 1. & 2.
Paulus Vincentius Italus. 1583. col. 1. & 2.
Paulus Zizori Raguſæus 1580. col. 2.
Paulinus Bernardinus Lucenſis 1585. col. 1. & 2.

P E T R V S.

Petrus de Aluernia Gallus. 1273. col. 1, & 2. *et in Appendice*
Petrus de Andria Apulus. 1280. col. 2.
Petrus Antonius Viterbienſis Tuſcus. 1484. col. 1.
Petrus Antrananenſis. 1530. col. 2.
Petrus Apulus, Epiſcopus Lucerinus. 1481. col. 1.
Petrus Auratus, vel Dore Gallus, vel Belga. 1549. col. 1. & 2.
Petrus Bannes, vide Petrus Ibannes, 1565. col. 1.
Petrus Barberius. 1571. col. 2.
Petrus Barcinonenſis Hiſpanus Catalanus. 1306. col. 2.
Petrus Bertanus Mutinenſis S. R. E. Cardinalis. 1544 in Epiſ. 16.
Petrus Bobienſis Epiſcopus. 1525. col. 1.
Petrus de Bollo Gallus. 1580. col. 2. & ſequent.
Petrus Boncherius Gallus Epiſcopus. 1321.
Petrus Brixienſis Lombardus. 1406. col. 2.
Petrus Bruxellenſis Flander. 1522. colum. 1. & 2.
Petrus de Canalibus Hiſpanus. 1404. col. 1.
Petrus Cano. 1564 in Append.
Petrus Chriſpus è Turri de Græco. 1590. col. 1 & 2.
Petrus è Clauſia dictus Scalo in Appendice 1290. col. 2.
Petrus de Corduba. 1586. col. 2.
Petrus Couaruuius Hiſpanus. 1530. col. 1.
Petrus de Cruce Hiſpanus. 1583. col. 2. & ſequent.
Petrus de la Coſte Gallus. 1570. col. 2.
Petrus Diuolus Burgundus Doctor Pariſienſis. 1568. col. 1.
Petrus de Enzinas Hiſpanus. 1597. col. 2.
Petrus Eberardus. 1554. col. 2. & ſeq.
Petrus Fay. 1591. col. 1.
Petrus de Feria Hiſpanus, Epiſcopus. 1588. col. 2. & ſeq.
Petrus Foracha Genuenſis Ligur. 1311. col. 1.
Petrus Franchinus Taruiſinus. 1599. col. 2.
Petrus Fratinus Florentinus. 1567. col. 2.
Petrus Fulconis Regienſis Lombardus. 1273. col. 1.
Petrus Galdinus Bononienſis. 1466. col. 1.
Petrus Gallus. 1263. col. 1.
Petrus Godebille Gallus. 1569. in Appendice.
Petrus Hernandes Hiſpanus, ſiue Petrus Ferdinandi. 1259. col. 1.
B. Petrus Hieremiæ Siculus. 1434. col. 1. & 2. & in Append.
Petrus Hiſpanus Logicus 1249. col. 2. & in Append.
Petrus Ibañez Confeſſarius S. Matris Thereſiæ. 1565. col. 1. & 2.
Petrus Iruroſqui Hiſpanus Nauarrus. 1557 col. 1.
Petrus Izuſquitus Hiſpanus. 1297. col. 1. & 2.
Petrus Kalo Clugienſis ſub Venetiis. 1317. col. 1.
Petrus Kyrſlacken in Append. 1488.
Petrus Louuet Gallus. 1599. col. 2.
Petrus Maldura Bergomenſis. 1477. col. 1. & ſeq.
Petrus Marin Hiſpanus. 1586. col. 2. & ſequent.
Petrus Marſilius. 1325. in Appendice.
Petrus Martyr Comus Hiſpanus Epiſc. Elnenſis. 1578. col. 2. & ſeq.
Petrus Martyr Morales Caſtellanus Hiſpanus. 1580. col. 2.
Petrus Martyr Morellus, vel Morallus Gareſinus Italus. 1575. col. 2. & ſeq.
Petrus Mazza Inquiſitor. 1400. in Appendice.
Petrus de Mercado Hiſpanus. 1572. col. 2.
Petrus de Monte Nigro Americus. 1591. col. 1.
Petrus Niger, Germanus. 1472. col. 2. & in Append.
Petrus de Ochanna. 1478. col. 1.
Petrus Paulus Ciancianus Cluſinus. 1470. col. 2.
Petrus Paulus Giannetius Aretinus. 1564. col. 2. & ſeq.
Petrus de Palma. 1342. col. 1.
Petrus Paludanus Gallus, Burgundus. 1333. col. 1. & 2. & in Append.
Petrus de Penna Samnius. 1531. col. 2.

Petrus

Petrus Polonus. 1465. col. 2.
Petrus Ragot Gallus. 1590. col. 2.
Petrus de Raiſa. 1296. col. 2.
Petrus Ranzanus Siculus Epiſcopus. 1492. col. 1. & 2. & in Append.
Petrus Rems Gallus, ſeu Rhemenſis Epiſcopus Aginnenſis. 1263. col. 2.
Petrus Rogis. 1564. in Append.
Petrus della Scala Veronenſis. 1263. col. 1. Epiſcopus. Vide Scaliger 1262.
Petrus Scaliger Veronenſis Epiſcopus ibidem. 1262. col. 1.
Petrus de Soto Hiſpan. Cordubenſis. 1563. col. 1. & ſequent. & in Append. Concilij.
Petrus Specchio Gallus. 1561. in Append.
Petrus Strozzi Florentinus. 1362. col. 2. & ſeq.
Petrus Syluius. 1547. col. 2.
Petrus de Tharantaſia Papa. 1276. col. 1. 2. & ſeq. vide Innocentius V.
Petrus de Valerica Burdegalenſis Aquitanus. 1276. col. 1.
Petrus Verdugo de Sarria Hiſpanus. 1594. col. 1. & 2.
Petronilla Baua Vercelleſis Lombarda. 1405 col. 1. & 2.

PHILIPPVS.

Philippus Bromierdus in Append. 1490.
Philippus Ferrarienſis, ſeu Philippinus. 1301. col. 1.
Philippus Gezza Romanus Cardinalis. 1378. col. 2. & ſeq.
Philippus Guidi Florentinus. 1591. col. 1.
Philippus Menerius Hiſpanus. 1572. col. 1.
Philippus de Peyra. 1303. col. 2. & in Appendice.
Philippus Syracuſanus Siculus. 1475. col. 1. & 2.
Philippus de Vrries, Hiſpanus, Celtiber Epiſcopus. 1583. col. 1.
B. Pius V. Papa 1599. col. 2.
Pinamons Pellegrini Brembates Bergomenſis. 1266. col. 1.
Pilanum Concilium. 1409.
Placidus Parmenſis Italus. 1558. col. 1. & 2.
Ptolomeus Lucenſis Etruſcus Epiſcopus. 1321. col. 2. & ſeq.

R

Amantinus Florentinus. 1349. columna. 2.

RAPHAEL.

Raphael Maffæus in fine Indicis.
Raphael de Pronaſio Genuenſis. 1465. col. 2. & in Append.
Raphael Soncinas Italus. 1487. col. 2.

RAYMVNDVS.

B. Raymundus Capuanus. 1399. col. 1. & 2.
Raymundus Epiſcopus Graſsenſis. 1274. col. 2. num. 16.
Raymundus Martini Catalanus. 1283. col. 1. & in Append.
Raymundus de Medullione Archiep. 1294. col. 2. & ſeq.
Sanctus Raymundus de Peña forti Barcinonenſis. 1275. colum. 2. & ſequent.
Raymundus de Montauro Netinus Siculus. 1511. col. 2. & ſeq. Vide Reginaldus à Landolina Siculus.

RAYNERVS.

Raynerus Lombardus Epiſcopus Maglonenſis in Gallia. 1246. col. 1.
Raynerus Palcareſi Senenſis. 1406. col. 2.
Raynerus Piſanus Etruſcus. 1314. col. 2. & ſeq. & in Append.
Raynerus Sacconus Placentinus Lombardus. 1258. col. 2.
Recollectoria N. N. 1499. col. 1.
Recuperus, ſiue Recuperatus à Petra Mala Etruſcus. 1289. col. 1. & 2.

REGINALDVS.

Reginaldus de Aceto Neapolitanus. 1587. col. 1. & 2.
Reginaldus à Landolina Siculus Epiſcopus. 1511. col. 2. vide Raynaldus de Montauro, Netinus Siculus.
Reginaldus Polonus. 1491. col. 1.
B. Reginaldus Priuernas. 1290. col. 2. & ſeq.
Reginaldus Spoletanus Epiſcopus. 1491. col. 1.
Reinardus de Frontouen Germanus. 1410. col. 2.

REMIGIVS.

Remigius Clarus Florentinus. 1309. col. 2. & in Append.
Remigius Florentinus Tertius. 1517. col. 2. & 1588. col. 1. & 2.
Remigius Nannius Florentinus. 1581. col. 2. & ſeq.
Renatus l'Eſcubreir Gallus. 1566.

RICHARDVS.

Richardus Caſtriconenſis Anglus. 1265. col. 1.
Richardus Clapoel Anglus. 1279. col. 1.
Richardus Eſtrauancli Anglus. 1321. col. 1. & 2.
Richardus Phiſaya Anglus. 1265. col. 1. & 1270. col. 1. quod dele.
Richardus (alijs Ricoldus) à Monte Crucis Florentin. 1306. col. 2. & ſeq.
Richardus N. N. 1453. col. 2. & ſeq.
Richardus Vumchelſen in Append. 1330.
Ricoldus à Monte Crucis Florent. Vide Richardus. 1306. col. 2. & ſeq.
Ricolphus Colonienſis Germanus. 1334. col. 2.

ROBERTVS.

Robertus Anglus. 1453. col. 1.
Robertus Biliberi Cardinalis. 1276. col. 1. & ſeq.
Robertus Caſtrienſis Anglus. 1239. col. 2.
Robertus Eboracenſis Anglus. 1348. col. 2.
Robertus Holcoth Anglus. 1349. col. 1. & 2. & in Append.
Robertus Humbleton Anglus. 1390. col. 2.
Robertus Iorius, alijs Iuorius Anglus in Append. 1392.

Robertus de Noia Apulus Archiepiſcopus. 1504. col. 1. & 2.
Roberrus N. N. 1321. col. 1.
Robertus Orford Anglus. 1295. col. 2. & ſequent. Vide Rodolphus Orphordius, & in Append.
Robertus Rannucci Florentinus. 1510. columm. 1.
Roberrus Ribuerbius Anglus. 1238. col. 2.
Rochus Mamerolius. 1575. col. 1.
Rocleus Mameroc Gallus. 1570. in Append.
Rodolphus Orphordius Anglus. 1295. col. 2. & ſeq. Vide Roberrus Orford.
Rogerius Calcagninus Florentinus Epiſcopus. 1274. col. 2.
Rogerius Dymmock, Anglus. 1390. col. 1. & 2. in Append.
B. Rolandus Cremonenſis Lombardus. 1218. col. 2. & ſeq. & in App.
Romanus Vicentinus. 1295. col. 1.
Romerus de Sabrugera Hiſpanus. 1567. col. 2. & ſeq.
Roſarium, ſiue Pſalterium. 1599. col. 1.
Ruſtinus Epiſcopus Caſtrenſis propè Viterbium. 1482. col. 2.

SALVATOR.

Saluator de Sancto Cypriano Hiſpanus. 1583. col. 1.
Saluius Barenſis Apulus Epiſcopus. 1374. col. 2.
Saluus Caſſeta Siculus Panormitanus. 1483. col. 1.
Samuel de Lublino Polonus.

SANCTES.

Sanctes Marmochinus Florentinus. 1519. col. 1. & Ap.
Sanctes Pagninus Lucenſis. 1541. col. 2. & 5.

SANCTIVS.

Sanctius Atena Florentinus. 1517. col. 2. & 1576. col. 2.
Sanctius Beſaram Hiſpanus. 1418. col. 2.
Sanctius à Porra Hiſpanus Cæſarauguſtanus. 1429. col. 1. & ſeq. & in App.

SEBASTIANVS.

Sebaſtianus Cartaneus Mediolanenſis Epiſcopus. 1592. col. 1.
Sebaſtianus Creſpillus Peruanus. 1596. col. 2. & ſeq.
Sebaſtianus de Olmeda Hiſpanus Abulenſis. 1542. col. 2.
Sebaſtianus Tauromitanus Siculus. 1541. col. 2.

SERAPHINVS.

Seraphinus Banchellus Florentinus. 1458. col. 2.
Seraphinus Caballus, Brixienſis. 1544. inter Theol. num. 37. & 1578. col. 2. & in Append.
Seraphinus de Merodio Italus. 1577. column. 1.
Seuerinus Polonus Cracouienſis. 1594. col. 2. & ſeq.
Sibiio Viennenſis Germanus. 1451. col. 2.
Sifridus de Arena Italus. vel Sigifredus. 1270. col. 2.
Sifridus Germanus Epiſc. Cyrenenſis. 1470. col. 2. & 1491. col. 1.
Sifridus Miſnenſis Germanus. in Append. 1307.

SIMON.

Simon de Angelis. 1492. col. 2. & ſeq.
Simon Anglus. 1361. col. 1.
Simon Berri Florentinus. 1491. col. 1. & in Append.
Simon Burneſton, Anglus in Append. 1336.
Simon Caranenſis Epiſcopus. 1491. col. 1.
Simon LingonienſisGallus Epiſcopus. 1375. col. 2. & ſeq.
B. Simon Salrarellus Florentinus, Archiepiſcopus. 1342. col. 1. & ſeq.
Simon de S. Quintino. 1245. col. 1. & 2.
Simon de Vuinrona. 1314. col. 2.
Sixrus, vide Xyſtus.
Spiritus Rorerus InquiſitorToloſanus. 1569. col. 1.
Sranislaus Cracouienſis Polonus. 1334. col. 2.

STEPHANVS.

Stephanus Apulus Epiſcopus Lucerinus. 1491. col. 1.
Srephanus Biſunrinus Burgundus. 1295. col. 2. & in App.
Stephanus Caietanus Primus. 1481. col. 2.
Srephanus Lucinianus Cyprus è Nicoſia. 1590. col. 2. & ſeq.
Srephanus Mediolanenſis Lombardus. 1298. col. 2. & in Append.
Stephanus Paris Aurelianen. Epiſcopus. 1551. col. 2.
Srephanus Poloniacus Gallus. 1297. col. 2. & in App.
Srephanus Reatinus in Sabinis. 1264. col. 2.
Srephanus de Salanacho Lemouicenſis Gallus. 1290. col. 1.
Stephanus Sampayus Luſitanus. 1586. col. 1. & 2.
Stephanus Tarentinus. 1485. col. 1. & 2.
Srephanus à Vico Mercaro Mediolanenſis Lombardus. 1298. col. 1. & 2. & in Append.
Srephanus Vſuſmaris Ianuenſis Magiſter Ordinis. 1557. col. 2. in Append.
Sterlengarius N. N. 1360. col. 1.

SYLVESTER.

Syluester Mazulenſis, vide Syluester Prieras. 1517. col. 2. & 1523. col. 2. & ſeq.] & in Append.
Syluester Mediolanenſis Lombardus. 1422. col. 2. & ſeq.
Syluester de Prierio. 1517. col. 2. 1523. col. 2. & ſeq.
B. Tancredus Tancredi Senenſis. 1241. col. 2.
Tancredus Tancredi Senenſis. 1414. col. 2.
Thadæus Dinus Florentinus. 1359. col. 1.

Thadæus Vrbeuetanus Tuſcus. 1470. col. 1. & in Append.

THEODORICVS.

Theodoricus de Apoldia Erfordienſis Germanus. 1288. col. 1.
Theodoricus Burgundus Epiſcopus Ceruienſis. 1491. col. 1.
Theodoricus N. N. 1309. col. 2.
Theodoricus Teuto alius. 1309. col. 2.
Theodoricus alius Teuto. 1309. col. 2.
Theodoricus de Vriburgo Teuto. 1277. col. 2. vide Tidericus.
Theodorus de Quiros, aliàs de Matre Dei Hiſpanus. 1596. col. 1.
Theologia Myſtica Teutonica. 1580. col. 2.

THEOPHILVS.

Theophilus Cremonenſis Lombardus. 1487. col. 2.
Theophilus Fidiuus Florentinus. 1581. columna. 2.
Theophilus Patauinus in Append. 1503.

THOMAS.

Thomas Aehaueus. 1566. col. 2.
Thomas de Achores Caſtellanus. 1525. columna. 2.
Thomas Agni Leontinus Siculus Patriarcha Hieroſolymus. 1276. col. 2. & ſeq.
Thomas Anglicus. 1321. col. 2. & ſeq.
Thomas Anglicus. 1375. col. 1. & 2.
Thomas Anglus Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula. 1379. col. 2. & ſeq.
B. Thomas Antoniorum Senenſis. 1434. col. 1. & ſeq. & in Append.
S. Thomas Aquinas Eccleſiæ Catholicæ Doctor. 1274. col. 1. & ſeq.
Thomas Badia Mutinenſis Cardin. 1517. col. 1. & 1547. col. 1. & 2.
Thomas Baſarull Hiſpanus. 1567. col. 1.
Thomas de Bamba. 1599. col. 2.
Thomas Cantipratanus Brabantinus Epiſc. Luſentinus. 1263. col. 2.
Thomas Braduadinus Anglus. 1372. col. 1. & in Append.
Beatus Thomas Caffarinus Senenſis. 1434. col. 1. & ſequent. & in Append.
Thomas Caietanus Cardinalis. Vide Thomas de Vio. 1534.
Thomas Caluiſanus Lombardus Brixienſis. 1512. col. 1. & 2.
Thomas Caſtellarus Hiſpanus. 1580. columna. 1.
Thomas Caxanus Florentinus. 1528. col. 1. & 2.
Thumas à Chaues, de Clauibus, vel Achaueus Hiſpanus, Luſitanus. 1559. col. 1. & 1566. col. 2.
Thomas de Claraſco Cardinalis Lombardus Pedemontanus. 1372. & ſeq.
Thomas de Coſta Hiſp. Luſitanus. 1570. col. 1. & ſeq.
Thomas de Coſpis Bononienſis. 1541. col. 1. & 2.
Thomas Donati Venetus. 1505. col. 2.
Thomas Elyſius Neapolitanus. 1562. col. 1. & ſeq.
Thomas Fazellus Siculus 1560. col. 2. & ſequens.
Thomas File Anglus. 1382. col. 1. & in Append.
Thomas Firmanus Generalis. 1414. col. 2.
Thomas Gaienſis Anglus. 1410. col. 1. & 2.
Thomas Germanus. 1303. col. 1.
Thomas Gratianus Peruſinus. 1591. col. 1. & 2.
Thomas Hibernus, vide Ioannes. 1465. col. 1. & in Appendice.
Thomas Iacomellus Pinarolenſis. 1559. col. 2. & ſequent.
B. Thomas Iorſius Anglus Cardinalis. 1311. col. 2. & ſeq.
Thomas Iorſius Anglus II. 1398. col. 2. & ſequent.
Thomas de Laixa Aragonenſis. 1579. col. 1.
Thomas Languefrodius Anglus. 1317. col. 1.
Thomas Lyle Anglus, vide in Appendice.
Thomas Manriquez Hiſpanus. 1573. col. 2. & ſequent.
Thomas à S. Maria Matritenſis. 1570. col. 2. & ſequens.
Thomas Matthæi de Sardis Florentinus. 1485. col. 1. vide Thomas Sardis.
Thomas Mediolanenſis. 1510 col. 1.
Thomas á Mercato Hiſpanus. 1575. col. 2. & ſequent.
Thomas Nerius Florentinus. 1498. col. 2. 1511. col. 2. 1567. col. 2.
Thomas Noriuopes, ſeu Noruodes Anglus. 1317. col. 1.
Thomas Palmer, ſiue Palmerius Anglus in Appendice. 1410.
Thomas de Penha Luſitanus. 1580. col. 2.
Thomas Peregrinus Venetus. 1583. col. 2.
Thomas Radini Placentinus Italus, dictus Tudeſcus. 1512. col. 1.
Thomas Ringſtedes Anglus Epiſcopus Vangorienſis. 1317. col. 1.
Thomas Sardi, ſeu de Codicis Florentinus. 1517. col. 2. & ſeq. & in Append.
Thomas à Sceua Indus. 1518. col. 1.
Thomas Senenſis. 1556. col. 2.
Thomas de Souſa Hiſp. Luſitanus. 1570. col. 2.
Thomas Sperman Anglus. 1277. col. 2. circa medium.
Thomas Stella Venetus Epiſcopus Iuſtinopolitanus. 1566. col. 2. & ſeq.
Thomas Stubez, vel Scobez Anglus. 1352. col. 1. & 2.
Thomas de Sueſonia Anglus. 1278. columna. 1.
Thomas Tables Hiſpanus. 1577. col. 2.
Thomas de Templo Hiſpanus. 1280. col. 2. & ſeq.

Tho-

Thomas Thomaſellus Peruſinus. 1285. col. 1.
Thomas Thomaſinus Venetus Epiſc. 1423. col. 1. & 2.
Thomas Toletanus Hiſpanus. 1470. col. 1. & 2. & in Append.
Thomas de Torquemada Hiſpanus Abulenſis in Append. 1490.
Thomas Trentaquatrinorum Bonon. in Append. 1444.
Thomas de Truxillo Hiſp. Placentinus. 1590 col. 1. & 2.
Thomas Valentinus Hiſpanus. 1560. col. 1.
Thomas Vdinenſis Forlanus. 1483. col. 1.
Thomas à Vigleuano Lombardus. 1513. col. 2.
Thomas de Vintona Anglus. 1320. col. 1. & 2.
Thomas de Vio Caietanus S. R. E. Cardinalis. 1517. col. 2. 1534. col. 1. & 2.
Thomas Vualenſis Anglus. 1312. col. 2.
Thomas Vuigenhalus Anglus. 1570. col. 1.
Thomaſinus Ferrarienſis. 1390. col. 1.
Tilmānus Sibergenſis, Germanus. 1550. col. 2.
Tidericus de Vriburgh. Vide Theodoricus. 1275. col. 2.
Timotheus Bottoni Perufinus. 1591. col. 2.
Tridentinum Concilium. 1544. col. 2. & ſeq. & in Appendice.

VAlentinus de Camerino Picenus. 1500 col. 2. Vide Valen. Peruſin.
Valentinus Peruſinus Vmbrenſis. 1500. col. 2.
Valerius Camerinenſis . . . . .
Valerius Moſchetta Patauinus. 1591. col. 2.
Vernherius de Bothis. 1309. col. 1. & 2.
Vbaldus Lucenſis. . . .
Vbertinus de Albizis Florentinus Epiſcopus 1434. col. 2. & ſeq. & in App.
Vbertus Locatus Placentinus Epiſ. 1570. col. 1. & 2.
B. Venturinus Bergomenſis Lombardus 1344. col. 2. & in Appendice.
Vercellinus Vercellenſis. 1301. col. 1.
Vgolinus Camerinenſis, vide Hugolinus. 1500. col. 1.
Vvilelmus, lege Guilelmus.
Vvilelmus Pariſienſis, lege Guilelmus.
Viennenſe Concilium. 1312. col. 2. & ſeq.

VINCENTIVS.

Vincentius Bandellus à Caſtronouo Lombardus. 1506. col. 1. & 2. & in Append.
Vincentius de Bartholis de S. Geminiano. 1527. col. 1. & 2.
Vincentius Bellouacenſis Epiſcopus, Gallus. 1264. col. 2.
Vincentius de Boſna Dalmata. 1590. col. 1.
Vincentius Buccia ab Aſeruio, ſiue à Cataro Dalmata. 1558. col. 2.
Vincentius Calcius Soncinas, Epiſcopus Venuſinus. 1592. col. 1. & 2.
Vincentius Caquetius Siculus. 1563. col. 2.
Vincentius de Caſali Italus. 1216. col. 1. & 2. & in Appendice.
Vincentius de las Caſas Hiſpalenſis. 1592. col. 1.
Vincentius à Faro Dalmata. 1520. col. 1.
S. Vincentius Ferrerius Valentinus. 1419. col. 2. & ſeq. in Append.
Vincentius Ferrini à Caſtronouo Tuſcus. 1590. col. 1.
Vincentius Giaccanus Glugienſis. 1504. col. 1. & in Append.
Vincentius Giachari. 1537. col. 2.
Vincentius Herculanus Peruſinus Epiſcopus. 1781. col. 1. & 2.
Vincentius Iuſtinianus Antiſt. Hiſpanus Valentinus. 1595. col. 2. & ſeq.
Vincentius Iuſtinianus Cardinalis S. R. E. 1582. col. 2. & ſeq.
Vincentius Larcherius à Lugo Flaminius. 1558. col. 2.
Vincentius Mainardus de S. Geminiano Etruſcus. 1527. col. 1. & 2. & in Appendice. Vide Vincentius de Bartholis.
Vincentius Merius, ſiue de Merlo Hiſpanus. 1571. col. 2.
Vincentius Merlinus Venetus. 1491. col. 2.
Vincentius Mexia Hiſpanus. 1571. col. 2.
Vincentius Patina, à Quintiano, Brixienſis. 1517. col. 2. & 1583. col. 2. & ſeq.
Vincentius Petraſancta. 1577. col. 1.
Vincentius Placentinus Italus. 1550. col. 2.
Vincentius Spargiatus Bononienſis. 1588. col. 2.
Vincentius Surronus Tiburtinus. 1546. col. 1. & 2.
Vincentius Valuerde Oropeſanus Epiſcop. Panamenſis, & Cuſchenſis. 1582. col. 2.
Vincentius Vlyſiponenſis Hiſpanus. 1401. col. 1. & 2.
Vitus Materanus Vlpius ex Magna Græcia. 1521. col. 2. & ſeq.
Vldaricus, ſeu Vlricus Argentinenſis Teuto. 1276. col. 1. & in Append.
Vldaricus, ſeu Vlricus Engelbertus Teuto. 1277. col. 1. & 2.
Vlricus III. Teuto . . . . .

XYſtus Fabri Lucenſis, Magiſter Ordinis. 1594. col. 1. & 2.
Xyſtus Lambertus Lucenſis . . . . .
Xyſtus Medices Venetus. 1561. col. 1. & ſequent.
Xyſtus Poncellus. 1348. col. 2.
Xyſtus Senenſis Italus. 1569. col. 1. & ſeq.
Xyſtus Vicedominus Italus Nouocomenſis Epiſc. 1577. col. 1. & 2.

ZAcharias Florentinus. 1566. col. 1.
Zacharias de Lunigiana. 1499. col. 1.
Zacharias Secundus Florentinus. 1580. col. 2.

ZENOBIVS.

Zenobius Acciaiolus Florentinus. 1520. col. 2. & in Appendice.
Zenobius Medices Florentinus. 1499. col. 1. & 2.

GREGORIVS de AGVAYO, Bæticus, Conuentus Malacitani Sodalis cum pietate litteris floruit. Apud Iudices Sancti Officij, cum Hiſpalenſes, tum Murcienſes Theologicam aſſumptus eſt ad cenſuram. Præterea concionandi claruit munere, ſcripſitque Neapoli.

Conciones de tempore, *ac de ſanctis*. Ita Ambroſius Gozzeus, Michael Plodius, Alphonſus Fernandez *de ſcriptoribus Ordinis noſtri*, & Bibliotheca Hiſpana Nicolai *tom.* 1. *fol.* 414. *col.* 2.

GVIDO FLAMMOCETTVS, Narbonenſis Gallus, vir doctus, & prudentiſſimus, aſſumptus fuit in ſocium à Bartholomæo Texerio Magiſtro Generali Ordinis noſtri anno . . . deinde delectus fuit eiuſdem noſtræ Religionis Generalis Procurator in Curia. Anno 1450. qui erat Iubilæi ad ſupremam euectus fuit Ordinis Præfecturam. Obijt anno 1451.

Scripſit *Chronicon*.

De eo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro*.

RAPHAEL MAFFAEVS de Caſtro Veterano Siculus, vir ſummæ integritatis, ac præſtantiſſimi ingenij erat anno 1385. Caroli Siciliæ Regis Capellanus. Sub hoc tempore ſcripſit Opuſculum, quod *de vera Vrbani VI. Pontificis electione* inſcripſit, & eidem Regi legendum, vt Clemente Pſeudopapa relicto, ad venerationem veri Pontificis redderet, obtulit. Ceterùm cum Carolus Vrbani Sexti acerrimus eſſet hoſtis, & perſecutor, Raphaelem detrudi iuſſit in carcerem, in quo illum tantùm pàne, & aqua refici imperauit. At Carolo Rege proditoria nece poſt paucos menſes ſublato, Raphael reſtitutus fuit illicò libertati. Baiocen. *in Chronico*, Fontana *in Monumentis Dominicanis part.* 2. *cap.* 10. *anno* 1385. & alij. Alter Raphael Maffeus fuit an. 1579. cuius nos meminimus in Appendice 1481. Fuit præterea, & Raphael Maſſeus Ordinis Seruorum, de quo Antonius Poſſeuinus *in Apparatu ſacro t.* 3. *f.* 118

HIERONYMVS de CHERIO Magiſter ſtudentium, cuius meminimus anno 1290. *fol.* 62. *col.* 2. diligentiſſimè emendauit ſermones noſtri Beati Iacobi de Voragine Archiepiſcopi Genuenſis de Sanctis per totius Orbitam Anni.

INDEX,

COGNOMINVM SCRIPTORVM,

Qui in hoc primo Bibliothecæ Volumine recenſentur.

DE Accetto Reginaldus Neapolit. 1587. *col.* 1. & 2.
Acciaolus Zenobius Florent. 1520. *col.* 2. & *ſeq.*
Achauens Thomas Luſitanus. 1559. & 1566. *col.* 2.
De Achores Thomas Hiſpanus. 1525. *col.* 2.
Ada Georgius, ſeù Gerardus. 1279. *col.* 2.
Ægidij Iacobus Hiſpanus. 1465. *in Append.*
Agni Thomas Leontinus Siculus. 1276. *col.* 2. & *ſeq.*
Agnus Beatus Ioannes Belga in Appendice. 1296.
De Agnayo Albertus Hiſpanus. 1530. *col.* 2.
De Agnayo Georgius in fine Indicis.
Albertucius Burſellus Hieronymus Bononienſis: 1489. *col.* 1.
De Alcona Guillelmus Anglus, vide de Altona. 1278. *col.* 2. & *ſeq.*
De Alcozer Hieronymus. 1514. *col.* 2.
Allobrox Berneccius. n. 1314.
Albertus Leander Bononiens. 1550. *col.* 2. & *ſeq.*
De Albizis Vbertinus Florentinus Ep. 1434. *col.* 2. & *ſeq.*
Alburquerque Bernardus Hiſpanus Epiſcop. 1579. *col.* 2.
Albertus Andreas de Materno Brixienſis. 1574. *col.* 2.
Alemanus Gerardus. 1314. *col.* 1. & 2. & *in Append.*
Ab Alexandria Giſbertus Italus. 1289. *col.* 2.
Alexandrinus Georgius. 1318.
Alexandrinus Nicolaus Lombardus. 1433. *columm.* 1.
De Alexijs Nicolaus Peruſinus. 1585.
Almainus Iacobus Senonenſis. 1349. *col.* 1. & 2.
De Almeida Henricus Hiſpanus. 1595. *col.* 2. & *ſeq.*
De Altono Gulielmus Anglus. 1278. *col.* 2. & *ſeq.*
De Altouitis Iacobus Epiſcopus Feſulanus. 1399. *col.* 1.
De Aluernia Petrus Gallus diſcipulus S. Thomæ. 1273. *col.* 1. & 2.
De Anapijs Nicolaus Gallus. 1288. *col.* 1. & *ſequen.*
Anchinus Deſiderius Veronenſis. 1580. *col.* 1.
De Ancinis, ſiue Hancinnis Gerardus. 1301. *col.* 1. & *in App.*
De Aneinis Nicolaus Patriarcha. 1290. *col.* 2.
De Andria Petrus Apulus Pencetius. 1280. *col.* 2.
De Angelis Simon Senenſis, 1492. *col.* 2. & *ſequen.*
Angelus Ioannes Bononienſis. 1333. *col.* 2. & *ſeq.*
Angeli, vel de Angelo Bartholomæus. 1584. *col.* 1. & 2.
Anglicus Thomas. 1321. *col.* 2. & *ſeq.*
Anglus Ioannes. 1483. *col.* 1.
Anglus Robertus. 1453. *col.* 1.
Anglus Simon. 1391. *col.* 1.
Anglus Thomas. 1375. *col.* 1. & 2.
Anglus Thomas Cardinalis. 1379. *col.* 2. & *ſeq.*
Antecanenſis Guilelmus Gallus Epiſc. 1248. *col.* 1.
Antiſt Vincentius Iuſtinianus. 1582.
Antoniorum B. Thomas Senenſis. 1434. *col.* 1. & *ſeq.* & *in Append.*
Antonij Petrus Viterbienſis Tuſcus. 1484. *col.* 1.
De Antuerpia Balthaſar Brabant. 1577. *col.* 1. & 2.
De Aplodia Theodoricus Erfordienſis. 1288. *col.* 1.
Apulus Stephanus Epiſcopus Lucerinus. 1491. *col.* 1.
Aquarius Matthias. 1571.
De Aqua malorum Iacobus Neapolitanus. 1445. *col.* 1.
Aquilanus Ioannes Italus. 1460 *col.* 1. & 2.
Aquinas Iacobus Neapolitanus. 1280. *col.* 1.
Aquinas Raynerus Frater S. Thomæ Archiepiſcopus Meſſanenſis. 1280. *col.* 1.
Aquinas S. Thomas Eccleſ. Doctor. 1274. *col.* 1. & *ſeq.*
Aquinas Thomas. 1280. *col.* 1.
De Ara Dominicus Americus. 1572. *col.* 2.
Aranens Clemens Rhaguſæus. 1547. *col.* 2.
Arena Sanctius Florentinus. 1576. *col.* 2.
Arena Sifridus Italus. 1270. *col.* 2.
De Argentina Hugo 1279. *col.* 1.
Argentinenſis B. Brocardus. 1238. *col.* 1. & 2. & *in Append.*
Argentinenſis Vlricus Teuto. 1276. *col.* 1. & *in Appendice.*

Arighettus Marcus Florentinus. 1479. col. 2. *Hic non eſt diuerſus à Mauro*. 1570. col. 2.
Arigonus Iacobus Archiepiſcopus. 1414. col. 2. & *ſeq.*
Ariminenſis Franciſcus Epiſcopus Ceruienſis. 1399. col. 1.
Ariminenſis Epiſcopus Hieronymus. 1299. col. 1.
Ariminenſis Henricus. 1314. col. 1.
Armellinus Hieronymus Fauentinus. 1535. col. 1.
Armenus Aitonus, ſiue Haitonus. 1307. col. 1.
Arnoldus Bernardus Toloſanus. 1324. col. 1.
Aroſienſis Epiſcopus in Dacia Fr. Iſrael. 1498 col. 1.
Arrarius Georgius Alexandrinus Lombardus. 1318. col. 2. & *in Append.*
Artheaga Dominicus Hiſpanus. 1572. col. 2.
Artuſel Damianus, vel Damaſus Gallus. 1572. col. 1.
Aſculanus Conradus. 1314. col. 2.
Aſculanus Conſtantinus Picenus. 1349. col. 2.
Aſculanus Gratia Deus Picenus. 1314. col. 1, & *in Append.*
Aſculanus Nicolaus Picenus. 1342. col. 1. & *in Append.*
Aſculanus Nicolutius. 1329. col 1. & 2.
De Aſſignano Benedictus Comenſis Lombardus Epiſcopus. 1339. col. 2. & *ſeq.*
De *Aſſiſio Dyoniſius*. 1580. col. 2.
Aſtenſis Conradus Pedemontanus. 1470. col. 2. & *ſeq.*
De Aſtudillo Didacus Hiſpanus. 1517. col. 2. & *ſeq.* & *in Append.*
Aſtaricenſis Ioannes Vincentius. 1593. col. 2.
Atrauanenſis Petrus. 1530. col. 2. & *ſeq.*
De Auendano Alphonſus Hiſpanus. 1596. column. 1.
Ab Auguſta Hermanus Germanus. 1356. column. 1.
Auguſta Nicolaus Venetus Epiſcopus. 1485. col. 1.
Auguſta Hieronymus Gallus. 1574. column. 1. & 2.
De Auila Antonius Prou. Mexicanæ. 1591. col. 1.
Auratus, vel Dore Gallus Petrus. 1549. col. 1. & *ſeq.*
Auribellus Martialis Gallus Narbonenſis. 1473 col. 2. & *ſeq.*
De Azario Antonius Parmenſis. 1404. column. 1.
Ayale Balthaſar Hiſpanus. 1538. col. 2. & *ſequen.*
Ayanus Dominicus. 1348. col. 2. & *ſeq.*

B.

Badetus Arnoldus Francus. 1536. col. 1.
Badia Thomas Mutinenſis Cardinalis. 1517. col. 1. & 1547. col. 1. & 2.
Baſarul Thomas Hiſpanus. 1567. col. 1.
Baiona Guilelmus Gallus S. R. E. Cardinalis. 1336. col. 2. & *ſeq.*
Baiardus, vel Byartus Nicolaus Anglus. 1410. col. 2. & *in Append.*
Balbus Hieronymus Venetus Epiſcopus. 1532. col. 1.
Balbus Ioannes Genuenſis. 1280. col. 2. & *ſequen.*
Baldus Ioannes, 1303. col. 1.
De Balneolo Ioannes Chryſoſtomus. 1547. column. 1. & 2.
Balthaſanius Dominicus Hiſpanus. 1560. column. 1. & 2.
De Bamba Thomas. 1599. col. 2.
Banchellus Seraphinus Florentinus. 1488. col. 2.
Bandellus Vincentius de Caſtro Nouo Lombardus. 1506. col. 1. & 2.
Bandellus Matthæus à Caſtro Nono Lombardus. 1513. col. 2. & *ſeq.* & *in Append.*
Baunes Petrus Hiſpanus Confeſſarius Sanctiſſimæ Matris Thereſiæ. 1565. col. 1. & 2. & *in Append.*
Barberius Petrus Belga. 1571. col. 2.
Barbetta Ioannes Sichienſis Cretenſis. 1481. col. 1.
Barbauara Ioannes Ambroſius Mediolanenſis. 1585. col. 1.
Barcinonenſis Gabriel. 1462. col. 2.
Barcinonenſis Petrus Hiſpanus. 1306. col. 2.
Barenſis Angelus Epiſcopus. 1407. col. 1.
Barenſis Bartholomæus Epiſcopus Vigilienſis. 1327. col. 2.
Barenſis Saluius Apulus Epiſcopus. 1374. column. 2.
Barelettus Gabriel Aquinas. 1486. col. 2.
Barientos Lupus Hiſpanus Epiſcopus. 1469. col. 2.
Barletta Gabriel Apulus. 1470. col. 1. & *in Append.*
De Bartolis Vincentius. *Vide Maynardus*. 1527. col. 1. & 2.
Baſacomatrius Bonromæus. 1316. col. 2.
Baſileenſe Concilium. 1431. col. 1. & *ſeq.*
Baſileenſis Ioannes Teuto Epiſcopus. 1489. col. 1.
Baua Petronilla Vercellenſis Monialis. 1405. col. 1. & 2.

B E

Beatus Io. Franciſcus Venetus. 1570. col. 2.
Beccari Antonius Ferrarienſis Epiſcopus. 1516 col. 1. & 2.
Becci Dionyſius à S. Geminiano Etruſcus. 1289. col. 1.
A Belloniſu Arnandus Barcinonenſis. 1530. col. 1. Differt hic ab illo anni 1296. & ab alio 1340. etſi eis opera attribuantur confusè.
De Bello loco Galfridus Gallus. 1276. col. 1.
A Bello viſu Armandus Bononienſis. 1296. col. 1. & 2. & *in append.*
A Belloniſu Armandus Hiſpanus. 1340. column. 2.
A Belluno Franciſcus Forlanus. 1375. col. 2.
Bellunenſis Leonardus Italus. *Vide Micenſis*. 1444. col. 1.
Beluacenſis Vincentius Epiſcopus. 1264. col. 2.

Bel-

Bellunenſis Albertus, lege Vtinenſis. 1499. col. 2.
Benedictus, vel Benetus Cyprianus Aragonenſis. 1513. col. 1. & 2. & in Appendice.
Beneuentanus Iacobus. 1350. col. 1.
Benineaſia Sancta Catharina Senenſis. 1380. col. 2. & ſeq.
Bergomēſis Petrus Maldura. 1477. col. 1. & ſeq.
Bergomenſis Paganus. 1335. col. 1. & 2.
Bergomenſis Beatus Venturinus. 1344. col. 2.
Bermundez Hieronymus Hiſpanus. 1580. col. 2. & ſeq.
Bernardinus Paulinus Lucenſis. 1585. col. 1. & 2.
Bernenſis Loguinus. 1481. col. 1.
Bertandus Petrus Mutinenſis S. R. E. Cardinalis. 1544. inter Epiſcopos num. 16. & 1557. col. 2.
Berti Simon Florentinus. 1491. col. 1. & in Append.
Beraram Sanctes Inquiſitor Aragonenſis. 1418. col. 2.
Bettinus Angelus Florentinus. 1550. col. 1. & 2.
Bethus Guilelmus Anglus. 1480. col. 2. & in Append.

B I.

Bibbia Ioannes Bononienſis Lombardus. 1452. col. 2.
Bilibri Robertus S. R. Eccleſiæ Cardinalis Anglus. 1276. col. 1. & ſeq.
Bilomius Hugo S. R. E. Cardinalis. 1298. col. 1. & 2.
Biſuntinus Stephanus Burgundus. 1295. col. 2. & in Append.
Bitontinus Marianus Apulus Peucetius. 1455. col. 2.
Bitontinus Martinus Apulus Peucetius. 1353. col. 1.

B L.

Blancus Archangelus Lombardus Cardinalis S. R. E. 1580. col. 2. & ſeq.
De Blancombus Beatus Iacobus Menanienſis. 1301. col. 2.
Bleslaer Ioannes Miſnenſis. 1548. col. 1.

B O.

Bobadilla Franciſcus Hiſpanus. 1589. col. 1.
Bobienſis Petrus Italus. 1525. col. 1.
De Bocagnis Andreas Piſtorienſis Epiſcopus. vide de Franchis. 1400. col. 2. & ſeq.
Boccaſinus Beatus Benedictus Papa XI. 1304. col. 1. & ſeq.
Boderiſinenſis Guillelmus Anglus. 1269. col. 1.
De Bollo Ludouicus Gallus. 1554. col. 2.
De Bollo Petrus Gallus. 1580. col. 2. & ſeq.
Bolſenech Bartholomaus Germanus. 1414. col. 1. & 2. & in Append.
Bolibleſam Ioannes Epiſcopus Roffenſis in Append. 1338.
De Bompartis Matthaus Nouarienſis Epiſcopus Mantuanus. 1443. col. 1.
Boncherius Petrus Gallus Pariſienſis Epiſcopus. 1321. col. 2.
Boneirus Andreas Germanus. 1335. col. 1.
Bonihomius Alphonſus Hiſpanus. 1338. col. 2.
Bononienſis Ægidius. 1584. col. 2.
Bononienſis Angelus Epiſcopus. 1417. col. 2.
Bononienſis Antonius. 1410. col. 2.
Bononienſis Beatus Clarus. 1219.
Bononienſis Hieronymus. 1399. col. 1.
Bononienſis Leander Albertus. 1550. col. 2.
Bononienſis Paulus. 1470. col. 1.
De Boſna Vincentius Dalmata. 1590. col. 1.
De Botis Varnherus. 1309. col. 1. & 2.
Botonius Timotheus Peruſinus. 1591. col. 2.

B R A.

Brabantinus Beatus Henricus. 1286. in Appendice.
Brabantinus Ioannes. 1566. col. 1.
Brabantinus Thomas Cantipratanus Epiſcopus Luſentinus. 1263. col. 2.
Braduadinus Adamus Cantuarienſis Anglus. 1390. col. 2.
Braduadinus Thomas Anglus. 1372. col. 1. & in Appendice.
De Bragantiis Beatus Bartholomaus Vicentinus. 1268. col. 1. & ſeq.
Bragaterius Hieronymus Brixienſis. 1573. col. 2.
A Braida Dominicus Pedemontanus. 1570. col. 1.
Brancfordius Laurentius Placentinus Lombardus. 1422. col. 2.

B R E.

Bregenſis Ioannes Polonus Epiſcopus. 1374. col. 2.
Breballus Ioannes. 1466. col. 1. in Appendice.
Breslaer Ioannes. 1548. col. 1.

B R I.

A Briacho Nicolaus. 1486. col. 1. & 2.
Britannicus Gregorius. 1495. col. 2.
Brito Bonus-homo. 1263. col. 1. & 2.
Brito Oliuerius. 1296. col. 2. & in Append.
Brixienſis Beatus Albertus. 1314. col. 2. & ſequent. & in Append.
Brixienſis Antonius I. 1492. col. 2.
Brixienſis Antonius II. 1530. col. 2.
Brixienſis Iacobus. 1462. col. 2.
Brixienſis Petrus. 1406. col. 2.

B R O.

Bromiardus Ioannes. 1290. col. 1. & 2.
Bromiardus Io. Anglus. 1290. col. 2. & ſeq.
Bromierdus Philippus in Appendice 1490.

B R V.

Bru de la Madalena Ioannes Hiſpanus. 1591. col. 1. & 2.
Bruxellenſis Iacobus, ſeu de Angia. 1456. col. 2.
Bruxellenſis Petrus Belga Crocbareb. 1522. col. 1. & 2.

B V.

Buccarellus Gregorius Viterbienſis. 1446. col. 2.
Buccia Vincentius de Aſeruio. 1558. col. 2.
Buchius Dominicus Dalmata Catherenſis. 1530. col. 2.
Bugatus Gaſpar Mediolanen. 1597. col. 1. & 2.

Bu-

Bugella Beatus Dominicus Pedemontanus Italus. 1500. *col.* 2.
Bugnatorius Nicolaus Brixienſis. 1522. *col.* 1.
Bunderius Ioannes Gaudauenſis. 1562. *col.* 1. & 2.
Burglauenſis Epiſcopus in Dacia Nicolaus Italus. 1491. *col.* 1.
Burgundio Nicolaus. 1432. *col.* 1.
Burgundus Theodoricus Epiſcopus Ceruienſis. 1491. *col.* 1.
Burneſten Simon Anglus. in Appendice. 1336.
Buſcus Bernardus Mediolanenſis. 1493. *col.* 1.
Buſti Georgius Vercellenſis. 1596. *column.* 1. & 2.
Bydgaska Iacobus Zaremborius Polonus. 1478. *col.* 1.

C

C A B.

Caballus Seraphinus Brixienſis Magiſter Ord. Generalis. 1578. *col.* 2. & *ſeq.* & *in Appendice ac* 1544. *inter Theologos num.* 37.
Cabrera Alphonſus Hiſpanus. 1598. *col.* 1. & 2.
Caffarinus B. Thomas Senenſis. Vide Antoniorum. 1434. *col.* 1. & *ſeq.*
Cagnatius Ioannes Ligur Tabienſis. 1523. *col.* 1. & 2. & *in Appendice.*
De Cagnolo Bernardus Vercellenſis Generalis in Appendice. 1331.

C A I.

Caietanus Stephanus Primus. 1481. *col.* 2.
Caietanus Thomas de Vio S.R.E. Cardinalis. 1534. *col.* 2.

C A L.

Calcagninus Rogerius Florentinus Epiſcopus. 1274. *col.* 2.
Calcius Vincentius Soncinas Epiſcopus Venuſinus. 1592. *col.* 1. & 2.
Caleca Dominicus Hiſpanus. 1566. *col.* 2. *Vi de Celdra.*
Calepius Angelus Cyprius Epiſcopus. 1594. *col.* 2. & *ſequent.*
Calo vide Kalo Petrus. 1317. *col.* 1. & 2.
A Caluiſano Io. Brixienſis. 1491. *col.* 1.
A Caluiſano Thomas Brixienſis. 1512. *col.* 1. & 2.

C A M.

De Cambico Ioannes. 1293. *col.* 1.
Cambrius Griffinus. 1515. *col.* 2. & *ſeq.*
Camerinenſis Andreutius Vmbrenſis. 1314. *col.* 2.
Camerinenſis Hugolinus. 1384. *col.* 1. & 2.
Camerinenſis Hugolinus II. Picenus. 1500. *col.* 1.
De Camerota Antonius Picentinus. 1589. *col.* 1. & 2.
Camos Narciſſus Hiſpanus. 1594. *col.* 1.
Campagna Ludouicus Veronenſis. 1508. *col.* 2.
Campegius Camillus Papienſis Epiſcopus. 1569. *col.* 2.

C A N.

De Canalibus Petrus Hiſpanus. 1404.
Canfarus Iacobus Genuenſis. 1473. *col.* 1.
Cano Melchior Hiſpanus, Epiſcopus Canarien. 1554. *col.* 1. & *ſeq.*
Cantipratenſis Thomas Brabantinus. 1263. *col.* 2.
Canu Petrus. 1564. *in Appendice.*

C A P.

Capella Io. Maria Salutienſis Pedemontanus. 1567. *col.* 1. & 2.
Capreoli Ioannes Toloſanus. 1418. *col.* 1. & *ſeq.* & *in Appendice.*
De Capua Beatus Raymundus. 1399. *col* 1. & 2.
Caquetius Vincentius Siculus. 1563. *col.* 2.

C A R.

Carapreſius Iacobus Lucerinus Apulus. 1546. *col.* 2.
Carenſis Hugo S.R.E. Cardinalis Burgundus. 1262. *col.* 1. & 2.
De Carlenis Antonius Neapolitanus Archiepiſcopus. 1460. *col.* 2.
Carnificius Guilelmus Gandenſis. 1548. *col.* 2.
Carnutenſis Guilelmus Gallus. 1276. *col.* 1.
Caroli Ioannes Florentinus. 1503. *col.* 2. & *in Appendice.*
De Carranza Bartholomæus Mirandenſis Archiepiſcopus. 1576. *col.* 1. & *ſeq.* & *in Appendice.*
De Carranza Didacus Mexicanus. 1526. *col.* 1.
De Cartes Hugo. 1498. *col.* 1.
Cartulanus Martinus Strempus Polonus. 1279. *col.* 1. & *ſeq.*

C A S.

De Caſa noua Ioannes Barcinonenſis S. R. E. Cardinalis. 1436. *col.* 1. & 2.
De las Caſas, vel Caſaus Bartholomæus Hiſpanus Epiſcopus. 1555. *col.* 1. & *ſeq.*
De las Caſas Vincentius Hiſpalenſis. 1592. *col.* 1.
De Caſali Vincentius. 1217. *col.* 1. & 2. & *in Appendice.*
Caſalenſis Chryſoſtomus. 1525. *col.* 1. & 2.
A Caſcano Georgius Mediolanenſis. 1262. *col.* 2.
Caſſeta Saluus Magiſter Generalis Ordinis. 1483. *col.* 1. & *ſeq.*
Caſtelbonus Iacobus Peruſinus Epiſcopus. 1286. *col.* 1.
Caſtellanus Albertus Italus Venetus. 1500. *col.* 1. & 2. & *in Appendice.*
Caſtellanus Thomas Hiſpanus. 1580. *col.* 1.
Caſtenedolus Dominicus Brixienſis. 1550. *col.* 2.
De Caſtilla Ioannes Hiſpanus. 1234. *col.* 1.
Caſtillus Ferdinandus Granatenſis. 1593. *col.* 2. & *ſeq.*
Caſtriconenſis Richardus Anglus. 1265. *col.* 1.
Caſtriconenſis Robertus Anglus. 1239. *col.* 2. & *ſeq.*
De Caſtro Franco Felix Bononienſis. 1371. *col.* 1. & 2.
De Caſtro Nouo Ioannes Aragonenſis. 1309. *col.* 1.

De Caſtro S. Vincentij Bernardus. 1305. col. 1. & 2.

C A T.

Catalanus Iacobus. 1406. col. 1.
De Catalonia Dominicus Hiſpanus. 1314. col. 1. & in Appendice.
Catauenſis Simon Præſul. 1491. col. 1.
Catharinus Ambroſius Politus Archiepiſcopus. 1553. col. 2. & ſeq.
Cattalca Dominicus de Vito Brixienſis. 1565. col. 1.
Cattaneus Marcus Genuenſis Archiepiſcopus. 1545. col. 2.
Cattaneus Sebaſtianus Mediolanenſis Epiſcopus. 1592. col. 1.
Caualcante Beatus Aldobrandinus Epiſc. Vrbeuetanus. 1503. in Appendice.
Caxanus Thomas Florentinus. 1528. col. 1. & 2.

C E.

De Celdra Dominicus Hiſpanus. Vide Calcea. 1566. col. 2.
Celdonenſis Guilelmus. 1295. col. 1.
Celentanus Hieronymus à Sancto Seuerino. 1585. col. 2.
De Cenodro Guido Italus. 1299. col. 1. & in Appendice.
De Cepeda Franciſcus Chiapenſis. 1560. col. 1. & 2.
Ceruì Henricus Germanus Colonienſis. 1352. col. 2.
De Cezolis. vide Cozoli Iacobus. 1291. col. 1.

C H.

Chachenda Ioannes Friburgenſis Germanus. 1375. col. 2.
Charon Ioannes Germanus. 1567. col. 1.
A Chaues Thomas Hiſpanus. 1559. col. 1.
De Cherio Hieronymus. 1290. col. 2. & in fin. Ind.
Chienſis Leonardus Archiepiſcopus. 1462. col. 1. & 2.
Griſpus Petrus è Turri de Græco. 1590. col. 1. & 2.
Chriſtianus Paulus. 1263. col. 1.
Chriſtophori Ioannes de Minda Germanus. 1240. col. 1. & in Append.

C I.

Ciacconius Alphonſus Beacienſis Patriarcha Alexandrinus. 1599. col. 1. & ſeq.
Ciancianus Petrus Paulus Cluſinus Etruſcus. 1470. col. 2.
Cieta Hippolytus Venetus. 1555. col. 1.
Cinus Iacobus de S. Andrea Collenſis Etruſcus Epiſcopus. 1379. col. 1. & 2.

C L.

Clapoel Richardus Anglus. 1279. col. 1.
Claramontanus Bernardus Gallus Epiſcopus. 1295. col. 1.
Claraſco Thomas Pedemontanus. 1372. col. 2. & ſeq.
Clarus Remigius Florentinus. 1309. col. 2.
E Clauſia Petrus dictus Scalo in Appendice. 1290. col. 2.
Clereus, vel Clerec Ioannes Magiſter Ordinis Generalis Magiſter Normannus. 1507. col. 1.

C O.

De Cobos Ioannes in Philippinis. 1592. col. 1. & 2.
De Codicis Thomas. Vide à Sardis. 1517. col. 2. & ſeq. & in Append.
A Collemontio Antonius Etruſcus. 1570. col. 1.
Colmerienſes Annales Ordin. Prædicat. 1300. col. 2. in Appendice.
Colonienſis Adamus Germanus. 1355. col. 2.
Colonienſis Gerardus Germanus. 1314. col. 1. & 2. & in Append.
Colonienſis Ioannes. 1572. in Appendice.
Colonienſis Ricolphus Germanus. 1334. col. 2.
Columbus Nicolaus Peruſinus. 1530. col. 1. & 2.
Columna Franciſcus Venetus. 1489. col. 1. & 2.
Columna Iacobus Romanus. 1341. col. 1.
Columna Ioannes Romanus Archiepiſcopus. 1276. col. 1. & 2. Vide Romanus Ioannes.
Coma Petrus Martyr Hiſpanus Epiſcopus. 1578. col. 1. & ſeq.
Comenſis Benedictus de Aſſignano. Vide de Aſſignano. 1339. col. 2. & ſeq.
Comenſis Bernardus Lombardus. 1566. col. 1. & 2.
Conneus, vel Gannacus Guilelmus Gallus. 1312. col. 2. & in Appendice.
Conradus Ioannes Baptiſta Peruſinus. 1598. col. 2.
Conſtantienſe Concilium. 1414. col. 2. & ſeq.
Conſtantinopolitani Græci. 1250. col. 2.
Conus Ioannes Normbergenſis Germanus. 1483. col. 1.
Cordeiro Humbertus Luſitanus. 1514. col. 2.
De Corduba Petrus. 1536. col. 2.
Cordubenſis Franciſcus Hiſpanus. 1520. col. 2.
Cordubenſis Guilelmus. 1271. col. 1.
Corinthius Guilelmus Græcus. 1303. col. 1.
Coriolanus, vel Coranus Ambroſius. 1485. col. 2.
De Corpore Chriſti Marcius Hiſpanus. 1575. col. 2.
Corrigia Hieronymus Luſitanus. 1570. col. 1.
Coſimus Aurelius Senenſis. 1590. col. 1. & 2.
De Coſpis Thomas Bononienſis. 1541. col. 1. & 2.
De la Corte Petrus Gallus. 1530. col. 2. & ſeq.
De Coſta Thomas Luſitanus. 1570. col. 2. & ſequent.
Couarruuias Petrus Hiſpanus. 1530. col. 1.
Cozoli Iacobus, ſiue de Cezolis. 1291. col. 1.

C R A.

Craconienſis Seuerinus Polonus. 1594. col. 2. & ſeq.
Craconienſis Stanislaus. 1334. col. 2.
Craſſus Damianus Ripolenſis Pedemontanus. 1515. col. 1. & 2.

C R E.

Cremenſis Dominicus. 1498. col. 1.

Cre-

Cremonenſis Bonifacius Lombardus. 1350. col. 2. & ſeq.
Cremonenſis Beatus Moneta. 1223. col. 2. & ſeq. & in Append.
Cremonenſis Beatus Rolandus. 1218. col. 2. & ſeq. & in Append.
Cremonenſis Theophilus Lombardus. 1487. col. 2.
Creſpillus Sebaſtianus Peruanus. 1596. col. 2. & ſeq.
Cretenſis Antiſtes Michael. 1491. col. 1.

C R I.

Crinigrandus Benedictus Aragonenſis Hiſpanus. 1316. col. 2. & in Append.

C R O.

Croata Andreas de Vdine Archiepiſc. Craynenſis. 1498. col. 1.

C R V.

De Cruce Emmanuel Luſitanus. 1592. columna 1.
De Cruce Gaſpar Luſitanus. 1569. col. 2.
De Cruce Ioannes Hiſpanus. 1556. col. 2. & ſequent.
A Cruce Nicolaus Venetus. 1357. col. 1. & 2.
De Cruce Petrus. 1583. col. 2.
De Cuylli Oliuerius Gallus. 1559. col. 2. & ſequent.
Cunigianus Io. Maria Tuſcus in Appendice 1514.
Curtius Guido. 1309. col. 1.
Cuſanus Nicolaus S. R. E. Cardinalis. 1464. col. 2. & ſeq.
Cuſſim. Vide Ruſſim Ioannes Germanus. 1311. col. 2.

D. D A.

Dacus Boetius. 1345. col. 2.
Dacus Nicolaus Optanienſis Epiſcopus. 1491. col. 1.
Danti Ignatius Peruſinus Epiſcopus. 1586. col. 2. & ſeq.
De Datis Leonardus Statius Florentinus Magiſter Ordinis Generalis. 1425. columna 1. & 2.

D E.

Deza Didacus Taurenſis Hiſpanus. 1523. col. 2. & ſeq.

D I.

Diaz Damianus. 1570. col. 2.
Diaz Nicolaus Hiſpanus. 1595. col. 2.
De Dictonia Hugo Anglus. 1340. col. 1. & 2.
Dinus Thadaus Florentinus. 1359. col. 1.
Diuinius Albertus de Catharo Epiſcopus. 1408. col. 1.
Diuolus Petrus Antiſiodorenſis, 1568. col. 1.

D O.

Domarus Gerardus Lemouicenſis Gallus in Appendice. 1345.
Dominici Bartholomæus Senenſis Epiſcopus Coronenſis. 1417. col. 2.
Dominici Beatus Io. Florentinus S. R. E. Cardinalis. 1420. colum. 1. & ſeq. & in Appendice.
Donati Thomas Venetus Patriarcha. 1505. columnn. 2. & ſequent.
Dore, vel Aureus Petrus Gallus. 1549. col. 1. & 2.
Dorta Franciſcus Luſitanus. 1570. col. 1.

D V.

Dufour.
Dumæus Ioannes Belga. 1571. col. 2. & ſeq.
Duran Didacus Mexicanus. 1575. col. 1. & 2.
Duranti Gulielmus Narbonenſis Gallus. 1296. col. 1. & ſeq. & in Append.
Dymmock Rogerius, Anglus. 1390. col. 1. & 2. in Append.

E.

Bardus Petrus. 1554. col. 2. & ſeq.
Eboracenſis Robertus Anglus. 1348.
Ebroicenſis Guido Gallus. 1314. col. 2. & ſeq.
Ebroicenſis Matthæus Gallus Normanus. 1298. col. 2. & ſeq. & in Append.
Eedeberg. Ioannes Germanus. 1547. col. 1.
Eltem Gerardus Germanus. 1375. col. 1.
Elyſius Thomas Neapolitanus. 1562. col. 1. & 2.
Engelbertus Vlricus Teuto. 1277. col. 1. & 2.
Entennius Ioannes Belga. 1566. col. 2. & ſequent.
De Enzinas Petrus Hiſpanus. 1597. col. 2.
De Erfordia Baſcalcus Germanus. 1390. col. 2. & ſeq.
De Erfordia Henricus Germanus. 1355. col. 1. & 2.
Eſcrubreir Renatus Gallus 1566.
Eſpinoſa Alphonſus Hiſpanus. 1584. col. 1
Eſpinoſa Antonius Hiſpanus. 1552. col. 2.
Eſquiuel Hyacinthus Cantaber. 1593. col. 2.
Eſerbune Henricus in Append. 1280. col. 2. & ſeq.
De Eſtrada Ioannes Prouinciæ Mexicanæ. 1579. col. 1.
Eſtrauaneli Richardus Anglus. 1321. col. 1. & 2.
Excuria Ioannes.
Eymericus Nicolaus de Catalonia Gerundenſis Inquiſitor Generalis. 1392. col. 1. & ſeq. & in Append.

F.

Aber Ioannes Heilbrunnenſis Germanus. 1550. col. 2. & ſeq.
De Fabris Andreas Germanus. 1534. col. 2.
Fabri Felix Vlmenſis Germanus. 1514. col. 2. & in Append.
Faber Ioannes Gallus Epiſcopus.
De Fabris Martinus Germanus, 1534. col. 2.
Fabri Sixtus Lucenſis Magiſter Ord. Generalis. 1594. col. 1. & 2.
Fabrianenſis Baptiſta. 1488. col. 2. & ſeq.
Fabrianenſis Baptiſta, ſiue Fabrienſis Conſtantinus Picenus. 1466. col. 1. & 2. & in Append.
Fagol Gaſpar Ilerdenſis. 1495. col. 2. in Append.
Famaguſtanus Cherubinus. 1560. col. 1.
Famaguſtanus Damaſcenius. 1560. col. 1.

Fa-

Faria Aloyſius Vlyſiponenſis . 1599. col. 2. & ſeq.
Farinola Nicolaus Rothomagenſis S.R.E.Cardinalis . 1323. col. 2. & ſeq.
A Faro Vincentius Dalmata . 1520. col. 1.
Fauentinus Ioannes Flaminius . 1458. col. 1.
Fay Petrus . 1591. col. 1.
Fazellus Hieronymus Siculus . 1575. col. 1.
Fazellus Thomas Siculus . 1560. col. 2. & ſeq.

F E

Ferdinandi Petrus Hiſpanus, vide Hernandez. 1259. col. 1.
De Feria Petrus Epiſcopus Hiſpanus . 1588. col. 2. & ſeq.
Fernandez Benedictus Hiſpanus 1568. col. 1. & 2.
Ferraccia Petrus Genuenſis . 1311. col. 1.
Ferrandus, ſiue Ferram Iacobus Turca. 1545. col. 1. & 2. & in Append.
Ferrarienſe Concilium . 1438. col. 2. & ſeq.
Ferrarienſis Aldobrandinus . 1471. column. 1. & 2.
Ferrarienſis Antonius Epiſcopus . Vide Beccari . 1516. col. 1. & 2.
Ferrarienſis Bartholomeus Primus . 1343. column. 2.
Ferrarienſis Bartholomeus alter . 1390. col. 1.
Ferrarienſis Franciſcus vide Sylueſter. 1528. col. 1. 2. & in Append.
Ferrarienſis Guido Epiſcopus . Vide de Pileo. 1314. col. 2. & in Append.
Ferrarienſis Henricus . 1390. col. 2.
Ferrarienſis Ioannes Magiſter Sacri Palatij. 1512. col. 1.
Ferrarienſis Ludouicus Procurator Ordinis . 1497. col. 1.
Ferrarienſis Philippus . 13[illegible]. col. 1.
Ferrarius Adamus Aurelianenſis Gallus. 1383 col. 1.
De Ferrarijs Hieronymus Fantonus Viglenanenſis . 1583. col. 1.
Ferrerius Sanctus Vincentius Valentinus. 1419. col. 2. & ſeq.
Ferrer Iacobus . Vide Ferrandus . 1545. col. 1. & 2.
Ferrini Vincentinus à Caſtro nouo Etruſcus. 1590. col. 1.

F I

Fidinus Theophilus Florentinus . 1581. col. 2.
File Thomas Ang us . 1382. col. 1. & in Append.
Filliucius Alexander Senenſis . 2571. col. 1.
De Finali Nicolaus Mutinenſis . 1525. col. 2. & in Append.
A Finario Damianus Italus . 1443. col. 1.
Firmanus Thomas Magiſter Ordinis Generalis . 1414. col. 2.
De Firmaria Henricus . 1599 col. 2.

F L

Flandrenſis Dominicus . 1477. col. 2. & ſeq.
Florentinus Accoldus . 1321. col. 1.
Florentinus S. Antoninus Archiepiſcopus. 1459 col. 1. & ſeq. & in Append.
Florentinus Bartholomæus Epiſcopus Coronenſis. 1410. col. 2.
Florentinus Cherubinus Etruſcus . 1583. column. 1.
Florentinum Concilium . 1439. col. 1. & ſequen.
Florentinus Beatus Ioannes Dominici Cardinalis . 1420. col. 1. & ſeq. & in Append.
Florentinus Ramantinus . 1349. col. 2.
Florentinus Vbertinus de Albizis, Epiſcopus Piſtorienſis . 1399. col. 1. quem non reor diuerſum ab Humberto, de quo anno. 1333. col. 1.
Florentinus Zacharias Primus . 1566. col. 1.
Florentinus Zacharias II. 1580. col. 2.
De Floribus Andreas Bæticus . 1550. col. 1. & 2.

F O.

A Fonſeca Antonius Luſitanus . 1542. col. 1.
Fontana Franciſcus Comenſis . 1595. col. 1.
Fontana Ioannes Placentinus Lombardus . 1421. col. 1. et 2. et in Append.
De Fonte pudico Paſchalis, vel Paſchaſius . 1512. col. 1. et 2.
Forerius Franciſcus Vlyſiponenſis. 1576. col. 1. et ſeq
De Fornarijs Hieronymus Papienſis . 1542. col. 2. et ſeq.
Foroliuienſis Hieronymus . 1484. col. 1. et 2.
Forracha . Vide Ferraccia Petrus . 1311. column. 1.
Fortiguerra Beatus Nicolaus Senenſis . 1270. col. 2. et ſeq.
De Four Antonius Aurelianenſis Epiſcopus. 1508. col. 2. et ſeq.
Fourre Iacobus . 1578. col. 2. et ſeq.

F R A.

De Fraga Michael Hiſpanus Valentinus . 1594 col. 1.
De Francheto Gherardus Lemouicenſis Gallus . 1267. col. 2. et ſeq.
Franchinus Petrus Taruiſinus . 1599. col. 2.
De Franchis Andreas Piſtorienſis Epiſcopus 1400. col. 2. et ſeq.
De Franciſcis Alexander Romanus Epiſcopus. 1597. col. 1. et 2.
Franciſci Martinus . 1486. col. 1.
Francfordienſis Ioannes Germanus . 1441. col. 2.
De Francouar Henricus Germanus . 1390. col. 2.
De Franconen Bernardus Gallus . 1292. col. 1. et in Append.
De Frangipanis B. Latinus Cardinalis, Romanus. 1294. column. 1. & ſeq. et in Append.
De Franebouen Reinardus Germanus . 1410. col. 2.
Fratinus Petrus Florentinus . 1567. col. 2.
Freſneau Iulianus Gallus 1588. col. 2.
Frezza Federicus de Fulgineo, Epiſcopus . 1416. col. 1.

Fribitoris Ioannes. 1321. *col.* 2. *& ſeq.*
Friburgenſis Ioannes Runſiæ Teuto Epiſcopus Oſſun. 1314. *col.* 1. *&* 2. *& in Append.*
De Friburgo Ioannes, vide de Vriburgo. 1277. *col.* 1. *&* 2.
Fulconis Petrus è Regio Lepidi Lombardus. 1273. *col.* 1.
Fumus Bartholomæus Villaurenſis Placentinus. 1567. *col.* 2.
A Furno Michael Gallus. 1485. *col.* 1.
Fuſcararius Ægidius Bononienſis Epiſcopus. 1564. *col.* 2. *& ſeq.*

G.

GAllus Ioannes Meſſanenſis Epiſcopus. 1484. *col.* 2. *& ſeq.*
Galdinus Petrus Bononienſis. 1466. *col.* 1.
Galenſis Thomas Anglus. 1400. *col.* 1. *&* 2.
Gallicus Gulielmus, 1514. *col.* 2. *& in Append.*
Gallus Andreas. 1298. *col.* 2.
Gallus Durandus iunior. 1331. *col.* 2.
Gallus Gofredus, ſiue Gottifredus N.N. 1375. *col.* 2.
Gallus Guido N. N. 1441. *col.* 2.
Gallus Gulielmus Epiſcopus Anteradenſis. 1248. *col.* 1. *&* 2.
Gallo Ioannes Burgerſis. 1577. *col.* 2.
Gallus Nicolaus. 1296. *col.* 1. *&* 1296. *col.* 2. *& ſeq.*
Gallus Oddo. 1296. *col.* 1.
Gallus Petrus. 1443. *col.* 1.
Gallus Petrus N. 1263. *col.* 1.
Galuanus Franciſcus Mediolanenſis. 1262. *col.* 2.
Galuez Chriſtophorus Hiſpanus. 1482. *col.* 1. *&* 2.
Gambacurta Clara Piſana. 1530. *col.* 2.
Garcias Alexius Nouæ Hiſpaniæ. 1593. *columm.* 2.
Garcias Franciſcus Hiſpanus Valentinus. 1563. *col.* 1.
Garcias Gregorius Hiſpanus. 1595. *col.* 1.
Gargaxus Ioannes Salutienſis. 1590. *col.* 2.
Garges Iulianus Hiſpanus Epiſc. 1542. *col.* 1.
Gauantus Gulielmus de Lauduno Gallus Archiepiſcopus. 1348. *col.* 1. *&* 2.
Gautanus Bombologzinus Bononienſis. 1331. *col.* 2.

G E.

Genebrada Antonius Hiſpanus Barcinonenſis in Append. 1511.
Genuenſis Anſelmus. 1279. *col.* 1.
Genuenſis Hieronymus Præſul Caphenſis in Euxino. 1498. *col.* 1.
Genuenſis Ioannes. 1411. *col.* 1.
Gerardus Franciſcus Moſanus Germanus. 1588 *col.* 1. *&* 2.
Germanus Ambroſius. 1516. *col.* 2.
Germanus Bernardus, vel Bertrandus Epiſcopus. 1387. *col.* 1. *et* 2.
Germanus Echardus N. 1309. *col.* 1.
Germanus Godefridus à Mierle. 1570. *col.* 2.
Germanus Luthdolphus N. 1512. *col.* 2.
Germanus Nicolaus. 1501. *col.* 1.
Germanus Oliuerius. 1292. *col.* 2.
Germanus Sifridus Epiſcopus Cyrenenſis. 1470. *col.* 2. *et* 1491. *col.* 1.
Germanus Theodoricus, Mathematicus. 1309. *col.* 2.
Germanus Theodoricus alius. 1309. *col.* 2. *& ſeq.*
Germanus Thomas, 1303. *col.* 1.
Geruaſius Laurentius Gallus. 1263. *col.* 1.

G H.

Ghetaldus Bernardus Rhaguſæus. 1513. *columm.* 2.
Ghislerius Pius V. Summus Pontifex. 1599. *col.* 2.

G I.

Giacchari Vincentius Italus. 1537. *col.* 2.
Giaccanus Vincentius Clugienſis. 1504. *columm.* 1.
Giannerinus Petrus Paulus Aretinus. 1564. *col.* 2. *et ſeq.*
Giannettus Andreas Italus Salodienſis. 1575. *col.* 2.
Giſſonellus Clemens Atripaldenſis in Picentinis. 1593. *col.* 1. *et* 2.
Gilianus Beatus Aymericus Placentinus Lombardus. 1327. *col.* 2 *et ſeq. et in Append.*
Giſlandius Antonius Iauens Lombardus. 1439 *col.* 1.
Godebille Petrus Gallus. 1569. *in App.*
Goranus, vel de Goram Nicolaus Gallus. 1296 *col.* 2. *et ſeq. et in Append.*
Gozzeus Archangelus Rhaguſæus Epiſcopus. 1596. *col.* 1.

G R A.

Grabo Matthæus Saxo. 1417. *in App.*
Granatenſis Ioannes. 1580. *col.* 2.
Granatenſis Ludouicus Hiſpanus. 1589. *col.* 2. *et ſeq.*
Graſſenſis Raymundus Epiſcopus. 1274. *col.* 2. *num.* 16.
Gratianus Thomas Peruſinus. 1591. *col.* 1. *et* 2.
Grauanus Franciſcus Genuenſis. 1312. *col.* 2. *et in Append.*
Grauius Galterius Germanus. 1534. *col.* 2.
Grenier Dominicus Gallus Epiſcopus. 1347. *col.* 1. *et* 2.
De Gritis Matthæus Mediolanenſis. 1262. *col.* 1.

G V.

Guaſtaferrus Paulus Peruſinus. 1274. *col.* 2. *et ſeq.*
De Guenceijs Guido Bononienſis. 1314. *col.* 1.
Guidi Philippus Florentinus. 1591. *columm.* 1. *et* 2.
Guido Bernardus Gallus Lemouicenſis Epiſcopus. 1331. *col.* 2. *et ſeq. et in Append.*
Guilly Oliuerius Gallus. 1599. *col.* 2. *et ſeq.*
Guſman S. Dominicus Patriarcha Hiſpanus. 1216. *col.* 1. *et ſeq. et in Append.*
Guieucourt Ioannes Gallus. 1563. *in Appen.*
Gutierez Ioannes Hiſpanus. 1597. *col.* 2.

Gu-

Gutierez Ioannes Hiſpanus Beticus. 1598. col. 1.

H. H A.

Hachemburgenſis Henricus Germanus 1430. col. 1.
Halberſtatenſis Conradus Germanus. 1290. col. 1. & 2. & in Appendice.
Halberſtadius Conradus. *Vide Halberſtatenſis*. 1290. col. 1. & 2. & in Append.
Hamerus Guilelmus Noneſianus Germanus. 1490. col. 2.
Hanapus Nicolaus. *Lege Anapus*. 1288. col. 1. & ſeq.
De Haneinis, ſiue de Ancinnis Gerardus. 1301. col. 1. & in Append.
Hancinis Nicolaus Patriarcha Hieroſolymitanus. 1290. col. 2.
Hannibaldenſis Hannibaldus Romanus S. R. E. Cardinalis. 1272. col. 1. & ſeq.
Harchilech Nicolaus Germanus Triburgenſis. 1356 col. 1.
Harlei Ioannes Anglus. 1514. col. 1.
Hazer Henricus. . . . . . . 1352. col. 2.

H E.

Henricus Goſuinus Belga. 1514. col. 2.
Herculanus Vincentius Peruſinus Epiſcopus. 1581. col. 2.
Ab Herduch Ioannes Germanus. 1263. columna 2.
De Herfordia, ſeu Heruordia Henricus Germanus. 1355. col. 1. & 2.
Hernandez Petrus Hiſpanus. 1259. col. 1. *Vide Fernandez*.
Herolt Ioannes Germanus, aliàs Diſcipulus. 1400. col. 2. & in Append.
De Herrera Alphonſus Legionenſis. 1550. col. 2.

H I.

Hibernenſis Bouer. 1316. col. 2.
Hibernus Thomas. 1465. col. 1. & in Append.
De Hippolyto Hieronymus Monopolitanus Archiepiſc. Tarentinus. 1528. col. 2. & ſeq.
Hiſpanus Bartholomæus. 1265. col. 1.
Hiſpanus Bernardus. 1263. col. 2.
Hiſpanus Petrus Logicus. 1249. col. 2. & in Appendice.
Hizuſquius Petrus Hiſpanus Nauarra. 1297. col. 1. & 2.

H O.

Holcoth Robertus Anglus. 1349. col. 1. & 2. & ſeq. & in Append.
Hollandus Iacobus. 1499. col. 1. & 2.
De Hongre Iacobus Gallus. 1540. col. 1. & in Appendice.
Hoocſtratanus Iacobus Brabantinus. 1527. col. 1. & ſeq.
Horozquius Alphonſus, vel Didacus. 1570. col. 1. & 2.

H V.

Hudalricus Ioannes Baſileenſis Germanus. 1576. col. 1. *Vide Vdalricus*.
Hungarus Alexander Archiepiſcopus Cretenſis. 1399. columna 1.
Hungarus Beatus Paulus. 1224. col. 1. & in Appendice.
Hungarus Riboldus Præſul Bergomenſis. 1399. col. 1.
Hunnorum, ſiue Hunnius Henricus Germanus. 1352. col. 2.
Hurtado Ioannes de Mendoza. 1525. in Appendice.
Hyſſoptus Iulius Cæſenas. 1588. col. 1.

I. I A.

Iacobi Magdalius de Gandauo Batauus. 1500. col. 1.
Iacomellus Thomas Pinarolenſis. 1559. col. 2. & ſeq.
Iaquerius Nicolaus Flander. 1424. col. 2. & in Appendice.
Iauellus Chryſoſtomus Canepitius Pedemontanus. 1530. col. 1. & 1.
Ibarreta Auguſtinus Hiſpalenſis. 1584. col. 2. *Lege Sbarroia*.
Ieremiæ Beatus Petrus Siculus Panormitanus. 1434. col. 1. & 2. & in Append.
A Ieſu Franciſcus Luſitanus. 1558. col. 2.
Ignanninus Angelus Altamuranus. 1543. col. 1. & 2.
Inſtitor Henricus Germanus. 1496. col 2.
De Inſulis Michael Franciſcus Gallo-Flander Epiſcopus Salubrienſis. 1476. col. 2. & in Appendice.
De Inſula Michael Picardus. 1486. col. 2.
Ioannis Dominicus Florentinus. 1483. col. 2. & ſeq.
Ioannis Hieronymus Florentinus. 1454. col. 1. & 2.
Iordanus Guilelmus I. Anglus. 1330. col. 1. & in Appendice.
Iordanus Guilelmus II. Anglus, vel Scotus. 1370. col. 1. & 2.
Iorius, alijs Iuorius Robertus Anglus in Appendice. 1392.
Iorſius Beatus Thomas Anglus Cardinalis. 1311. col. 2. & ſeq.
Iorſius Gualterius Anglus Archiepiſcopus. 1316. col. 1. & 2.
Iorſius Thomas Anglus. 1398. col. 2. & ſeq.

I R.

Iroſque Iacobus Aragonenſis Hiſpanus. 1533. col. 1.
De Irurozqui Petrus Nauarrus. 1557. col. 1.
De Iſolanis Iſidorus Mediolanenſis. 1521. col. 1. & 2. & in Appendice.

I V.

De Iudicibus Baptiſta à Finali Ligur Epiſcopus. 1484. col. 2.
Iunior Durandus Gallus. 1331. col. 1.
Iunior Ioannes. 1481. col. 1.
Inonus Matthias Aquarius Ebulenſis. 1591. col. 2. & ſeq.
Iuſtinianus Antonius Chienſis Archiepiſcopus. 1571. col. 2. & ſeq.
Iuſtinianus Auguſtinus Genuenſis Epiſcopus. 1536. col. 1. & ſeq.

Dddd 2 Iu-

Iuſtinianus Vincentius Antiſtius Hiſpanus. 1595. col.2. & ſeq.
Iuſtinianus Vincentius Chienſis S. R. E. Cardinalis. 1582. col.2. & ſeq.

K.

KAlo Petrus Clugienſis ſub Venetijs. 1317. col.1. & 2.
Kaltyſſen Henricus Texto Confluentinus Archiepiſcopus Caſarienſis. 1465. col.1. & 2. & in Appendice.
Kiluuarbius S. R. E. Cardinalis. Vide Bilibri. 1276. col. 1. & ſeq.
Kingesbamenſis Guilelmus Anglus. 1262. columna 2.
Koelinus Conradus Vlmenſis Germanus. 1518. col.1. & 2. in Appendice.
Kyrslacken Petrus in Appendice. 1488.

L. L A.

DE Lagne Dominicus Epiſcopus Sauonenſis. 1386. col. 2.
Laine Carolus Carnutenſis in Append. 1547.
De Laixa, ſiue Alax Thomas Aragonenſis. 1579. col.1.
Lampugnanus Ioannes Mediolanenſis. 1262. col. 2.
Langella Marcus Neapolitanus. 1598. col. 1.
Lancius Io. Baptiſta Rhegienſis Lombardus. 1598.
Langfrudius Thomas Anglus. 1317. col.1.
Lapacus, ſeu Lapatius Bartholomaeus de Vbertinis Florentinus. 1466. col.1. & ſeq. & in Appendice.
De Lapetia Antonius Hiſpanus Epiſcopus Canarienſis. 1498. col.1.
Larchertus Vincentius à Lugo Flaminius. 1558. col. 2.
Lateranenſe Concilium 1511. col.1. & ſeq.
Laudenſis Albertus Lombardus. 1326. col. 2.
Laureus Marcus Calaber Epiſcopus. 1571. col. 1.
De Lauſania Didacus Gallus. 1282. col.2. & ſeq.
De Lauſania Iacobus Pariſienſis Gallus. 1334. col 1. & 2. & in Append.

L E.

De Ledeſma Martinus Hiſpanus. 1574. col. 2. & ſeq.
De Lemos Didacus Luſitanus. 1524. col.2. & ſequent.
Leodienſis Gerardus Germanus. 1270. col.2.
Leo, vel Leonius Dominicus Venetus. 1364. col. 2. & in Append.
Leo Ioannes Romanus Epiſcopus Larinenſis. 1450. col.1. & 2.
De Leone Paulus Hiſpanus. 1528. col. 2. & ſequent.
Leontinus Thomas Siculus Patriarcha Hieroſolymitanus. Lege Agni. 1276. col.2. & ſeq.
Leopolda Lucas Polonus. 1575. col.2.
Leures, ſiue Leues Martinus. 1485. col.2. & ſequent.

L I.

Lichtenez Ioannes Saxo. 1520. in Append.
A Ligno Damianus Brabantinus. 1578. col.2.
Lingonienſis Simon Gallus Epiſcopus. 1375. col.2. & ſeq.
De Liſcanis Ægidius. 1276. col. 1. & in Appendice.

L O.

Locatellus Euſtachius Bononienſis. 1575.
Locatus Vbertus Placentinus Epiſcopus. 1570. col.1. & 2.
Lombardus Berardus, vel Bernardus. 1321. col.2. vide 1291. col.1. & in Append.
Lombardus Raynerius Epiſcopus Magalonenſis in Gallia 1246. col.1.
Longus Ludouicus Epiſcopus Motonenſis in Romandia. 1498. col.1.
Lopez, vel Lupius Ioannes Hiſpanus. 1422. col.1. & in Append.
Lopez Ludouicus Hiſpanus. 1595. col.1. & 2.
Louuet Petrus Gallus. 1599. col.2.

L V.

Lubecenſis Henricus. 1514. col.1.
De Lublino Samuel Polonus.
Lucemburgenſis Bernardus Germanus. 1530. col. 2.
Lucenſis Ptolomaeus diſcipulus S. Thomae. 1321. col. 2.
Lucinianus Stephanus Cyprus. 1590. col. 2. & ſequent.
A Ludegna Ioannes Matritenſis. 1564. col. 2.
De Luere Ludouicus Brixienſis. 1572. col. 1. & 2.
Lugdunenſe Concilium I. 1245.
Lugdunenſe Concilium II. 1274 col. 2. & ſeq.
De Lunigiana Zacharias Italus. 1499. col. 1.
De Luna Alphonſus Hiſpanus Villalpandenſis. 1581. col 1. & 1506. col. 2.
Luquian Ioſephus Hiſpanus. 1594. col. 2. & ſeq.
Luſitana Maria Baptiſta. 1581. col.2.
Lutzemburgenſis Bernardus Germanus. 1440. col.1. & 2.
Luxemburgenſis Ioannes Epiſcopus.
Lyle Thomas Anglus. Vide in Append.

M. M A.

MAccus Antonius Fauentinus Italus. 1446. col.2.
Madeira Ioannes Luſitanus. 1595. col. 2.
Madrigal Alphonſus Hiſpanus. 1589. col.2.
Maffaeus Raphael in fine Indicis.
De Magdalena Iacobus. 1595. col.1.
Magnus Beatus Albertus Sueuus Epiſc. Ratisbonenſis. 1280 col. 2. & ſeq.
A Maiorica Petrus. 1443. col 1.
Malablanca, vel Malabranca Beatus Latinus Romanus S.R.E. Cardinalis. 1294. col.1. & ſequent.
Malacoutius Dominicus Polonus. 1546. in Appendice.
Maldonatus Gregorius Hiſpanus. 1576. col.2.
Maldura Petrus Bergomenſis. 1477. col. 1. & ſequent.
De Maliaco Ioannes. 1290. col. 1. Vide Maliacenſis.

Maliacenſis Ioannes . . . . . 1277. col. 2.
Mallet Antonius Rhedonenſis. 1389. *col.* 1.
Malubra Thomas Venetus Epiſcopus Carznlenſis. 1498. *col.* 1.
Mamerolius Rochus. 1575. *col.* 1.
Mamerot Rocleus Gallus. 1570. *in Append.*
Mandnegarinus Beatus Albertus Lombardus Brixienſis. 1314. *col.* 2. *& ſequent. & in Appeud.*
Manna Paulus Cremonenſis 1545. *col.* 1.
Mannellus Lucas Florentinus Epiſcop. 1363. *col.* 1. *& in Append.*
Maurique Thomas Hiſpanus 1573. *col.* 2. *& ſeq.*
Mansfeldius Guilelmus Anglus Card. 1304. *col.* 1. *& in Appendice.*
Manſuetus Leonardus Peruſinus Ord. Generalis 1479. *col.* 1. *&* 2.
Manzolus Bartholomæus Bononien. 1516. *col.* 2.
Marabotti Benedictus à Monte Regali Pedemontanus. 1565. *col.* 2.
Marcenſius Iacobus. 1590. *col.* 1.
Marcheſinius Aegidius Italus. 1563. *col.* 2.
Marciagninus *Auguſtinus Florentinus.* 1596. *col.* 2. *& ſequent.*
De Marco Alphonſus Auerſanus. 1595. *col.* 1. *&* 2.
Marcus Ioannes Vicentinus Venetiarum. 1449. *col.* 1.
Mariani *Nicolaus Mantuanus Lombardus.* 1315. *col.* 1. *et* 2.
Marinettus *Matthæus Viterbienſis.* 1499. *col.* 2. *et ſeq.*
Marin Petrus Hiſpanus. 1586. *columu.* 2. *et ſeq.*
De Marinis Leonardus Chienſis Archiepiſcopus. 1573. *col.* 1. *et* 2.
Marmochius Sanctes Florentinus. 1519. *col.* 1. *et in Append.*
Marnauitius Ioannes Tomeus Epiſcopus. 1402 *col.* 2, *et in Append.*
Marrapha Antonius Martinenſis. 1549. *columu.* 1.
Martianus Iacobus in Append. 1516.
Marſillus Petrus. 1325. *in Append.*
Martini Alphonſus Hiſpanus. 1559. *col.* 1. *&* 2.
Martini Angelus Rhaguſaus. 1530. *col.* 2.
Martini Nicolaus de Albertinis Cardinalis Pratenſis. 1321. *col.* 1. *& ſeq.*
Martini Raymundus Catalanus Barcinonenſis. 1283. *col.* 1. *& in Append.*
De Martyribus Bartholomæus Luſitanus Archiepiſcopus. 1590. *col.* 2. *& ſeq.*
Maſius Didacus Valentinus Hiſpanus. 1592. *col.* 2.
Matthæi Thomas Florentinus. 1485. *col.* 1.
Mazza Petrus Inquiſitor. 1400. *in Append.*
Mazulenſis Sylueſter Prieras Pedemontanus. 1523. *col.* 2. *et ſeq. et in Appendice item* 1517. *col.* 2.
Mayeue Beatus Iuo Gallus Epiſcopus. 1528. *col.* 1. *et* 2.
Maynardus Vincentius Sangeminianenſis. 1527. *col.* 1. *et* 2.

M E.

Medices Conſtantinus Vrbeuetanus Epiſcopus. 1265. *col.* 2. *et ſeq.*
Medices Sixtus Venetus. 1561. *col.* 2. *et ſeq.*
Medices Zenobius Etruſcus. 1499. *colum.* 1. *et* 2.
Medina Bartholomæus Hiſpanus. 1581. *columu.* 1. *et* 2.
Mediolanenſis Emmanuel Lombardus. 1262. *col.* 2.
Mediolanenſis Georgius. 1515. *col.* 2.
Mediolanenſis Stephanus. 1298. *col.* 2. *et ſeq. et in Append.*
Mediolanenſis Sylueſter. 1422. *columu.* 2. *et ſequen.*
Mediolanenſis Thomas. 1510. *col.* 1.
De Medullione Raymundus Archiepiſcopus Gallus. 1294. *col.* 2. *et ſeq.*
Meigretius Aymericus. 1296. *col.* 1.
Meigretius, ſiue Macech Amadeus. 1334. *col.* 2. *et ſeq.*
A Meiſbergh Bertoldus. 1355. *col.* 2.
De Melitona Guilelmus Pariſienſis. 1296. *columu.* 2. *et in Append.*
Mendel Balthaſar Bohemus. 1521. *col.* 2.
Mendenſis Nicolaus, aliàs Durandellus. 1324. *col.* 1.
De Mendozza Ioannes Hurtado. 2525. *in Appendice.*
De Mendola, et Loaiſa Dominicus Hiſpanus. 1565. *col.* 2. *et ſeq.*
Meneſius Philippus Hiſpanus. 1572. *col.* 1. *et* 2.
De Mercado Thomas Bæticus. 1572. *col.* 2. *et* 1575. *col.* 2. *et ſeq.*
De Mercado Petrus Hiſpanus. 1572. *col.* 2. *et ſeq.*
Merius Vincentius Hiſpanus. 1571. *col.* 2. *Vide de Merlo.*
Merlinus Vincentius Venetus. 1491. *col.* 2.
De Merlo Vincentius Hiſpanus. 1571. *col.* 2. *Vide Merius.*
De Merodio Seraphinus Italus. 1577. *col.* 1.
De Meſſelech Guilelmus Anglus. 1295. *columu.* 2. *et in Append.*
A Meſtana Bonioannes. 1343. *col.* 2.
Mexia, vel Meſſias Franciſcus Hiſpanus. 1560. *col.* 2.
Mexia Vincentius Bæticus. 1571. *col.* 2.

M I.

Micenſis Leonardus Lombardus. Vide Bellunenſis. 1444. *col.* 1.
Michaelis Ludouicus Venetus. 1508. *col.* 1.
Micon, ſeu Miconius Beatus Ioannes Valentinus. 1555. *col.* 1. *et* 2.
A Mierle Godefridus Germanus. 1570. *col.* 2.
De Mileto Ioannes Epiſcopus Cephaludenſis. 1491. *col.* 1.
Millenſis Ioannes Germanus Epiſcopus. 1500. *col.* 1.
De Minda Gerardus. 1277. *col.* 2. *et in Ap. item*

item 1376. col. 1. nõn idem eſt.
De Minda Hermandus Teuto. 1277. col. 2.
Minutulus Iacobus Neapolitanus. 1527. columu. 2.
A Miranda Bartholomaus Carranza Archiepiſcopus Toletanus. 1576. col. 1. et ſeq. et in Append.
A Miranda Bartholomaus Cordubenſis Archiepiſcopus. 1597. col. 2. et ſeq.
Mirabilis Nicolaus Coluſuarienſis Hungarus. 1493. col. 2.
Miſnenſis Sifridus Germanus in Appendice. 1307.

M O.

A Modoctia Andreas Lombardus. 1227. col. 2. et ſeq.
Moguel Andreas Hiſpanus. 1570. col. 1.
Molhuſenſis Chriſtophorus Anglus. 1350. columu. 1.
De Monelia Paulus Ligur Epiſcopus. 1499. col. 2. et ſeq.
De Monopoli Marchеſiuus Apulus. 1343. columu. 1.
De Montauro Raynaldus Netinus Epiſcopus. 1511. col. 2.
De Monte Crucis Ricoldus, ſiue Richardus Florentinus. 1306. col. 1. et 2.
De Monte Gerardus. 1540. col. 1.
De Monte Ilcino Angelus. 1590. col. 1.
De Monte Ioannes Hiſpanus Socius Sanctiſſimi Patriarchæ. 1226. col. 2.
A Monte Luporum Dominicus Italus. 1348. col. 2.
De Monte Nigro Ioannes Italus. 1436. col. 2. et ſeq.
De Monte Nigro Petrus in Guatemala. 1591. col. 1.
De Monte ſono Io. Vincentius. 1394. col. 1. et in Append.
Montuccius Beatus Batholomaus Senenſis. 1410. col. 2.
De Morales Petrus Martyr Hiſpanus. 1580. col. 2. et ſeq.
Morallus, vel Morellus Petrus Martyr Italus. 1575. col. 2. et ſeq.
De Moralibus Didacus Luſitanus. 1570. columu. 2.
Morlandinus Ioannes Lemouicenſis Gallus S. R. E. Cardinalis. 1358. col. 2. et ſeq.
A Mortara Dominicus. 1532. col. 2. et ſeq.
Mortarius Bartholomaus. 1507. col. 1. & 2.
Moſanus Gerardus Germanus. 1580. col. 2.
Moſchetta Valerius Patauinus. 1591. col. 2.
Moſchinus Nicolaus Caracciola Neapolitanus S. R. E. Cardinalis. 1388. col. 2. & ſeq.
Moſticenſis Melchior Polonus. 1591. col. 1. & ſeq. & in Append.
A Moneta Ioannes Germanus. 1457. col. 2. & ſeq.

M V.

Mugnoz Hieronymus Teuarienſis Hiſpanus. 1555. col. 1.
Numerolius Rocus. 1575. col. 1.
Munboſius, ſiue Muñoz Alphonſus Hiſpanus. 1560. col. 1.
Munhoſius, ſiue Muñoz Alphonſus Teuarenſis. 1560. col. 1. & 2.
Muñoz Alphonſus. 1560. col. 2.
Muſinenſis Bartholomaus Lombardus. 1448. col. 2. & ſeq. & in Append.

N.

Naclantes Iacobus Florentinus Epiſcopus 1569. col. 2. & ſeq.
Nacon Martinus Gallus. 1567. in Append.
Nallius Auguſtinus Rhaguſeus Epiſcopus. 1527. col. 2. & ſeq.
Nannius, ſiue Annius Io. Viterbienſis. 1502. col. 2. & ſeq. & in Append.
Nanuius Remigius Florentinus. 1581. col 2. & ſeq.
Natalis Herueus Brito. 1323. col. 2. & ſeq. & in Append.
Nauarrus Antonius Hiſpanus. 1596. col. 2. & ſeq.
De Nauas, & Pineda Ferdinandus Hiſpanus. 1578. col. 2.
Nazario Antonius Vercellenſis. 1262. col. 1. & 2.

N E.

Neapolitanus Antonius Archiepiſcopus Amalphitanus. Vide de Carlenis. 1460. col. 2.
De Neapoli Ioannes Sicola. 1323. col. 1. & ſeq. & in Append.
Neapolitanus Beatus Ioannes Primus. 1406. col. 1.
Neapolitanus Beatus Ioannes ſecundus. 1461. col. 2. & ſeq. & in Append.
Nerius Thomas Florentinus. 1498. col. 2. & 1567. col. 2.

N I.

Nider Ioannes Sueuus. 1435. col. 1. & 2.
De Nieua Bernardus Segouienſis. 1556. col. 2. & ſeq.
De Nieua Dominicus Hiſpanus Rioſanus Epiſcopus. 1594. col. 2.
Niger Petrus Germanus. 1472. col. 2. & in Appendice.
Nigri, Nigro, vel Negronius Angelus Viterbienſis, alijs Vitembergenſis. 1293. col. 2. & ſeq.
Ninguarda Felicianus Morbinienſis Epiſcopus. 1595. col. 1. & ſeq.
Notalius Gregorius Rhaguſaus. 1540. columu. 2.
Nortuopes Thomas Anglus. 1317. col. 1.
N.N. Anonymus. 1303. col. 2.
N.N. Anonymus. 1303. col. 2. & ſeq.
N.N. Anonymus Luſitanus. 1303. col. 1.
N.N. Anonymus. 1513. col. 2.
N.N. Anonymus. 1513. col. 2.
N.N. Anonymus. 1525. col. 2.
N.N. Anonymus Valentinus. 1526. col. 1.
N.N. Anonymus. 1545. col. 1.
N.N. Anonymus Salmantinus. 1548. col. 1.
N.N. Anonymus. 1599. col. 1. & 2.
N.N. Anonymus Hiſpanus Caſtella. 1541. col. 1

N.N. Anonymus. 1403. col. 2. & ſeq.
N.N. Amalphitanus Archiepiſcopus. 1485. col. 1.
N.N. Bartholomæus. 1486. col. 2.
N.N. Bernardus Hiſpanus. 1263. col. 2. & 1395. col. 1. & 2. & in Append.
N.N. Bertoldus. 1577. col. 2.
N.N. Bernerus Allobrox. 1314. col. 1.
N.N. Cordiale de quatuor Nouiſſimis. 1541. col. 2.
N.N. Conradus. 1556. col. 2.
N.N. Conradus. 1321. col. 1.
N.N. Gacete Catalanus. 1498. col. 1.
N.N. Germanus Henricus. 1352. col. 2.
N.N. Goffredus, vel Gottifridus. 1375. columm. 2.
N.N. Guarinus. 1333. col. 1.
N.N. Guilelmus. 1295. col. 1.
N.N. Guilelmus alius. 1321. col. 2.
N.N. Iconectus. 1308. col 1. & 2.
N.N. Iulius, ſiue Tullius Dalmata. 1470. col. 2.
N.N. Iuſtinus. 1242. col. 2. & in Append.
N.N. Iuſtinus. 1556. col. 2.
NN. Luſitanus. 1499. col. 1. et 2.
N.N. Malachias. 1308. col. 1.
N.N. Matthæus Patriarcha Conſtantinopolitanus. 1426. col. 2. et ſeq.
N.N. Mauritius. 1277. col. 2. & in Append.
N.N. Nicolaus Italus in Append. 1300.
N.N. Paſchalis, ſiue Paſchaſius Hiſpanus. 1458. col. 1.
N.N. Petrus Apulus Epiſcopus Lucerinus. 1481. col. 1.
N.N. Recollectorium Sacræ Theologiæ. 1499. col. 1.
N.N. Richardus. 1453. col. 2. & ſeq.
N.N. Robertus. 1381. col. 1.
N.N. Sterlengatius. 1360. col. 1.
N.N. Teuto Author Theologiæ Myſticæ. 1580 col. 2.
N.N. Theodericus. 1309. col. 2.
N.N. Vmbricus, ſiue Humbricus. 1533. columm. 1.
A Numburg Ioannes Saxo. 1520. in Append.

O.

OCham Ioannes. 1565. col. 1.
De Ochanua Petrus Hiſpanus. 1478. col. 1.
Ochoa Ioannes Hiſpanus. 1565. col. 1. *Vide Ocham: nam idem eſt.*
Ocillus Dionyſius Italus. 1504. col. 2. & ſeq.
Ocrienſis.
Octonienſis Epiſcopus Nicolaus. 1491.
De Odone Guilelmus Anglus Archiepiſcopus. 1298. col. 2. & ſeq. & in Append.
Ogea Didacus Hiſpanus. 1584. col. 1. & 2.
Oleaſter Hieronymus Luſitanus. 1563. col. 2. & ſeq.
Olmeda Sebaſtianus Abulenſis. 1542. col. 2. & ſeq.
De Oppreno Ioannes Mediolanenſis. 1262. col. 2.
Ormaza Antonius Hiſpanus. 1594. col. 2.
Oropiti Conſtantinus Epiſcopus, vide Medices 1265. col. 2.
Orphodius Rodolphus vide Robertus Anglus. 1295. col. 2. & ſeq. & in Append.
Ortega Ioannes Hiſpanus. 1667 col. 2.
Orthord Robertus Anglus. 1295. col. 2. & ſeq. vide Orphordius, & in Append.
Ortiſius Matthæus Hiſpanus. 1485. col. 1.
De Oſana Iacobus Epiſcopus. 1314. in Appendice.
De Oxea Didacus Stellenſis vide Ogea.
Oryus Matthæus Gallus. 1556. col. 1. & 2.

P.

A Pace Dominicus Luſitanus Vlyſiponenſis 1580. col. 1.
De Pace Matthias Hiſpanus. 1436. col. 1.
Pagninus Sanctes Lucenſis. 1541. col. 2. & ſeq.
Palearenſis Reynerius Senenſis. 1406. col. 2.
De Palentia Ioannes. 1579. col. 2.
Paliz Ioannes Germanus in Appendice. 1516. col.
De Palma Petrus. 1342. col. 1.
Palmer, ſiue Palmerius Thomas Anglus in Append. 1410.
Paludanus Petrus Burgundus Patriarcha. 1333 col. 1. & 2. & in Append.
Panormitanus Hieronymus Siculus. 1570. col. 1.
Pantaleonus Dominicus Florentinus. 1376. col 2. & ſeq.
Paparonus Beatus Aldobrandinus Senenſis. 1289. col. 2.
Papicus Guilelmus Gallus. 1520. col. 1. & 2.
Papienſe Concilium. 1423. col. 1.
Papienſis Ardengus Italus. 1562. col. 1.
Paraboſcus Antonius. 1590. col. 2.
Parentini Bernardus Toloſanus. 1340. columm. 2.
Paris Stephanus Aurelianenſis Epiſcopus. 1551 col. 2.
Pariſienſis Guilelmus in Append. 1312.
Pariſienſis Ioannes. 1277. col. 2. & 1293. col. 1.
Pariſienſis Ioannes II. 1290. col. 1. & 2.
Pariſienſis Ioannes III. 1325. col. 1. & 2.
Pariſienſis Vuilielmus. 1312. col. 2. & ſeq.
Parmenſis Antonius. 1314. col. 1.
Parmenſis Ioannes Lombardus. 1452. col. 2.
Parmenſis Placidus. 1558. col. 1. & 2.
Paruus Antonius Bononienſis. 1402. col. 2.
Paruus Bartholomæus Bononienſis. 1315. columm. 1.
Paruus B. Bartholomæus Bononienſis. 1333. col. 1. & ſeq.
Paruus Bonauentura Bononienſis Archiepiſcopus. 1318. col. 2.
Paruus Guilelmus Rhotomagenſis. 1517. col. 1. & 2.
Paſſauante Iacobus Florentinus. 1357. col. 1. & in Appendice.
Patauinus Theophilus in Appendice. 1503.

Pati-

Patina Vincentins à Quintiano Brixienſis. 1583. *col.* 2.
Pauli Benedictns Florentinus. 1500 *col.* 2. & *ſeq.* & *in Append.*
Paxillus Bernardus.

P E.

Pèciana Hieronymus Vercellenſis Pedemontanns. 1508. *col.* 2.
A Pedrazza Ioannes Hiſpanns Epiſcopus. 1530. *col.* 1.
Pelarges Ambroſins Germanns Niddanns. 1544. & 1548. *col.* 2.
De Penha Thomas Luſitanus. 1580. *col.* 2.
A Penna Antonins Hiſpanus Epiſcopus. 1518. *col.* 2. & *in Append.*
A Penna Antonius Hiſpanns Epiſcopus Canarienſis. 1518. *col.* 2. & *in Appendice.*
De la Penna Ioannes Hiſpalenſis. 1560. *columm.* 1.
De Peñafort Sanctns Raymundus Barcinonenſis. 1275. *col.* 2. & *ſeq.*
Pennenſis Petrns Aprutinus. 1531. *col.* 2.
Pepinus Gnilelmus Gallus. 1527. *col.* 2. & *ſeqnent.*
Peraldns Guilelmus Epiſcopus Lugdunenſis. 1256. *col.* 1. & 2. & *in Appendice. Vide Peyranta.*
Perazza Hieronymus. 1577. *col.* 2. & *ſeq. vide Pinerius.* 1578.
Peregrini Conradus. 1290. *in Append.*
Peregrinus Thomas Venetns. 1583. *col.* 2.
Peregrini Pinamons à Brembate Bergomenſis. 1266. *col.* 1. & 2.
Peruſinus Gaſpar Vmbrenſis. 1513. *col.* 1.
Peruſinus Iacobus Primus Vmbrenſis. 1262. *col.* 2. & *ſeq.*
Peruſinns Iacobus Secundns Vmbrenſis Epiſcopus. 1407. *col.* 1.
Peruſinus Valentinus Vmbrenſis, alijs verò Camerinenſis. 1500. *col.* 2.
Peſſelius Ioannes Tilenſis in Celdria. 1546. *col.* 2. & *ſeq.*
De Petra Guillardus Gallns. 1514. *col.* 2. & *ſeq.*
Petrarum Iacobus Italus. 1539. *col.* 1.
A Petra mala Recuperus, ſeu Recuperatus Aretinus Etruſcus. 1289. *col.* 1. & 2.
Petra Sancta Vincentius. 1577. *col.* 1.
Petri Henricus N. N. 1355. *col.* 1.
Petri Marcus de Succbellis Florentinus. 1490.
Petri de Nardis Dominicus Florentinus. 1385. *col.* 2.
De Peyra Georgius, ſeu Gregorins. 1361. *col.* 1. & 2.
De Peyra Guilelmus Viennenſis. 1492. *col.* 2.
Peyranta Guilelmus Gallus Archiepiſc. Lugdunenſis. 1256. *col.* 1. & 2. & *in Appendice. Vide Peraldus.*
De Peyra Philippus. 1303. *col.* 2. & *in Appendice.*
Phiſaya Richardus Anglus. 1265. *col.* 1. 1270. *col.* 1.

P I.

Picardi Io. Luxemburgenſis Teuto Epiſcopus. 1320. *col.* 1.
Pientinus Angelns de Corſiniano Senenſis. 1570. *col.* 1. & 2.
De Pilaſtris Paulus Florentinus Patriarcha Gradenſis. 1313. *col.* 2. & *ſeq.* & *in App.*
De Pileo Guido Vicentinus Epiſcopus. 1314. *col.* 2. & *in Append.*
De Pineda Ferdinandus Hiſpanus. 1577. *col.* 2. & *ſeq.*
Pinerins Hieronymus Luſitanus Epiſcopus. 1578. *col.* 1. & 2.
Piſanum Concilium. 1409. *col.* 2. & *ſeq.*
Piſanum Conciliabulum. 1511. *col.* 1. & *ſeq.*
Piſanus Andreas. 1508. *col.* 2.
Piſanns Bartholomaus Spina. 1546. *col.* 2. & *ſeq.* & *in Append.* 1544.
Piſanus Baſilius Etruſcus. 1563. *col.* 2.
Piſanus Beatus Iordanus. 1311. *col.* 1. & 2. & *in Appendice.*
Piſanus Dominicus Etruſcus. 1348. *col.* 2.
Piſanns Raynerius. 1314. *col.* 2. & *ſeq.* & *in Appendice.*
De Piſcialis Beatus Bartholomaus Bononienſis. Vide Paruus.
Piſtorienſis Andreas Italus Epiſcopus. 1313. *col.* 1. & 2.
Piſtorienſis Ioannes I. 1295. *col.* 1.
Piſtorienſis Ioannes II. 1442. *col.* 2. & *ſeq.* & 1493. *col.* 1.
Piſtorienſis Leonardus Etruſcus. 1280. *col.* 2.
Pius, ſeu de la Pie Franciſcus Gallus. 1591. *col.* 2.
Pizamanus Antonius Antiſtes Salpenſis in Apulia. 1498. *col.* 1.

P L A.

Placentinus Beatus Eymericus Gilianus. 1327 *col.* 2. & *ſeq.* & *in Append.*
Placentinus Vincentius Italus. 1550. *col.* 2.
Placentius Ioannes Derthonenſis. 1547. *columna* 2.
Placius Felix Italus à Colorno. 1570. *col.* 2.
Plagonſis Marcus de Caſtro Maris Neapolitanus. 1569. *col.* 1. & 2.
De Plano, ſeu de Palatio Henricus Aſtenſis Pedemontanus. 1422. *col.* 2.

P O.

Politus Ambroſius Senenſis Archiepiſc. 1553. *col.* 2. & *ſeq.*
Polonus Cyprianus Epiſcopus Motonenſis. 1571. *col.* 1. & *in Append.*
Polonns Leonardus.
Polonus Martinus Strempus. 1279. *col.* 1. & *ſeq.*
Polonus Petrus 1465. *col.* 2.
Polonus Seuerinus Craconien. 1594. *col.* 2 & *ſeq.*
Poloniacus Stephanus Gallus. 1297. *col.* 2. & *in Appendice.*
Poncellus Sixtus. 1348. *col.* 2.
Pons Ioſephus Bonauentura Hiſpanus. 1577. *col.* 2.
Porè Martinus Epiſcopus. 1414. *col.* 1. & 2.
Porleſienſis Albertus Polonus. 1500. *col.* 2.
A Porta Sanctius Hiſpanus Caſaraugustanus. 1429.

1429. *col.* 1. *& ſeq. & in Append.*
Portaſole Beatus Angelus Peruſinus Epiſcopus. 1334. *col.* 2.
Portullaca Andreas Brixienſis Lombardus. 1507. *col.* 1.
Pratenſis Felix Etruſcus. 1520. *col.* 1. *& in Append.*
Pratenſis Franciſcus Etruſcus. 1577. *col.* 1. *&* 2.
De prato Hugo Etruſcus. 1313. *col.* 2. *& in Append.*
Prælormitanus Ludouicus. 1570. *col.* 2. *& ſeq.*
De Prierio Stephanus.
De Prierio Sylueſter Pedemontanus.
Primatianus Gregorius Senenſis. 1578. *col.* 2. *& ſeq.*
Primaticcius Lambertus Bononienſis, Epiſcopus. 1315. *col.* 2. *& ſeq.*

P R O.

De Pronaſio Raphael Italus Gennenſis. 1465. *col.* 2. *& in Append.*

P R V.

De Pruſſia Petrus. 1274. *colum.* 2. *&* 1354. *col.* 1.
Ptolomæus B. Bonauenthura Senenſis. 1348. *col.* 2. *& ſeq. & in Append.*

P V.

Pumeut Ioannes Belga. 1588. *col.* 1. *Vide Dumæus.* 1571.
Pungilaſinus Ioannes Pariſienſis. 1295. *col.* 1. *& in Appendice.*
A Puteo Bonellus Ioannes. 1443. *col.* 1.
A Puteo Melchior Aragonenſis. 1560. *col.* 2.
Puteus Melchior Hiſpanus.
Puteanus Florentius Antuerpienſis. 1594. *in Appendice.*

Q.

Quirinus Hieronymus Venetus. 1505. *col.* 1. *&* 1529. *col.* 1.
De Quiros; aliàs de Matre Dei Theodorus Gallæcus. 1596. *col.* 1.

R A.

Radini Thomas Placentinus Italus, dictus Tudeſcus. 1552. *col.* 1.
Ragot Petrus Gallus. 1590. *col.* 2.
A Raiotto Guillelmus Gallus. 1390. *col.* 1. *&* 2.
De Raiſu Petrus. 1296. *col.* 2.
Rannucci Robertus Florentinus. 1516. *col.* 1.
Ranzanus Petrus Siculus Epiſcopus Lucerinus. 1492. *col.* 1. *&* 2. *& in Append.*
A Raſio Italus in Appendice. 1360.
Rauegnatius; vel Rauennatius Georgius Mediolanenſis. 1520. *col.* 1.
Raimerus Lombardus Epiſcopus.

R E.

Reatinus Stephanus in Sabinis. 1264. *col.* 2.
Regino Ludouicus Mexicanus. 1591. *col.* 2. *& ſeq.*
Regot Ioannes Gallus. 1599.
De los Reies Mexicanus. 1597. *col.* 2.
De Rems Petrus Gallus. 1263. *col.* 2. *& ſeq.*
Renerius Girandus. 1471. *col.* 1.
Reſendius Andreas Eborenſis Hiſpanus. 1573. *col.* 1. *& ſeq.*
Retembergius Ioannes Germanus à Francofort. 1520. *col.* 2.
Rethſa Franciſcus Germanus. 1415. *col.* 2. *& ſequent.*
Reynardus Io. Dieaſis Gallus in Appendice 1515.
Rhaguſæus Blaſius Dalmata Epiſcopus. 1481. *col.* 1. *&* 2.
Rhaguſæus Gregorius. 1580. *col.* 1. *&* 2.
Rhaguſæus Ioannes. 1435. *&* 1438. *col.* 1.
Rhaguſæus Leonardus. 1541. *col.* 2. *& in Appendice.*
Rhedonenſis Guilelmus Gallus. 1367. *col.* 2. *& ſeq.*
Rhodius Andræas Græcus Archiepiſc. 1438. *col.* 1.

R I.

De Ribera Michael Hiſpanus Malacitanus. 1575. *col.* 1.
Riccia Catharina Pratenſis. 1599. *col.* 2. *& ſequent.*
Richardi Demetrius. 1515. *col.* 2.
Ricius Alphonſus. 1513. *col.* 2.
Rimbertinus Bartholomæus Florentinus Epiſc. 1514. *de quo etiam* 1599. *col.* 2.
Ringiſchinenſis Guilelmus Anglus. 1261. *columna* 1.
Ringiſchin Guillelmus Anglus. 1239.
Rinfeldenſis Geltrudis Germana. 1266. *col.* 2.
Ringiſtedes Thomas Anglus Epiſcopus. 1327. *col.* 1.
De Riparia Bartholomæus Toloſanus Gallus Epiſcopus. 1514.
De Ripis Nicolaus Epiſc. Vernatenſis. 1491. *col.* 1.
Riuerbius Robertus Anglus. 1238. *col.* 2.

R O.

De Robles Io. Hiſpanus. 1554. *col.* 2.
Rogus Petrus. 1264. *in Append.*
Romanus Franciſcus Aretinus. 1552. *col.* 2. *& ſequens.*
De Romanis Beatus Humbertus Burgundus. 1274. *col.* 2. *& ſeq.*
Romanus Cyprianus. 1545. *in Appendice.*
Romanus Guilelmus. 1254. *col.* 1. *&* 2.
Romanus Iacobus. 1406. *col.* 2. *& ſeq.*
Romanus Ioannes. 1262. *col.* 1. *&* 2.
Romanus Ioannes Leo Epiſcopus.
Romanus Paulus. 1406. *col.* 2.
Romberth Ioannes Riſpenſis Germanus Colonienſis. 1314. *col.* 2.
Roncionus Marcus Piſanus Archiepiſcopus. 1347. *col.* 2.
Roſarium. 1599. *col.* 1.
A Roſa Martha Bononienſis Monialis. 1510. *col.* 1. *&* 2.
A Roſario Didacus Luſitanus. 1573. *col.* 2. *& ſequent.*
Roſcius Damianus Bononienſis. 1581. *col.* 2. *& ſequent.*
Roſellius Coſmus Florentinus. 1548. *col.* 2.
Roſellius Damianus. 1548. *col.* 2.

Roſellius Nicolaus Aragonenſis S. R. E. Cardinalis. 1362. *col*: 2. & *ſeq.*
A Rota Claudius Gallus. 1519. *col.*2. & *ſeq.*
Rota Franciſcus in Appendice. 1416.
Roterus Spiritus Inquiſitor *Toloſanus.* 1569. *col.* 1.
Rotthuel Guilelmus. 1360. *in Appendice.*
Rouadus *Paulus Brixienſis.* 1576.*col.* 1.
Roz Antonius Prouinciæ Aragoniæ. 1498. *columna* 1.

R V.

Ruffus *Conradus Eſterlogenſis Germanus.* 1319. *col.* 2.
Rufus Ioannes *in Appendice.* 1290.
De Rupe Beatus Alanus Batauus. 1474. *col.* 1 & *ſeq.* & *in Append.*
Ruſſim, ſeu Ruſtin. Ioannes *Teuto.* 1311. *columna.* 2.

S

S*Abaudi* Polus *Camberiacenſis* Gallus. 1569. *col.* 2.
De Sabrugera Romerus *Hiſpanus.* 1567. *col*: 2. & *ſeq.*
Sacconus Raynerius Placentinus. 1258. *col.*2. & *ſeq.*
Saenz Raymundus *Hiſpanus.* 1590. *col.* 2.
De Salanacho Stephanus Gallus Lemouicenſis. 1290. *col.* 1.
De Salazar Ambroſius Hiſpanus. 1569. *col.*1.
Salernitanus Maximus Regnicola. 1403. *col.* 1.
Saluſtius Auguſtinus Batiscus. 1596. *col.* 1. & 2.
Salodienſis Ioannes Italus. 1570. *col.* 1. & 2.
Saltarellus Beatus Simon Florentinus Archiepiſcopus. 1342. *col.* 2.
Salutus Ambroſius de Blancolo Epiſcopus. 1577. *col.* 2. &. *ſeq.*
Sampayus Stephanus Luſitanus. 1586. *col.* 1. & 2.
Sanſedonius Sanctus Ambroſius Senenſis. 12.
De S. Aegidio Ioannes. 1238. *col.* 2.
De Sancto Blaſio Franciſcus Nerionenſis in Salentinis. 1480. *col.* 2. & *ſeq.*
De Sancto Concordio Bartholomæus Piſanus. 1347. *col.* 1.
De Sancta Cruz Franciſcus Hiſpanus. 1591. *col.* 2. & *ſeq.*
De Sancto Cypriano Saluator. 1582. *col.* 1
De Sancto Dominico Antonius Luſitanus. 1579. *col.* 1.
De S. Geminiano Ioannes *Italus.* 1244. *col.* 2. & *ſeq. in Append.*
De Sancto Hieronymo Henricus Luſitanus. 1562. *col.* 2.
De Sancto Iacobo Georgius Vliſiponenſis Epiſcopus. 1545. *col.* 2. *Vide Append.* 1544.
A Sancto Iuanne Balthaſar Luſitanus. 1492. *col.* 2.
De Sancto Ioanne Iaimus Hiſpanus in Appendice 1456.
De Sancto Ioanne Iai Dus, ſiue Iacobus Hiſpanus. 1579. *col.* 2.
E Sancto Ioanne in Perſiceto Gaſpar Inquiſitor Bononienſis. 1443. *col.* 1.
De Sancto Ioſepho Franciſcus in Inſulis Philippinis. 1565. *col.* 1. & 2.
A Sancto Laurentio Gerardus Colonienſis Germanus. 1315. *col.* 1.
A Sancta Maria Didacus Mexicanus. 1579. *col.* 1. & 2.
De Sancta Maria Ferdinandus Luſitanus. 1551. *col.* 1. & 2.
De Sancta Maria Thomas Matritenſis. 1570. *col.* 2. & *ſeq.*
A Sancto Martino Nicolaus *Epiſcopus Becanatenſis.* 1301. *col.* 2. *at rectius collocatur.* 1368. *col.* 1. & 1599. *in Append.*
A Sancto Miniate Ioannes Etruſcus. 1547. *col.* 1.
A Sancto Portiano Durandus Amernus. 1333. *col.* 1. & *ſeq.* & *in Append.*
De Sancto Quintino Simon. 1245. *columm.* 1. & 2.
De Sancto Theodorico Hugo S. R. E. primus noſtri Ordinis Cardinalis Burgundus. 1262. *col.* 1. & *ſeq.*
De Sancto Thoma Dominicus Hiſpanus Archiepiſcopus. 1571. *col.* 2.
Saranetius Michael *à Petra Sancta Ligno.* 1514. *col.* 1.
Sarbinius Paulus Poſnanienſis Polonus. 1546 *in Append.*
A Sardis Thomas Florentinus. *Vide de Codicis.* 1517. *col.* 2. & *ſeq.*
A Saniglıano Gabriel Pedemontanus. 1570. *col.* 1.
Sauonarola Hieronymus Ferrarienſis. 1498. *col.* 2. & *ſeq* & *in Append.*
De Saxonia Albertus. 1330. *col.* 2.
Saxo Beatus Iordanus Bortergenſis. 1236. *col.* 1. & 2.
Saxo Ludulphus Carthuſianus. 1334. *col.* 1. & 2. & *in Append. Dudum Dominicanus.*
Saxo Matthæus Grabo 1417. *in Append.*
De Sbarroia Auguſtinus Cordubenſis 1554. *col.* 1. & 2.
De la Scala Petrus. 1263. *col.* 1.
E *Scaligera Petrus Veronenſis.* 1263. *col.* 1.
Scalza Iacobus Vrbeuetanus. 1263. *col.* 2.
Scandelandus Io Teuto Epiſcopus. 1377. *col.* 1. & 2. & *in Append.*
A Seeua Thomas Indus. 1518. *col.* 1.
Scomberg Nicolaus Germanus S. R. E. Cardinalis 1537. *col.* 2. & *ſeq.* & *in Append.*

S E.

Segouienſis *Ioannes Hiſpanus.* 1594. *col.* 1. & 2.
Seguin Hugo Bilomius Gallus, Aluernenſis S. R. E. Cardinalis. 1298. *col.* 1. & 2.
Seneca Ioannes *Teuto Epiſcopus.* 1599. *columna* 1.
Senenſis Angelus Etruſcus. 1560. *col.* 1.
Senenſis Antonius Epiſcopus Lunenſis. 1363. *col.* 1.
Senenſis Antonius Luſitanus.

Senen-

Senenſis Bartholomæus . 1463. col. 2.
Senenſis Sancta Catharina Benincaſia . 1380. col. 2. & ſeq.
Senenſe Concilium . 1423. col. 1.
Senenſis Galganus Epiſcopus Maſſenſis. 1348. col. 2. & ſeq.
Senenſis Sixtus Italus. 1569. col. 1. & ſeq.
Sanenſis Thomas. 1556. col. 2.
Senior Durandus. 1334. col. 2.
Sintinus Benedictus Cameracenſis Polonus. 1420. col. 1.
Sergent Dominicus Gallus . 1566. col. 2.
Sernigatu Io. Teuto Vveſtphalus, 1253. col. 1. & 2.
De Sextro Angelus Ligur. 1580. col. 1.
Sextus Beatus Clarus Bononienſis, 1219. col. 1. & 2.

S I.

Sibergenſis Tilmanus Germanus. 1550. col. 2.
Sibylla Bartholomæus Munopolitanus Apulus. 1486. col. 1. & in Append.
Sichenius Euſtachius Brabantus. 1538. col. 1.
Sicola Ioannes de Neapoli. 1323. col. 1. & ſeq. & in Append.
Siculus Bornaſinv. 1344. col. 2.
A Sileco Gerardus Aſtronomus. 1291. col. 1.
Sibarra, vel Siuazza Dominicus Fabrianenſis. 1314. col. 1.
Sittardus Conradus .
Slotanus Ioannes *Geffenſis Bracantinus* 1555. col. 2. & ſeq.
Snekis, vel Sneccanus Cornelius Filius. 1521. col. 2.

S O.

De Soardis Ioannes *Pariſienſis* . 1277. col. 2. & ſeq.
Solarius Io. Maria Genouenſis . 1595. col. 1.
Somerus Guilelmus Sylua Ducenſis . 1589. col. 1. & in Append. 1560.
Someron Ioannes *Anglus* 1515. col. 1.
Soncinas Beatus Ambroſius Converſus. 1500. col. 2.
Soncinas Benedictus . 1487. col. 2.
Soncinas Paulus Metaphyſicus . 1494. col. 1. & 2.
Soncinas Raphael. 1487. col. 2.
Sorionius, ſiue Sorius Balthaſar Aragonenſis. 1557. col. 2.
Soto Dominicus Segouienſis. 1560. col. 2. & ſeq. & in Append.
A Soto Maior Ludouicus.
De Soto Petrus Hiſpanus. 1568. col. 1. & ſeq. & in Appendice Concilij Tridentini.
De Souſa Antonius Luſitanus Epiſcopus. 1594. col. 1.
De Souſa Thomas Luſitanus . 1570. col. 2.

S P.

Spergatus Vincentius Bononienſis. 1588. col. 2.
Specebio Petrus Gallus 1521. in Append.
Spennatus Antonius Altamuranus. 1577. col. 2.
Sperman Thomas Anglus . 1277. col. 2.
Spina Bartholomæus Piſanus 1546. col. 2. & ſeq. in Append. 1544.
Spineus Claudius. 1568. col. 2.
Spoletanus Reginaldus Epiſcopus Theatinus. 1491. col. 1.
Sprengerus Iacobus Teuto . 1481. col. 2. & ſequent.

S T.

Stabili Antonius à S. Angelo à Faſanelli. 1683. col. 2.
Statius Leonardus Florentinus. 1425. col. 1. & 2. & in Append.
Stelcopardus Dominicus de Auſragola. 1386. col. 1.
Stella Thomas Venetus Epiſcopus. 1566. col. 2. & ſeq.
Stephanus, ſeu Stephaneſcus Caſpar Aragonenſis. 1516. col. 2. & ſeq.
Sernageſtem Ioannem Germanus . 1465. col. 2. & ſeq.
Stoicus Ioannes Rgaguſæus . Vide Rhaguſæus Ioannes Epiſcopus . 1435. col. 2. & 1438. col. 1. & 2.
Stokez Io. Sudbenienſis 1370. col. 2.
Stratta Nicolaus Italus Taurinenſis . 1565. col 2.
Strempus Martinus Carſulanus Polonus Archiepiſcopus . 1279. col. 1. & ſeq.
Strozzia Lucretia Florentina Monialis Pratenſis. 1580. col. 1. & 2.
Strozzi Beatus Petrus Florentinus. 1362. col. 2. & ſeq.
Stubez, vel Scobez Thomas Anglus. 1352. col. 1 & 2.
Stu... ambroſius. 1546. col. 1.
Sudre Guilelmus Gallus S. R. E. Cardinalis. 1373. col. 1. & 2.
De Suetonia Thomas Anglus. 1278. col. 1.
Sueuus Aquinus Germanus 1494. col. 2. & in Appendice.
Suillkiifrans, vel Suieilfrans Ioannes Germanus. 1355. col. 2.
Surronus Vincentius Tiburtinus. 1546. col. 1. & 2.
De Suſato Iacobus Colonienſis . 1420. col. 2. & ſeq.
Suſo Beatus Henricus Sueuus. 1299. col. 1. & ſeq. & in Append.
Suthampſon Guilelmus Gallus, 1340. col. 2.
Syracuſanus Philippus Siculus . 1475. col. 1. & 2.
Sylueſter Franciſcus Ferrarienſis. 1528. col. 1. & 2. & in Appendice.
Syluius Petrus Germanus. 1548. col. 2.

T

A Tabia Ioannes Cagnazzo Ligur. 1523. col. 1. & in Append.
Tables Thomas Hiſpanus. 1577. col. 2.
Taborienſis Henricus . 1562. col. 2. & ſeq.
Tacconius Iſnardus Papienſis Patriarcha. 1319. col. 1. & ſeq.
Taegius Ambroſius Mediolanenſis. 1500. col. 1.
Taix Hieronymus Ilerdenſis. 1540. col. 2. & ſequent.
Tamacedus Benedictus Peruſinus. 1251. col. 1.

De Tambaco Ioannes, Teuto Argentinenſis. 1360. col.2. & ſeq.
Tancredi Beatus, Tancredus Senenſis Italus. 1241. col.2. & ſeq.
Tancredi Tancredus Senenſis Alter. 1414. columna 2.
De Tarantaſia Petrus Beatus Innocentius V. Summus Pontifex. 1276. col.1. & ſeq.
Tarentinus Stephanus. 1485. col.1. & 2.
Taruiſinus Hermanus. 1406. col.2.
Taulerus Ioannes Teuto Colonienſis. 1351. col.2. & ſeq.
De Tauora Ferdinandus Luſitanus Epiſcopus. 1574. col.1.
Taurominitanus Sebaſtianus Siculus. 1541. col.2.

T E.

De Templo Thomas Hiſpanus. 1280. col. 2. & ſeq.
De Teſſalonia Iabobus. 1460. col. 2. & in Appendice.
Tetzelius Ioannes Saxo. 1517; col.1.
Teuto Beatus Iordabus.
Teuto Conradus. 1290. col.2. & ſeq.
Teuto Henricus diſcipulus Beati Alberti Magni, Epiſcopus. 1290. col.2.
Themo Hieronymus. 1585. col.1.
Teuto Ioannes Baſilenſis Epiſcopus. 1389. col.1.
Teuto Ludulphus.
Teuto Vlricus Argentinenſis. 1276. col.1.
De Texerra Ioſephus Luſitanus. 1590. col.2.

T H.

Theatinus Io. Baptiſta Picenus. 1507.
Theſſalonia Iacobus...... 2460. col.2.
Thomaſellus Thomas Peruſinus S. Thomæ diſcipulus. 1285. col.1.
Thomaſinus Thomas Venetus Epiſcopus. 1423 col.1. & 2.
Thoma Franciſcus Florentinus. 1584. col.1.

T O.

De Tocco Guilelmus Cenenentanus. 1321. col.1. & 2.
Toletanus Thomas Hiſpanus. 1470. col.1. & 2. & in Append.
Toloſanus Dominicus. 1314. col.2.
Toloſanus Guido.
De Toloſanis Io. Maria è Colle Etruſcus. 1555. col.1. & 2.
Tomeus Ioannes Maranitius Epiſcopus. 1402. col.2. & in Append.
Tomnais Guilelmus Neapolitanus. 1284. col. 1. & 2.
Topiatius Ægidius Brabanticus. 1579. col.1. & 2.
Topiarius Dominicus, vel Franciſcus. 1579. col.1. & 2.
De Tornaco Guilelmus Belga. 1292. col. 1. & 2.
De Torre Ludouicus Hiſpanus. 1590. col.2.
Torſellanus Bartholomeus Epiſcopus D. Thomæ Diſcipulus. 1276. col.1.
A Tortocollo Ioannes. 1300. col.2. & ſeq.
De Toſcanota, ſeu de Toſcanella Aldobrandinus Italus. 1313. col.1.
De Touar Ludouicus Palentinus Hiſpanus. 1508. col.2.

T R.

A Traiecto Nicolaus Brabantinus. 1334. columna 1.
De Trano Angelus Apulus Inquiſitor. 1295. col.2.
Treceth Nicolaus Anglus. 1361. col.1. & 2. & in Append.
De Treui Petrus.
Treuiſanus Hieronymus Venetus. 1562. columm. 2.
Tricaſius Ioannes Mantuanus. 1526. col.2. & ſeq.
Tricaſius Patritius, ſeu Pariſius Mantuanus. 1526. col.1.
Tridentinum Concilium. 1544.
Tridentinus Bartholomæus. 1225. col. 1. & 2.
De Trilla Bernardus Gallus Nimenſis. 1295. col.1. & 2.
De Trilla Bernardus Gallus Nemanceſſis. 1296. col. 2.
Tripolatanus Cacobus Ferram. 1545. col.1. & 2. in Append.
Tripolitanus Guilelmus. 1297. col.2. & in Append.
Troianus Nicolaus Apulus Pendomagiſter Ordinis Genecalis. 1393. col.1.
De Truxillo Thomas Hiſpanus. 1590. col. 1. & 2.
Turingia Theodoricus.
Turonenſis Bartholomæus Gallus in Append.
Turrianus Andreas Mediolanenſis Archiepiſcopus. 1377. col.1.
Turrianus Ioachimus Venetus Magiſter Ordinis Generalis. 1500. col.1. & 2.
De Turre Ioannes Venetus in Append. 1486.
De Turre Cremata Ioannes Hiſpanus S. R. E. Cardinalis. 1468. col. 2. & ſeq. & in Appendice.
De Turre Guido Gallus Epiſcopus Claramontenſis. 1250. col.2. & ſeq.

V.

Valdenſium Abrahamus Cantuarienſis. 1299. col.1. & 2.
Valdinus Laurentius, ſeu Lauterius Florentinus vide de Vbaldinus Florentinus. 1414. col.2. & in Append.
Valenticus Adrianus Venetus Epiſcopus. 1572 col.2.
Valentinus Thomas Hiſpanus. 1560. col. 1. Male ponitur etiam. 1458. col.1.
De Valerica Petrus.
De Valle Io. Maria Neapolitanus. 1492. columm.1.
Valle Zoletus Ludouicus Hiſcanus. 1280. col.2. & 1414. col.1.
Valuerde Vincentius Orepeſanus Epiſcopus. 1512. col.2.
De Vancherinis Andreas Antiſtes Mileuitanus. 1399. col.1.

Vara-

Varacenſis Melchior Polonus. 1590. col. 2. & ſeq.
Varrerius Gaſpar Luſitanus. 1572. col. 2.
De Vbaldinis Laurentius Florentinus. 1419. col. 2. & in Append. Vide Valdinum.
Vldaricus Ioannes Baſileenſis Germanus. 1576. column. 1.
De Vdier Thomas Forlanus. 1483. col. 1.
De Vega Bartholomaus Hiſpanus. 1588. col. 2. & ſeq.
De Veho, vel Vehe Michael Germanus. 1554. col. 1. & 2.
Venerus Alphonſus Burgenſis Hiſpanus. 1560. col. 2. & ſeq.
Veneta Beata Maria Storione. 1399. col. 2. & ſeq.
Venetus Albertus. 1546. col. 1.
Venetus Federicus. 1348. col. 2.
Ventimilienſis Baptiſta Epiſcopus:
Vercellenſis Barnabas Magiſter Ordinis Generalis. 1331. col. 2. & in Append.
Vercellenſis Ioannes *Summus Pontifex*. 1280. col. 1. & 2.
Vercellenſis Vercellinus. 1301. col. 1.
Vercellenſis Vercellinus. 1462. col. 2.
De Verdiaco Ioannes. 1355. col. 1.
Verdugo Sarria Petrus Hiſp. 1594. col. 1. & 2.
A Verida Gulielmus Colonienſis. 1309. col. 1.
Verlinus Balthaſar Teuto Colmarienſis. 1545. column. 1.
Veronenſis Benedictus. 1420. col. 1.
Veronenſis Laurentius. 1418. col. 2.

V I.

Viadana Archangelus Maria. 1570. col. 1.
Viceleminus Sixtus Italus Nouocomenſis. 1577. col. 1. & ſeq.
Vicentinus Bartholomaus.
Vicentinus Daniel Italus. 1499. col. 2.
Vicentinus Paulus. 1583. col. 1. & 2.
Vicentinus Romanus, 1295. col. 1.
A Viro Dominicus Vbetenſis Americanus. 1555. col. 2. & ſeq.
A Vico Mercato Stephanus Mediolanenſis. 1298. col. 1. & 2. & in Append.
A Vico Piſano Dominicus. 1394. col. 1.
De Victoria Didacus Hiſpanus. 1539. column. 1. & 2.
De Victoria Franciſcus Hiſpanus. 1546. col. 1. & ſeq.
Vielmus Hieronymus Venetus Epiſc. 1582. col. 2. & ſeq.
Viennenſe Concilium. 1312. col. 2. & ſeq.
Viennenſis in Auſtria Gregorius. 1491. col. 2. & ſeq.
Viennenſis Sibito Germanus. 1451. col. 2.
De Viglieuano Thomas Lombardus. 1498. col. 1. & 1513. col. 2.
Viguerius Ioannes Granatenſis. 1545. col. 2. & ſeq.
Villa garcia Ioannes Hiſpanus de Conceptione. 1584. col. 2. & ſeq.
De Villa probata Mauritius Gallus. 1512. col. 2. & ſeq.
De Vineis Beatus Raymundus Capuanus.
De Vuintona Simon Anglus. 1314. col. 2.
De Vintona Thomas Anglus. 1320. col. 1. & 2.
De Vio Antonius Caietanus. 1528. col. 2.
De Vio Thomas Caietanus S. R. E. Cardinalis. 1534. col. 1. & ſeq.
Vlamanus Gallus de ... 1375. col. 2.
Viſdomini Odoardus Senenſis. 1289. col. 2.
Viterbienſis Iacobus Archiepiſcopus Tarentinus. 1273. col. 2. & ſeq.
Viterbienſis Ioannes. 1266. col. 2.
De Viualdis Ludouicus Pedemontanus Epiſcopus. 1519. col. 1. & 2. & in Append.
De Vligia, ſeu de Vlagia Gombaldus Aragonenſis. 1421. col. 2.
Vlpius Vitus Materanus è Magna Gracia. 1521. col. 2. & ſeq.
Vlyſſiponenſis Vincentius Luſitanus. 1401. col. 1. & 2.
Vmbleton Robertus Anglus. 1390. col. 2.
De Vngaria Paulus.

V O.

De Volta Hieronymus Mantuanus. 1535. column. 1.
De Voragine Beatus Iacobus *Archiepiſcopus Genuenſis*. 1290. col. 2. & ſeq. & in Appendice.

V R.

Vrbeuetanus Benedictus. 1262. col. 2.
Vrbeuetanus Thadaus Tuſcus. 1470. col. 1. & in Append.
Vrdemanus Ioannes. 1588. col. 2.
De Vriburgo Ioannes Germanus. 1277. col. 1. & 2.
De Vriburgo Theodoricus, vide Fidericus. 1277. col. 2.
De Vriburgo Tidericus Germanus. 1277. columna. 2.
De Vrries Philippus Celtiber *Epiſcop*. 1582. column. 1.
Vrſinus Beatus Latinus Francipanis S. R. E. Cardinalis. 1294. col. 1. & ſeq. & in Appendice.
Vrſinus Beatus Matthaus Romanus S. R. E. Cardinalis. 1341. col. 1. & in Append.
De Vrſilatu Gallardus Vaſco Praſul. Bethlemiticus. 1498. col. 1.
Vſuſmaris Stephanus Genuenſis Mag. Ord. 1557. col. 2. in Append.
Vtinenſis Albertus, vide Bellunenſis. 1499. column. 2.
Vtinenſis, ſeu de Vtino Leonardus Italus. 1437. col. 2. & ſeq. & in Append.
Vualenſis Thomas Anglus. 1332. col. 2. & ſequent.
De Vualerica Petrus Aquitanus. 1276. col. 1.
Vueida Marcus.... 1570. col. 2.
Vuigenhalus Thomas Anglus. 1570. col. 1.
Vuildeſhemenſis Ioannes Teuto Vueſtphalus. 1241. col. 1.
Vuilch Gerardus Germanus Treuirenſis. 1314. col. 1. & in Append.

Vuin-

Vuinchelſen Richardus in Appendice. 1330.
Vuinktemburnus Gualterius Saresburienſis Anglus S. R. Ecclesia Cardinalis. 1305. column. 1.

X.

De Xeu Barnabas Conchenſis. 1594. columm. 1.
Ximenes Arias Didacus Alcantarenſis Hiſpanus. 1570. col. 2. & ſeq.
Ximenes Didacus Hiſpanus. 1560. col.

Z

Zamorrenſis Munio Hiſpanus Magiſter Ordinis Generalis. 1330. col. 1. & 2.
Lannettus Andreas Italus Salodienſis. 1574. column. 2.
Zinedolus Ioannes Placentinus Lombardus. 1420. col. 1.
Zitharus Hermannus Colonienſis Germanus. 1406. col. 2. & in Append.
Zizuri Paulus Rhaguſans. 1580. col. 2.
De Zuzaro Iacobus. 1274. col. 2. & 1354. col. 1.

FINIS.